R. P. VINCENTII

HOUDRY

E SOCIETATE JESU

BIBLIOTHECA CONCIONATORIA

COMPLECTENS

PANEGYRICAS ORATIONES SANCTORUM.

TOMUS QUARTUS

IN QUO CONTINENTUR

PANEGYRICI

SANCTORUM DIVERSI ORDINIS, & Characteris,

E Gallico sermone in Latinum translati.

EDITIO NOVISSIMA.



VENETIIS,

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

MDCCLXXVI.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

CONCIONATORUM BIBLIOTHECA,

CONTINENS

PANEGYRICOS SANCTORUM.

PRO SANCTI SULPICII ARCHIEPISCOPI BITURICI PANEGYRICO.

MONITUM.

Sanctus Sulpicius, hujus nominis ſecundus, ad cujus elogium ſatis uberem copiam nos allaturos putamus, Pii vocabulo diſtinguitur ab altero, quem Severum nuncupant, & ipſum Bituricenſem Epiſcopum, qui eidem præfuit Eccleſiæ ante hunc, cujus Panegyricam orationem exornandam aggredimur. Quamobrem hac in re illud in primis cavendum eſt, ne alter cum altero confundatur, quod accidit non paucis Auctoribus, qui alteri accepta retulerunt, quæ non niſi de altero viciſſim erant prædicanda.

Illud vero ſecundo loco eſt cavendum, ne ulla habeatur ratio variarum opinionum Criticorum, ex quibus ſuboriri poſſent non minima dubitationes de veritate factorum, quibus Sancti hujus elogium inniteretur; ſed illis adhærendum eſt, quæ referuntur ab Hiſtoricis eorundem temporum, a quibus omnis abeſt ſuſpicio aſſentationis, vel alterius cujuſpiam affectus, præter curam veritatis in lucem proferendæ.

Tertio tandem loco animadvertendum eſt, licet Sanctus iſte in variis Eccleſiaſticis ſtatibus vixerit, Aulicè, Antiſtitis, Eremitæ, & in quolibet ſtatu nonnihil adſit illi commune cum Sanctis aliis, qui in ſingulis emicuerunt; ipſum nihilominus in ſingulis præ cæteris præſtitiſſe, & facem aliis præluliſſe exemplis, factis, atque virtutibus, quæ ita hujus ſunt propria, ut illius characterem, & ſingulare prorſus elogium conſtituant.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti Synopſis.

Lex Dei ejus in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus ejus. Pſalm. 36.

I. QUamcunque propenſionem homo fortitus fuerit in bonum; tres ut plurimum adſunt virtuti illius ſcopuli, propter quos a Dei lege aberrat; nempe adoleſcentia, mundi conſuetudo, & ad aliquem dignitatis gradum aſcenſio. Adoleſcentia quidem in eo prava ciet deſideria, Mundus illi nefaria objicit exempla; dignitas gravia illi onera imponit, quæ multiplici de cauſa nequit ſuſtinere. Quanti periculi res eſt efficere ne animi cupiditatibus abripiatur, ne peccatorum conſuetudine eorrumpatur, ne munerum ſuorum pondere obruatur! Quim præterea hodie mihi ſe ſe offert occaſio verba apud vos faciendi de Sancto Viro, qui Cæleſtibus benedictionibus præventus ſibimet vallum divinæ legis circumdedit, eoque ſuffultus præſidio humanas tentationes, atque inimicitates ſuperavit!

1. In ipſa adoleſcentia egit pœnitentiam.

2. Sartam tectamque in Aula ſervavit innocentiam.

3. Omnibus Epiſcopatus muneribus digne perfunctus eſt. *Flechier.*

II. *Glorificavit illum in conſpectu Regum, & juſſit illi coram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam. In fide, & lenitate Sanctum fecit illum; & elegit eum ex omni carne.* Eccli. 45. Deus glorificavit illum coram Regibus; illi ſuam communicavit auctoritatem in populum; & ſecreta gloriæ ſuæ myſteria eidem aperuit. Per fidei ipſius excellentiam, & menta lenitatis Sanctum fecit illum, elegitque illum, ut omnibus mortalium conditionibus in exemplum proponeret. Locupletiſſimis hiſce encomiis Spiritus Sanctus apud Eccleſiaſticum fidelem famulum ſuum Moyſem exornat, quem hominum mitiſſimum appellat, cujus elogii partem merito in Sanctum Sulpicium conferre poſſumus, quem Pium vulgo appellabimt, & quem ipſi vocare poſſumus Sapientem univerſalem, exemplar perfectiſſimum in omnibus chriſtianæ vitæ profeſſionibus, ſpeculum ſine macula, in quo conſpici poteſt

1. Perfectio ſtatus Nobilitatis in Aulico Sancto,

2. Status Eccleſiaſtici in digno Præſule.

3. Status Regularis in viro altiſſimæ contemplationis. Sanctus hic ter magnus fuit in ſe, & erga alios: Magnus Princeps in aula: Magnus Antiſtes in Eccleſia; Magnus Cœnobita in receſſu. Triplici hac corona redimitum hodierna die illum vobis propono, oſtendens vobis illum de Sæculo in Aulæ fulgore victorem: in dignitatibus Eccleſiæ de inferno victorem; in piis contemplationibus de ſe ipſo victorem; eodemque tempore ille nobis de univerſa Chriſtiana morum diſciplina tradet documenta: docebit nos, Mundum contemnere, Deum glorificare, noſquemer a nobis divellere, ut perfecte hæreamus illi, qui noſtrum eſt primum principium, & finis ultimus. *P. Texier.*

III. *Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus.* 1. Reg. 2. In puerum Samuelem conjecit oculos Deus, ut ſibi fidelem miniſtrum eligeret, cujus curæ Religionem committeret, & quem optimum daret primo Regi Iſrael conſiliarium, a quo in vias juſtitiæ deduceretur. Sed hæc verba mirum in modum mihi videntur appoſita ad celebrandum elogium Sancti illius Viri, cujus feſtum diem hodie recolit Eccleſia; ita ut eadem transferre ſatis ſit ad Miniſterium, atque officia, quibus Deus magnum hunc Virum deſtinavit, ut abſolutiſſimum illius exornetur elogium. Sane incomparabilis S. Sulpicius electus fuit, & a matris utero vocatus tanquam Samuel alter ad eadem munera, & idem miniſterium. Hic primum perculit ſanctitatem in aulam, ubi vitæ ſuæ partem tranſegit, mox in Eccleſiam, cujus mores reformavit, ac inſtauravit diſciplinam; denique factus eſt populi, & fidelium cæterorum pater amantiſſimus, ac validiſſimus patronus. Hæc imago, & hic character nonne ſatis connotatus eſt, ut ea eo magnus hic Præſul agnoſcatur, & ſatis præclarus, ut exemplar fiat fulgidiorum virtutum omnibus ſtatibus, omnibuſque vitæ conditionibus? Nobilitas in illo non [illegible] ſanctum Aulicum, qui in magna illa Mundi luce religioſe in dicit vitam, &

qui ſapientibus conſiliis ſuis Magni Principis regimen moderatur. *Ambulavit coram Chriſto meo cunctis diebus.* Clerus in illo perfectum inuitus eſt Eccleſiaſticum, & Epiſcopum pro Domo Dei zelo ſuccenſum, qui primævæ ſanctitatis nitorem Gallicanæ Eccleſiæ reſtituit: *Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet.* Populus tandem qui illum elegit, & ſibi in Paſtorem depoposcit, in eo ſpiritum alterius Samuelis admiratus eſt, qui ſecundum leges Dei direxit illum, & ex populo univerſo unam duntaxat familiam conſtituit per unionem, atque concordiam, quam inter omnes aluit, atque ſervavit: *Et ædificabo ei domum fidelem.* Hoc mihi vobis explanandum propono in Sancti Sulpicii Panegyrico juxta illum, quem Samuelis Prophetæ nobis Sacer Textus reliquit: quandoquidem non ſecus ac Propheta hic

1. Magni Regis regimen ſapientibus conſiliis moderatus eſt.

2. Sacerdotium in honorem, ac dignitatem revocavit.

3. Diu præfuit tanquam caput, & pater populo Dei. Nec injuria hunc eum antiquo illo Propheta Iſrael comparo; nam non ſecus ac ille omnibus numeris abſolutiſſime iiſdem perfunctus muneribus eſt, & eum honore eandem ſpartam procuravit. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

IV. *Magnificus in Sanctitate.* Exod. 15. Licet apud Deum nulla detur perſonarum acceptio, ex Apoſtoli doctrina, ac ſola actionum merita hominem in oculis ejus facerant, fatendum nihilominus eſt, natalia, genus, aliaque fortunæ bona neſcio quam lucem virtuti, atque ſanctitati conferre, quæ hanc in Dei ſimul, & hominum oculis magis, magiſque commendat: ſeu quod infrequentius, ac difficilius accidat, ut qui in Mundo nitent, ſancti fiant propter validos obices illis infringendos; ſeu quod id genus homines Chriſtianæ Religioni, ipſique Deo majorem afferant dignitatem, qui licet omnium creaturarum rerum mereatur obſequia; magis tamen honorari videtur, ſi Principes habeat ſibi deſervientes, non ſecus ac Imperatorum terræ creſcit honor, ſi Reges, ac Principes numerentur in famulos illorum: ſeu denique, quia ſanctitatis eorum exempla latius patent, & acrius perſtringant mortalium oculos propter loci, quem tenent præ aliis, dignitatem. Quæ res majorem eiusm vim obtinet in animis noſtris, & aliis vulgo omnes admit causas excuſationis, quas in virtutum praxi præteaere poſſent. Quomodocunque ſe habeat res, conſtat, efficere Deum, ut gratiæ ſuæ virtus magis elucefcat in præclaris hujuſmodi exemplis, id quod ab hominibus maxime arduum, difficillimumque exiſtimatur. Hinc in eorum gratiam præoccupamur, illorum virtutem magis ſuſpicimus, & curioſius illorum egregie facta inveſtigamus. Ita vos occupatos mihi videre videor erga Sanctum Sulpicium, qui ſæculo ſuo oſtendit, quid poſſit virtus ſublimis cum illuſtri genere conjuncta, & in quo generis amplitudo, officiorum dignitas, trium Regum gratia, & quidquid hominum palpat ambitionem, hodierna die nonniſi conferre debent ad eaornandum Sancti Aulici elogium, qui præclaris omnibus hiſce prærogativis uſus eſt,

1. Ut eamus ficret Sanctus per earum uſum eas poſſidendo,

2. Utque alios ſanctificaret exemplo generoſi contemptus earum, quæ præfetulit, ampliſſima quælibet munera nbeundo. *Auctor totus.*

V. Oſtendi poteſt S. Sulpicium toto vitæ ſuæ tempore non ſuæ tantum, verum etiam mortalium ex omnibus ſtatibus, & conditionibus ſanctifiesqioni adlaboraſſe.

1. Semetipſum ſanctificavit heroica fide, per quam conculcavit terræ divitias, ampliſſimum patrimonium, omnemque ſpem futuræ dignitatis, quæ deciſe non poterant vito illius meriti, generiſque, fugiendo voluptates, quibus frui poterat in ſæculo, & in Regum aula: ac tandem contemptu honorum, magiſtratuum, ac dignitatum, quæ certiſſime eidem collatæ ſuiſent. 2. Semetipſum ſanctificavit per pœnitentiam, quam exercuit. 1. In adoleſcentia; quo tempore mortales, quin de illa cogitent, ut plurimum omnibus ſeſe voluptatibus mancipant, ſuiſque indulgent cupiditatibus, quæ tunc temporis maxime ſervent. 2. Nullum pœnitentiæ genus intentatum reliquit in ſtatu innocentiæ, & ſanctitatis, qui illum diſpenſare videbatur ſaltem ab ea pœnitentiæ ſeveritate, qua uſus eſt. 3. Sanctificavit ſe inter Aulæ delicias, & inter Infulas, Epiſcopatus labores eum auſteriſſima mortificatione conſocians &c.

3. Sanctificavit alios per ardentem charitatem. 1. Reges, & Principes optimis conſiliis, atque miſtitutis, docens quo pacto inter ſtatus periculo ſeſe gererent. 2. Aulicos vero, tridens illis exempla illuſtrium virtutum, quæ perraro in aulis occurrunt, 3. Proximum denique, vulgo illum ſuis operibus ædificans, eique ſancta præbens documenta. *Sermo Manuſcriptus.*

VI. *Fecit mirabilia in vita ſua.* Eccli. 31. Spiritus Sanctus per hæc verba eamiam nobis propoſuit imaginem virtutum Sancti Sulpicii cujus vitam vere dicere poſſumus juge miraculum extitiſſe: Etenim

1. Magnum fuit miraculum ſartam, tectamque ſervaſe innocentiam ſuam in ado deſcentia, quo tempore alii ſuis obtemperant cupiditati bus, & cæci in effrænatss libidines ruunt.

2. Non minus miraculu n fuit, quod contra animi ſui propenſionem in aulam vocatus, quam nullam inde corruptionem contraxerit, illue imuno pluuitem, omneſque virtutes invexerit, per quas alios etiam ſanctificavit.

3. Tertium miraculum ſu it horror, quo honores, & dignitates omnes profequeb atur, cum enim invitus ad Bituricenſem Epiſcopatum f uiſſet evectus, Infulas abdicavit, ut in ſolitudinem ſe reciperet, & urüce de Deo ſollicitus contemplationi v; icaret.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, ex quibus hauriri poteſt copia ad propoſitas Sermonum ſtructuras e xornandas, Auctoreſque hoc argumentum n pertractantes,

SUrius ad decimam quin tam Januarii diem refert Sancti hujus vitam ab æqu ali Auctore deſcriptam rudi craſſaque minerva, quam deterſa ex parte barbarie edidit minus, inelegantem. Surius idem alias duas Sancti ejuſdem vitas protulit, a duobus eorumdem temporum Scriptoribus; quarum, alt era fuiſior eſt, & diſtincta in varios ſtatus, in quibus S anctus noſter verſatus eſt, & varia operum, virtutumq ue genera, altera contractior eſt, ab anonymo ſimiliter auctore conſcripta,

Bolandus ad decimum ſeptimum Januarii diem eaſdem vitas eaſcribit, eritieiſque notis additis plures enucleat difficultates de tempore, quo Sanctus hic natus eſt, aliiſque plumbus circumſi antiis.

Baillet, qui Bolandum in criticis adnotationibus ſeutus eſt, in ordinem totam Sancti hujus vitam digeſſit, pro temporum ratit one, & varietate ſtatuum, in quibus ſe exercuit.

Vincentius Bellinvacenſis *lib. 23. cap. 17. 28. & 29.* egregie quidem, ſed pauc is Sancti hujus meminit.

S. Antoninus, ea Surio mutuatus ſuiſſe videtur, quæ de S. Sulpicio narrat. *Pratus de Naralibus lib. 2. c. 94.*

Franciſcus Argaus evol vit quæſtiones complures per occaſionem duorum Sulpiciorum quorum utrique Bituricenſes fuerunt Antiſtites, oborras.

S. Gregorius Turonenſis *lib. 6. Hiſt. Franc. cap. 39.* illum Remigii, non Oſtrogoſilt ſucceſſorem autumat, ævo Gontrandi Regis Gallix,

Uſuardus in Martyrologio, ad Januarii diem 13.

Rabanus, Ado, Felicius ſummis cum laudibus loquuntur de Sancto hoc Præſule, quin tamen ad operum illius enarrationem deſcendant.

Aimonius *lib. 4. cap. 16.* de ejus obitu verba facit.

Flechier in Panegyricis ſuis eximium habet hujus Sancti elogium.

P. Senault Oratorii, in volumine tertio de Sanctorum Panegyricis.

P. Texier Panegyricorum tomo primo.

Auctor Sermonum in omnia argumenta tomo primo Panegyricorum.

Qui cum laude locuti ſunt de S. Sulpicio;

Nuperi Concionatores;

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & Applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci, qui Sancto huic congruere poſſunt ratione variorum ſtatuum, in quibus vixit.

JUſtus tor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Eccli. 39.

Ut ſciri, quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, adii Dominum, & deprecatus ſum illum, Sapient. 8.

Cum eſſet junior in Tribu Nephtali, nihil tamen puerile geſſit in opere. Tob. 2.

Quoniam manus fuit Domini in toto cordo ſuo, dedit illi Deus gratiam in conſpectu Regis, & dedit illi poteſtatem, ibidem.

Glorificavit illum in conſpectu Regum, & juſſit illi coram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam, in fide, & lenitate ſanctum fecit illum, & elegit illum ex omni carne. Eccleſ. 45.

Dedit autem Deus Danieli miſericordiam, & gratiam in conſpectu Principis. Daniel. 1.

Tunc Rex Danielem in ſublime extulit, & munera multa, & magna dedit ei, & conſtituit Principem ſuper eos, Ibidem.

Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit. Prov. 12.

Spiritus Dei amplior erit in illo. Daniel. 5.

Nemo adoleſcentiam tuam contemnat; ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Ad Timoth. 3.

Talis decebat, ut eſſet nobis Pontifex ſanctus, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, Ad Hebr. 7.

Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fide-

fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. 1. Reg. cap. 2.

Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Deiferum. 1. Ad Timoth. 1.

Oportet autem illum & bonum testimonium habere ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Ibidem.

Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non elatum, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem Sermonem. Ad Titum 2.

Prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. 2. Ad Timoth. 4.

Tu vero vigila, in omnibus labora, ministerium tuum impple, sobrius esto. Ibidem.

Sollicite cura te ipsum exhibere operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. 2. Ad Timoth. 2.

Exempla, & figura ex Bibliis desumpta.

S. Sulpicius cum Mardochæo collatus.

TAnta fuit Mardochæi virtus, ut in Assueri aula nullam passa fuerit eclypsim, sed major illi fulgoris facta fuerit accessio. Non eatremum apud Regem tenebat locum; magna immo illius erat auctoritas, quippe qui annuli Regii Custos Regia referipta signabat, quo loco tamen usus non est, nisi ut de omnibus optime mereretur, qui illius ope indigebant; qua re totius Hebraici populi amorem, & cultum sibi conciliavit, & factus est acceptabilis plebi fratrum suorum, loquens ea, quæ ad pacem seminis sui pertingerent. Ita Sulpicius in Clotarii II. aula omnem virtutem suam tutatus est; quinimmo novum addidit incrementum; quoniam plures illi suppetebant de proximo bene merendi occasiones. Nitebat enim ille magis per charitatem, quam alia quavis ex causa. Aulicorum omnium necessitudinem conciliabat sibi per rectitudinem cordis sui, & officia, quibus Regi suo meritos optime commendabat; beneficiis ipsis adjiciens elegantiam, quæ beneficia ipsa superabat; ita ut jugiter in ore mortalium omnium versaretur per laudes, quæ in ipsum undique congerebantur. & in corde per amorem, quo ipsum omnes prosequebantur.

Esther 10.

Præsagium adolescentiæ quid Salvatori adamantinum quod per tenera vitæ spatia mitibus ferveret, *Matt. 10.*

Quam jucundum spectaculum videre Sulpicium ab ineunte ætate sacris intentum ea mentis attentione, quæ nihil puerile redolebat! Noctu de cubili assurgebat, & procumbebat in genua, ut Deo eor suum offerret, ac precibus instaret. Virtus hujus par est Evangelici adolescentis pietati, qui eum eadem ætate omnia legis mandata servasset, meruit Jesu Christo dulces intuitus, laudes, & benevolentiam: *Jesus autem intuitus eum dilexit illum.* Sulpicius eum nondum excessisset ex pueris, longius processerat, quam adolescens ille, nam eum illi defuerint vires, ut bonis suis venditis, ac in pauperes distributis Salvatorem sequeretur, & amplecteretur paupertatem; Sulpicius suis pauxm inhærens, licet non mediocribus, ea tenet quasi œconomus, & pater pauperum, sibi id solum usurpans, quod est sibi omnino necessarium. Sequamur hoc exemplum, & audiamus Sulpicium nobis dicentem ea, quæ Sanctus Paulus docet in Epistolis, utentes hoc mundo, uti eodem debere, quasi non uterentur, sine affectu, sine adhæsione: præterit enim hujus Mundi figura. Nos ea tantum, quæ severimus, messuros esse; nobis nequaquam vivendum esse in rerum copia, dum fratres nostri inopia premuntur, & fatiunt.

S. Sulpicius cum tribus pueris fornacis Babylonicæ, & cum Loth aliquantus.

Maxima ubique est exemplorum pravorum contagio; sed nullibi major quam in sæcularium Principum aula, ubi viri, & mulieres in id unum intenti videntur, ut suas sibi communicent ægritudines, & ultro citroque se se corrumpant. Vanitas, luxus, amatoriæ nugæ ex oculis migrant in cor; & quod aliquando nonnisi vanitatis spectaculum est, sensim, & sine sensu fit fomes concupiscentiæ. Difficultates virtutem servandi in hac omnium flagitiorum semina, videntur insuperabiles. Qua firmitate, atque constantia opus non esset S. Sulpicio, ut tot, tamque variis tentationes propulsaret? Similis tribus pueris in Babylonica fornace inter flammas incombustus manebat; & tanquam Loth inter Sodomorum incolas sine labe suam puritatem servabat. Dolebat quidem ille, ut justus hic, tot videns prævaricationes; sed nunquam cessit; acceperat quippe a Deo ea præsidia, quæ nequeunt unquam labefactari. Sanctitas illi reverentiam, & lenitas amorem omnium conciliabat. Episcopus illum abs Rege Thierrhy petiit, ut tanquam Christianarum virtutum exemplum Clero proponeret; & Clotarius illum ab Episcopo repoposcit, ut tanquam Asceticum ducem Aulæ, similiaque præficeret.

Operatur S. Petro super aquas, & sapienti ædificanti domum sua firmam petram.

Ubi video Sulpicium non fartam tantam, tectamque tueri, verum etiam augere fidem suam, atque virtutem inter Aulæ pericula, quæ aliis vulgo illam eripiunt, mihi videre videor Sanctum Petrum super aquas deambulantem, quæ tanquam marmor sub illius pedibus solidantur. Tutus incedit ea, ubi alii nonnisi cum timore, ac periculo innatant. Talis est, Domine, beata fors illocum, qui sedulo tuam vocem sequuntur. Loci qui præ cæteris teterrimæ contagioni patent, fiunt illis asyli, quoniam tu illos vocasti, ac tueris. Inter fluctus, & tempestates immoti vigent; imperas quippe, ne venti ac procellæ illis officiant, ubicunque jussu tuo se se periculis objecerint. *Duc in altum: in verbo tuo laxabo rete.* Alii in tutissimas locas, ac in ipso intereunt portu, quia tu illos elabi esse cupiebas. Nequicquam fallentes illecebræ se se objiciunt Sulpicio; non pravorum exemplorum torrens, non umbrium lapsus, non fluviorum exundatio, non aquilonum impetus, neque irrisorii impiorum Sermones labefactare possunt confirmatam ejus virtutem; *fundatus enim erat super firmam petram*, quæ est Jesus Christus. *Luc. 6.*

S. Sulpicius non secundæ Reginæ Thabri nullam copiæ ex sua lætitia significationem adhibet.

Sulpicius nequaquam aperiebat eor suum delitiis, ac voluptatibus sæculi; usvebat ille inter mundi pompas eodem animo, quo Esther Regina Regis Assueri conviviis intererat. Magna illa Regia uxor ab omnibus colebatur; neque poterat exterius detrectare omnes id genus honores, qui ejus dignitati deferebantur, verum intrinsecus quanam illius erat mens, & cogitatio? Nonne cor suum coram Deo in questus effundebat, nonne, se isthæc ægerrime pati profitebatur? *Ah, Domine, tu scis, quod ista abominer.* Deus meus, divina tua exigit Providentia, ut honoribus cumuler, ac particeps sim honorum, ac divitiarum Assueri; sed quidquid hoc sit, nosti, Domine, teque ipsum testor tantum abesse, quod hujusmodi opibus, atque hoc magnifico assciar cultu, ut potius nihil magis oderim, & execrer. Prælata imago spiritus humilis & mortificati, quem gerebat Sulpicius. Rex illi favet, æquales illum observant, omnes illum colunt; ipse vero has inter illecebras, laudes, plaususque se se humiliat coram Deo, ita ut gloria ipsius, quæ in aulicis invidiam ciere poterat, fieret ipsi causa, propter quam honores, ac dignitates fugeret, atque execraretur. *Tu scis, Domine, quod ista abominer.* *Esther 14.*

Applicationes quorumdam Scripturæ locorum ad hoc argumentum.

Consummatus in brevi, explevit tempora multa. Sapient. 4. Brevi assecutus est perfectionem, quam alii nonnisi post diuturnum temporis spatium acquirunt. Eheu, quam magnum est elogium hoc illud intelligenti ea in ætate, qua acerrimæ sunt animi cupiditates, omnem senum perfectionem acquirere! Primis vitæ primordiis omnes excitantur animi perturbationes, & sibi congruentia sensuum quærunt objecta, eaque occupant, illis perfruiturz. Eorum fruitio migrat in consuetudinem, consuetudo vero in naturam. Nihilo minus hac ætate Sulpicius perfectionem acquirit. Ecclesiæ jejunia voluntaria addit jejunia, communibus, assuetisque precibus preces addit diurnas, ac nocturnas horas absumentes. Inter divitias a bonis omnibus avulsus gestit illas indigentibus elargiri eo tempore, atque ætate agit pœnitentiam, quo alii ab eadem agenda semaxime dispensant. Obstruit autes blandis lenociniis ambitionis, & vanitatis, ut illas unice voci Salvatoris aperiat. Nonne hoc est brevi acquirere virtutes proprias seniorum fractis obicibus, qui in via perfectionis occurrunt? *Consummatus in brevi explevit tempora multa.*

Sulpicius se sanctificat ut posse aliis sanctificandos dispensare.

Pro eis sanctifico me ipsum. Joann. 17. S. Sulpicius Dei consilia cognoscens nihil inausum relinquit, ut se ipsum sanctificet, reddatque se ad alios sanctificandos idoneum. Scit enim Christiano non suam tantum, verum etiam fratrum suorum curam fuisse concreditam, pro qua vitam quoque suam tenetur impendere, eum divino consilio, urgeat occasio, ac necessitas: *Et nos debemus pro fratribus nostris animas ponere.* Quamobrem insculpsit in corde suo omnes Religionis veritates, ut illas in praxim redigens fratribus suis præluceret exemplo. Hoc ille aggressus est ab ineunte ætate, & nihil inde illum amovere potuit, neque progressus ejusdem immorati in via perfectionis. Omnes curas impendit in sui ipsius sanctificatione, & in variis statibus Aulici, Cœnobitæ, & Episcopi par, eademque semper fuit pietas illius. Semper sine ulla intermissione sollicitus fuit ut certam faceret vocationem suam omni bonorum operum genere. Offert illi sæculum honores, opes, voluptates? has omnes nugas esse putat, illas ex animo nuncium mittit, ut in humillimis Ecclesiæ ministeriis sese divino maneret cultui. Rex illum in aulam invitat? Componit ille sibi interiorem solitudinem, quo se se, ubi visum fuerit, a mundi tumultu recipiat. Ad sublimes Ecclesiæ dignitates attolluur? bonis exemplis, pinsque documentis animas sanctificat. *Pro eis sanctifico me ipsum.* *1. Joann 3.*

S. Sulpicius delicatio se ipsum præmunit contra ignotos adolescentiæ pravos exemplorum pericula, & illecebras opum & delectationum.

Prona sunt sensus hominis ab adolescentia sua in malum. Genes. 8. Quamcunque optimam licet naturam & in bonum proclivem fortitus fueris; tres tamen tibi occurrunt communes virtutis scopuli, præsertim vero in ætate adolescentiæ. Primus est ætas adeo lubrica; alter, cum mundo communicatio; tertius autem ipsi ad honores elatio. At plerumque sunt tres illi venenati fontes, unde Satanas haurit tela, quæ difficillimum est evitare. Quum prava desiderii in tenello adhuc corde ciet adolescentia! Quot tibi prava exempla mundus ministrat! Quænam pericula metuenda sunt tibi, qui in dignitate, præsertim vero Ecclesiastica, constitutus es! Habentur immortales Deo gratiæ, qui Sulpicium ab adolescen-

lescentia adeo uberibus gratiis cumulavit, ut non solum non passus sit se trahi cupiditatibus ætatis illius, sed ejusdem ignes transtulerit ad magis magisque ciendam fidem, & charitatem sunam erga Deum, zelum vero erga proximum. Converit in salutis adminicula ea pericula, quibus vulgo septæ sint dignitates, & diluculo se ipsum contra ætatum omnium tentationes præmunivit. *Premi sunt &c.*

Fit exemplar hominibus omnium ætatum, & conditionum.

Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium. 2. Timoth. 4. Præceptum hoc juveni cuidam Episcopo traditum fuit, qui in juventute sua obscem nenciscebatur virtuti. Etenim juventus cui malo par non est? Præsumptio, voluptas, vanitas eam trahit. Adolescentium via nonne similis est navi sine gubernaculo, quæ sit tempestatum ludibrium? Ex quo pueri rationis usum assecuti sunt, illam dedecorant; imbuuntur quidem pessimis affectionibus, fexcentis agitantur cupiditatibus, optimarum admonitionum osores, bonis consiliis excipiendis inepti, cæci pravorum exemplorum imitatores in dies singulos fexcenta faciunt quæ vel culpa non vacant, vel vacant utilitate. In S. Sulpicii persona alterum nanciscimur S. Pauli discipulum proficientem ea ea doctrina, qua olim Timotheum erudit. Sanctus noster fuit profecto exemplum fidelium, *exemplum esto fidelium*, per eas virtutes, quas supra suam ætatem exercuit, per morum gravitatem, atque modestiam. Non expectavit illud tempus, quo ad insulas evocaretur, ut se aliis virtutum præberet exemplum: hoc ille præstitit toto vitæ suæ curriculo, sive in sæculo, sive in aula, sive in Episcopali dignitate; videturque semper ob oculos habuisse hæc Apostoli verba; *Exemplum esto fidelium.*

S. Sulpicius profecit servitute Dei delitio mundi.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Psal. 15. Quam præclara hæc mihi videtur hæreditas! Sæculi vanitates, mundi pompæ, sensuum voluptates, honores, & dignitates quid mihi offerre potestis cum Domino conferendum? ajebat S. Sulpicius. Dies una sub oculis Dei traducta, minimus divinorum luminum radius, minima pars gratiarum illius toto cælo superat suaviſſimas quasliber voluptates, quæ percipi valeant in tabernaculis peccatorum: *Melior est dies una in atriis tuis, super millia.* Hinc quæcunque essent Sancti hujus viri talenta, quamcunque spem Dominus illi proponeret, respondebat, *Dominus pars hæreditatis meæ:* utque Deo suo significaret se nihil præter ipsum cupere, ac velle, reliquit opulenta prædia, & jura sua, ut sese Ecclesiastico cultui devoveret. Sed ista vocatio nequaquam mentis levitas, aut indiscretæ devotionis fervor extitit: quippe Deus illum suis regebat luminibus; non fuit ambitiosa cupiditas, neque amor in honesto otio vitam trahendi ex Ecclesiasticorum beneficiorum reditibus. Unicum illius propositum fuit, habere Dominum partem suæ hæreditatis. *Dominus pars hæreditatis meæ.*

Psalm. 83.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Hebr. 5. Num quid S. Sulpicius a parentibus suis Ecclesiæ delibratus fuit, tanquam repudii victima; quæ corporis, animique dotibus, quæ ut mundo placeas requiruntur, destituta, altarium ministerio erat damnanda? Haud ita; sed, illi Deo consulto, hunc Ecclesiæ devoverunt. Cum illi pietate, ac prudentia æque ac genere, opibusque præstarent, fierentque, nominem non vocatum a Domino sese Sacerdotalibus muneribus immiscere opus esse; satis recta eorum erat conscientia, quæ non patiebatur, ut illum ambitionis suæ objectum statuerent, licet mundus suaderet, ut Sulpicium similiæ suæ columen, præsidiumque constituerent. Ergo interior vocatio, Spiritus Sancti afflatus egit Sulpicium, qui sponte, & ex mero suæ voluntatis delectu sese addixit Ecclesiæ. Illum quidem genitores obtulerunt, non secus ac olim oblatus fuit Samuel; Sanctus vero noster per pœnitentiam sese ad hanc electionem sustinendam præparavit. Puer hic adhuc impubes ex paterna domo egrediens per tenebras, noctisque silentium sese sacco, & cilicio induebat, auctisque mortificationibus corpusculum suum torquebat, idque non ut crimina a se non patrata expiaret; sed ut in arrecessum expiaret aliena, quorum sibi rationem reddendam esse putabat. *Nec quisquam sibi sumit honorem &c.*

Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis suis. Ad Galat. 5. Ardens pro Jesu Christo moriendi desiderium S. Sulpicii cor, animumque occupabat; dolebat, quod non moreretur, & exclamabat: Revertimini persecutionum tempora; diceatque Deo, quod olim Jonathæ David, ut illi testatam faceret suam erga illum charitatem: *Quis mihi det, ut ego moriar pro te?* S. Sulpicius cum minime posset pro fide mori, pœnitentiæ Martyrem se esse cupiebat ea ætate, qua nonnisi de vanitatibus homines solliciti sunt; sibi non aliud quærntur, nisi vitæ commoda, atque deliciæ; in innocentiæ statu, qui illum dispensare videbatur. Sed nequaquam sibi blanditur Sanctus hic adolescens; tenet eos, qui Christi sunt, carnem suam crucifigere debere cum vitiis, & concupiscentiis suis. Sese oportere conformes fieri imagini Jesu Christi crucifixi, nisi sensus nostros mortificaverimus, cupiditatem charitati palmam præreturum esse; illam inceſſanter esse atterendam, atque impugnandam, ut Dei charitas regnet in cordibus nostris, & pœnitentia, quæ peccati remedium est, illius sit efficax amuletum. Hæ causæ impellebant illum, ut se ipsum pro Jesu Christo crucifigeret. Polihæc quid ipsi caufabimur, ut a tanto hoc exemplo sequendo nosmet dispensemus? Ullamne præteaere causam licebit nobis, ut a pœnitentia ineunda cessemus, ubi oculos conjecerimus in adolescentiam, & austeritatem Sancti hujus, qui nulli parcit sumptui, bellum illaturus corpori suo; ne fidimet bellum ab ipso corpore inferatur.

Consepulti sumus cum Christo: in novitate vitæ ambulemus. Rom. 6. S. Sulpicio semper fuit perfuasum, verissimam causam, propter quam Salvatoris crux nobis est gerenda, esse Baptismum, quo fumus ablati. Hinc illo arguebat pœnitentiæ ampiectendæ neceſſitatem. Credidit Ordinem Ecclesiasticum, quo initiabatur, novum esse crucis deferendæ rationem, atque ut ad Jesu Christi sacerdotium promoveretur, opus esse, ut ejusdem victima fieret. Quznam ejus fuit hac in re sapientia! Dissimulavit initium consilium, ne bonorum quidem laudibus, impiorum vero dicterus pateret; quæ in eos, qui mundo valedicunt, confingi consueverunt. Consentiæ suæ ducem, non autem fortunarum suarum patronum quæsivit, & sese Episcopo suo addaxit, ut illius fieret, non amicus quidem, sed discipulus. In Ecclesia proceſſit, prout adolescebat; & crescebas sapientia, prout novum id vitæ genus, quod in baptismo receperat, convalescebat. Cum optime sciret, sibi eo in statu, quem ingrediebatur, aliis esse præbendum exemplum, se ipsum acribus pœnis mortificabat, ut offenderet alios exemplo, & verbis quomodo vetus homo esset mortificandus. Versabatur semper ob oculos ejus duplex ista vocatio, altera quidem ad Christianam fidem, altera vero ad statum Sacerdotalem, ac sibimetdictitsbat: Consepultus sum Christo per baptismum, ut ambulem in novitate vitæ, & sacris me ministeriis applicui, ut illum propius, quam cæteri vulgo imitarer.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, ac Sententiæ Sanctorum Patrum, aliorumque huic argumento applicabiles.

Cunctis officiis præscribitur forma vivendi; Omnis ad bene agendum provocamur, sexus, ætas, dignitas; nemo igitur se excusat publicis alibur. S. Ambrosius.

Examina innumerabilium virorum se ingemuerant, & astinguens juventus. S. Basilius in lib. 3. Isaiæ.

Scipis lubricum adolescentiæ iter, in quo ego lapsus sum; & vos non sine timore transitis. S. Hieronymus.

Mirum dictu est; militavit in palatio, contubernalis Augustorum, inter rerum omnium abundantiam, tanta verecundia fuit, ut nec levem quidem obscenæ rumoris in se fabulam daret. Idem in Epistola ad Salvinum loquens de nobilissimo adolescente Nebridio.

Locus superior, nempe Episcopatus *licet ita timeatur, ut decet; tamen indecenter appetitur.* S. Augustinus lib. 19. de Civ. cap. 19.

Sicut Christus graviorem pœnæ non potest persecutionem, quam ut quis verbo, aut exemplo animas sue sanguine liberatas ab ipso avertat; sic graviorem honorationem ei impendere non valemus, quam animas deviantes convertendo ad ipsum. Idem.

Majus miraculum est prædicationis verbo peccatorem convertere, quam cæcum nartum suscitare. S. Gregorius dialog. lib. 3.

Semper divus est Christiana paupertas, nec pavet in isto mundo indigentia laborare, cui donatum est in omnium rerum Domino omnia possidere. Sanctus Leo Serm. 3. de Quadragtes.

Sic polleat Episcopus Sapientia, ut non solum creditum sibi populum sufficienter doceat; verum etiam & contrarium quem hæresum contradictiones a catholica repellere Ecclesia. S. Ambrosius lib. de dignitate Sacerdot.

Ab hujus Ecclesia Antistite vitii fumus, præstantior est, quam ut mitis, firmior, quam ut formositas, fortior quam ut verborum blanditiis superari possit. S. Basilius de quodam Episcopo.

Decet esse pervigilem eum, qui ejusmodi est, ac spiritu vivere, & affectus sui flammas operibus ipse ostendere; duces omnes sollicitudine, atque industria superare, ut dies, noctisque cursus perimpleat, & sui officii munus diligentissime impleat. S. Chrysostomus homl. 10.

Episcopum non aliud, quam Episcopalis opera designat, ut ex bono opere magis, quam ex professione nolitatur plus meritis esse Episcopus, quam quod nomine vocitetur. S. Ambrosius lib. de dignitate Sacerdotali.

Quid Antistes ad Dominum, nisi pro delictis populi intercessor eligitur; qua itaque fiducia pro peccatis alienis intercessor venio, apud quem de proprio securus non sum? S. Gregorius lib. 1. Epist. 24.

Gloria Episcopi est pauperum opibus providere; ignominia omnium Sacerdotum est propriis studere divitiis. S. Hieronymus Epist. 2.

PARA-

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia pœnu hoc in argumento depromi poſſit?

§. 1. In omnibus vitæ ſtatibus & conditionibus poſſimum ſanctificatos eſſe.

OMnes diverſi ſtatus, in quibus fideles verſantur, ſuper naturæ infirmitates ſiti ſunt, & Chriſtiana profeſſione ſanctificantur. Nihil in illis terrenum eſt amplius, nihil profanum, juxta Dei mentem omnia ibi eſſe debent ſupernaturalia, omnia divina. Aulici eſtis, viri Nobiles, Milites, Mercatores, Judices; & quidquid vobis placuerit; verum aliquid amplius eſtis, quod omittitis. Chriſtiani eſtis; qualitatem hanc ab aliis muneribus veſtris ſeparare non poteſtis, niſi fidem veſtram abdicaveritis. Chriſtifidelem eſſe, eſt eſſe ſanctum, & ſtatum Chriſtianæ fidei reliquorum ſtatuum eſſe decet ſanctificatiorem. Spiritus Filii Dei, qui anima eſt Eccleſiæ ipſius, cum omnibus membris ejus adhæreat, ut illis eorum ſtatui idoneam largiatur ſanctitatem; eum vobis conjunctus eſt, ut de vobis, niſi obſtiteritis, id agat, quod in Magno Sulpicio peregit, Aulicum Sanctum, Nobilem Virum, Epiſcopum Zelotem. Ne igitur munera veſtro referatis acceptum, quod depravatæ dumtaxat vitæ veſtræ, & nefariæ voluntati referendum eſt. Nunc ergo vobis dicere poſſum poſt propoſitum vobis Sancti Præſulis noſtri exemplum, quod olim S. Ambroſius ajebat: *Nemo igitur ſe excuſet publicis actibus: tantis officiis præſcribitur in ſacris literis forma vivendi. Omnis ad bene agendum provocatur ſexus, ætas, dignitas.* In Scripturis invenimus Dei Spiritum, virtutis, vitæque Cæleſtis viam oſtendiſſe, omnibus hominum ſtatibus, qui ſuapte natura mali non ſunt.

Ambroſ.

§. 2. Sulpicium in ipſa corruptionis tumultibus innocentiæ ſuæ ſtatum ſervaſſe. *Prov. 13.*

Sapiens nos admonet initam cum peccatoribus conſuetudinem efficere, ut ſimiles illis evadamus. *Amicus ſtultorum ſimilis efficietur*; non enim derſit in malo infelix fœcunditas, per quam illud ſeſe effundit, atque communicat. Natura illuc nos proclives trahit pondere pravarum affectionum noſtrarum, atque deſideriorum. Frequens exemplum, quod ubique fere invenimus, nos rapit, & hæc quædam eſt ſpiritualis lues, quæ gliſcit inter homines, per quam ultro citroque mutuo ſeſe inficiunt veneno, & quin id percipi valeat, eorrumpuntur. Ipſe objectorum intuitus cor illicit, & animi ciet cupiditates. Vanitas ab oculis in animum, moreſque migrat, & quod in ipſo limine curioſitatis noſtræ ſpectaculum eſt, ſenſim ſit noſtrarum cupiditatum irritamentum. Hinc magna illa oritur difficultas ſervandi in terris, præſertim vero in Regum aulis, innocentiam, & fidem, quam Deo debemus. Hoc Sanctum Præſulem noſtrum eo admirabiliorem effecit, quod in aula innutritus, & undique penculis ſeptus, tamen animam invenit, eſſe purum, & ſine macula præſtandi inter tot obices, qui tot aliis inevitabiles videbantur.

Omnes dignitates præſertim vero Epiſcopatus ad quem S. Sulpicius deſtinatus erat requirunt, ut quis ſit ſanctificatus.

Veriſſimum eſt ſecundum ordinem Sapientiæ, atque Providentiæ Dei, dignitates omnes, & potiſſimum Epiſcopatum, ad quem S. Sulpicius evocabatur, eſſe miniſteria: quæ honores quidem ſunt, verum etiam onera. Æquum eſt, S. Bernardus inquit, ut qui ad honores hos promoventur, in officii ſui muneribus libramentum inveniant, quo in humilitate contineantur; & reverentia, quæ illis adhibetur, temperetur labore, qui iisdem injicitur. Veriſſimum quoque eſt, Onera honoribus congruere; cumque Epiſcopatus, ac Sacerdotium Jeſu Chriſti ſit eumulus celſitudinis, & gloriæ in Eccleſia, majores etiam curas exigere, & eos, qui honore decorati ſunt, aut vigilantiores efficere, aut nocentiores. Opus eſt igitur, ut hi ſint veritate repleti, utque eamdem effundant, ut hominibus Dei miſericordiam diſpenſent, quin in caput ſuum ejuſdem provocent juſtitiam, ut per ſapientiam animas alienas regant; & ſuam in patientia poſſideant. In illis requiritur lumiris, & cognitionis ubertas, zeli fervor, ſollicitudo Charitatis, rationabilis indulgentia, prudens ſeveritas, jugis oratio, & nunquam intermittenda vigilantia. Tot, tantæque virtutes modici ſunt pars earum, quibus Sanctus noſter refudebat. Meritibus lumen attulit, cordibus flammas adjecit, conſcientias rimatus eſt, doctor fuit rudibus, ſolatium afflictis, paupertus omnibus præſidium, ſtudiorum ſuorum maneipium, & pater omnium fidelium.

§. Sulpicius ordinat paucitatem cum pe ſeverantem conjunxit.

Eccleſiæ Patres nos docent, ad vocationem adeo divinam, quale Sacerdotium eſt, præſertim vero Epiſcopatus, requiri vel puritatem nulla unquam labe fœdatam ex ſæculi corruptione, vel pœnitentiam adeo prolixam, atque diuturnam, ut ne cicatrix quidem antiquorum vulnerum ſuperſit. Ad ſacrum miniſterium, ac præcipue Epiſcopatus requiritur pœnitens factus, non faciendus. Jeſu Chriſti Sacerdotium eſſe debet merces pietatis diutinæ, non autem reliquiæ deploratæ ſimæ, vel malæ conſcientiæ: nam ſecundum Conciliorum doctrinam, pravi Sacerdotum mores ſunt rugæ, ac maculæ in Eccleſiæ vultu, & licet miniſterium vim ſuam non mutuetur a miniſtro, honorem tamen ſuum ab illius probitate mutuatur. Qua in re pro certo affirmari poteſt, ſi Sanctus, cujus hodierna die feſtum eccolit Eccleſia, dignitate Epiſcopali fuit inſignitus, & ad infulas ejus dœceeſis pervenit, quæ in hoc Galliarum regno minima non eſt, ipſum quoque dignitati, & infulis honorem addidiſſe morum ſuorum puritate, ut toto vitæ ſuæ curriculo perfectam innocentiam ſervaverit, licet ſemper auſteriſſimus mortificationibus ſe ipſum exercuerit.

Diverſæ conditiones neque ſanctos conſtituunt, neque prohibent, quo minus ſint ſancti.

Per Dei timorem aulicus, & reipublicæ gerendæ addictus, ſemet ſanctificare poteſt in aula; neque enim locus, aut vitæ conditio Sanctos facit; neque ipſa conditio, vel locus prohibet quominus ſanctificetur. Et ſi fert animus cognoſcere, quomodo S. Sulpicium fatum, tectumque ſe præſiterit in generali corruptione, quæ illam hominum conditionem peculiariter inſeciſſe videtur; vobis id reſpondebo, quod Sanctus neſcio quis vir reſpondit ab eo ſiſcitantibus, an eſſet alterius naturæ ab aius, quandoquidem minime afficiebatur illecebris ſenſus aliorum miſere fallentibus. Negavit ille quarentibus, ſed ſecum deferre affirmavit præſtantiſſimum, contra id venieni genus, antidotum, nempe timorem Dei. Et ſane hic ille eſt, qui nos ſervare poteſt, quemcunque vitæ ſtatum amplectamur. Hunc Dei timorem ubilibet ob oculos habere debemus; hunc S. Ambroſius: *Clavum fluctuantes animæ* appellat; guhernaculum, quod nos tuto circumagit inter occurrentes ſcnpulos: nam ſimul ac illud deſeris, innocentia funeſtiſſimum patitur naufragium; deinde pietas intent, omneſque Religionis, æternæque ſalutis ſenſus diſſipantur. Hoc autem potiori jure dici poteſt de viris Principibus, & in dignitate potiſſimum Eccleſiaſtica conſtitutis. Gubernaculum hoc illis committit Deus, ut in adeo periculoſa conditione ſemet regere valeant, atque in eo ſtatu, ubi virtus ſemper fluctuat in peneelioſo mari, & ubi nautæ jugiter in naufragii diſcrimine verſantur.

PARAGRAPHUS VI.

Delectû ex Aſcetiris, & nuperis Concionatoribus loci ad hoc argumentum ſpectantes.

§. Sulpicius contra adoleſcentiæ concupiſcentias juvenilium ſuorum annorum innocentiam hoc arte tradueit.

NON ſine admiratione in S. Sulpicio viſus eſt Vir ad virtutem pronus ea ætate, quæ promor in vitium eſt, & qui ſuam tranſegit adoleſcentiam in ſumma verecundia, & puriſſima innocentia, quamvis ille ſui arbiter eſſet, eique omnes vitæ voluptates deliberare liceret. Quam raro accidit, ut id genus homines inveniantur, qui hac ſedulitate ſuam morum integritatem tueantur! Hæc tot periculis eſt obnoſia, tot illa ſcopuli, laqueique evitandi ſunt, ut non ſine ſingulari Dei patrocinio cumulus adeo prolixus abſolvatur, quin deerretur, & a juſtitiæ viis recedatur; & quin in quapiam majoris momenti re Dei lex infringatur. Hinc Sæcee Textus beatum appellat illum, qui ad finem uſque felici hoc in ſtatu perſeveraverit. *Beatus vir, qui inventus eſt ſine macula.* Fateor equidem non deeſſe, qui poſtquam ignis eupiditatum deferbuit, in reliquum vitæ ſpatium Deo fideles perſiſtant; verum nonne vos quoque fatebimini, perpaucos eſſe, qui omne adoleſcentiæ ſuæ tempus traducant, quin innocentiæ ſuæ labem aſpergant? Etenim ubinam major præſidentia majori eum ignorantia conjuncta videtur, quam hæc in ætate? Major opinio ſui ipſius aſſertorumque meritorum, major cum infirmitate, ac imprudentia? Major pertinacia, & philaucia cum odio majori earum rerum omnium, quæ libertati vim poſſunt afferre? Ubinam cæca magis occurnt temeritas majora adeundi pericula, & quæ minus rebus in omnibus ſibi proſpiciat? Quid, ut verbo me expediam, diſcipulus regitur, atque intra officii fines continetur, quam adoleſcentia? Jure profecto S. Joannes Chryſoſtomus quentur, quod ætatem hanc attingentibus ſummoventur cuſtodes, & pædagogi, quibus tunc maxime opus eſt, & quod adoleſcentibus ſui arbitrium permittatur, ut potius alienis indigent conſiliis. Mirum igitur non eſt, ſi rarum eſt toto vitæ ſpatio ſartam teſtam ſervare innocentiam, quantumvis optima acceſſerit infantiæ inſtitutio bono ingenio, quo aliquis donatus ſuit; ſed ſemper opus eſt peculiari Dei præſidio, ne adeo pretioſi theſauri jactura fiat. *Quis eſt hic, & laudabimus eum?* Addit Eccleſiaſticus: Quis eſt hic, cui tantum roboris, ac virtutis ineſt, ut omnibus ſalutis ſuæ inimicis valeat obniti? hic certe omnium laudem, & admirationem meretur; quod prodigium ſi infrequens non eſſet, Spiritus Sanctus nequiquam tanto illum elogio celebraret. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Eccli. 31.

Eccli. 31.

Pœnitentia ex S. Baſilio nunquam magis eſt neceſſaria, quam periculoſorum annorum horum ſpatio, quo natura excitare incipit in mente noſtra primos ſenſus adoleſcentiæ. Eapetentia palam oſtendit, quod Scriptura docet, præſumptionem, voluptatem, varietatem, & adoleſcentiam unum ferme & idem eſſe. Sulpicius in hæc non ineidit flagitia; Deo cor ſuum, juxta Sapientis conſilium, diluculo tradidit: primæ illius exercitationes fuere jejunium, & oratio; primum illius ſtudium fuit Lex Dei, ac primi ejus eruditus, mortificationes, & pœnitentiæ. Non dicam, Deum eidem ab ipſa pueritia contuliſſe donum miraculorum, vel tanquam futuræ illius ſanctitatis augurium, vel tanquam innocentiæ privilegium. Præſtat illum vobis exhibere quærentem Dominum ex quo per ætatem illum cognoſcere potuit; ædificantem proximum præxi chriſtianarum virtutum, earum

§. Sulpicius omnes adoleſcentiæ ſenſus evitavit.

quoque quæ illius captum excedere videbantur; jugulantem in imo corde prima orientis concupiscentiæ desideria; se se præmunientem contra ambitionem, atque avaritiam, periculosissimas animi ægritudines, ac se se ab erroribus mentis, & corruptionibus sæculi præservantem. *Fletcher.*

Ab ipsa puericia cœlibatum init & se ab omni vitio devovendi.

Ab ipsa puericia Sulpicius præfetulit vim, & prorsus christianum consilium generose valedicendi omnibus mundi contentionibus, omnibus fortunæ bonis, ut se fearis manciparet; hoc enim inter consilium statim ac plenæ rationis usum obtinuit, & pietatis causa, non ambitionis in iis omnia sua consulit studia. Ita totum adolescentiæ suæ spatium non aliud fuit, quam ad sanctissimum statum hunc præparatio, illudque totum transmisit in pias exercitationibus, in asceticorum librorum lectione, & consuetudine eorum, a quibus sanctior poterat reverti; & postquam hac vitæ sanctimonia diem transegisset, domo aufugiebat, ut noctem in preces traduceret in semiruto Sacello, effundens cor suum coram Deo, cujus memoriam reliquiæ illæ, ac rudera excitabant. In temporis partitione solertia, & voluptates nullum sibi particulam vindicabant; fecessum, ac solitudinem diligebat, mundanas sodalitates horrebat; verbo, perfectissimum erat innocentiæ & sanctitatis exemplar. Felicia hæc primordia nonne magnum aliquid pollicentur? Profecto adeo mature iladium virtutis ingredi, non ne est ingentes, & admirabiles progressus feciste? Sulpicius itaque non fuit ex eorum numero, qui ut se Deo mancipent, præstolantur; donec ætas vergat in senium; neque illi devovet reliquiis vitæ inter libidines actæ, postquam ex adolescentiæ flagitiis jam emersisset. Incepit ille famulari Deo, ex quo Deus illi se præbuit cognoscendum. Vitium perhorrait statim ac rationis lumen effulsit illi, ut ejus nequitiam cognosceret. Satis sit dicere Deum ipsum voluisse perhibere testimonium sanctitatis Sulpicii; quandoquidem operatus est miracula ab infantia, quæ felicia fuerunt præsagia sublimis illius perfectionis, ad quam erat aliquando perventurus. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Admirabile est Sulpicii servasse innocentiam in aula, ubi plenumque naufragium facit.

Si rarum est, & singulare innocentiam sartam tectam servasse sæculo omni corruptione affluenti, quale illud fuit, quo S. Sulpicius vivebat, ætate illa, quæ adeo erat in omnem libidinem prona inter noxiarum cupiditatum ardorem, ac omnimodam illis satisfaciendi licentiam? Admirabilius, atque infrequentius est hanc eamdem servasse in aula, ubi omnia occurrunt ejusdem amittendæ pericula, longe magis, quam alibi ubicumque metuenda. Illa enim proprie Mundi lex appellatur, ubi quidquid magis adversatur Evangelicis placitis, mollities, luxus, otium, solatia, voluptates tanquam in sede sua dominantur. Si enim Sanctitas, & innocentia non sunt de hoc mundo, eo in sensu, in quo Dei Filius loquebatur dicens Apostolis suis: *Vos de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo*; Minus adhuc de aula sunt, quo nunquam prodeunt nisi pavidæ, ac timentes, non secus ac in præcipitis, præruptique abyssi crepidine; videlicet, in pereundi periculo, vel saltem metuentes ne inde vel repulsam patiantur, vel contumelia affectæ ejiciantur. *Idem.*

Joan. 17.

Ab adolescentia omnia deserit, ut se devoveat Deo.

Quibuscumque prærogativis a natura donatus fuisset Sulpicius, quamcunque spem illi faceret fortuna, unum voluit Jesum Christum in partem, ac hæreditatem suam, & primum quod iniit consilium, fuit locupletissimis prædiis jurisdusque suis nuncium mittere, ut se totum Ecclesiæ cultui devoveret. Quænam fuit ista vocatio? Nequaquam fuit animi levitas, neque fervor imprudentis devotionis: Deus illum regebat luminibus suis. Non fuit illud ambitionis, vel cupiditatis consilium: illi colligendæ erant omnes domus nobilis, atque opulentæ fortunæ. Non fuit desiderium honesto otio gaudendi ex bonis Ecclesiasticis, atque beneficiorum pluralitate, quæ familiæ commendatione, vel importunis sollicitationibus extorquere potuisset, vita ejus jugis fuit labor, & ex omnibus bonis sua nihil sibi reservavit, quam curam se se illis exuendi, eaque pauperibus erogandi. Neque parentes ejus inconsulto numine illum aris destinarunt. Pii erant, magni erant in Mundo; conscientia vetabantur ex eo facere victimam ambitionis suæ, & mundus ipse illos suadebat, ut illum familiæ, domuique suæ præsidium, columenque statuerent. Igitur interior vocatio fuit, & divini Spiritus afflatus. Ultro ille se ipsum, ex propria voluntate destinavit, & per pœnitentiam præparavit. *Fletcher.*

Puritatem servat inter aulæ delicias ubi homines gloriæ sibi vertere videntur, si illa sua jactura faciant.

Amplissimi honores, & gradus præstantissimi, quos S. Sulpicii Majores in Regno obtinebant, illum coegerunt, ut primos ætatis suæ annos in Regis Gontrandi, Patrui Clotarii Regis transigeret, & plerumque cum nobilissimis feminis versaretur inter illusiones objectorum, quæ postquam oculos fascinarunt, & rationem subverterunt, nihil reliquum faciunt, nisi facti pœnitentiam, & beneficiendi moralem impotentiam. Parvulus hic Daniel inter leones vixit, quin lacerarentur; fornacem ingressus est, ut tres pueri, quin combureretur; in maris profundo, veluti Jonas, fuit, quin faceret naufragium. Hic fuit effectus gratiæ; sed gratiam hanc ille sibi promerut omnibus illis admiculis, quibus homo uti potest. In Sapientiæ schola didicerat, castitatem eximiam esse virtutem, quæ naturam tantum excedit, ut non nisi de manu Dei recipi possit. Quamobrem ille se ad Deum convertit, & ad virtutem hanc obtinendam profixarum ferventiumque orationum vim addidit: *Ut scivi quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det; adii Dominum, & deprecatus sum illum*, Dici igitur potest, ipsum in delicis vixisse, atque in periculosa aulæ regalis occasionibus versatum fuisse, quæ quidem sedes est vitiis omnibus perfamiliaris, cum angelica puritate, cujus votum ab eo elicitum satis palam testatur, ipsum carnis concupiscentiam vicisse, ac retulisse triumphum de hoste domestico, qui blandis lenociniis homines fallit, eosque fere universos in turpi detinet captivitate. *P. Texier.*

Sap. 8. 21.

Illiusque pœnitentiæ, & praxis ardentis.

Fingite vobis adolescentulum renera adhuc ætate, molliter innutritum, e paterna domo concubia nocte pedem efferentem, amictum sacco, & cilicio ad expianda peccata, quæ ab aliis patrari videbat, in Ecclesia, quam temporum injuria, & bells furores diruerant. Hæ licet defertæ altarium reliquiæ adhuc illi venerabiles videbantur; cum reverentia incedebat super Sanctuarii rudera; deosculabatur fere obsoleta præsentiæ Jesu Christi vestigia in diruris tabernaculis, ac super lapides benedictione olim, ac chrismate delibutos se se prosternebat. Audite vos, qui per curiositatem vestram, profanusque sermones sacrum, ac nunquam temerandum sanctorum mysteriorum silentium polluentes, interpellatis attentionem fidelium adstantium sacrificio, & munistrorum, illud celebrantium: audate vos, qui ad pedes usque altarium, ubi Jesus Christus se ipsum ad nihilum redigit, vestraum vanitatum pompam gestatis; vos qui vix fictitiis genu, cum populorum cultui Jesus Christus proponitur, & qui per gestum, habitumque corpori minus decorum dubitandum relinquitis, utrum illum credatis, quin veneremini, an illum veneremini, quam illum credatis; vos denique ibi affectus vestros fovetis, ubi divina lege eos jugulare jubemini; & noxis recantes noxas additis, ubi preces effundendæ sunt, ut earum, quas jam patrastis, veniam consequamini: Sulpicius ipsis quoque divini templi ruinas venerabatur. Ibi christianis meditationibus virtutem suam solidabat; ibi se ipsum offerebat in sacrificium, deficiente Jesu Christi sacrificio, quod illic amplius minime offerebatur. Ibi testum loco habens sydera, & loco Judicis rectarum intentionum suarum Deum, in contritione cordis & annihilatione sui ipsius perseverabat. Noctes, quæ transigunture in ita cœtibus, ubi luxus, vanitas, atque intemperantia triumphant, & ubi virtus crebro naufragium patitur: Noctes quæ impenduntur in aleam æque perniciosam illis, qui aut vicit, aut victores discedunt; noctes, quæ ad requiem, ac silentium datæ sunt, & quæ in cupiditatum æstum, atque tumultum transferuntur, Sanctus noster in pœnitentia, & oratione traducebat. Tenebræ istæ, quæ tot secretis iniquitatibus tanquam velum obtenduntur, illi erant integumento ad virtutes quidem clam exercendas, & evitandum nitorem, atque tentationem laudum. *Fletcher.*

Jugo illius subservientes.

Non cessabat Sulpicius, quo minus omni austeritatum genere corpus suum mortificaret; cumque nequiret fieri fidei Martyr, fieri voluit Martyr pœnitentiæ ea ætate, qua ut plurimum de vanitate solum solliciti sumus, & qua non aliud nobis obversatur objectum, quam commoda vitæ, atque voluptates. Onustus erat sacco, & cilicio; lanizabat corpus suum cruentis verberibus in eo innocentiæ, & puritatis flatu, qui illud dispensare videbatur a pœnis, quæ præsertim constitutæ sunt in ultionem peccati, & satisfactionem pro illo. Sed ille nequaquam sibi blanditur. Novit ad hoc, ut quis pertineat ad Deum, opus esse, ut fiat conformis imagini Jesu Christi: Novit cupiditatem dominari, nisi incessanter atteratur; novit pœnitentiam, quæ, ut Patres inquiunt, peccati medicina est, esse quoque ejusdem antidotum. Quam igitur proferemus causam ad flagitia nostra excusanda? Nunquid nos minime afficient propositæ veritates? Verum est; mediocria exempla nos minime movent; graviora captum nostrum excedunt. Quilibet semet ipsum excusat; quilibet vitæ austeritatem insanis vel peccatoribus, vel Sanctis amandat, & se neutrum putat. Qui fraterno sanguine ultionem suam extinxerunt; qui per calumnias vel judicia corrupta, atque coempta innocuas fortunas everterunt, integrasque perdiderunt familias, & fortassis earum universam quoque posteritatem, qui pauperum spolus locupletati sunt, & qui Dei Populum deglutierunt, illum crudeli avaritiæ suæ tributum persolvere cogentes; qui sacris abusi sunt mysteriis religionis, justitiæque integumento ambitionem, vel avaritiam dissimulantes; hos omnibus legis austeritatibus damnamus; & verum est pro illis institutam fuisse pœnitentiam; sed non ideo minus est pro nobis quoque institutam. *Fletcher.*

Vitæ ratio quam tenebat in aula.

Sapiens Aulicus noster non cessabat, quominus Regi suum præstaret obsequium, ac reverentiam; verum non ideo minus solers erat, ac diligens in officiis suis erga Cælorum Regem obeundis, & si diurni spatii dimidium transigebat in Aula apud Regem; noctes totas in oratione coram Deo procumbens absumebat. Quoties Cælum vidit nobilem hunc adolescentulum de cubili surgentem; cum omnes illius famuli in aurem sterterent utramque,

que, & genibus humi fixis, manibus ſublatis, oculiſque lacrymarum imbre manantibus, ſuſpiria emittentem, illa Eccleſiaſtici verba jaculari; *Domine pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum.* Quandoquidem vis, ut in aulæ ejus luce verſer; quandoquidem me tui impellit Providentia, ut in Mundo vivam, ne permittas tamen, ut aulicorum more vitam componam: *Extolleriam oculorum meorum ne dederis mihi.* Magnum me feciſti, ne ſinas in me hunc ſuperbiæ ſpiritum dominari, qui in Principibus viris adeo diſplicet ubi: *Et omnes ſiderantium averte a me.* Extingue in corde meo omnia hæc inutilia celſitudinis deſideria; præſertim vero, ne tradas me in concupiſcentias carnis, & infamium voluptatum pericula: *Auferte a me ventres concupiſcentiæ.* Quemadmodum ſcilicet, Deum nequaquam ſe communicare ignavis animabus, prolixis, ſervidiſque precibus ſuis addebat rigores, & auſteritates pœnitentiæ nimis ſeveræ. Geſtabat, ut plurimum cilicium ſub oloſericiis indumentis, vitæ ejuſdem ſcriptor ait; cubile quidem magnifice ſtratum habebat, ſed cubabat humi in matta, & callebat Regum menſæ conviva jejunare. *P. Texier.*

Eccl. 23.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Nobili loco natus erat Sulpicius; hoc illius teſtatur hiſtoria. Videtur etiam non communi, ſed florentiſſima nobilitate gaviſum fuiſſe, quandoquidem in Regis Galliarum aula innutritus fuit, qui etiam diutius quam potuit, illum ſecum retinuit. Verum locus iſte illi viſus eſt tanquam formitus potius quam meritorum ſuorum teſtimonium, & fructus, quem inde percepit, fuit ſibi perſuadere, ſibi arctiorem ingeri neceſſitatem non tantum genere, quantum virtute aliis præſtandi. Equidem ſcio generis amplitudinem non parum conferre ad meritorum commendationem. Sed Sulpicii meritum generi ſuo nitorem addidit, oſtenditque illum nulla re minus, quam avita nobilitate commendari. Nullum unquam fuit ingenium felicius, ſuavius, officioſius, neque proniua ad benemerendum de omnibus; quod illi Sulpicii Pii nomen fecit, ut ab alio cognomine fecerneretur: quaſi ſuavitas, & benefaciendi ſtudium eſſet character ille, ex quo connotandus erat. Eximiæ hæ animi dotes poterant quidem illum virum magnum in mundo conſtituere. Sed illis uſa gratia eſt, ut inſignem ſanctitate virum efficeret in adeo uberi agro operata. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Nobili loco natus erat Sulpicius, quandoquidem Galliæ Rex illum in Aula ſua alle juſſit.

Deſcriptio vitæ vitæ S. Sulpicii Pii in ſuam ducit ſtatum.

Aula regia eſt, cujus graphidem mihi vobis exhibere non licet, quandoquidem illius aditum non attigi, & quidquid de illa ſcio, ex aliorum dictis accepi; dicam ſolum, me ibi ex vitæ genere, quæ ibi agitur, jugem mentis evagationem cognoſcere propter objecta varia ibi occurrentia, & prohibentia, ne quis ſeſe colligat, & ad ſe revertatur; inordinatam cordis effuſionem, quod inceſſanter circa exteriora verſatur, & ſæcularibus tantum rebus inhæret: itaque pietas inde, ut plurimum, exulat, & Chriſtianiſmi ſpiritus, qui conſiſtit in alacriter obeundis auſterriſſimis quibuſcunque Religionis exercitationibus, ibi nunquam invenitur. Fingo mihi in hoc vitæ genere ambitionem ſemper æſtuantem, & ſeſe ad altiora extendentem; ſpem, quæ non excidit, licet ſe ſe vacuum vidust ea ſolicitate, quam ſibi digitis attingere videbatur, & ad quam tamdiu anhelabat: Vitam mollem, voluptuoſam, illic ſemper dominantem. Hic denique locus eſt accerrimarum, & noxiarum cupiditatum theatrum, ubi virtus extra miraculum non inveniur, & ubi nonniſi ſimultates, dolus, ac ſæpe etiam proditio, & perfidia debacchantur. In hoc tot periculis circumdato loco, adeoque integritati pernicioſo Sulpicius vixit, ut fidelem decet, verumque Chriſtianum; ibi ſervavit ſolitudinis ſpiritum inter negotia, agitationes, jugemque diſſipationem, in qua alii verſantur: ibi pietatis, ac Religionis ſpiritum tenuit inter effuſam libidinem tot mortalium cujuslibet generis atque ætatis; ibi denique alut pœnitentiæ, & Chriſtianæ mortificationis ſpiritum inter delicias, atque ſolatia. Hoc profecto mirum, ac rarum dici poteſt; etenim humilem eſſe in ima, privataque conditione, pauperem ſpiritu in vera paupertate, pœnitentem inter clauſtra, hæc quodammodo neceſſitatis virtus eſt; ſed pietatem ſervare in negotiorum tumultu, inter honorea humilitatem diligere, paupertatem in rerum affluentia quærere, & mortificationem inter aulæ magnificæ voluptates amare, majus in gratia miraculum eſt, quam ſit in natura, videre flumen per maris fluctus pertranſiens, quin ſuam eorrumpat aquarum dulcedinem; vel videre pueros in fornace Babylonica ſeptos flammis, quin earum incendia extimeſcant. Opus ad id eſt fortitudine prorſus divina, & peculiari gratia. Hoc tamen prodigium viſum eſt in Contrandi Regis aula, eum ibi verſabatur Sulpicius. *Idem.*

Sulpicii pietas in aula, ejuſque fructus pietatis.

Nonne mirum, atque inaudium eſt videre Sulpicium, qui tantum abeſt quod tabida Aulæ corruptæ aura inficeatur, ut immo illue inferat pietatem, Religionem, virtuteſque omnes, quæ antehac vel alienæ erant, vel ignotæ; & inde eatnudat aleam, luxum, ſcandala, & flagitia univerſa, ita ut non ſolum ſe ibi eorrumpi non ſinat, ſed eam reformet; & non ſolum privorum exemplorum torrente ſe rapi non patiatur, ſed illi obluctetur per vitæ ſanctitatem, quam ducit; & demum, quin ipſe perverſatur, quod longe plurimis accidit, aulam ipſam convertat, eamque ſanctam, piam, modeſtam, ac frugi reddat: tanta bonis exemplis virtus ineſt, & tantum efficiunt impetum in eos, qui in ſceleribus contabuerunt! Sed quibus virtutis exemplis opus fuit, ut admirabilis adeo conſequeretur effectus! Opua eſt proculdubio, ignem vehementer accenſum eſſe, ut in propriam naturam convertat ea, quæ illius virtbus maxime reſiſtunt; & ſatis confirmata opus eſt auctoritate ad evellenda ea placita, quæ in mentibus altas adeo radices jecerant. Quænam igitur fuit Sulpicii virtus, ut inveteratos mores convelleret, qui adverſus Evangelii dogmata pererebuerant? Quam lucem emittere debuit, ut denſas adeo tenebras diſſiparet? Sin autem noſce vobis ſert animus quibus artibus, & qus induſtria dicfaient uſua, ut adeo feliciter votorum ſummam aſſequeretur; brevi dicam. Cum ille eauſa generis ſui & conditionis, in qua ipſum Provtdentia eollocaverat, tenetus in aulæ luce verſari, nemo unquam magis illo curam, tempuſque tranſmiſit, ut ſeſe ad illiud Filii Dei placitum componeret: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Idem.*

Sulpicius eonſcientiæ ſuæ puritatem, & pacem tuetus inter murmur, atque tumultum alienarum cupiditatum; in aula, quæ vocari poteſt regio ſollicitudinum, ac deſideriorum, nihil poſſidere vult præter Deum. Sed his in locis, ubi omnia pro pretura gloriola ſacrificantur, ille immarceſcibilem gloriæ coronam acquirit; ſi inter aſſentationes, atque mendacia ubique perhibet teſtimonium veritati; denique ſi in aula Sanctus eſt, ne miremini; Deus enim cor illius emundavit. Illum evocat Providentia; illuc ſine ambitu ingreditur, ibi ſine ambitione moratur, inde ſine dolore abit. Quænam eſt Principis Sulpicium depoſcentis intentio? Quænnne hominem elegantem, & ſæculi officia callentem, qui norit ſuas cupiditates diſſimulare, & herilibus curis blandiri? Hominem, qui norit artem religionem ſuam cum politia conciliandi; qui illum in exercitibus ſequatur, non ut pacia conſilia ſuppeditet, ſed victoriis plaudat? qui illius benevolentiam lenociniis captatam teneat? qui ut S. Paulus ait, pietatis ſuæ mercaturam exercens, pro levi gratiæ, atque eaiſtimationis aura miniſterii ſui honorem venumdet? Quærit Sacerdotem, qui commiſſam ſibi a Deo auctoritatem illi ſubjiciat? Si hujus farinæ mortalis quæritur, Sulpicius ex receſſu ſuo pedem non effert. Palam mentem ſuam aperiat, opus eſt; & aſſerat utrum Sacerdotem, an Aulicum; utrum ſibi animarum ſalutem, an publica negotia velit committere: Sacerdotem videlicet qui futurus eſt elcemoſynarum Regis diſpenſator, benevulus cenſor vitæ ipſius, & Pater communis populi, & exercituum. *Fleſhier.*

Res admittit Sulpicii in Conſilio ſuum.

Sulpicius permanens in aula, quibuſcunque poterat rationibus de Rege ſuo benemerebatur, ſemper obſequens ejuſdem imperiis, ſemper ad illa capeſſenda paratus; præſtana obſequia, reverentiam, ſedulam jugemque curam, ſtudium etiam eidem placendi in iis, quæ divims ſegibus non adverſabantur, & quæ illius conſcientiæ officere non poterant. Hæc ille ſollicite reddebat Cæſari; ſed altera ex parte diligentius reddebat, quod erat Dei, efficiens, ut ſuæ Religionis officia potiſſimam ejus curam abſumerent; ubique inſignia ſuæ pietitis exempla relinquens, ita ut per hanc conciliationem eorum, quæ & Deo, & Rega erant ipſi reddenda, utrique placuit; & mortales omnes virtutem illius venerati, ac intuiti illum humilem ſine ambitione; ſuperbiæ, & gloriæ inimicum, pium, liberalem, charitate refertum; & in muneribus ſuis obeundis ſollicitum; quieunque ad illius exemplum ſeſe componere ſtuducrunt, eumque imitati ſunt. Neque hac tantum de eauſa divina Providentia ipſum in aulam aſciverat; ſicut enim Regni felicitas pendet a ratione, qua Rex imperat: Deus dedit Sanctum hunc virum tanquam Samuelem alterum, qui Regi ſuo ſapientia præberet conſilia, eique Dei mentem aperiret, doceretque quid eſſet agendum, ut Chriſtiano more imperitaret, & efficeret, ut per ipſum in ditione ſua regnaret Deus. *Auctor recens.*

Novit; ſcire Sulpicius Regis conſilia cum Dei mandatis conciliare.

Non inifuo reor animo vos audituros me brevem hiſtoriæ partem vobis narrantem, eum nequeam aliunde melius in lucem proferre Sancti hujus noſtri virtutes. Gontrandus Clodovæi illius nepos, qui primus Chriſtianam Religionem ampleaus eſt, Rex erat Auſtraſiæ, & tutor Clotarii II. Regis Galliæ, cujus clientelam aſſecutus eſt titulo Tutoris & Gubernatoria Regni totius. Principi huic quædam inerant dotes optimæ, niſi aliquorum vitiorum labe fœdatæ fuiſſent; præſertim vero pietatem, ac juſtitiæ amorem præfetulit, nihilque illi antiquius fuit, quam ut in ditione cum ſua, eum Principli ſui floreret Religio. Quamobrem cum Sulpicii virtus ac prudentia illi effet perſpecta, illum ſibi accerſivit in aulam, ut juſta ejus conſilia regimen ſuum moderaretus. Hac in re Sanctus hic noſter omnes ſuas curas impendit; cumque illi perſuaſum eſſet ſe nullibi poſſe de Deo, ac Religione melius mereri, omnem tranſmiſit operam; ut nepotem quidem ad pietatem formaret, & bonis patrui eurls, ac intentionibus vehicaretur; eique auctor fuit, ut leges ad regni tranquillitatem, & Eccleſiæ utilitatem ferret maxime neceſſarias. Tutorem & pupillum deterruit, ne injuſta ſuſciperent bella,

Nunquam Gontrandus rapit Clotarii II. Regis ab ipſo Clotarius ereptura invenere confilia in maximis Regni negotiis, quam ipſi Sulpicio.

la, illis mentem injecit sæpe cogendi concilia ad morum disciplinam, & asserere merito possumus, nunquam Deum majorea effudisse in Galliæ regnum benedictiones, quam cum Sulpicius auctoritatem apud duos hosce Principes nbtinuit, eisque fuit consilii Angelus, & vivens oraculum in gravissimis negotiis. *Idem.*

Finis hujus argumenti.

Tutori Clotarii II. ita persuasum erat futurum, ut Deus sirmis sua benediceret, justisque eorntibus suis vellificaretur, donec Sulpicium secum haberet fidissimum consiliarium; ut cum illi sustinendum fuerit bellum, nunquam in aciem descendere ausus sit quin secum haberet virum, in quo maxime confidebat. Neque illum sua fefellit opinio; cum enim exercitus commeatuum inopia laboraret, Sulpicius opitulatus est, & artea nxctua est, in annonam militum impendendi quidquid Rex ipsi in alimonium suppeditabat. Præterea cum adnlescentuli Regis salus jam esset conclamata, neque spea ullx vitæ superesset, omnes inevitabilem Principis calsmitatem lacrymis prosequebantur. Nunquid ex remotioribus Eremitarum sedibus Propheta xliquis arcessendus erit, qui Dei verbis Regi dicat: *Ecce ego adjiciam super dies tuos?* Credensne? Sanctus, & Propheta in aula repertus est. Sulpicius miseretur, jejunat, otat; retinere videtur animam Principis: licet morti proximus sit, illi tamen valetudinem eertsm polliceitur; medetur illi, eum custat, &, ut ita dicam, revocat x morte. Quænam est subditi gloria, posse Regem suum tanquam opus suum respicere! Verum abutirurne Sulpicius miraculo, quod toto inspectante Regno patraverat? Numquid in propriam venit utilitatem novum meritum, quod apud Regem obtinuerat? Etenim quid sperare non poterat pro adeo singulari beneficio? Nequaquam. Immo illi sit modestiæ, & humilitatis accessio; Gloriꝛ hæc illius auget humilitatem, ac dicerea illum esse usquequxque pudore sussusum propter miraculum, quod impetrsverat; & humilitas ejus majus sit, quam actio eadem, miraculum. *Fischer, & Auctor recens.*

Isa. 38, 5.

Pudor Sancti hujus interpositus audicam vitam ingredientis.

Avaritiæ, ambitionis, aut voluptatum cogitationes longissime semper a Sulpicii animo abhorruerunt; quæsivit ille placere Deo æque in aula, ac alibi ubicumque. Fruttra adnisus esset quispiam ex illo pacifica elicere verbx ad conscientias sedandas eo tempore, vel loco, ubi necesse erat illis perturbationem injicere: Frusta dixisset aliquis illi: *Videte nobis visiones, loquimini nobis placentia.* Non erat Sulpicius ex numero eorum, qui in Principum animos obrepere ttudent; qui eorum gratiam inire malunt, quam eorum animabus prospicere qui eorum scelera excusant, eosque ad majora patrnnda solliciiant. Anathemate perculsi, Domine, ignavos hos, & mercenarios pastores; & maledictis tuis benedictiones illorum infirmasti: *Væ vum benedixerint vobis homines.* Sanctus hic ideo in xulum sreesitur; ut illam sanctificet, semetipsum multo magis sanctificans. Si nos quoque in aulam evocaremus; quodnam secretum gaudium corda nostra perterreret? Sed gaudium periculosum, funesta oblectatio! Etenim nonne electio hæc x nobis haberetur tanquam effectus meritorum nostrorum, & tanquam via nobis ad fortunas, honoresque indipiscendos aperta? Quænsm nos pertentaret libido, si in sanctus terreni Principis consilium admitteremur, & inter primos ejusdem consiliarios propter merita nostrx recenseremur? Verum est ad hoc, ut muneri nostro responderemus, nonnisi amorem proprium nos fusse consulturos. Sed S. Sulpicius alio xgitur spiritu. Antequam xulam ingrediatur, alios se sapientiorea in consilium vocat. Orat, consilium petit, deliberat, & missionem hanc nonnisi ab Episcopo suo recipere vult, ut operibus suis obedientix meritum accedat. *Auctor recens.*

Regis nituit munere se largiente in ecclesiam illam effundat.

Quemsdmodum per opes cupiditatibus omnibus fatis fit, & sine illis hæ non quidem extinctæ sunt, sed intermortuæ, atque inhibitæ, & quemadmodum vulgo per divitias via sternitur ad honores & dignitates, atque in pecuniis unam inveniunt damni faciendi spem alii qui in luxum, & vanitatem incidunt; dicere possumus etiam hanc acerrimam esse tentationem a mortalibus superandam, præsertim cum eo loco sint, ubi illas valeant sibi comparare. Hinc in Scripturis bextus xppellatus ille, qui post aurum non abiit, neque speravit in pecuniæ thesauris. Sulpicius illas in liberalitatis suæ materiam convertit, iisque utitur, ut in xulam novam indurst formam, docens, quem sint in usum convertendæ. In aula versatur non ut gratias emendicet, sed ut eroget; & quæ recipit, in aliorum sinum effundit. In xula debita omnia officiis, officiosisque verbis, dissolvuntur; docet Sulpicius verbis his sinceritatem adjiciendam, eorumque principium a christisna charitate proficisci debere. Ut aulicis aliquam injiciat erga egenos benevolentiam, ipse illos invisit, ac maxima sedulitate omnibus eorum necessitatibus prospicit. In aula reditus augentur, simulorumque tuebx sit magnificentior: Sulpicius sumptus suos immnuit, ut non superflua tantum, verum etiam necessaria elargiatur. Si in illum Regia liberalitas sux confert munera, hæc recipit, tanquam euripus aliquis, eadem in sinum pauperum deferens, quin xliquid reservet sibi, non tamquam xlveus, . . quid est abundantius, effundens. *Idem.*

Longe alius ac ab aulicorum ingenio, a omnia opibus, honoribus & voluptatibus sacrificant.

Deus illum vocat ad similia Ministeria.

Quo virtutis robore fuit opus Sancto Sulpicio, ut tot reluctaretur tentationibus, quibus septua erat in aula? Donatus x Deo fuerat præstantissima dotibus, per quas coram Deo, & corsm hominibus gratia invenitur. Sanctitas sua reverentiam, & lenitaa amorem illi conciliavit. Potestates Ecclesiasticæ & saculares certatim illum depoposcerunt. A Rege Thierry illum expetierat Episcopus, proponendo clero suo tanquam Christianarum virtutum exemplum. Clotarius Rea illum ab Episcopo repoposcit aulæ, familiæque suæ spirituli regimini præficiendum. Mundus illum Ecclesiæ concedit; Ecclesia vero illum commodat mundo & per opera utrique præstita, & per collatos honores, Sulpicius ostendit Ecclesiæ non deesse filios incorruptibilea, & mundum, quantumvis injustua sit, derectare non posse, quominus debitum Sanctis honorem impendat. Ea vita hæc, quam in mundo inter aulæ tumultua agebat, exiuit illum Deus ad primas Ecclesiasticæ Hierarchiæ dignitates, eum ad Bituricensis Archiepiscopstus insulas attollens, ut illum Ecclesiæ suæ proponeret, tanquam Psstorum xelo, & charitate flagrantium exemplar; sanctusque aulicus, ubi primum integrum illi fuit, ex aulæ impedimentia sese expedire, quibus nonnisi invitus se implicsri passus fuerat, terreni Regis hsud ægre servitute se abdicavit, ut supremo cæli, terræque Domino deserviret. Deus, qui illum in priorem statum adduxerat, facilem ei præbuit exitum intercedente magnæ hujus Urbis Episcopo, qui apud Regem magnum hoc negotium procursvit. *Auctores varii.*

Plurima sanctissimæ flagella ut Clero, & populo.

Mirum non est, quod Sanctus Aulicus evaserit in Sanctum Ecclesiasticum, & Episcopum zelotem ad servandam in clero disciplinam, & morum, sideque puritatem in Ecclesia. Ut igitur Ssnctum Sulpicium altero hoc in statu conssideremus, necesse est vobis tanquam in Tabula ob oculos exhibere deplorabilem statum Ecclesiæ Gallicanæ, tunc temporis eum Deus Sanctum hunc misit. Docent Historici, tunc simoniam, & avaritiam late graffatas fuisse inter Præsules, & licentiam, atque libidinem in Clero. Populorum mores vitiis erant corrupti, & innumera flagitiorum multitudo caliginem offuderat fidei purstati. Ut omnibos hisce malis occurreret Sanctus noster, eogi curavit alterum Matisconense Concilium, obi illius doctrina, constantia, zelus, divinæque charitatis fervor enituit. Mirum fuit illum xudire quotidie in augustissimo illo ecetu prædicantem, & pro textu semper illa Apostoli verba ucsumentes: *habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Vi disertissimarum concionum suarum, accedente exemplorum suorum robore, non solum vitia de cordibus Ecclesiasticorum ersdicavit, verum etism in corum animalua injecit sincerum, & ardena desiderium apostolicas virtutes acquirendi. Tanto cum fructu in diœcesi sua laborum omni genere se ipsum exercuit, ut non solum inde judaicam superstitionem, quæ longe, lateque se sepet eam terræ plagam effuderat, exterminaverit, neque solum insignes pecritores ab inreritu revocaverit, sed adeo sanctus impressionea in cordibus plurimorum fecerit, ut multi sæculo extremum vale dixerint, ut sub Crucis vexillo exsesti militiæ se adsenberent; multi domos suas reliquerint, ut inita speeua, ae ferarum lustra sese reciperent, multi mundo nuntium mitterent, ut in solitudines, & deserta loca uni Deo vacaturi secederent. *P. Texier.*

Sanctus perfecte omnia obiit Episcopatus sui munera.

Ut paucis omnia Sancti hujus nostri complectamur officia, quæ in Episcopali munere obeundo perfolvit, dicam, illum exempln ædificasse, doctrina eruditse, charitate patrocinatum fuisse populo suo. Quis unquam Antistes, munere suo præstantius perfunctus est Sulpicio?

Deus

Deus ipſe, qui illum ad hanc dignitatem evexerat, eumdem in eadem tueatur. Bituricenſis Eccleſia Sancta Paſtoris ſui obitu viduata recreari non poterat, niſi alterum ſimilem priori ſucceſſorem nanciſceretur. Sed votis ejus obſtabant multæ hiſcorum ſuorum factiones, & ſpes omnis in aritum abiiſſe videbatur, cum munda ſpiritus omnia veneno infeciſſet. Tales ſunt hujuſmodi cœtus tumultuarii, ubi omnium ſuffragia ſecundum propriam opinionem, & melius libidinem dixerim, ferunturſ ubi viri Principes modo auctoritate, modo calliditate in partes ſuas trahunt humiliores; ubi denique ambitus, & favor rationi, & religioni præpollent. Hujus generis erat cœtus Bituricenſis, omniaque in pietatis excidium converſa fuiſſent, niſi Regina, quam ſuſcitaverat Deus, Regem ſuiſſet hortata, ut Sanctum noſtrum in Epiſcopum eligeret; vel potius niſi ipſa Dei Providentia eumdem in Epiſcopali ſede collocaſſet. Quot abſolutiſſimæ virtutis exempla tribuit ille in ſua diœceſi? Documenta, quæ ille tradidit populo ſuo, vitæ ejuſdem norma fuerunt. Cur mihi non licet vobis ob oculos ponere ſapientiam hanc adeo validam ad perſuadendum, & eloquentem hanc ſimplicitatem, quæ tot animas Jeſu Chriſto peperurunt? Cur temporum injuria, vel patrum negligentia paſſæ ſunt, ut jacturam faceremus reliquiarum Spiritus hujus Apoſtolici; cum in Conciliis, quæ ille in Provincia ſua identidem cogebat ad reparanda mala, quæ laxitas morum in diſciplinam invexerat, ſuffraganeis ſua communicabat lumina, eoſque ſuo replebat ſpiritu, ſuoque zelo animabat? Qua vi illis crebro hæc iterabat verba communis Præceptoris, ut vitæ ejus hiſtoricus narrat: *Nolise poſſidere aurum, neque argentum*, oſtendens Epiſcopum ab omni cupiditate abhorrere debere; communem eſſe pauperum omnium tutorem? ac oportere paratum eſſe, ut in ſingula momenta pro grege ſuo animam impendat; illi imitandam eſſe Filii Dei integritatem ac pauperatem non ſecus ac illius Sacerdotium repræſentat. *Flechier.*

Manh. ex.

Quinam fuere fructus zeli S. Sulpicii? Spargit Evangelicum ſemen, & vix uberes meſſes inde profectas colligere poteſt. Illic Apoſtolicis temporibus dignos Sacerdotes informat, hic Deo virgines conſecrat, eiſque tradit profectionis documenta. Inter clauſtra voluntarias pœnitentiæ concludit; Solitarios in ſolitudinem arrahit, & jure dicere poſſumus diœceſim illius conflatam fuiſſe ex Religioſis communitatibus, & receſſibus Anacoretarum. Sed quænam illius eatitit charitas, ac dilectio erga populum ſuum? Pauperum cura ſemper admiſcrata fuit inter præcipuas Epiſcopalis Officii curas, in Præſule autem noſtro fuit vulgariſſima. Eccleſiaſticas op.s tanquam Dei hæreditatem reſpexit; unice ad Chriſtum Jeſum, ſponſamque ejus Eccleſiam ſpectantes; crediditque ſapientis eſſe Paſtoris, poſtquam ſpiritualem eſcam populo ſuo dederit, corpoream quoque in neceſſitatibus miniſtrare: ille profecto nihil ſibi in commoda ſua reſervavit. Ille non habuit ſuperba palatia, ſed magnificentia ejus in Templis & Xenodochiis extrunitis eluiuit. Nunquam in domo ejus viſa ſunt pretioſa vaſa aurea abacis ſuffulta ad illius vanitatem oſtentandam, vel irritandam alienam; nonniſi fictilibus uſus eſt, quibus ſæculi ſui luxum, & avaritiam damnavit. Domi ejus nunquam inſpecta fuerunt cubilia locupletius aris ipſis anſtructa; humi cubabat, ejuſque ſomnum divinarum laudum cantus interpellabat. Omnia in pauperum alimoniam impendebantur; vidiſſes illum penetrantem latebras cubiculorum, quo ſe recipit paupertas, ut eorum Deo ſuas effundat lacrymas, eaſque mortalium oculis abſcondat. Vidiſſes illum in teterrimorum carcerum ſqualore manu ſua miſeris illis eleemoſynam diſtribuentem, in quos famor, & deſperatio tyrannidem exercebant. *Idem.*

Quinâ fuerit fructus zeli ejus?

Ubi in Sancti viri vita lego, aquam, qua manus ſuas abluerat, ab omni febrium genere ægros liberaſſe; cruris ſigno illum cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis uſum pedum reddidiſſe; mortuos ipſos verbo illius parituſſe, quod teſtantur egregie puer quidam frigore enectus. & vir aquis ſubmerſus, quos magno inſpectante populo ad vitam revocavit: In hoc, inquam, Sancto viro tantum admiror virtutem, ac poteſtatem miraculorum patrandorum, quantum vim illam, quam obtinebat in corda, & admirabiles converſiones, quæ Bituricum agrum in antiquæ Thebaidis imaginem converterunt, ita ut quocunque iretur, magnus occurreret numerus ſolitariorum in ſublimioris perfectionis praxi viventium. Ardentes preces, quas noctu effundebat Deo, morum innocentia, vitæque ejus integritas vim admirabilem verbis illius conſociabat, ejuſque zelum adeo efficacem reddebat. *P. Texier.*

Ejus miracula.

Cum Sancto Sulpicio perſuaſum eſſet, Epiſcopatum perfectiorem, quam vulgo, vitam requirere; ad hanc dignitatem evectus, vitam ſuam regere cœpit; jejuniis, atque aſſuetis auſteritates duplicavit, nonniſi humi cubavit; majori cum aſſiduitate ſeſe precibus abdidit, plures erogavit eleemoſynas, ſe magis comem, humaniorem præbuit, & quod earum eſt, recens hæc dignitas novam animi magnitudinem injiciens inſpiravit illi majorem humilitatem, modeſtiam, & earum rerum horrorem, quæ faſtum, & magnificentiam redolent, ut deinceps nonniſi virtute ſua nobiliteretur. Archiepiſcopale Palatium ſit publicum Xenodochium, omniumque miſerorum perfugium; nihil ſumptus in ſupellectili, cum enim ille pretioſa vaſa pro altaribus reſervaret, figlina in uſum delegit; nulla in menſis bellaria, oleribus enim ac leguminibus veſcebatur, eum interim nullis parceret ſumptibus, ut Jeſum Chriſtum in pauperibus aleret. Nihil illi ſatis locuples videbatur in Templorum ornatu, nihilque ſatis abjectum in cultu ſuo, arctiorem ſervans paupertatem, quam religioſiſſimus quiſque in clauſtris Cœnobita. Detegebat neceſſitatem eorum, quos pudor ſuam in oculis hominum aperire verabat, eoſque clandeſtinis opibus juvabat. Charitas ejus ipſas carcerum tenebras penetrabat, & miſerimo cuique aditus ad illum maxime patebat, apud quem in afflictis rebus tutiſſimam opem nanciſcebatur. Etenim eorum etiam, quæ maxime ſunt neceſſaria, uſum interdicebat ſibi, ut ad ſe confugientibus opitularetur; eo uſque ut cum audiſſet egenum quemdam, ſeu temporum ſævientium injuria, ſeu negligentia alicujus ex Clericis ſuis, cui illum commendaverat, fame, vel frigore interemptum ad plures abiiſſe, ſibimetipſi acceptam retulit mortem illius, atque accuſavit ſe de obitu illius, quem ope non opportune allata interfeceraſ; neque conſolari unquam potuit, niſi precibus, lacrymiſque Deo dante mortuum in vitam revocarit; quem etiam reviviſcentem ipſe propriis manibus alere voluit, quin alteri cuipiam alendum commuteret. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Quo dolore confectus fuit Sanctus noſter Antiſtes, cum Deus ad virtutem ejus exercendam oſtendit illi deſolationem populi ſui propter ſævitiam avari, & ſuperbi Præfectis, quem Rex in Bituricenſem agrum immiſerat, & qui Provinciæ hujus excidium minitatur fuiſſe videbatur? Quomodo commota fuerunt viſcera illius videntis divites expilari, pauperes opprimi, Sacerdotes cum laicis confundi, juſtorum domos everti, & ipſam Jeſu Chriſti hæreditatem diripi; Quo mœrore contabuit cum civitatem, agrumque depopulatum agnovit, cum calamitoſis oppletos carceres vidit, quorum non aliud crimen erat, niſi paupertas; qua nulla ex illis rapina poterat fieri! Quoties imploravit illo, ſe fruſtra, barbari hujus hominis, & immitis publicani miſericordiam! Quoties illi intentavit divinæ ultionis gladium ſuper caput ejus nequam prolapſurum! Jejunia indixit, preces iterari juſſit, præbuit ſe anathema pro fratribus ſuis donec aliquando a Dei juſtitia perſecutoris impii ſupplicium inſigne impetravit. *Flechier.*

Obtinet a Deo liberationem ipſius populi ſui oppreſſi a Præfecto crudeli, & avaro.

Sancti Sulpicii charitas non immoratur in eo, ut corporalibus populi ſui calamitatibus ſerat opem; cum enim ſciret mala animæ magis eſſe deflenda, quam corporis, & ſibi ex muneris ſui officio his potiſſimum eſſe invigilandum, in re hac primas impendit curas, & neſcio an in Gallia extiterit unquam Paſtor majori zelo ſucenſus, vigilantior, ac in dignitatis ſuæ muneribus obeundis ſollicitior. Clerum ſuum reformavit, ſibi ſocios adlegit eos omnes, ex quibus ille conflatus erat, & ex illis totidem conſtituit Concionatores, Miſſionarios, cum quibus partiretur Apoſtolicos labores, & hac arte brevi ex Eccleſiæ ſuæ agro exterminavit zizania, quæ inimicus homo incubantibus nocte tenebris ſuperſeminaverat. Poſtquam curis ſuis non exiguam convertit Judæorum partem, qui jampridem in ejus diœceſi rerum ſuarum ſedem fixerant, obtinuit a Regibus edicta, quibus ſolum vertere jubebantur illi, qui indocilea, ac rebelles luminibus fidei indurueraut. Omnibus in civitatibus Xenodochia conſtituit, quibus proſpiceret neceſſitatibus corporis & animæ pauperum, ægrotantium, viduarum, & pupillorum. Ex Eccleſiæ ſuæ reditibus ſatis opum hauſit ad inſtituendas ſcholas, alendoſque præceptores, quibus adoleſcentia in litteris, ac pietate eruditetur, ratus hoc ſolidius, idemque diuturnius eſſe bonum, quod Eccleſiæ ſuæ poſſet procurare. Mox per intervalla rationem poſcebat profectus, quem quiſque in munere ſuo retuliſet; & verbo, dicere poſſumus nullam ab eo prætermiſſam fuiſſe profeſſionem, nullum vitæ genus, cui ille non ſuppeditaverit magna ſubſidia, & peculiaria admincula ad ſanctitatem indipiſcendam. Neque ſo Bituricenſi agro zelum continuit ſuum, ſed illum ad proximas diœceſes, omnemque Galliam generatim extendit. Cum enim cogitaſſet flagitia, & ſcandala, quæ late ubique grafsabantur propter Præſulum negligentiam, adnixus eſt efficax malo remedium afferre per alterum Matiſconenſe Concilium, cura ejus coactum, de quo ſuperius locuti ſumus. His artibus obtinuit, ut reflorefceret in Gallia primæva Eccleſiæ imago, & ur jure ille communis regni totius parens appellaretur. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Miſertus eſt magis ſpiritualis, quam corporalis calamitatum populi ſui.

S. Sulpicii vita in Epiſcopatu.

Sanctus Præſul noſter cum jam indefinenter operam, curamque ſuam in reſtituenda pietate, Religione, botuſque moribus provinciæ totius collocaſſet, cum Epiſcopali munere perfunctus egregie fuiſſet, ſentiens ſe jugibus laboribus atteritum, inuit conſilium committendi partem

S. Sulpicius arctius laboribus Epiſcopatus in ſolitudinem ſe recipit.

partem tot negotiorum Diœcesis suæ coadjutori, cujus infignis esset sanctimonia, ut in profundam sese recipere solitudinem, in qua ad biennium Deo unice intentus contemplationi vacavit. Ibi anima ejus ab impedimentis corporis quasi expedita sese ad primum principium suum attollebat; & a sui ipsius parte divulsa per ardentis charitatis actus sese Creatori suo conjungebat. In silentio, & sanctæ hujus solitudinis requie revelabat Deus famulo fideli secreta mysteria, eique in antecessum ostendebat infinitos gloriæ thesauros, qui futuri erant merces laborum illius. Neque putetis me hoc in loco vobis verba facere de visionibus, atque extasibus ejus, deque illius cum Angelis consuetudine: Angelis enim dumtaxat licuit amicabilem illius ingredi solitudinem, ac testes esse eorum, quæ Deum inter, ac ipsum transigebantur; ideoque sublimes tantum illæ mentes id valent explicare. *P. Texier.*

Sanctus hic Præsul finem suum adventare sentiens, postquam eum sibi successorem delegit, qui par esset Ecclesiæ suæ regundæ, ac subeundis curis, quas ipse pro Dei cultu, & publicæ tranquillitatis perseverantia susceperat, se tandem morti præparavit, quæ in Dei quidem conspectu pretiosa fuit, sed Galliæ universæ funesta extitisset, nisi Sanctus ipse in Cælum perrexisset nova in dies præstiturus monumenta suæ apud Deum auctoritatis per frequentia miracula, quæ deinceps operatus est, potissimum vero in gratiam populi sui. Palam ostende, sanctissime Antistes, quam hanc potestatem illis, qui in Templum hoc tibi Sacrum undique confluunt, nominis tui memoriam celebraturi; & quemadmodum quotannis beneficiorum tuorum mentio recuerit; ita jure spem hanc nanciscimur, te in eorum præsidio perseveraturum. Sed omni sedulitate opus est magnum hunc Sanctum imitari ad illius promerendum patrocinium, admirabilium virtutum ejus vestigiis insistendo, atque sectando beneficam ejus humanitatem, qua sibi Dei, ac mortalium amorem conciliavit; jugem ejus solertiam in obeundis Episcopatus officiis; incomparabilem erga pauperes, & calamitosos charitatem; confidentiam in Deo, virtutesque omnes, quarum in vita exemplar sunt absolutissimum. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Sanctus hic d. hecto sibi fine Sede & locutes tabit.

PRO S. JOANNIS DE MATHA
FUNDATORIS ORDINIS SANCTISSIMÆ TRINITATIS;
Qui vulgo Mathurinorum vocatur, ad Captivorum redemptionem instituti,
PANEGYRICO.
MONITUM.

DUO extant in Ecclesia insignes Regularium Ordines pro captivis de crudeli infidelium servitute liberandis. *S. Joannes de Matha eorum primum instituit titulo Trinitatis, qui de Institutoris nomine* Mathurinorum *vocatur. Ordo alter ad eumdem finem institutus de Mercede appellatur, cujus S. Petrus Nolasco est Patriarcha.*

Fateor equidem nunquam satis dignis laudibus celebrari posse non solum heroicam duorum horum hominum sanctitatem, qui tanta felicitate opera sua collocarunt ad captivorum redemptionem, & hac arte non corporum tantum, verum etiam animarum salutem procurarunt; sed etiam ardentem eorum zelum, qui eximiis hisce duobus Institutoribus socios sese addiderunt, puta S. Felicis de Valois, qui prioris collega fuit: & utriusque Raymundi, alterius quidem de Pennafort, alterius vero Nonnati, qui in laborum, meritorum, & coronarum secunda partem accessere. Non ad eundum laborem quærendi, & colligendi rerum copiam, ac supellectilem ad utriusque Sancti peculiariter laudes celebrandas, de uno Sancto Joanne de Matha, qui prior est, verba facienda mihi proposui; sed cum eadem utriusque fuerint consilia, idemque opus fuerint aggressi, in quo præcipuum laudum utriusque argumentum situm est; eadem mihi repetenda essent consilia, successus iidem, eademque fere actiones cum iisdem virtutibus. Hoc autem non prohibebit, quo minus qui in Sancti Felicis Valesii laudibus texendis operam transmittent, vel qui laudaturi sunt aliquem ex sociis Sancti Petri Nolasco, paucis mutatis circumstantiis inveniant in hoc, quod in rem suam aptissime transferant.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Variæ Sermonum de S. Joanne de Matha, aliisque, qui eumdem sibi finem proposuerunt, structuræ.

Pro themate assumentes ea S. Pauli verba; *Ministerium meum honorificabo.* Ad Rom. 11.

I. COnsiderare possumus Sanctum Joannem de Matha sub triplici qualitate, vel ministerio, quod cum honore exercuit, & quod magna luce insignivit propter præclara ipsius in Ecclesiam merita.

Prima harum qualitatum illa est Institutoris Ordinis Religiosi, qui voto, ac professione solemni se se obstringit ad liberandos de Infidelium manu Captivos. In his collectaneis invenies, quonam modo Sanctus hic Vir munus hoc tam gloriosum, atque arduum obierit; sed tam neglectum, antequam D'us per peculiarem in Ecclesiæ suæ bonum providentiam evocasset fideles hosce duos Ministros Joannem de Matha, ac Felicem Valesium, qui hoc munere defuncti sunt charitate adeo ardenti, atque adeo mirabili eventu; ut præter temporale, & spirituale bonum, quod illi procurarunt hodieque procuratur calamitosissimis captivis, ministerium hoc evasent Religioni nostræ in paucis utilissimum, atque gloriosissimum.

Qualitas altera est Inquisitoris contra hæresim Albigensium, qui plurimos Christianos prævertebant. Ostendere possumus, simul ac amplissimum hoc munus ac summopere ad fidei puritatem sartam tectam necessarium Sancto Joanni de Matha demandatum fuit, ipsum entire, & tanta cum felicitate illud obiisse, ut ex locis omnibus, quo obrepserat, recentesque in dies singulos progressus faciebat hæresis, illam ejecerit, atque eliminaverit, ita ut in dubium reliquerit, utrum de Ecclesia melius meritus sit, cum liberans ab errore, qui per integras late provincias grassabatur, an liberans Captivos illos de barbarorum eripiens potestate, quod Ministerium Summi Pontificis jussu interpellaverat.

Tertia denique qualitas est Apostoli, & Evangelici Præconis; quod munus eo obiit zelo, qui cum Apostolico est comparandus. Gallia, Hispania, Italia zeli hujus ardorem experta sunt, & admirabili, quem inde percepерunt, fructu gavisæ; potissimum vero Dalmatiæ regnum, quod modo in Otthomanorum ditione situm est, illum suum agnovit Apostolum propter multitudinem peccatorum quos convertit, propter vitia, ac scelera, quæ illic impune grassabantur, sed quæ ille protinus exterminavit; ac demum propter pietatem, quam ibi instituit, & coluit.

Redemptionem misit Dominus populo suo. Ps. 110. S. Joanner de Matha, ut Cælesti responderet vocationi, qua ad Captivorum procurandam libertatem deligebatur; 1. Fecit semetipsum Jesu Christi captivum, ut loquitur S. Pau- II.

S. Paulus, voluntaria, gloriosaque servitute, quæ liberavit eum a mundi, atque earum cupiditatum omnium jugo, quæ in captivitatem asserunt eos omnes, qui se se illis mancipant, & quos circumligant funibus non ita facile dissolvendis. 2. Joannes de Matha Jesu Christi captivus feliciter incubuit ad liberanda corpora, & animas eorum, qui sub Infidelium, & sæpe etiam sub dæmonis ipsius tyrannide gemunt. Hæc duplex est pars hujus Sermonis.

Pro priori: Ostendendum est, quo pacto Dei amor, cujus effectus est captivare eor, simul vindicaverit in libertatem cor Sancti hujus; 1. ex servitute mundi per omnimodam terrenarum rerum abdicationem, per vota Religionis, juxta formam Ordinis, quem instituit in hunc finem. 2. ex servitute omnium cupiditatum, quæ obicem stare potuerant divinis de eodem consiliis, puta, ambitionis, jactantiæ, desiderii divitiarum, &c. 3. ex servitute incendii amoris erga corpus suum, quod Sanctus ille, non secus ac S. Paulus, in servitutem redegit. *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* Per hæc ille se se disposuit, ut cooperaretur ad redemptionem captivorum, & ut absolutissime obiret ministerium adeo sanctum atque gloriosum. Videamus quomodo id præstiterit, & adeo eximium opus feliciter ad finem perduxerit. Hæc est pars altera.

Pro altera vero ostendendum est, 1. Quomodo ad id incubuerit per se, per publicam, solemnemque professionem postquam huic se se devoverat mirifico & peculiari voto superaddito votis aliis Religionis, quod fecerit hunc Ordinem ab aliis societatibus, quibus hoc munus impositum non est. Sed quo zelo, quibus laboribus, quot vitæ suæ periculis hoc muncre perfunctus est? 2. Cum solus per se minime posset magnum hoc opus perficere, Ordinem Religiosum instituit a Summis Pontificibus approbatum, ut in eundem finem cooperaretur, ac perpetuum atque constans efficeret hoc opus charitatis, quo nullum perfectius erga proximum potest exerceri. 3. Semer, totumque Ordinem suum eo modo devinxit, quo non alius est perfectior, a cupiditate alienior, ac magis heroicus; quia ipse, & Religiosi illius semet tanquam obsides præbent, atque sponsores, & nonnunquam etiam in pretium redemptionis captivorum barbaris illis ab omni humanitatis sensu abhorrentibus mancipant. Nimirum se ipsos captivos exhibent, ut liberent alios a captivitate, quod prodigii loco habendum est.

III. *Charitas Christi urget nos.* 1. Corinth. 5. Hæc Pauli verba commode tribui possunt S. Joanni de Matha, qui ardentissima erga Deum actus charitate exercuit, exercetque adhuc per Ordinem suum præstantissimum charitatis corporalis actum erga proximum: 1. Redimendo miseros gementes sub Barbarorum imperio, eisque reddendo libertatem, quæ bonorum omnium pretiosissimum est. 2. Eruendo illos ex ærumnis morte ipsa detentionibus, & ex cruciatibus, quibus torquentur. Quid enim in calamitosa captivitate illa non patiuntur? 3. Educendo ex miserissimo, ac tetterrimo exilio, quo nocentes plecti valeant; quia libertate hujusmodi calamitosis redditi illi in patriam reverruntur, ubi se ipsos recreare possint, vel fidelium opibus recreari.

Secundo. Sanctus hic Patriarcha ejusdem charitatis impetu actus hoc exercet ministerium modo adhuc præstantiori per auxilia spiritualia, quæ calamitosis illis suppeditat. 1. Illos consolatur æternæ felicitatis spe, pisque sensibus, quos illis inspirat; illos ad patientiam hortatur, quos liberare, & aliter juvare non potest. 2. Prohibet ne desperent, ne fidei abrenuntient, illecti spe futurum, ut mitius cum illis agatur. 3. Denique illos duplici liberat captivitate corporis videlicet & animæ per documenta, ac optima, quæ illis præbet, consilia.

IV. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* 1. Cor. 4. Vere dicere possumus Sanctum Joannem de Matha in Captivorum redemptione perfecte imitatum fuisse Dei Filium.

1. Quemadmodum Jesus Christus cum esset locuples, & fons omnium divitiarum, tamen ad extremam se se redegit paupertatem, ut nos locupletaret; ita S. Joannes de Matha, cum dives esset, atque jus haberet ad majorum suorum hæreditatem, hunc muntium misit, atque ad indigentiam se redegit ut ditaret paupetes, quibus illam large effuseque donavit.

2. Quemadmodum Jesus Christus post relictas, quas in sinu Patris sui divitias possidebat, se ipsum enim tradidit, semet impendens ad dissolvenda omnia omnium peccatorum debita; ita Sanctus noster, postquam omnia erogasset bona sua, neque aliud supereresset sibi, quam ipse, statuit se ipsum tradere in cautionem pro captivis.

3. Quemadmodum Jesus Christus se ipsum tradidit pro captivis, qui libertatis suæ jacturam passi sub dæmonis tyrannide languebant, & in Cælum ascendens in locum suum Pastores suffecit, qui operam collocarent in peccatoribus de dæmonum servitute liberandis: ita Sanctus noster Patriarcha votum emisit se se pro captivis tradendi, seu pro eorum redemptione pretium solvendo, seu semetipsum pro illis obsidem, vademque præbendo: atque Ordinem instituit, qui deinceps admirabile hoc charitatis opus perennaret. *Sermo MS.*

Redemptionem misit populo suo. Ps. 110. Cum per explicitum Domini imperium S. Joannes de Matha Sanctos Religiosos instituerit Captivorum redemptioni devotos, hæc Regii Psaltis verba ad unguem illi congruunt, & per ea ostendere possumus V.

1. S. Joannem de Matha patrem esse Captivorum. 1. Quia illos alit in ipsorum captivitate subsidiis, tum quæ ipse illi præstat, tum illis, quæ in spiritualibus æque, ac corporeis illis procurat. 2. Quia illos parit Jesu Christo, nutantem eorum fidem sustentans contra sollicitationes inimicorum Religionis, qui sæpius illis offerunt libertatem, si Jesu Christo & Evangelio abrenuntient.

2. Sanctum Joannem de Matha esse Captivorum Patronum ac Redemptorem. 1. Pro illis redemptionis pretium persolvens postquam illos in captivitatis ærumnis consolatus est, & numerata obtinens pecunia, ut cum illis mitius agatur. 2. Eos in fide confirmans, & prohibens ne urgentibus inimicorum fidei sollicitationibus cedant. Igitur Sanctus hic noster Pater est Captivorum, ut eos inter captivitatis calamitates recreet; eorumque Redemptor est, ut ex periculo damnationis æternæ eripiat. *Sermo MS.*

Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum. Eccli. 3. Secundum allati textus verba dicere possumus; VI.

1. Seu spectetur S. Joannes de Matha tanquam privatus, seu tanquam Ordinis sui Institutor, exercuisse præceptum eleemosynæ corporalis & spiritualis egregie; quod enim spectat ad corporalem eleemosynam, tanquam privatus, distribuit non solum bonorum suorum superfluum, vel partem illius, quod illi ad victum erat necessarium, verum etiam se ipsum exinanivit, omnia fine ulla exceptione dispertiens. 2. Exercuisse deinde spiritualem etiam eleemosynam, utendo corporali tanquam medio, ut perveniret ad finem longe ampliorem, ac præstantiorem, videlicet reficiendi animam, prohibendo ne incidat in desperationem, eique ostendendo adesse Deum, qui remuneratur paupertatem, quam pro ejus amore quis pertulit, & Jesum Christum polliceri sublimem gloriæ gradum iis, qui se ipsos sanctificant per paupertatem, sive ultronea illa sit, sive acceptata cum submissione ad divinæ providentiæ placitum.

2. Si spectetur S. Joannes de Matha tanquam persona publica, & tanquam Magni Ordinis Caput, exercuit ille erga proximum eleemosynam, 1. Per manus filiorum suorum, qui Sancti Institutoris spiritum affecuti sunt, se se ad paupertatem redigentium ad eos, qui in necessitate sunt positi, sublevandos; & eos vero præsertim, qui omnibus egent, quales sunt captivi apud Infideles, 2. Per manus locupletum, atque potentium, quibus ille, ac sui ostenderunt validissimam ad se se bonis spiritualibus locupletandos rationem esse intueri J. C. non solum pauperem; verum etiam captivum, & in vinculis positum. Ita S. Joannes de Matha exercuit charitatem, & per se ipsum, & per suos. *Et eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.*

S. Joanni de Matha applicari possunt illa S. Pauli verba, quibus usus est Apostolus ad Philemonis cor permovendum, *Ego vinctus in Domino*; & ostendi potest, 1. S. Joannem fuisse captivum amoris Jesu Christi. 2. Fuisse captivum amoris proximi sui. VII.

Ad priorem partem exornandam ostendi potest, quemadmodum victor omnibus bonis ceuit eos, quos jure victoriæ suos efficit, ita illis ipsum quoque admisse libertatem, eosque in opera, quæ sibi magis placuerint, impendere. Ita J. C. amor Sanctum Joannem spoliavit. 1. Bonis omnibus. 2. Illi ademit libertatem, per ea vota, quibus ille se addixit. 3. Eumque coegit, ut pro ipsius gloria labores susciperet. Triplici hoc charactere facile eli ostendere Sanctum hunc vere captivum esse amoris Jesu Christi. *Ego vinctus in Domino.*

Ad ostendendum autem ipsum captivum fuisse amoris proximi, satis est probasse, illum fuisse divini amoris captivum, qui ab amore proximi divelli nullatenus potest. Hoc eorum facili negotio probatur. 1. Quia semper concupivit opem ferre pauperibus, & captivis, quinimmo etiam se pro illis vadem, sponsoremque, præbere, seque in eorum vincula trudere. 2. Quia desiderus addidit facta, se ipsum in hoc opus impendens, atque instituens Ordinem, cujus officium esset in Captivorum redemptione versari.

PARAGRAPHUS II.

Fontes ex quibus hauriri copia potest ad propositas Sermonum Synopses exornandas, & Auctores, qui de hoc agunt argumento.

INter opera Innocentii III. pulcherrima invenies elogia vitæ, ac laborum S. Joannis de Matha. 1 Auctores qui verba fecerunt de S. Joanne de Matha cum eloco, vel qui vitam ejus scripserunt,

Bzovius in supplemento Annalium Baronii ad annum 1194.

Sabellicus in Enneade quinta verba facit de institutione Ordinis Sanctissimæ Trinitatis per Sanctum Joannem de Matha.

Chatianæus de hoc verba facit in libro de Mundi gloria parte quarta.

Auber-

Aubertus Miræus in Originibus Monaſteriorum.

Octavius Pancirollus in libro, cui titulus: *Theſaurus occultus urbis Romæ*, verba fecit de S. Joanne de Matha; ubi agit de illius vita, morte, ac ſepultura.

Valerius Andreas Belga in Belgica Bibliotheca.

Didacus Guſman Sancti noſtri collegit hiſtoriam, ex archivis, & MSS. Conventuum Ordinis.

Inter Opera, & Chronica Patrum Fiequeras Carpi, & Lopez, qui eruditiſſimi habentur, uberior, quam alibi hujus argumenti copia invenietur.

Pater Macedo ex S. Franciſci Familia lucubratus eſt vitam S. Joannis de Matha, & S. Felicis Valeſii, ex peculiari devotione, qua illos proſequebatur.

P. Elias de Rochefort ea reformata Congregatione Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis in lucem edidit compendium vitæ eorumdem Sanctorum.

Tritemius Abbas, Poſſevinus, Cardinalis Bellarminus aliique plures Auctores de hoc ſummis cum laudibus loquuntur.

Adeſt & liber, quem Religioſus aliquis ex Ordine ſuo edidit, continens vitas S. Joannis de Matha, & S. Felicis Valeſii Inſtitutorum Ordinis Trinitatis, & Redemptionis Captivorum. Hinc ea mutuati ſumus, quæ ad Sancti noſtri Panegyricum texendum melius poterunt conferre.

P. Croiſet in ſuis Aſceticis exercitationibus pro Menſe Februario eximium habet compendium vitæ, ac factorum Sancti hujus.

Concionatores Recentes. Nonnuli manuſcriptos de S. Joanne de Matha Sermones invenio, non ſecus ac de S. Petro Nolaſco Ordinis de Mercede Inſtitutore. Biroat tamen edidit Panegyricum Beatæ Virginis ſub hoc titulo de Mercede, ubi plurima inveniuntur ad S. Nolaſcum pertinentia, eique cum Sancto Joanne de Matha communia.

Idem Biroat Sermonem habet in laudem Sancti Raymundi Nonnati de Mercede, & Pater Senault Oratorii alterum ejuſdem argumenti, ubi plures ſunt loci, qui S. Joanni de Matha poſſunt congruere.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & Biblica applicationes ad S. Joannem de Matha quatenus Redemptionis Captivorum inſtitutorem.

Loci.

Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit Dominus me, ad nuntiandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clauſis aperitionem, ut conſolarer omnes lugentes, ut darem eis eroum pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Iſaiæ 61.

Manentote dici hujus, in qua egreſſi eſtis de Ægypto, & de domo ſervitutis, quoniam in manu fortí eduxit vos de loco iſto. Exod. 13.

Reduxit Dominus captivitatem tuam, & miſerebitur tui. Deuter. 30.

Populus tuus eſt, & hæreditas tua, quos eduxiſti de terra Ægypti, & de medio Fornacis ferreæ. 3. Reg. 8.

Tribulatio proxima eſt, & non eſt, qui adjuvet. Pſ. 21.

Clamaverunt juſti, & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. Pſ. 33.

Cum averterit Deus captivitatem plebis ſuæ, exultabit Jacob, & lætabitur Iſrael. Pſ. 13. 7.

Mittet vos ſicut oves in medio luporum. Matth. 10.

Quia liberavit Chriſtus vos liberavit. ad Gal. 4.

Venite benedicti Patris mei... in carcere eram, & viſitaſtis me. Matth. 25.

Amen dico vobis, quandiu feciſtis uni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Ibidem.

Vinctis compaſſi eſtis. ad Hebr. 10.

Memoremini vinctorum. Ibid. 13.

Ego vinctus Chriſti Jeſu. ad Philem. 1.

Optabam ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem. ad Rom. 9.

Volebamus tradere vobis non ſolum Evangelium Dei, ſed etiam animas noſtras, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. 1. Theſſalon. 2.

In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Joann. 3.

Obſecro vos ego vinctus in Domino, ut digna ambuletis vocatione, qua vocati eſtis cum omni humilitate, & manſuetudine. Ephes. 4.

Redemptionem miſit Dominus populo ſuo. Pſ. 10.

Charitas Chriſti urget nos. ad Cor. 5.

Exempla, & figura ex Bibliis deprompta.

S. Joannes de Matha comparatus Moyſi, qui durante exoptata fuit ex aqua Nilo.

PRovidentia, quæ Moyſem ex univerſali cæde, qua omnes filii Iſrael ad necem conquirebantur, ex Nili fluctibus ereptum erat, ubi centies illa pereundum fuiſſet; expectavit donec ille per ætatem par eſſet gratiam referendo, ac libertatem pro libertate remunendo, educens populum hunc de captivitate, in qua jampridem jacebat. Magnus hic legislator cum jam adoleviſſet, re ipſa ſuam replevit vocationem cogens Ægyptium Regem, ut Iſraelitis iter permitteret in deſertum, ubi Deo vero erant ſacrificaturi. Sancto Joanni de Matha nonnihil huic ſimile contigit: Quippe Dei Filius non illum ex procelloſo Mundi hujus Oceano ſubduxerat, ubi periculum aderat, ut mergeretur, niſi ut illum deſtinaret ad educendos captivos Chriſti cultores de captivitate, in qua apud Barbaros detinebantur; nimque ad vocationem hanc implendam, recens novum ſancti Inſtituti genus comminiſcitur, quod explicito voto ſe ſe adigat, ac ſolemni profeſſione ſe adſtringat ad liberandos Chriſtifideles, qui in Infidelium carceribus detinentur, eouſque, ut ſancti hujus Inſtituti profeſſores recipiant, atque polliceantur fore, ut proprium etiam libertatem obligent ad procurandum alienam. Non ſecus ac ille primus legislator ſuam libertatem ac vitam periculo objecit, ut Dei populum liberaret; Sanctus noſter Patriarcha ſemetipſum expoſuit, ut omnia ſuſtineret a Barbarorum ſævitia ad liberandos de captivitate Chriſtianos, qui in eorum vinculis gemunt.

Deus, ut olim Moyſi, ita S. Joanni de Matha hoc de medio flammæ præcipit.

In Sancti hujus Patriarchæ vita illud potiſſimum adnotandum eſt, quod vitæ ejus narrant Hiſtorici, nempe dum Pariſienſis Antiſtes illum ſacerdotali gradu inſigniret, impoſitiſque manibus ea pronuntiaret verba: *Accipe Spiritum Sanctum*, repente igneam columnam palam de Cælo diſapſam ſuper Sancti noſtri caput quieviſſe: unde pii viri argumentati ſunt unctionem Spiritus Sancti in anima illius operatam fuiſſe eodem temporis articulo, quo Præſul illi manus imponebat, eique ſicrum hunc imprimebat characterem, quo a mundo, omnibuſque mundanis rebus ſeernebatur, Deumque ſenſoria hoc prodigio connotaſſe, Sanctum hunc gloriæ ſuæ devotum jam eſſe, & ad miniſteria ſuo amore, & charitate digna eſſe deſtinatum. Non ſicut Deus ut volebat Sancti hujus viri miniſterio ut ex Barbarorum manu liberaret fideles in adeo crudeli ſervitute gementes; videtur, hunc inter flammas munus hoc voluiſſe committere quemadmodum Moyſi præceperat de ardenti, incombuſtoque rubo, ut populum ſuum de Ægypti educeret ſervitute. Hæ ſaltem fuerunt ſapientes eorum animadverſiones, qui hujus adſiterunt prodigio, ubi audiverunt Deum in Eccleſia novum Ordinem invexiſſe Captivis redimendis devotum.

S. Joannes ellitur ex S. C. quærente animas quæ perdat.

Veritas eſt magna cum reverentia admittenda, Dei Filium in mundum veniſſe ad peccatores nequiſſimos convertendos. Ipſe in montibus reliquit ovea novem ac nonaginta, quas in turo eſſe purabat, ut illum quæreret, quæ majori in periculo verſabatur. Nequiſſimus quiſque peccator ſit miſſionis ejuſdem ſubjectum, qui peccatores ſunt objectum amoris ejus; & ſi Phariſæi ſuperbi hoc in illo exprobrare auſi ſunt, illis reſpondit, ſe venille ad eos curandos, qui ægrotabant, & fore, ut illos Publicani in regnum cæleſtem præcederent. Joannes de Matha eodem animatus ſpiritu ægros inquirat, ut curet; derelictos, ut adjuvet; pauperrimos, ut eis ferat opem. Pauperes, qui in patria ſua patiuntur, ſuos habent Paſtores, & homines charitate refertos, qui eis afferre poſſunt ſolatia; ſed quiſnam erit patris, patronique loco Fidelibus, qui in infidelium manus inciderunt? Barbaris in regionibus illis, quin fratres inveniant, qui ærumnarum miſeri eos recreent, inveniunt Tyrannos, qui tribulationes eorum ſibi vertunt in ludibrium. Vita eorum juge Martyrium eſt; mala ſunt extrema; ſed Joannis charitas non ſecus ac illa Salvatoris noſtri nullis eſt finibus circumſcripta. Se ſe devovet quæſiturus eos, qui ex Fidelibus ſunt maxime derelicti, licet mala ſint traducenda, periculo objicienda libertas, atque adeo ipſa etiam vita, ut illis opituletur.

Quomodo S. Joannes ſpectarer labores atque ſervitia quibus ſe ſe obiiciebat captivorum redemptionē exercens?

Tertullianus loquens de carceribus, atque vinculis primorum Fidelium, qui Martyrio ſubeundo erant deſtinati, eos Aedemias vocabat, ubi teterrimis ſuppliciis perferendis ſe ſe præparabant, ita S. Joannes de Matha ſpectabat vincula, & captivitatem, cui ſe ipſum, ac Religioſos ſuos objiciebat, ſuum inſtituens Ordinem. Ex inde præparavit eor, animumque ſuum ad vincula in Barbarorum carcenbus perferenda. Lenitas, quam cum Infidelibus iſtis feſe gerit, primum eſt adminiculum, quo utitur votorum ſummam confecuturus, eorumque favitiam ſuperaturus. Ipſorum quoque utitur avaritia, ut de eorum crudelitate triumphet. Jam optatæ victoriæ partem retulit, etmque tunc prima vice non poſſet perſolvere pretium redemptionis pro omnibus captivis, ultro propoſuit, ſe libentiſſime permanſurum in vinculis, ut libertatis ſuæ jactura ſuppleret parti pecuniæ illius, quæ ad omnes redimendos requirebatur, niſi Deus aliunde ſuppeditaſſet ea, quæ deerant; ne Sanctus hic Patriarcha in ſervitutem abduceretur. O admirabilem Joannis charitatem; quæ magnificum perhibet redimonium ardori zeli ipſius, & quæ effecit, ut ille inſignem referret victoriam de ſe ipſo, de Chriſtianorum captivitate, de crudelitate Barbarorum, & de furore Dæmonum fitientium ſanguinem fidelium!

S. Joannes comparatur cū Habacuc

Teſtantur Scripturæ, Danielem Prophetam, cum captivus eſſet, & projectus in lacum Leonum, ereptum fuiſſe ex

Prandium ferens Prophetæ in lacum Leonum. Daniel. 14.

ex manifesto periculo, in quo versabatur, ut a terribilibus illis feris discerperetur. Alia in parte præparabat Habacuc vescoribus prandium, cum Angelus illum crinibus arreptum repente transtulit secus hujus lacus oram, ut Prophetæ fame laboranti subveniret: *Portavit illum capillo capitis sui.* Nonne hæc nativa est imago piæ inventionis Joannis de Matha, & Spiritus Instituti sui? Quandoquidem de industria Ordinem suum instituit in hunc finem invisendi Fideles captivos, vinculis onustos in carceribus, quos comparare possumus lacui Leonum, in quem conjectus fuerat Daniel; quoniam horum barbarorum crudelitas inmitior, & periculosior est, quam esurientium Leonum. At quinam est Angelus ille, qui transfert S. Joannem de Matha ultra maria? Nempe magnitudo suæ charitatis, pia Sanctorum Filiorum ejus miseratio, qui subierunt onus hoc xdeo Angelis quidem jucundum, hominibus vero proficuum. Sed sicut Angelus capillo attollit Habacuc; ita unicum requiritur superioris Joannis de Matha imperium, ut filios suos transferat ad exemplum Patris per fluctus atque procellas: beatiores hac in re, quam Habacuc, quod Sancto huic viro facis non est alere captivos, sed illos e carceribus educens eatenas illorum infringit.

Cæcitas samaritanæ Evangelio.

Cum Samaritanus incidit in viatorem a latronibus fœdus vias Jerichuntis vulneribus confectum nulla alia de causa misertus fuit, nisi propter ipsam humanitatem, quam pauper ille saucius præseferebat. Hic sibi similis erat: hic erat caro sua; se in illo sanctum, & mortui proximum intuebatur. Secernimus hoc in loco sensus Religionis, qui Sancto Institutori nostro detegebant Dei Filium, qui captivitatem patiebatur in persona Fidelium captivorum; naturæ solius sensus consideremus. Cum ille præditus esset tenero corde, quod facile alienis afficiebatur calamitatibus, atque infortuniis condolebat; quippe cui alte menti insidebat magnum illud naturæ principium: Alius sic, quod tibi fieri velles ab aliis; videbat se in proximo suo, qui alter erat ipse; & rectum cor illius satis erat, ut ad captivorum solatium impelleretur. Sed ubi naturali hunc instituto alia accedunt argumenta, quæ Religio suppeditat, & quibus Sanctus ille vir maxime commovebatur, dicere possumus illum martyrem fuisse, cum fratres suos in captivitatis squalore videbat, & illum sibimet subsidium attulisse, cum eorum miseriis opem afferre nitebatur.

S. Joannes de Matha comparatur S. Paulo, cui Macedo apparuit cum obtestatione, ut in opem ferret populo eum expetenti.

Sancto huic nostro accidit visio illi similis, quæ Sancto Paulo obtigit, qui visus sibi est videre Macedonem in formis eo in statu, qui cor illius ad misericordiam cietbat, humilibus, enixisque precibus deprecantem, ut relicta ea regione, in qua versabatur, traduceret in Macedoniam, ut populos de idololatriæ tenebris educeret, ostendendo illis divinum illud lumen, quod in Mundum venerat, ut omnes homines illuminaret. Ita S. Joannes de Matha charitate refertus erga captivos, eorum sentiens ærumnas, quasi ille ipse in captivitate fuisset, secum recogitans consilia, quibus illos eriperet e captivitate, ubi gemebant. Has inter cogitationes quibus sollicita charitas urgebat illum, ut modum excogitaret illis opem ferendi, non Macedo quidam, sed Angelus apparuit illi habens utrinque captivum exteris vinctum, invitaturus eum, ut illos de captivitate liberaret, qui S. Joanni mentem immisit Ordinem instituendi, qui erga Fideles in captivitate positos eamdem haberent charitatem & zelum, ut illis opitularentur, eosque eriperent de servitute. Ambigi nequit, quo minus si cogitaremus pœnas, atque cruciatus, quibus subeundis quotidie calamitosi illi obnoxii sunt, adniteremur imitari Magni illius Sancti viri exemplum, aliquid saltem ex opibus nostris collaturi, ut ex statu adeo tristi ac duro illos liberaremus.

Liberatur S. Petro in carcere posito, qui liberatus fuit ab Angelo.

Apostolorum Actus testantur, cum Sanctus Petrus in carceris squalore detineretur Ecclesiam preces fudisse, ut a Deo illius libertatem obtineret, & a Deo Angelum missum fuisse, qui eum liberaret. Dicere similiter possumus, Divinam Providentiam misertam malorum Ecclesiæ suæ misisse S. Joannem de Matha, velut Angelum, ut liberaret eos ex hujus Ecclesiæ membris, qui in barbarorum carceribus erant catenis onusti. Et profecto quis dubitat divinam Providentiam, & precibus fidelium, & aspectu malorum, quæ captivi patiuntur, non immittere liberatores Angelos ad infringenda vincula & catenas; quibus servi sui distinentur apud inimicos gloriæ suæ, ut eorum opera illis impertiat gratias, quæ necesse sunt ad illos in fide roborandos tot inter ærumnas, quibus in infidelium carceribus conficiuntur? Nonne dicere possumus, hos Angelos esse S. Joannem de Matha, & Religiosos illius, qui visibilium instar Angelorum traducunt maria, sustinent procellas & tempestates Oceani eodem munere perfuncturi, quo spirituales illæ mentes, non solum in animas miserorum cælestes consolationes infundentes, sed educentes etiam eorum corpora de putidis carceribus, ubi jampridem insepulti jacebant?

Sanctus ille Patriarcha Ordinem suum instituens, inspira vit eidem eumdem finem.

Pia erat inter primos Fideles consuetudo inter se stipem colligere ad redimenda Christi membra, quæ in ærumnis, & in egestate squallebant. Mos hic pluribus sæculis obtinuit in Ecclesia, eumque pii exercebant viri, quibus nihil erat antiquius quam educere fratres suos e vinculis, atque compedibus. Illi, qui in Clericis præstabant, ideo vivere videbantur, ut eleemosynis liberalitatem, atque vitam reddent iis, qui in carcerum tenebris jacebant; & Cypriani, Ambrosiique palam prædicabant, nulli rei parcendum esse, ut omnis pietatis, & charitatis munera præberentur iis, quos fides sua, vel infortunium ad inopiam redegisset; & sæpe sacram etiam supellectilem, & vasa venumdabant, ut de barbarorum manibus id redimerent, quod Salvator de morte æterna, & dæmonum potestate redemerat. Paulini se ipsos vendebant, ut suos oves redimerent, & Sancti Patres se beatos existimassent, ut dictitabant, si licuisset illis semet venundare, ut aliquem ex vinculis possent educere. Ad Sanctorum horum Episcoporum imitationem S. Joannes de Matha ordinem instituit, cujus munus præcipuum esset se se mancipare huic operi charitatis captivos de infidelium manibus redimenti. Ipse hoc igne charitatis succensus dicebat, si potuisset ad divini Præceptoris exemplum obire vitam pro fratrum salute, se hanc ceteris quibuscumque gratis præstaturum; adeo flagrabat hoc igne sacro, quem Dei Filius in terras attulerat ea mente, ut inde omnia corda inflammaret.

Dissimulandi occasiones evitandæ quæ opitulandi.

Applicatio quorumdam locorum Scripturæ S. Joanni de Matha, Sancto Petro Nolasco, & S. Raymundo Nonnato.

Spiritus Domini super me, in quod Dominus unxerit me, ut mederer contritis corde. Isaiæ 6. Omnes Ecclesiæ Patres hæc Prophetæ verba applicuerunt J. C. Et sane ambigi nequit, quo minus hoc oraculum ad divini Messiæ personam pertineat, quandoquidem ille sibi hæc verba vindicavit in cœtu Judæorum, cum postquam locum hunc legisset, dixit illis: „Quod hodierna die auditis, complementum est biblici illius verbi. Verum licet sacrum illud oraculum proprie Mundi Salvatorem respiciat, super quem requievit Spiritus Sanctus cum omnium donorum suorum multitudine, respicit quoque ministros illius, potissimum vero S. Joannem de Matha. Et sane nonne Spiritus Domini super Sanctum hunc requievit, nonne illum unctione sua consecravit, ut mitteret illum ad evangelizandum pauperibus, ad eos curandos, qui erant contriti corde, ad nuntiandam captivis proximam libertatem, & ad eripiendos ex vinculis omnes, qui vincti gemebant? *Ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clausis aperitionem; & prædicarem annum acceptabilem Domini: ut consolarer omnes lugentes.* Potest ne verbis magis perspicuis denotari Sancti hujus Joannis de Matha vocatio? Verba, quæ Messiam designant, non ne connotant etiam magnum hunc Dei famulum, ordinemque illius, cujus omne munus, ac finis est solatium afferre fidelibus captivis, contritis corde, eorum infringere vincula, eosque in libertatem vindicare.

Possumus quodammodo ipsum redimere redemptorem solatii ferentem captivis, & eorum libertatem procurantes.

Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Matthæi 25. Verba hæc a Salvatore ipso profata palam ostendunt per singularem xmoris sui applicationem illum semet posuisse in persona pauperum, captivorum, & eorum, qui injuste aliorum sustinent persecutionem, ut cleat in nobis charitatem ac efficientius hominum corda commoveat cogitatione hujus fœderis, quod habent cum illo: & sicuti Patres vulgo dicunt Dei Filium pati in omnibus membris suis, esurire in persona pauperis, sitire in persona sitientis; dicere etiam possumus illum captivum esse inter barbaros in persona captivorum, & eadem vincula, quibus miserorum fidelium manus adstringuntur, nectere quodammodo ipsam Jesu Christi libertatem; idque eo magis, quod præter sensibiles eas calamitates, quæ oculis nostris videntur, non deest in carceribus illis captivitas invisibilis, quæ prohibet Sanguinis ejusdem efficientiam, prohibens libertatem Evangelii? Hæc erat S. Cypriani sententia, cum hac usus est ratione ad Fidelium pietatem excitandam, eisque persuadendum, ut xdirent carceres Martyribus ibi in compedibus positis opem laturi. *In Captivis Fratribus nobis contemplandus est Christus; & redimendus est de captivitate, qui nos redemit de morte.* Utiminor ergo oculis fidei, & Christianæ pietatis luminibus, ut videatis Salvatorem, eumque in fratrum vestrorum persona reficiatis. Opus est, ut illum de servitute eruatis, qui vos de morte eruit, & scidit catenas, quæ dæmonum tyrannidi subjiciebant. Ille vester Redemptor fuit; estote quodammodo Redemptores illius. Dux vobis erit S. Joannes de Matha in pio hoc opere; Ille vobis viam stravit, quæ fortasse inhospita videbatur; fuit ille captivorum redemptor; vos ex parte saltem estote, effusas ad eos mittentes eleemosynas. *Bivat.*

Infinita Jac de Matha, & Felicis Valesii charitas.

Ipsi sunt viri Misericordiæ, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona. Eccli. 44. Mundi Principes gloriam suam ex ipso nomine suo; ac reruris, vel urbibus, quas possident, vel quas sibi adepti sunt, sive everterunt, deprompunt, Sancti vero magnitudinem suam mutuantur ex sanctitate vitæ suæ, & ex beneficiis, quæ in proximum contulerunt. Hæc eorum est gloria, hinc appellantur charitate pleni, & misericordes: *Ipsi sunt viri misericordiæ.* Joannes de Matha, & Felix Valesius, hi duo eximii Servi Dei haberi debent tanquam viri duo Misericordiæ, & infinitæ charitatis.

tatis. Hi utero citroque ſeſe animarunt, ad ſanctum hoc exercitium, & viſi ſunt famulari, atque optulari pauperibus ſanctæ eum æmulatione. Sed quibuſnam pauperibus tuleruut opem? derelictiſſimis, iis, quibus ſpes omnis dempta erat revidendi patriam, & ſuoa; illis, quorum fidei periculum ſubierat inter Infideles naufragium faciendi; illis quorum fides multis variiſque artibus tentabatur modo blanditiis, modo cruciatibus, atque crudelitate. Hæc ſunt objecta perennis charitatis virorum illorum miſericordiæ. *Ipſi ſunt viri miſericordiæ &c.*

S. Joannes nonum charitatis ſpeciem animo infiſtratam excogitavit.

Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſervum feci, ut plures lucrifacerem. 1. Ad Corinth. 9. Qui vero ſuccenſus eſt zelo, intelligit quamcunque jacturam lucrum eſſe, cum hac ratione animas Deo lucrari poſſumus. Cum aſſequimur rite ſpiritum ſervitutis Jeſu Chriſti, nihil nobis humile, ac rumis abjectum videtur. Sanctæ cupiditas ſalutis animarum jugulat honoris cupiditatem. Ecce tibi Sanctum virum, qui non abnuit in captivitatem abduci cum captivis, ut illos de crudelis ſervitutis jugo furriparet. Jactura hæc, quæ omnium maxima dicitur, quandoquidem nihil liberiate pretioſius, & antiquius, illi tamen ſit lucrum, ita enim animas Jeſu Chriſto lucraturi. Servitus hæc, cui ſe objicit, nihil habet humile, & abjectum; quandoquidem ipſe Jeſus Chriſtus humiliavit ſe factus omnium ſervus, quo pacto pretioſam hanc exuiit captivitatem ſuper omnem celſitudinem. Servirutem hanc ſanctam, & nobilem Sancti noſtri Patriarchæ Joannis de Matha Filii ſibi cooptaverunt, eodem ſuccenſi ſpiritu, quo celebramus eorum Inſtitutor; & non renuunt inter vincula detineri, ut ex illis Chriſti Fideles eximant. Hactenus ille opes ſuas impenderat, ut eſurientes aleret, ac nudos veſtiret; ſed ecce recentem miſericordiæ ſpeciem eo præſtantiorem, quo magis ignorabitur, hoc eſt ſuam etiam libertatem, vitamque ipſam periculo objicere ad fratrum ſuorum vincula infringenda, pluresque Deo animas lucrandas.

Converſis miſerorum lacrymis in voces exultationis propter ſperatam eorum liberationem.

In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati. Pſalm. 125. Diuturnitas captivitatis Iſrael, & modica ſpes, quæ illis affulgebat libertatis aſſequendæ, omnem illis adimebat ſpem: & quo magis hæc videbatur abeſſe, eo jucundior accidit ipſa conſolatio, cum ex ſervitutis jugo eruti fuerunt, ita ut ſecundum vim verborum autographi, liberatio ipſa illis ſomnum viſa fuerit. Sed nonne in hac captivitate Sion, & in gaudio, quo tunc populus ille exultavit, videmus imaginem eorum, quæ evenerunt, cum Sanctus Joannes de Matha prodiit ad captivos de Infidelium manibus eripiendos? Tunc dici potuit inter gentes, magnificata eſt Dominus facere cum eis, nunc miſeri illi captivi ineffabilibus conſolationibus repleti ſunt, & jure in epicinii, & gaudii cantica proruperunt: *Tunc replatum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione.* Fierine poteſt, ut in hia heroice factis Sancti hujus noſtri non admiremur opus liberalis dexteræ Dei in miſerorum eorum captivorum favorem? Nonne magnum hoc fuit ſtuporis argumentum qui id intuiti ſecum dicitabant: *Magnificavit Dominus facere cum eis*; & captivi illi, facti liberi, jure ſuo concinebant: *Magnificavit Dominus facere nobiſcum.* Deus vincula noſtra confringens liberalis magnificentiæ ſuæ præbuit exemplum.

Adventus S. Joannis in Africam comparatus cum adventu Filii Dei in Mundi.

Magnificavit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes. Pſalm. 125. Nobis aperuit Dominus theſauros magnificentiæ ſuæ; quod noa affecit lætitia. Non ſecus ac veterea Iſraelitæ de captivitate ſua in libertatem aſſerti, non reparata ſolum libertate gaudebant, ſed lætabantur etiam quod Dei ſui providentia, ac bonitas ab omnibus gentibus prædicaretur, & gloria afficeretur; namque ſemper ad ſupremam hanc gloriam omnia referenda accepta ſunt: ita Fideles captivi per S. Joannem de Matha liberati triplici ex cauſa exultabant, prima quarum erat, quod inde cognoſceretur Deus, & a nationibus omnibus celebraretur, ac diceretur feciſſe magnalia apud eum per ſervum ſuum: deinde quod Benefactoris ſui gloria apud gentes inclareſceret; denique vero quia flentes in lacrymia miſſent femina ſua, & in gaudio, ac exultatione meſſem peragerent. Ita Domine, ſanctum Joannis de Matha miniſterium nobis iterum ob oculos ſtatuit, & antiquas miſericordias tuas erga Patres noſtros, quos de Ægyptia captivirate liberaſti per fulgentia miracula, & recentea miſericordias, quas per Jeſum Chriſtum filium tuum ſuper fideles effudiſti. Etenim nonne ſanctus ejuſdem adventus, illis fuit dica redemptionis, quemadmodum fuit adventus famuli tui Joannis in Africam, ut Chriſtianos captivos educeret? Utrique erant captivi, utrique in tenebria erant, ſedebantque in regione umbræ mortis, cum lux illa oborta eſt, qua illuminati fuerunt: *Sedentibus in regione umbra mortis, lux orta eſt eis*; Cum hoc tamen diſcrimine, quod Jeſus Chriſtus lucis origo eſt, Joannes autem lucem mutuatus eſt ab eo, qui illuminat omnem hominem venientem in Mundum.

Matth. 4.

S. Joannes de Matha inſtar a Deo proca-

Redemptionem miſit Dominus populo ſuo. Pater æternus homines ea charitate complexus eſt, ut illis dederit Unigenitum Filium in pretium redemptionis eorum, & ut illos ex dura dæmonis eriperet captivitate. Filius vero hominea ita dilexit, ut ſe ſe pro illis tradere voluerit, non ſolum, ut pro illis perſolveret, eo modo, qui celſitudini illius non videretur officere, ſed qui illum uſque ad mortis crucem humiliaret, patientem pro illis, qui pati debuiſſent. Captivos autem ita Dominus adamavit, ut ſuſciraverit S. Joannem de Matha, qui illos & de infidelium jugo, & de peccati, dæmoniſque ſervitute redimeret. Omnia concurrunt, ut nos de hac Dei voluntate in hoc Sancto Viro perſuadeant; quippe omnia bona ſua tribuena potius oculos conjicit in pauperea captivos, quam in aliora, qui non in tanto periculo verſantur. Iraque dignus habitus fuit cæleſti viſione, quæ palam oſtendit illi, charitatem ipſius in redimendis captivis eſſe impendendam, & unum hunc ob finem Inſtitutum ſuum eſtormavit, donec in mortis arriculo poſita Religioſis ſuis hoc veluti teſtamento legaverit admirabili cum fervore dicens, eos in hoc potiſſimum futuros veros Filios ſuoa, ſi digne tatis tanto hoc miniſterio perfungerentur.

Fideles fidelibus redimendis.

Charitas Chriſti urget nos. 2. Cor. cap. 5. Dei amor, & proximi, ſola extiterunt objecta omnium actionum S. Joannis de Matha. Omnes vitæ ipſius circumſtantiæ colligantur; ubique Charitaa renidere videbitur. Ab ipſa puentia æque ſe Deo, & proximo devovit; Deo quidem per votum caſtitatis; proximo autem bona ſua pauperibus diſtribuens: Deo vacans orationi, quæ illius præcipua facta fuit alimonia, ac deliciæ; proximo, illum redimens de captivitate: Deo, cujus cauſam ſuſcepit, impugnana errores, qui ævo illius oborti ſunt; proximo, deterrena illum ab imeunda cum hæreticis conſuetudine, tanquam divini Verbi corruptorious: Deo, ſerviens illi ſanctiſſimo, & æquiſſimo cultu; proximo vero, inſtituena Ordinem pro captivis redimendis, qui ſub crudeli Barbarorum ſervitio ſqualebant. Ergo Dei ſimul amor, & proximi æque urgebant Sanctum hunc Patriarcham, qui penitus ſe ſe utrique devoverat: *Charitas Chriſti urget nos.*

Charakter S. Joannis de Matha fuit Per amor. & proximi.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, ac Sententiæ Patrum, & Auctorum, quæ S. Joanni de Matha poſſunt applicari quoad Redemptionis Captivorum Inſtitutorem.

IN captivis fratribus adhic contemptibilis eſt Chriſtus, & redimendus de captivitate, qui nos redemit de morte. S. Cyprianus.

Tanto quiſque perfectior eſt, quanto perfectius ſentit dolores alienos. S. Gregorius hb. 19. Moral.

Omnis ſummus Chriſtianæ diſciplinæ in miſericordia, & pietate &c. S. Ambroſ. de officiis.

Miſericordia largior, ubi fides eſt promptior. Nihil tam commendat Chriſtianum, quam miſeratio charitatis. Idem ibidem.

Nulla omnino re, perinde ac miſericordia, Deus conciliatur, quandoquidem nec aliud quidquam Deo magis proprium eſt, quippe quam miſericordia, & veritas præcedant. Sanctus Gregorius Nazianzenus orat. de paupertatis amore.

Beati illi, qui ſubveniunt miſeris, quoniam illis reponditur, ut per miſericordem Dominum de miſeria liberentur. S. Auguſtinus de Sermone Dominico.

Miſericordia virtus tanta eſt, ut ſine illa casera & ſi ſint, prodeſſe non poſſint. S. Leo in ſerm. de Apoſtol.

Miſericordem eſſe, eſt habere miſerum cor de miſeria alienum; quando illum reputamus quaſi noſtrum. S. Thom. in Matth. cap. 5.

Miſericordia opus præcipue in redimendis captivis poſitum eſt, quod præſtantiſſimum eſt opus; quoniam & animam a periculo ubyranda fidei, & corpus a viliſſima ſervitute liberamus, qua una in re inſignem pietatis declarant ſuam, qui vel illis commiſerantur. Unde S. Paulus Hebr. 10. *Nam & vinctis compaſſi eſtis &c.* 3. *Memenone vinctorum ſimul vinčti.* Salmeron tom. 5. tract. 16.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia fontibus hauriri poſſit hoc in argumento?

COnſtans principium, & de quo inter omnes facile convenit, eſt varios ordines, quos in Eccleſia conſtitutos videmus, inſtitutos eſſe ad opem ferendam variis neceſſitatibua, quibus premitur, & ad exequenda divinæ providentiæ conſilia in illam, & in varios ſubditos illius. Alii per humilitatem, ac ſubmiſſionem ſuam mundi vanitatem impugnant; alii gulam, & ebrietatem frequentibus jejuniis: alii zelo ſuo peccatorum converſionem procurant; alii pauperibus ferunt opem pluribus officiis, per quæ de illis benemerentur. Non deſunt, quorum charitas ad mortuoa etiam ſe potiſſimum extendat; & ex hac diverſorum membrorum varietate conſtatum eſt Myſticum Eccleſiæ corpus. Sed licet Sanctiſſimæ Trinitatis ordo aliquid ex diverſis hiſce unctionibus teneat; tamen præcipuus ejuſdem ſpiritus & ut ita dicam,

Diverſi Ordinibus Religioſis in Eccleſia ſuum cuique eſt peculiare miniſterium. Ordinis S. Joannis de Matha munus eſt liberare captivos de manibus Infidelium. Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis præcipuitter deputatus eſt redemptioni captivorū.

dicam, proprius illius character eſt, ex voto, ac profeſſione in captivorum redemptionem ſe impendere. Hic ille Sanctus Ordo eſt, cujus Religioſi ſeſe ad maria traducenda aſtringunt, procellas, atque tempeſtates provocant, ut fidelium eleemoſynas ferant, & liberent eos de crudeli captivitate, qui apud Infideles premuntur.

Manifeſtum hujus divites conſtituit ſuam in ſolatium pauperum.

Sancta Patres de ſæculi divitiis loquentes in hac veritate conſentiunt, mundi hujus divites conſtitutos eſſe ranquam divinæ Providentiæ ſupplementa, pro pauperum ſolatio. Cum enim Deus, inquiunt illi, vel invexerit, vel permiſerit hanc fortunarum inæquſitatem, tenetur per leges providentiæ ſuæ calamitoſorum neceſſitatibus conſulere. Hoc autem non ſemper per ſeipſum præſtat, ſed in locum ſuum ſubſtituit divites ad replendum hoc miniſterium; & ad ſingulos eorum illud refertur Spiritus Sancti verbum: *Tibi derelictus eſt pauper; orphano tu eris adjutor.* Quod Patres de Providentia generatim docent, illud transferre poſſumus ad peculiarem hanc Dei Providentiam erga captivos, & ad hanc Eccleſiæ partem, quæ tot malis in barbarorum regione torquetur. Si minus illi proſpicit per ſeipſum immediate, liquet ab eo Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis ſuffectum fuiſſe, qui omnibus illius conſulat neceſſitatibus, eamque de Infidelium manibus eripiat. Singulis Ordinis hujus membris Deus miſeros illos egenos commendat; in illis quieſcit, ſciens eos nihil prætermiſſuros, quod libertati cum animæ, tum corporis eorum conducat.

Pſalm. 10.

Servitus facta eſt quodammodo naturalis homini poſt peccatum.

Cum Patres noſtri jugum excutere conati ſunt ejus obedientiæ, quam Creatori debebant ſuo, ſtanm eauti fuerunt impetio mundi, & deinceps ſervitus unicum eſſe cœpit, propriumque hominis bonum. Hinc captivitas communis facta eſt non Judæis tantum, atque Gentilibus, ſed omnibus terrarum populis; in quibus ſervitus de jure gentium facta eſt. Fatendum eſt nihilominus, ambitionem, avaritiam, & crudelitatem jure ſæpe abuſas fuiſſe, & ſervitutem hanc in veram captivitatem mutaſſe, idque eo uſque ut captivos ad brutorum conditionem redigeret contra legem naturæ, & rationis lumina. Sed Dei Filius in mundum deſcendens Eccleſiam ſuam voluit conſtituere in ſpiritu libertatis, ut Apoſtolus inquit; & ea Chriſtianorum politia ſervitutem exturbavit. Conſtantinus primus fuit Chriſtianus Imperator, qui legibus ſuis Evangelicam probavit libertatem, ipſumque captivitatis nomen ſuſtulit. Itaque quarenus Chriſtiani, atque ad gloriam deſtinati, a Salvatore gratiæ libertatem accepimus, quæ ea peccati captivitate, dæmoniſque ſervitute nos eruit. Licet tamen homines hoc pacto integram adepti ſuerint libertatem, cum dolore videmus plures chriſtianos captivos, qui in barbarorum carceribus gemunt, & amiſerunt libertatem corporis, & in periculo verſantur faciendi jacturam libertatis animæ; difficile quippe eſt permanere fideles Deo inter effrænea crudelitates, quas barbari exercent in calamitoſos ad fidei abnegationem ex eis extorquendam. Ut tot tamque terribilibus malis mederetur mundi Redemptor in Eccleſia ſua voluit conſtituere redemptores alios in Religioſis Sanctiſſimæ Trinitatis, qui potiſſimum operam ſuam locarent in procuranda libertate corporis, & animæ miſeris pauperibus; educentes eos de ſervitute adeo dura, eoſque in libertatem filiorum Dei vindicantes.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aſceticis, recentioribuſque Concionatoribus loci in S. Joannem de Matha.

Felix ingenium, & pia educatio S. Joannis de Matha.

SAnctus Joannes de Matha a natura præſtantiſſimum fortitus eſt ingenium, mentem perſpicuam, ac illuminatam, ac propenſionea, & ſtudia pia ingenio, & conſiliis, quæ de eodem fovebat providentia, quod illi fuit inſtar fundamenti ad Sapientiam acquirendam, & poſſidendam. Inter ipſa balbutientis ætatis primordia interluebat eor factum propter Deum, & proximum, propter Charitatem, & Religionem. Nemo unquam melius eaplevit monitum illud S. Hieronymi ad Romanam Matronam; ut ante cæteta filia ejus primos intuitus in cælum attolleret, & balbutiens lingua ejus affueſceret, adorabile Jeſu Chriſti nomen proferendo. Gratia, & ratio ætatem prævenerunt; ejus judicium maturum fuit, cum alii via ſunt rationis participes, eoque uſus non eſt, niſi ut Deo animæ, corporiſque ſui ſacrificium offerret. Hoc in facto ſequebatur parentum ſuorum impreſſionem nobilitate quidem inſignium, virtute autem inſigniorum. Cum ſanguine hauſit ab illis ſemina eorum, quæ toto vitæ ſuæ curriculo peregit. Miſeratio, qua illi affiebantur proximi intuentes calamitatem, in illi animum migravit, & ſicuti ſemper diligentiſſimus fuit in omnibus, quæ ab illo poſcebat Deus, nunquam detrectavit eos charitatis actus, quos proximo debebat. Nunquam prava hominum exempla in corde, vel mente illius aditum invenerunt: quinimmo in eodem vim amiſerunt, quippe qui peccatores tanquam hominum calamitoſiſſimos intuebatur. Illos etiam homines vocare indignabatur, dicens, eo quod injuriam rationi ſuæ inferebant propter morum nequitiam, nequaquam mereri, ut hoc appellarentur nomine, quod illos tantum decet, qui rite rationis ſui omnibus utuntur. In juſtorum dumtaxat cœtibus intererat. A puerilibus ludis ejus abhorruit puerilia, quæ in ea maturitate tranſacta fuit, quæ vix in ſapienti ſene eaigenda fuiſſet. Provectioris ætatis oblectamenta adoleſcentiæ illius nullam aſperſerunt labem. Omnea illius diea pleni fuerunt, eamque ſibi legem irrogavit, ut a ſtudio ad preces, a precibus ad ſtudium gradum faceret. Ideoque tantum in Sanctorum ſcientia profecit, ut factum fuerit exemplar volentium exercere virtutem; in ſcientiis vero humanis ita præſtitit, ut magiſtri, doctoriſque lauream fuerit aſſecutus. *Magiſterii lauream adeptus, & virtutum ſplendore emicuit. Recens Auctor.*

Idem argumentum.

S. Joannis de Matha conſanguinei virtutibus ſuis, quam dignitate ſpectabiliorea eo majorem ſuſceperunt curam inſtitutionis illius, qua mater ipſius illum devoverat Deo, & ſub Beatiſſimæ Virginis præſidio collocaverat. Cum illi felix obtigiſſet ingenium, cor docile, ac temperamentum ſuave, celeriter ad virtutem conformatus fuit. Nullus in ipſo deprehenſus fuit niſi nobilis, & chriſtianus affectus, ac dicere poſſumus pueritiæ nugas illi ignotas extiiſſe. Nullam niſi in pietatis officiis oblectationem nancifcebatur. Otia habitus mitis, & modeſtus, verecunda, & candor illius innocentiam indigitabant. Modicum puer ſuit, modicum etiam adoleſcens. Amor ejus erga Deum, miſeratio erga pauperes, tenera erga Sanctam Virginem pietas ab ineunte puerilia certa fuere præfagia eminentis ſanctitatis, ad quam erat perventurus. Cum patri ejus perſuaſum eſſet mentem dilectiſſimi filii non minus ſtudia capeſſendis patem eſſe, quam cor aſſequendæ virtutis, miſit illum, ut litteris operam daret, voluitque ſimul iis omnibus artibus exerceri, quæ nobilem decent. His Joannes vacavit, atque profecit; & multitudo variarum facultatum, nihil ejus obſuit virtuti. Eam ſibi vitæ regulam propoſuit, ut in ſtudium tempus neceſſarium tranſmittens, permitteret etiam ſuo fervori, ac zelo tempus ſingulis diebus in pietate proficiendi. Pecuniam, quæ ſubinde a parentibus ad ipſum mittebatur in ſolatia impendendam, pauperibus erogabat, ac ut ſe a ſtudiis, atque laboribus recrearet, noſocomia inviſebat, & ex eo tempore hanc mint conſuetudinem ægris ſingulis ſexis ferus inſerviendi. *P. Croiſet in Exerc. pietatis.*

S. Joannes illuſionem vertus cohibit diredtam ſuis.

Joannes utpote qui notat quot illuſionibus ſit obnoxia probata pietas, & virtutem adverſitatibus immunem ſæpe degenerem eſſe, & in ſuperbiam migrare, timere cœpit; & ſalutem ſuam in fuga conſtituens decrevit mundo vale eatremum dicere, & quærere rutum virtuti perfugium in ſolitudine. Verum metuens, ne ſuis inhærendo cogitationibus ſeipſum deciperet, conſilium capere voluit, haud ignorans quam periculoſæ plenum ſit opus alcæ, ſuis inhærere luminibus; & gratias, quas a Deo accipimus, nonniſi per humiliratis, & obedientiæ organum ad nos pervenire. Conſulut ergo confeſſarium ſuum, qui cum cæleſti lumine afflatus eſſet, & diutina rerum polleret experientia, non prætermiſit omnes explorare cauſas, propter quas operabatur, ut cognoſceret, utrum quid levitatis, & inconſtantiæ deprehenderet in adoleſcentis vita, eumque hortatus eſt, ut etiam atque etiam negotium hoc Deo commendaret. Æqui bonique fecit Joannes de Matha hæc omnia conſilia; & qui illius conſcientiam moderabatur, brevi intellexit conſilia Dei de hoc adoleſcente, cui præcepit ille, ut iiſdem ſeſe per ſanctum teceiſum præpararet. *Ex Sancti vita.*

Secuſus Confeſſarii monitum in deſertum aufugit.

Joannea de Matha ſapientibus Confeſſarii ſui monitis adhærens, poſtquam humanioribus ſtudiis feliciter finem impoſuiſſet, ad tempus ſe in ſolitudinem conceſſit. Repentina iſta receſſio conſanguineis illius non modicam attulit moleſtiam, qui cum illum unice amarent, abſentiam ejus pati non poterant, niſi ægre, & gravate, potiſſimum vero ignorantes cuinam cauſæ præcipitem ſugam hanc referrent acceptam. Sibi enim perſuadere non poterant, cum jam in illo tantam verecundiam, ſapientiamque ſuiſſent admirati, illum ob levitatem aliquam diſceſſiſſe, neque locus illis erat credendi aliquo actum ſuiſſe licentiæ ſpiritu, vel obedientiæ, quam illis præſtiterat pertæſum quodcunque aliud præterquam voluntatis ſuæ imperium eacuſſiſſe. Inſcii ergo unde hoc factum ſuiſſet, ut utrum divino id conſilio, & juſſu aceidiſſet; diu, ac fruſtra conquiſitum Deo in ſacrificium obtulerent, preceſque ſuas iterantes, tandem ea ſecunda revelatione intellexerunt, receſſum illum divinitus fuiſſe inſtitutum. Sanctiſſima enim Virgo, quæ piæ matri illius apparuerat, dum ventrem adhuc ferret, iterum eidem apparuit, cumque illam conſolata lacrymas abſterſiſſet, affirmavit, quam primum filium ejus aſſuturum, ſed antea opus eſſe, ut Dei conſilia adimpleret, ut ſe dignum præberet eo munere, quod ipſi divinitus erat committendum. *Ex eadem vita.*

Joannes in ſolitudine ſeſe perdum dat contemplationi. Magnas ſibi ſtuat tentationes.

Donec adoleſcens ſolitarius noſter in nemore horrenti, ac a mundo procul ſepoſito, Dei magnalibus vacat, quemadmodum non alios habebat teſtes myſtici hujus commercii inter ipſum, & Deum, quam Angelos ejuſdem ſpectatores, nihil de eo certi poſſumus afferre. Illud unum, cujus facilis patet conjectura, aſſerere poſſumus, ipſum tunc ſuas pœnitentias, jejunia, & auſteritatea

ingeminasse. Verum est illum postmodum aperire debuisse directori conscientiæ, vitæque suæ, quidquid sibi in deserto contigerat; prælia quæ dæmon ipsi exciverat, laqueos, quos tetenderat, varia, & importuna phantasmata, quæ sese illi obtulerant, ut eum deterrerent ab cælestis vocis obedientia; naturæ repugnantiam, quam fuerat expertus, & fexcentos denique obices, quos communis inimicus opponere consuevit sanctis animabus, & quos divina juvante gratia superaverat. Ille etiam aperuit insignes gratias, quibus cælitus auctus fuerat post tam gravia certamina, gloriosaque victorias; intimas cum Deo communicationes quæ deserum illud in delicias rum paradisum converterant, ubi totum vitæ suæ spatium traducere optasset. *Vita eadem.*

Joannes Deo jussu Parisios se confert, ut Theologiæ vacet.

Deus cum magna inisset de juvene hoc Eremi cultore consilia, eum patriam domum repetere jubet ad suos, qui cognita Dei voluntate illum Parisios mittunt, ut Theologicis studiis operam daret. Sed Joannes scientiam sine pietate animam esse, & mentem inflare, peculiaria vero lumina ex se sola nisi charitas adit, pertingere, & in præceps adducere, ubi Parisios pervenit, nunquam studio vacabat, nisi antea prolixæ orationi vacavisset; atque probe tenens Deum esse scientiarum Dominum, in oratione consueverat ab eo petere lumina: a quo tot prælectas haunebat cognitiones, plura ad aram, quam ex libris discebat; eumque Dei unitus sit aliquem momento doctum efficere, & ille se sancti hujus nostri institutorem præbuisset, mirum non est si tam brevi in aliorum doctorem evaserit. Nil erat menti illius invium; quæstiones obscurissimæ, quæ doctissimo cuique negotium ficcilere solent, eidem ita perspicuæ videbantur, exque tanta perspicuitate enodabat ut facile inde judicium inferri posset illum ab eodem Spiritu Sancto fuisse eruditum. Scientia profecto illius infusa potius erat, quam acquisita, & licet illi esset ingenium sublime, & admirabilis percipiendi vis, & studii assiduitate, jugibusque vigiliis conaretur illam perficere, simpliciter tamen nonnullis amicis suis ab eo scisitantibus, undenam tot lumina hausisset, respondit ex oratione, divinorumque mysteriorum meditatione illa se mutuatum fuisse. Sane scientia sua tantam nominis celebritatem adeptus est, ut magistri, doctorisque munera simulac Discipuli promeritus fuerit. *Vita eadem.*

Eo Parisios venit quibus olim aliud gentium Apostolus.

Donec adolescens Joannes de Matha Parisiis subsistit, quibibet cum eodem necessitudinem inire studuit propter insignem sanctitatis ejusdem celebritatem. Omnia ejus colloquia prorsus erant divina; sibi conciliabat animos cum quibus loquebatur; & fatebantur omnes, se ab illius aspectu nonnisi ægre, & cum summa virtutis ejusdem admiratione discessisse. Inter eos, qui eidem maxime familiares exterunt, princeps facile fuit insignis Joannes Lotharius, ex antiqua Comitum Signiæ domo, qui deinceps Romana purpura inclaruit, & mox ad supremum Pontificatus apicem evectus fuit assumpto nomine Innocentii III. Adolescens hic Princeps Parisios migrarat, ut extremam adjiceret manum sublimibus scientiis, quas labore comparaverat. Ubi primum Joannem agnovit, arctissimum amicitiæ fœdus cum illo conjunxit: Cumque essent genere, ætate, ingenioque pari, æque pias sanctasque fovebant affectiones, æque in bonum ferebantur, neque aliud iis erat consilium quam Deo inservienti, invicem sibi adhæserunt, eorumque animæ fere separari non poterant. Nihil sane inter illos secretum erat; ultro citroque sibi invicem secreta cogitationes aperiebant, cumque revelasset Joanni Deus sua de Lothario consilia, quidam die cum eodem colloquens dixit fore ut brevi ad S. Petri solium extolleretur. *Vita Sancti.*

Ejus vitæ sanctimonia fuit admirabilis ut totus vastare videretur operibus misericordiæ eos sinus oratorium, lacrymarumque studiis.

Quod vim adjiciebat sermonibus Sancti Joannis de Matha, eique tantam circumundique nominis celebritatem pariebat, erat vitæ ipsius sanctitas. Tota vitæ ejus ratio sermo erat disertissimus, vitaque omnium virtutum exemplar, ita ut eorum, a quibus agnoscebatur, ocnlis in se converteret omnium, qui bonis ejusdem exemplis, potius quam verbis erant illecti. Et profecto videre ne poterat aliquis, quin illiceretur, adolescentem, qui meliore diei parte in precibus absumpta studiis suis tempus necessarium impenderet, & reliquam partem in Xenodochiis, & carceribus invisendis traduceret, ut verecundis pauperibus in abditas cellas ferret eleemosynas, vel obvius per compita stipem erogaret. Videbatur quotidie postquam studiis vacasset, colligere manum egenorum; quos domum suam deducebat, ut eos aleret, sæpe se paratis abstinens epulis, ut eas aliis comedendas præberet. Gestiebat ille his mensæ accumbentibus ministrare; quodcumque sibi a parentibus suggerebatur, latim ab illo erogabatur, & sæpe etiam emendicabat, cum largitatibus suis nummi deessent. Vix credibile est, quomodo satis temporis illi suppeteret ut has simul omnes sanctas actiones conjungeret; & qui illum in Templis videret, hic sane diceret omnem illius curam esse, in orationibus, curam, quam gerebat pauperum, totum illum occupasse, simulque totum tempus suum in studiis impendere: adeo perfecte illhæc omnia exequebatur. His tamen nihil obstantibus evsit non postremus inter Psrisienfis Facultatis doctores, *Vita eadem*,

Eminens Joannis de Matha sanctitas Parisiensi Episcopo comperta satis, & explorata, Præsulem illum impulit ad gregis sui utilitatem Sanctum Joannem ad Sacerdotium evehere. Sed hæc dignitas Sanctum nostrum deterruit. Obediendum tamen fuit, & Deus ipse ejus consecrationem profequi voluit non vulgaribus gratiis, ignea quippe columna visa est capiti ejus insistere eo temporis articulo, quo illi manus imponebat Episcopus. Hoc miraculum, quod in illius Ordinatione contigerat, omnes in eam spem erexit, futurum ut in ejusdem prima Sancti Sacrificii celebratione aliquid inauditum contingeret. Qua in expectatione cum hostiam consecraret, visus est nonnullis luminibus circumfundi, & in ipsa ejusdem elevatione aliquantulo oculis in superiorem aræ partem deinxis permansit. Tunc vere illi angelus apparuit sub adolescentis specie candida indutus tunica, & in pectore cruets imaginem referens rubri, cæruleique colons: hinc inde habena homines duos catenis onustos, qui se captivos esse satis ostendebant. Ex hac visione intellexit Joannes, se a Deo ad magnum aliquod opus destinari; credidit tamen sibi recentia Dei mandata esse expectanda, ac obsequens omnibus divinæ providentiæ consiliis dicebat cum Apostolo: *Domine; quid me vis facere? Actorum* 9.

Joannes Parisiensi Antistes Sancti illum initiator, quam tempore hostiam consecraret luminibus super caput ejus apparuit.

Cum S. Joannes de Matha verba fieri audisset de quodam Eremita, cui nomen Felix Valesius, qui in spelunca quodam diœcesis Meldensis elsufus vitam ducebat, illum convenit, consulturus, & deliberaturus cum illo de iis, quæ sibi divinitus fuerant inspirata. Sancta necessitudo, quæ tunc primum inter duos hosce viros insignes coaluit propter consiliorum conformitatem, sc similitudinem virtutum, ac sensuum, palam ostendit, illos divinitus electos fuisse, ut uterque simul spiritum eandem procurarent. Significari non potest quonam fervore uterque simul certatim ad omnium Christianarum virtutum praxim excitavetint se. Immodicæ erant eorum austeritates, vigiliæ, & jejunia perennia, & oratio eorum erat negotium. Quadam die cum prope fontem de bonitate Dei verba facerent, viderunt ad se adventare cervum inter arborea cornua deferentem crucem illi parem, qua ornatus erat Angelus, qui S. Joanni de Matha primum celebranti apparuerat. Miraculum hoc coegit Sanctum nostrum ut socio aperiret visionem suam, & hinc uterque inierunt consilium semet devovendi redemptioni fidelium, qui in Turcarum, sliorumque Barbarorum captivitate gemebant. *P. Croiset.*

S. Joannes de Matha elegitur sui in ad Christianos de side veritatem etiam de peccati servitute eruendos.

Antequam vobis exhibeam varia SS. Joannis de Matha, & Felicis Valesii munera in redemptione captivorum, quandoquidem erant uterque Ordinis Sanctæ Trinitatis Institutores; animadvertendum est Sanctum Joannem non appellitum dumtaxat fuisse ad unum hoc ministerium, verum etiam ad liberandos fideles de servitute vitiorum; qus in re en quomodo se gesserit. Permisit Deus, ut duodecimo sæculo peteretur undique Ecclesia pluribus Hæresum generibus, quæ illi excidium portendebant. Inter abominabiles sectas Ilias, Valdenses, Albigenses, & Apostolici majora Religiom Christianæ detrimenta inferebant. Simulata primorum continentia, speciosa fecundorum paupertas, & posteriorum zelus mendax cum omnigena errorum, & impietatum varietate conjuncta, speciosos tamen colores prosefcrentia, omnibus fere populis fucum fecerant, quorum rudis simplicitas, ut plurimum, non fecernit hæc dogmatum genera, & verum a falso nequaquam sejungit. Eo tempore tres luminos homines Ecclesiæ suæ largitus est Deus, Sanctos videlicet Joannem de Matha, Dominicum, atque Franciscum, quos opponeret triplici hæresim generi; quas singuli pro modulo suo, & secundum Dei præceptum impugnarunt. S. Dominicus Albigenses prædicationibus suis; S. Franciscus fallacem Valdensium pauperiatem, paupertate vera, & Evangelica, & S. Joannes de Matha Apostolicos ita nuncupatos, qua se veros esse dictitabant Apostolos, Immediate missos a Deo ad reformandam Ecclesiam; dum eorum nihil insuetum atque intentatum relinquerent ad illam per teterrimas impietates evertendam; abrogantes partem Sacramentorum, potissimum vero Baptismum, quem insantibus negabant, adorabili Trinitati eripientes eos, qui salutati lavacro nondum abluti e vita migrabant. Igitur S. Joannes de Matha zelo suo vere Apostolico, æque ac jejuniis, precibus, & prædicationibus suis novos hos errores evertit; sed præcipue per cultum, atque adorationem, quam procuravit, ut divino huic mysterio haberetur, non solum in Ordine suo, qui hoc peculisriter profiteretur, verum etiam in Ecclesia universa. Igitur Deus in lucem edidit Sanctum hunc ad devotionem hanc instaurandam, quæ jam, extincta fere videbatur, æque ac ad Fideles de Mjurorum, Turcarumque manibus eripiendos, ubi innumeri patiuntur mala, & semper in fidei periculo versantur. *Ex vita hujus Sancti.*

Affectiones S. Joannis de Matha ad requi vacuet redemptioni Captivorum, ad quam postea fuerat vocatus.

Quemadmodum Sanctus noster nomen gerebat gloriosi Præcursoris Filii Dei, atque in festivitatis ejusdem pervigilio in lucem editus erat: credidit sibi fmitandas esse illius sufferitates, ac vitam pœnitentem: & sicuti de magno Propheta illo testatur Evangelium, quod neque biberet, neque manducaret: Joannes, & Felix socius ejus, hoc enim utrique commune est a adeo modico victu

victu alebantur, ut extra naturæ neceſſitates poſiti viderentur. Aqua & panis vulgo erant Joannis elimonia, quibus ſi quando addebat legumen aliquod, id efficiebat, ne filii ejus obſtupeſcerent, & ne illorum imbecillitas ineptos redderet imitandis auſteritatibus, vigiliæ ejus, quæ æque admirabiles erant, ac ejus jejunia; quæ omnia cum in pœnitente ſeparari minime poſſint, æque ac cætera ad abſoluti ſſimum perfectionis gradum evaſerant. Somnum reſpiciebat non ſolum tanquam mortis imaginem, verum etiam tanquam animæ ſervitutem; ubi omnes illius facultates nullis aptæ ſunt muneribus obeundis; quam ob rem illum veluti ſupplicium aliquod fugiebat. Aſſueverat corpus ſuum ad moleſtam hanc neceſſitatem ſuperandam, vel ſi quid quietis carpebat, quod naturæ negari non poteſt, id tanta cum præcautione præſtabat, ut eor illius vigilaret, donec corpus ad duas, vel tres ad ſummum horas reficeretur, idque humi ſolum, quod ejus ut plurimum erat cubile. *Vita Sancti.*

Sancti ambo Romam ſe conferit, ubi Pontifex inſtituendum eorum ordinem approbat, eiſque magna conceſſit privilegia.

Ambo iſti Sancti non ambigentes amplius quominus a Deo vocarentur ad procurandam libertatem fidelium ſub crudeli Infidelium ſervitute gementium, Romam adire cogitarunt, ut Pontifici ſummo ſuam mentem aperirent, & ab illo, quid ſibi faciendum eſſet, edocerentur. Sed donec ille deliberat, utrum recens hoc Inſtituum ſibi ſit approbandum, necne; cum jam eorum charitate, ac zelo illectus, Sanctum illorum conſilium non ſine laudibus excepiſſet, cæleſtis ei contigit viſio, quæ omnem illi dubitandi abſtulit locum; eum enim in Lateranenſi Baſilica ſacris operaretur myſteriis; Angelum vidit eadem veſte, atque cruce ornatum, qualis S. Joanni apparuerat. Sanctus igitur Pontifex novum hunc approbavit Ordinem, voluitque, ut quicunque illum amplecterentur, candida veſte uterentur cum bicolori cruce, rubra quidem, & cærulea ante pectus, & arrepta occaſione ex myſtica iſta colorum varietate juſſit appellari Fratres ex Ordine Sanctæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum. Sanctus noſter tunc inſtitutus fuit miniſter, vel Generalis Superior, cumque Pontifex cumulaſſet utrumque Eremitam beneficiis, eorumque Ordinem privilegiis, dimiſit illos etiam, atque etiam hortatus, ut inceſſanter ad hoc opus juxta inſtituti ſui finem incumberent. *P. Croiſet in exercit. pietatis.*

Inſtituum hoc ingenti plauſu in omnibus regionibus excipitur.

Satis exprimi nequit quo plauſu recens Sanctæ Trinitatis Ordo univerſo in orbe Chriſtiano fuerit acceptus. Cum opus eſſet Dei, quamprimum admirabilibus incrementis inclaruit. Hi chriſtianæ Charitatis Heroes ubique gentium habebantur, tanquam Angeli Cælo delapſi, a Deo miſſi ad liberandos de infidelium ſervitute captivos. Galliæ Rex Philippus Auguſtus illos beneficiis cumulavit. Princeps neſcio quis nomine *Corfroi* dono eis dedit locum ipſum, ubi Ordo hic ſua habuit incunabula, & ubi ſtat adhuc prima Ordinis domus. Sanctus noſter longe plurimas ædificavit, creditoque earum regimine S. Felici Valeſio, Romam ſe contulit, ubi a Summo Pontifice donatus fuit Eccleſia, & domo S. Thomæ de Formis. Communitas brevi frequentata fuit, ibique Joannes præſtantiſſimos miniſtros erudiit. *Vita Sancti.*

Inſtituto hoc indigebat Eccleſia propter barbarorum perſecutiones.

Si unquam recenti hoc Inſtituto indiguit Eccleſia, ut celeres illi ferret ſuppetias adverſus ea mala quibus affligebatur; hoc procul dubio tempore indigebat, quo Infideles perſequebantur Chriſtianos, qui tunc temporis crebro in manus eorum incidebant. Mauri Hiſpaniarum partem ſui ſub ditione tenebant, Saraceni in Paleſtina ſingulis diebus recentes de Chriſtianis triumphos agebant; Tartari jugirer irruptionem faciebant in Podoliam, Ucraniam, aliaſque partes Pannoniæ finitimas, quas ſe brevi Chriſtianis adempturos minitabantur. Byzantinum imperium variis ſchiſmatibus ſciſſum quotidie ſenſim in Barbarorum dominationem ruebat. Ubique terrarum infideles illæ nationes late omnia depopulabantur, & inauditas exercebant crudelitates in Chriſticolas, qui in manus eorum incidebant: & proculdubio lacrymæ, ac juges gemitus tot captivorum fidelium in cælum aſcendentes Deum flexerunt, qui ut illos ex tot pœnis eximeret, & de vinculis liberaret, voluit in Eccleſia ſanctum hunc ordinem inſtitui per Sanctorum Joannis de Matha, & Felicis Valeſii miniſterium, Ordinem, cujus non aliud munus eſſet, quam tot captivorum libertatem procurare; & voluntatem hanc ipſe Summo Pontifici aperuit. *Ex vita eadem.*

Deus revelat S. Dominico inſtituendi Ordinis SS. Trinitatis.

Neque modica fuit S. Joannis de Matha, ſociique ejus gloria, uno eodemque tempore juſſos fuiſſe a Deo recentem hunc Ordinem inſtituere; dignatus quoque Deus eſt hoc magno Patriarchæ S. Dominico aperire. Res ita acta, tranſactaque eſt. Sanctus hic vir Valentiæ ſtudiis operam navaris egregiis virtutibus, factiſque heroicis tantam ſibi nominis celebritatem conciliaverat, ut tanquam Sanctus palam haberetur, & vulgo omnes ſeſe illius precibus commendarent. Mulier quædam, cujus frater in Maurorum manus incideratt, & in præſenti verſabatur periculo fidei, aut vitæ amittendæ, acceſſit ad Dominicum illum obteſtatura, ut fratris libertatem a Deo precibus impetraret, minime dubitans ſe illam ab eo eſſe obtenturam. Dominicus feminæ dolore commotus, at multo magis imminenti fratris periculo, in hæc erupit verba, quæ illi ſtuporem injecere. Nihil equidem facere poſſum, at, pro fratre tuo, neque precibus, neque opibus. Peccator ſum, cujus rationem Deus habiturus non eſt, ſum adoleſcens, nihil poſſidens; ſed tibi polliceor, recipioque me æquo, ac libenti animo in ejus locum ſubiturum, & memet beatum exiſtimaturum, ſi me captivum pro illius libertate procuranda tradere poſſem. Obſtupuit mulier, & ſolum eum obteſtata eſt, ut pro fratre preces effunderet. Confeſtim id Sanctus peregit, cumque ſe ad crucifixi pedes provolviſſet, vocem hauſit dicentem ſibi; re ad captivorum redemptionem non deſtino, alia mihi ſumi de te conſilia. Ad hoc miniſterium Pariſienſem Doctorem elegi, nomine Joannem, cujus charitatem, virtuteſque omnes aliquando admiraberis. *Ex vita eadem.*

S. Joannes jamjam in Africam tranſiturus a Summo Pontifice legatus mittitur in Dalmatiam.

Quamvis Joannis vota Africam ſpectarent, ut ſeipſum traderet, quemadmodum teſtabatur, in commutationem pro aliquo captivo Chriſtiano; illum apud ſe Pontifex remoratus eſt; ut ejuſdem uteretur conſiliis in impediti ſſimis majoris momenti negotiis. Igitur S. Joannes miſit duos ex Religioſis ſuis Marochium, qui ſtatim centum atque octuaginta ſex ex Chriſtianis Captivis redemerunt; quæ res adeo zelum Sancti Patriarchæ inflammavit, ut jamjam in Africam ire cogitaret, cum Summus Pontifex ei Legati Apoſtolici dignitatem conferre decrevit, antequam captivorum redemptioni minus admoveret, miſitque illum in Dalmatiam. Dalmatia licet fortiter adhæreret Eccleſiæ per fidem ab ea tamen per motum licentiam receſſerat. Ibi gentium late graſſabatur corruptio; & populorum eorum licentia erat Religioni dedecori, & concumeliæ. Libidines, turpiſſima quæque flagitia, injuſtitiæ, odia, inimicitiæ nulli parcebant, ut ſibi ſatisfieret. Crimina, quæ pudor appellare vetat, publica erant; Verbo, Dei lex in Dalmatarum corde jam obſoleverat. Nihilominus tot inter flagitia ſæva admirari non poſſumus pietatem Regis, illis imperantis, qui ſolus in Regno totum fidei ſpiritum retinebat. Princeps hic cum nihil reliquiſſet inauſum, atque intentatum, ut tot malis mederetur, ad ſupremum ſe convertit Pontificem maxime ardentem zelo procurandi gloriam Dei, nunciumque Romam miſit oratum, ut urgentiſſimo malo quam celerrimam afferret medicinam. S. Pater illectus hoc jucundiſſimo nuncio pii hujus Regis zelum in Sacro Cardinalium cœtu expoſuit, decretumque fuit, ut ibi Synodus haberetur, & eo mitteretur Legatus, qui Summi Pontificis nomine illi præeſſet. Omnes conjecerunt oculos in Joannem de Matha. Opinio, quæ apud omnes percrebuerat meritorum, & altiſſimæ eruditionis ejuſdem ſummæque in rebur agendis dexteritatis, omniumque eximiarum qualitarum, quæ exquiri poſſunt in homine, cui legatio talis mandanda eſt, quibus accedebat vitæ Sanctitas cum virtute miracula operandi conjuncta, omnes in hanc mentem injecit ad hoc adeo ſublime miniſterium hoc digniorem eligi poſſe neminem. Tunc ſummus Pontifex, qui antea illum purpura inſignire voluerat, ut huic legationi major lucis, atque auctoritatis fieret acceſſio, iterum illum adnixa eſt inter purpuratos deſcribere. Sed obſtitit Joannes, cujus rarum humilitatis exemplum in eam ſpem omnes erexit fore, ut negotium illud per quam optime verteret. Neque illos ſua fefellit opinio, quemadmodum ſumus narraturi. *Ex vita Sancti.*

Converſit omnem animam Regis Dalmatici & iterum ſacram purpuram deſtruavit.

Eccleſiaſticæ diſciplinæ inſtauratio, reformatio morum, totius aulæ converſio nequaquam ſoli fructus extiterunt Legationis Dalmaticæ, populos confirmavit in fide, eoſque obedientiæ Sanctæ Sedis ſubjecit, atque pluribus oſtendit miraculis, quid valeat Legatus, qui ſanctus exiſtat. Pontifex illum reducem non flectere potuit, ut oblatam jam reciperet dignitatem; cedendum fuit ejus humilitati æque ac zelo; ac permittendum, ut in Africam votorum ſuorum objectum traduceret. Quo ubi pervenit, inflammavit fidem fere collapſam in quamplurimis captivis. Martyrii deſiderium omnem illi mortis terrorem abſtulerat; Indefeſſus illius zelus in officiis charitatis eo proceſſerat, ut prope fuerit, ut a Barbaris jugularetur. Repertus eſt in Tuneti urbe vulneribus ſaucius; innatans in ſanguine ſuo, nimis ſe beatum exiſtimans, quod dignus habitus fuerit, qui aliquid pro Jeſu Chriſto pateretur, palam profeſſus, ſin minus Martyrium nancifci poſſet, ſaltem id cupere ut in exſtivitate detineretur. *Ex eadem vita.*

Tuneto egreditur ea ingenti captivorum numero quos redemerat.

S. Joannes de Matha extrema flagrabat cupiditate ſanguinem ſuum pro fide effundendi; ſed Domino alia erant de hoc homine conſilia. Poſt labores plurimos Tuneto egreditur cum omnibus captivis, quos redemerat. Vix navim conſcenderat, cum Barbari illum certæ morti objicere ſtudentes furentium inſtar navim ingreſſi auferunt gubernaculum, ſuccidunt mala, diſcerpunt carbaſa, & non ambigentes amplius, quominus Sanctus cum ſuis facturus eſſet naufragium, illos ad ventorum, ac fluctuum arbitrium dimittunt. Sed Sanctus noſter in Deo confidens plenuſque fide, qua erat animatus, ſuum, fratrumque ſuorum pallia ventis expandit, Dominum orat, ut navis patronus eſſe velit, atque in genua procumbens, & Crucifixi imaginem manu rencns ſeſe providentiæ curis commiſit. Profecto geſſit Deus curam famuli ſui, ſociorumque, qui ſub tanto duce paucis diebus Oſtiæ portum ſubierunt. *Ex vita eadem.*

Qui in ſtatu haberentur fideles captivi ante S. Joannis inſtitutum.

Ad cognoſcendam charitatis S. Joannis de Matha magnitudinem, & quam optime ſit meritus de Eccleſia, quantumque debeat Ordini illius, qui in iiſdem charitatis officiis erga Chriſtianos captivos perſeverat; animus advertendus eſt ad miſerrimum ſtatum, in quo erant hæc Jeſu Chriſti membra, antequam Deus Joanni hanc mentem iiſdem opitulandi inſpiraret. Summa erat captivorum horum miſeria. Sine veſtibus fere, ac ſine cibis in tetra carceris partem imam relegabantur, unde non educebantur, niſi ut venales objicerentur tanquam jumenta in nundinis, in quibus virium eorumdem fiebat periculum. Heu! eorum, erant quoque illorum tyranni, atque tortores, qui illorum cruciatus ingeminabant, prout illos in fide cernerent conſtantiores. Ægrotabant illi; in angulo ſtabuli relinquebantur ſine ulla ope, & quod illos ad deſperationem adigere poſſe videbatur, id erat, quod nulla illis affulgebat ſpes ex tam infelici ſtatu emergendi. Sed Joannes de Matha ſeſe illis offert liberatorem. Ædificat, & inſtituit xenodochia, carcerum illorum caliginem pervadit, agit cum eorum dominis de pretio libertatis eorum, eiſque corporales ſimul & ſpirituales Medicos procurat. Quænam ſortis mutatio! Quænam Deo agendæ ſunt gratiæ eo quod huic adeo ſublimi miniſterio præfecerit famulum in eodem perſolvendo fidelem adeo, qualis exſtitit Sanctus hic Patriarcha! *Auctor Anonimus.*

Aſia deſcripta quo calamitate captivorum.

Pſalm 9.

Fingite vobis eas calamitates, quas Chriſtiani apud Infideles captivi ſuſtinent. Heu! Numquid illis ſydera ſuaves influxus inſtillant? quippe in altiſſimis carceribus ſepulti, quo diei lumen non penetrat, neſcirent quidem in Cælo fulgere ſydera, niſi alias illa vidiſſent. In arctis illis tetriſque carceribus tabidum reciprocant aerem. Numquid illis fructus terra producit? quoniam nunquam veſcuntur illis, & panis, qui illis ad victum præbetur, adeo modicus eſt, adeoque malus, ut vix viliſſimum quodvis jumentum aleret: *Tibi* Joannes, *derelictus eſt pauper; orphano tu eris adjutor.* Hos tibi pauperes Salvator credidit; hi carceres ſunt, ubi a te illos jubet conquiri. Cæleſtibus viſionibus te dignatus eſt Deus, ut hos calamitoſos homines redimeres, atque ut tuam pro illis objiceres libertatem. Joannes de Matha currit, evolat eo, quo vocatur a Domino, maria tranat, procellas provocat, Barbaros adit, denique pactam pro ſingulis mercedem perſolvens eripit de eorum captivitate miſeros, qui alioquin ad extremum adigebantur deſperationem. *Idem.*

Cap ipſum redemptæ gaudia.

Difficile profecto eſſet vobis omnia aperire gaudia, quibus calamitoſi illi affecti fuerunt, cum repente ſe in libertatem aſſertos conſpexerunt. Fingite vobis homines vulneribus ſaucios, catenis onuſtos, in tetterrimum carcerem conjectos, ſordibus obrutos, unde non emergebant, niſi ut laboribus opprimerentur, qui jumenta tantummodo decent; quibus vix fruſtum mucidi panis erat; & qui fere nudi ſceleti potius vibebantur, vel ſpectra animata, & qui nonniſi figuras hominum referebant. Videte has umbras, & larvas prodeuntes repente de carcerum ſuorum tenebris tanquam ex mundo alio, eaemptas vinculis, ac priſtinam libertatem adeptas. Quis dicendo aſſequi poteſt gaudium, quo illi perfuſi ſunt ad libertatis adeo inſperatæ ſpectaculum! Par ſuit etiam populorum omnium admiratio, qui fatis Deum laudare non poterant, eo quod in Eccleſia ſua Ordinem inſtituiſſet, cujus Charitas eo uſque ſe extendit, ut proprios objiciat filios manifeſto periculo pro fratrum ſalute. *Ex vita Sancti.*

S. Joannes de Matha redeundo pertranſit ad claſtra ſuæ miſericordiæ captivorum ſubſidia.

Nihil ultra ſupereſſe videbatur Sancto Patriarchæ poſtquam ea Barbarorum manibus ultra ducentos captivos eaemiſſet; quam cum gaudio navim conſcendere, cum omnia illi ea in expeditione benevenerint. Sed gaudium hoc ſtatim interpellarum ſuit clamoribus aliorum, quos in captivitate relinquebat, cum illi modus eos liberandi non ſupereſſet; quandoquidem pecunia omnis fuerat impenſa. Horum igitur calamitoſorum manus ad Sancti pedes provoluta illum per Jeſu Chriſti viſcera obteſtabantur, ut extremum adiiteretur de captivitate exemplurus, elata voce inclamantes, niſi eos abduxiſſet, ſe fidem eſſe adnegaturos. Hæc miſerorum vox tanquam fulminis ictus Joannis auribus accidit, & deinceps confeſſus eſt, ſe obſtupuiſſe, quod tunc temporis anima ſua a corpore avulſa non fuerit; tantam ſibi vim fiera ſenſit. Quid tunc Sanctus noſter miſericors? Se ipſum offert pro pauperibus illis obſidem: hic extremus erat charitatis ejuſdem conatus; ſed Deus, qui alia de ipſo fovebat conſilia, paſſus eſt, Religioſos fratres Joanni obſiſtere, & quemlibet certatim eſſe pro eodem offerre. Ille dolore confectus, & neſciens quem finem huic charitatis certamini injiceret, lacrymis circumfuſus ad Sanctiſſimæ Virginis pedes procubuit profeſſus, ſe inde nunquam diſceſſurum, niſi illa neceſſariam opem ſuppeditaret. Hoc erat, ut videtur, tentare Deum. Glorioſa tamen Virgo miſerta confidentiæ filii ſui, eidem apparuit, & in manus ejus tantum argenti reliquit, quantum ad tot animas de inferno redimendas, miſeros illos de manibus Barbarorum ſubducendos, requirebatur. *Ex Sancti vita.*

S. Joannis de Matha Charitas triplici modo teſtatur.

Charitatem erga captivos a S. Joanne de Matha exercitam triplici pacto poſſumus conſiderare: Primum enim ſe ad pauperis qualitatem redigit, & ſuam obligat votis libertatem, ut factus captivis ſimilior per ſimilitudinem hanc fieret ad miſericordiam propenſior. Si igitur Sanctus hic ſeſe obligat, ſeſe propter captivos obligat; ſi ad perfectionem Evangelicam contendit, ideo contendit, ut ſuo miniſterio, quod ſibi in eorum gratiam obeundum eſt, uberiorea cæli benedictiones conciliet. 2. Si ordinem inſtituit, huic non aliud officium, & munus eſſe vult, quam captivis prædicare, illos in iis, quæ ad Religionem pertinent, erudire, inter cruciatus conſolari, eoſque de ſqualore, in quo jacent vel numerata pecunia, vel propriæ libertatis pretio redimere. 3. Nobiſmet ealibere debemus magnum captivorum numerum, quem hic Sanctus, ejuſque Ordo ab ipſa inſtitutione ſua redemit. Videtur igitur Sanctus hic Patriarcha contendere, ut ſe perfectum reddat, & ad Charitatem exercendam ædoneum. Videtur virtutes, zelumque ſuum tranſmittere in Sanctum Ordinem, ad charitatem hanc erga captivos perennandam. Videntur tandem Captivorum Coloniæ poſthuminio Ordinis illius beneficio redeuntes in patriam. Deus Charitas eſt; ſed Joannes de Matha, qui manet in Deo, & ipſe Charitas eſt; quia manens in Deo eodem ſpiritu animatur. *Recens Auctor.*

Captivi in vinculis gementes ergo admonent exilii, in quo vivimus ſuſpectam.

Audiſne vocem horum captivorum, qui per gemitus ſuos de ſervitutis ſuæ loco nos docent gemere in hoc exilio, in quo vivimus? Sedimus, inquiunt, ſecus oras fluminis Babylonis; & flevimus dum recordaremur Sion patriæ noſtræ. Fruſtra qui nos captivos abduxerant, hortabantur, ut lætitiæ cantica concinnetemus, qualia dum Jeroſolymæ permaneremus, canere conſueveramus: illis enim reſpondimus; Quomodo cantabimus cantica Domini in terra aliena, & cætera obruti, uti ſumus? Talis eſſe debet ſermo noſter; in hoc exilio ſuſpendere debemus muſica inſtrumenta; neque aliud promere canticum, quam turturis, quæ nonniſi gemitus edit. Sed ſimulac miſeri illi captivi præ gaudio exultarunt, ubi viderunt S. Joannem de Matha repente accidentem, ut illos de vinculis in libertatem perduceret; ſicut illi eum conſideraverunt tanquam a Deo miſſum, & ad hunc finem, & lætantes ſibique invicem gratulantes dicebant: in optatiſſimam patriam redibimus: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi.* Oculos in Dei Filium liberatorem noſtrum debemus attollere, & nullum amplius ſolatium quærere in hoc exilii noſtri loco, quam ut liberemur ope illius, quem miſit Deus, ut contritos corde conſolaretur. *Idem.*

Præſtantia Charitatis quæ in captivos exercetur.

Charitas, quæ in Captivis redimendis exercetur, eſt procul dubio præſtantiſſima, quoniam in ſe omnes eminentis hujus virtutis gradus complectitur: nihil enim præſtantius eſt, quam peculiarem gerere curam hujus partis Eccleſiæ in Turcarum carceribus, & barbarorum vinculis gementis. Pars hæc omni ſubſidiorum genere maxime deſtituta eſt propter periculi animæ, & corporis; ita ut dicere poſſimus miſeros illos in inferni ſuburbiis incolere, quia nullis mundi hujus bonis fruuntur, nullamque cum hominibus habent conſuetudinem; onerati, ut videntur, gentium omnium maledictis. In manifeſto ſalutis ſuæ periculo verſantur. Fides, atque Religio, eorum æque captiva eſt, ac illorum corpora in iis catenis; & propter hoc ipſum infortunium communibus Eccleſiæ ſubſidiis ſunt deſtituta, perinde ac maria, quibus ab orbe Chriſtiano diſſociantur, aggeres eſſent, ad prohibendum ne Sanguis Redemptoris uſque in hoc rentia antra illa, quibus ſepulti ſunt, diffluat. Omnia deſunt illis ſpiritualia ſubſidia; carent verbo Dei, Sacramentorum uſu, bonis ſhorum fidelium exemplis, Templorum commodo, in quibus ſuos queſtus effundant. Quod vero attinet ad corporum miſeriam, nonne eo in loco eſſe videntur, quo omnium fidelium Charitas nequeat penetrare? Qui inter Chriſtianos vivunt, hoc ſaltem utilitatis habent, quod eorum calamitates explotatæ ſunt fratribus; ſemper eorum oculis adſunt, & opem ſibi neceſſariam recipere poſſunt: non longa itinera ingredienda ſunt, ut Xenodochia inveniantur; pauperes ſemper noſtris obſident fores. Sed pauperes illi captivi in alio quodammodo mundo habitant. Eorum abſentia minus nos afficit; gemitus eorum, catenarum ſtrepitus noſtras aures non pertingunt; & quomodo illis feramus opem per maria? Locorum longinquitas, Tyrannorum crudelitas obices ſunt charitati omnium fere fidelium inſuperabiles. Deus tamen nobis oſtendit, inanes eſſe omnes haſce difficultates, & nugaces eſſe cauſas omnes, quæ præteauntur, ſuſcitans S. Joannem de Matha, qui ſanctis exemplis ſuis nobis oſtendit, Charitatem omnia ſufferre; nihil ejus ardori invium eſſe; & qui adhuc quotidie tot oculis noſtris objicit, tantaque ſuorum filiorum exempla, qui Ordinum Religioſorum electa para appellati poſſunt, quoniam in perfectiſſimæ charitatis exercitatione occupantur. *Biroat.*

Quam prompti eſſet ad miſericordiam S. Joannes.

S. Joannes de Matha fortitus fuerat cor tenerum, miſericors; & quod facile ad proximi ærumnas flecteba- tur; ita ut dicere poſſet cum Job; miram ſecum fuiſſe miſerationem; ſed præclaris hiſce affectionibus accedens Jeſu Chriſti gratia, illas ad ſuperiorem ordinem extulit, eas perfectiores, & abſolutiores efficiens, omnes captivos, tanquam Jeſu Chriſti conſiderando. Hinc arctatum erat cor illius motu naturalis compaſſionis, non ſecus ac corporis membra tecte valentia compa-

jungitur

tiuntus tamen doloribus ejus partis, quæ ægra eſt, quia ſunt ſimul conjuncta : *Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*. Sanctus noſter per ſium cordis ſui motum ſeſe extrinſecus effudit : in Chriſtianæ charitatis operibus ; pericula & labores omnes perpeſſus eſt, ut captivis opem ferret in ærumnis eorum tum corporeis, rum ſpiritualibus. Hoc illum impulit ad extruenda Xenodochia iis in locis, ubi ſibi fiebat facultas, ut miſeri recreſci poſſent non ſolum in morbis ſuis, ſed in omnibus adverſis, quæ illis accidere poterant, & nihil deeſſet etiam eorum eruditioni, ut ſimul ſpiritualia etiam ſolatia calamitoſis illis procurſret. *Auctor Recens.*

Barbarorum ſtupor in contemtum charitatem S. Joannis.

Quiſnam fuit ſtupor Barbarorum, cum ad oras ſuas appellere viderunt S. Joannem de Matha illuc accedentem non actum irinerandi, novaſque terras luſtrandi libidine, neque deſiderio merces ſuas cum illis commutandi, neque lucri in patriam ſuam referendi. Hoc ſine fuit ingens ſtuporis argumentum Infidelibus illis, qui juſe humani generis inimici vocari poſſunt, intuen, ſolum fratrum ſuorum amorem in terras eorum perduaſſe, ut hos de crudeli eximeret ſervitute, & pactum pro illis pretium redemptionis perſolveret. Intentiones adeo rectæ, adeo generoſæ, ac tanta charitate diffluentes cogitationem eorum pronam ad crudelitatem, ac longe ſemotam ab hoc ſpiritu ſuavitatis, qui fidelium proprius eſt, ſuperabant. Nonne illi jure poterunt exclamare, non ſecus ac illi Ethnici antiqui : Quam magnus eſt Chriſtianorum Deus ! Quam ſancta eorum Religio ! Opus ſane eſt, ut Deus, qui ab illis colitur, certiſſime ſit verus Deus ! Opus eſt, ut ab illius magnificentiis inſignes expectent remunerationes, quæ tempus, ac fines hujus Oſbis excedant : quandoquidem adeo libentes bona, vitaſque ſuas pro hominibus ſacrificant, quos ipſi tanquam vilis jumenta cenſemus. *Idem.*

Nivibus Joannes gloria eſt ſeſe objeciſſe captivitati, ut captivos liberaret.

Neque vobis exhibere poſſum S. Joannem de Msths in ſtatu magis glorioſo, quam in ardenti hac charitate, quæ effecit, ut ſeſe objiceret captivitati, ſi opus eſſet ad redimendos captivos. Verum quidem eſt carcerem, & captivitatem contumelioſas eſſe, ut ſigns ſunt rebellionis, & pœnæ peccati, ſed hæc ſupplicia omen amittunt æque ac turpitudinem ſuam, cum propter Dei gloriam, fratrumque ſalutem perferuntur ; ideoque S. Paulus ſe in hujuſmodi vinculis beatiorem exiſtimabat, quam cum ad tertium uſque cælum raperetur. Quæſo igitur parce mihi ſi ego hodierna die non tanquam Doctorem & Apoſtolum celebro ; ſepoſui ortus tui miracula, pretioſæque mortis gloriam acturus dumtaxat de cruciatibus, quos pro gloria Dei ſuſtuliſti. Ingens meritorum tuorum magnitudo es duplici fonte manat. Temet objicis non ſolum Infidelium contumeliis, verum etiam catenis, ut inde miſeros eximas captivos. Charitas tua te adigit ad Chriſtianos qui in compedibus gemunt liberandos, ac temet in iiſdem inferendum ; qua in ſe perfectiſſima es Salvatoris imago de ſeipſo dicentis, ſe veniſſe, non ut alii ſibi inſervirent, ſed ut ipſe aliis non ſine libertatis ſuæ ſumptibus deſerviret. *Bivet.*

Sanctus noſter vocari poteſt martyr propter charitatis exceſſum.

Ad Phil. 2.

2. ad Cor. 12.

Sancti hujus hominis ſpiritus ab illius corpore videbatur sbeſſe per esm sttentionem, qua vacabat ſuo miniſterio. Inter infideles erat, & inter captivos fideles. Hoc erat objectum smoris ejus ; hic theſaurus. Indeſinenter cogitabst, quærebst ſemper, quomodo illis ferret opem, & jugiter navabst opersm, ut illis prodeſſet. Repletus zelo non ſecus ac Apoſtolus gentium, dicebat illis ; *Teſtis mihi eſt Deus, quomodo cupiam vos, in viſceribus Chriſti*. Clamsbat, ſed ſemper ad illos converſus : *Quis infirmatur, & ego non infirmor ?* Loquebstur magnus hic Snctus ? Os ſuum nonnſi ex cordis abundsntia loquebatur. Loquebatur ſolum de mediis, per quæ infelicibus illis libertatem afferre poterat ; erst magni hujus operis præco, & voluiſſet, ut omnes omnium fidelium Charitates hoc unum objectum haberent. Sed its erat præco ſublimis hujus charitatis, ut ejuſdem ſimul eſſet & Martyr. Quem enim gloriæ titulum S. Joannes de Matha non meretur, tum quia vitam objiciebst ſuam periculis Itinerum, & aeri tsbido, quem haueiebat deſcendens in tetros carceres ; tum propter zelum, quo abſumebatur, atque conficiebstur videns miſerias, quis calamitoſi illi perferebant ? *Auctor Recens.*

Auctor martyrii deſiderium.

Extremus Charitatis exceſſus eſt dare snimam ſuam pro fratribus ſuis, & ubi non ſeſe offert occaſio, smor qui iners eſſe non poteſt, nihil intentatum relinquit, ut vias excogitet, ut de illis quam optime mereatur. S. Joannes de Mathv cupit Msrtyrium pati, & ſanguine ſuo ſignare fidem Jeſu Chriſti, quam profitetur. Ardet deſiderio præbendi fidelibus hoc exemplum, ut illos in Catholics Religione confirmet ; ſed providentis votorum ejus contents, vias illi præcludit. Eum slio charitatis miniſterio deſtinat, illi mentem injicit omnia bons ſua vendendi, ut conflatam pecunism in captivorum redemptionem impendat ; & poſtquam omnem effuderit, ſeipſum offerendi pro illis in captivitatem ; perferendi impiam carnificum duritiem, carcerum obſcuritatem, & omnia incommods, quæ ſecum trahit durs captivitas. Infirmus smor nunquam srtem hanc excogitavit ; ſed amor de cælo deſcendens tentat etiam vias, quæ videntur impoſſibiles. Magnum hunc Sanctum poſſumus imitari, & captivos liberare, quin maria tranemus, & barbarorum terras adeamus. De captivis pnuperibus mihi ſermo eſt ; qui egeni ſunt, omnibus fortunæ bonis exuti, civili ſocietate, ac libertate carentes ; quæ una eſſet eorum calamitatibus medicina. Vagi non ſunt, quorum importunus aſpectus uſque ad aræ pedes, preces veſtras interpellat ; vel qui ea quærunt momenta, quibus vos in ſemotis locis deprehendant : ſunt calamitoſi, quorum vel maximus dolor eſt, non poſſe ſemet oculis veſtris conſpiciendos præbere. Nihil illis deeſt, quod vos ad miſericordiam flectere debeat præter facultatem ad vos accedendi. Si non ſunt, qui affectato corporis habitu vos fallere sd emungendam ſtipem contendant : victum ne emendicando quidem quærere ſibi poſſunt ; & sd unum in votis habent, ut laboribus, ſudoribuſque in dies eſcam ſibi valeant comparare. Similes, ut ita loquar, Ethnicorum Idolis : motu carent, manus habent ; ſed vinctas, & neque terram exercere, neque tempus vscuum in opus aliquod tranſmittere poſſunt ; *Manus habent, & non palpabunt*. Pedes habent, ſed pedes proſerre, & ambulsre non poſſunt ; quia compedibus aſtricti ſunt ; *Pedes habent, & non ambulabunt*. Oculos habent, ut videant, ſed inutiles ad penetrandam carcerum caliginem, ad videndos laqueos qui ipſis nectuntur, & intelligendos dolos, quibus eorum negotia impediuntur : *Oculos habent, & non videbunt*. At enim os hsbent, ut loquantur. Eſto ſane ; ſed s quibus audiendi ſunt in imis carceribus, ubi detinentur ? Verbum, ut inde egredistus, non ſolum ac perſonæ portorium tenetur perſolvere carcerum cuſtodibus numerata pecunis obtioendum. Reſponſum nonnſi uſdem pactionibus redit, & nihil per shos petere poſſunt, quod illis majori non ſtet pretio, quam quod cuperent aſſequi : *Os habent, & non loquentur*. Hibent etiam sures, ſed illis non licet uti, niſi ut novas audiant crminationes ; quæ recens ingeruntur ipſis, & fallacia teſtimonia, quæ ad eos perdendos congeruntur. Nonne hæc id genus ſunt, in quibus inſignem Sanctitate virum imitari poteſtis ? *Recens Auctor, & P. Chemnais.*

Quomodo S. Joannis zelum imitari poſſimus.

Pſalm. 113.

Vir ſike divinus, qui captivos omnes gerebat in corde ſuo, & cui nihil optatius erat quam illos in libertatem vindicare, vel ſaltem quocunque poſſet eos auxilio juvsre, non ſine graviſſimo dolore audare potuit commercium infame Dalmatarum, qui per turpiſſimam svaritiam coemebint fideles, qui in Barbarorum manus incideraut, eoſque ipſi dura ſervitute premebant, ex qua raſi per ingentem suri, argentique vim, quam cum ſonore exigebant, emesgere poterant. Contra ſæviſſimam hanc inhumanitatem Snctus noſter igneo ſuccenſus zelo spud Concilii Patres, qui ad alia pertractsnda congregsti fuerant, verba fecit, quibus adeo commoti fuerunt, ut in tots regione illis publicæ in dicerentur collectæ pro redimendis captivis ; cum Sanctus ipſe prius edoceiſſet conſuetudinem opitulandi fratrum neceſſitatibus ab Apoſtolicis profectam eſſe temporibus, ac inde ſemper apud Fideles viguiſſe ad opem illis ferendam, qui miſeri eſſent, & præſertim spud Ethnicos, Barbaroſque in captivitate ſquallerent. *Ex vita Sancti.*

S. Joannes ruſert infernum illud commentum quod exercebant Dalmatæ cum fratribus ſuis.

Africa pars illa terrarum monſtris, Barbsriſque sdeo fecunda fatis late non patebst, ut continere poſſet Joannis noſtri Charitatem. Hanc etism in Hiſpanias extendit, quarum pars diro Maurorum premebstur impsno. Vix illuc pervenit, quod omnia diſpoſuit profecturus Valentiam, ubi plures erant captivi ex fidelibus, & ubi magis, quam ubique gentium torquebsntur. Multi viri Principes, atque locupletes, quibus pia mens Sancti noſtri erat explorata, nonnihil contulerunt tanto huic operi ſuis eleemoſynis. Toleto igitur diſceſſit itusus Vslentiam, ubi non minores patiendi occaſiones invenit, quam olim Tuneti ; ſed tandem omnes labores hos ſuperavit, cum fidelibus, qui in vinculis ersnt eadem præſtiſſet charitatis officia, quæ captivis in Africa obierat, ac inde magnum eorum numerum in libertatem vindicsvit. Sed ibidem illi, quod Tuneti contigit. Plures enim vinculis onuſti sd pedes illius provoluti obortis lacrymis profeſſi ſunt ſe non poſſe ulterius ſuos cruciatus perferre, & niſi redimerentur, ſe in jugi abnegsndæ fidei diſcrimine futuros. Verum Deus, ad quem ille ſeſe convertit, providit ſecretis divinæ providentiæ ſuæ, quæ omnes hominum cogitationes excedunt, eoſque Sanctus e vinculis liberavit. *Ex Sancti vita.*

Joannes in Hiſpaniam transit, ubi ingentem captivorum numerum redimit.

Hæc erat ſumma votorum S. Joannis de Matha ; fideles de barbarorum ſervitute eripere. Cum hoc illi conſilium injeciſſet Deus, zelus, & charitas illius erga miſeros nuilis arctabatur finibus, eumque ſpiritu rspiebant in tetermmos Africæ esrce vs, ubi ipſe videbatur ſibi videre ſupplicis, quibus Fideles sfficiebantur, & sudire ejulstus, atque anhelitus, quos in Cælum uſque emittebant. Una hæc cogitatio illum ſolvebat in lacrymas ; & feacenta es corde ejus elicsbat ſuſpiria, quod indeſinenter illorum ærumnis patebat. Flagrabat animi illius ſancto deſiderio innocentes calamitoſos illos reficiendi, & omnia, quæ ſeſe illi offerebantur objects, ei narrsre videbantur cruciatus omnes, quibus miſeri sfflictabantur. Nonne poſſem memetipſum venundare, jugiter ſecum dicebat captivum aliquem redempturus ? Pium hoc deſiderium, quod igneo zelo elebat, efficiebat, ut quotidie de ſuggeſtu populum cieret ad miſericordiam, eoſque

Sanctus noſter obligque prædicat ad captivorii redemptionē procurandam.

eosque ad fratrum calamitates relevandas hortaretur. Acri, vividaque hypotipoſi deſcribebat mala, quæ illi propter Jeſu Chriſti gloriam patiebantur; extremam paupertatem, ad quam erant redacti, contumelias, quibus in ſingulas horas erant obnoxii, ſupplicia, quibus excrucebantur, præſertim vero periculum, in quo verſabantur amittendæ fidei, amittentes firmitatem, atque conſtantiam per mala, quæ gravitſima perpetiebantur in ſervitute æque crudeli, ac illa, in quam infortunium ſuum illos conjecerat. Urbs Chriſtiani totius orbis caput, & Europa univerſa tunc reſonabat vocibus Concionatorum, qui ſancto zelo ſuccenſi Principes, populoſque invitabant, ut ſocia contra Infideles arma conjungerent, qui inſano cum furore quacunque arte Chriſtianam religionem oppugnabant, ut eandem everterent. Simul ac Innocentius III. ad Petri ſedem ſublatus fuit, telluris ſanctæ acquiſitionem tanquam maximum pietatis opus ſibi propoſuit. Dolebat Chriſtianorum Principum ignavia, qui exercitus ſuos inutili ſumptu abſumebant cum finitimis de ſeſquipedali agro, & ob ineptiſſimas cauſas deeertabant. Adnixus eſt illis, quibuſcunque rationibus poſſet, perſuadere, muta inter fideles bella & illa gerentibus turpia, & Deo eſſe contumelioſa; & donec Turcæ, ac Mahumedia cultores erunt in terris, eorum minus eſſe fideles de eorum vinculis eximere. Non deſuit Joannes quominus pios hoſce Summi Pontificis ſenſus late prædicaret; eque pleraque accepta referenda ſunt, quæ pro captivorum Redemptione peracta fuerunt. *Ex Sancti vita.*

Summus Pontifex de Hiſpania in Italiâ evocat, ejuſdem conſilii ut fiant,

Quamvis Sancto Patriarchæ noſtro in Hiſpanienſi itinere beneverterent omnia, illum tamen Summus Pontifex ad ſe revocavit in graviſſimis Eccleſiæ neceſſitatibus conſiliis ejuſdem uſurus. Albigenium hæreſis tunc temporis omnia late depopulabatur, eumque Galliæ partem infeceſſet, & potiſſimum Occitaniam, ubi originem hauſerat ultra Alpes, & Pyrenæos proceſſit, & ſeſe effundere cœperat in Italiam & Hiſpaniam, quæ jam tetræ hujus lues contagione contabeſcebant. Innocentius III. ea in occaſione præſtitit quidquid maximus quilibet Pontifex facere poterat, ut illius curſum inhiberet. Uſus eſt Miſſionibus, concionibus, colloquiis, diſceptationibus, immo etiam ſeveritate erga pertinaces nonnullos, qui criminis convicti, errores ſuos abdicare nollent, inſigni affecit pœna, ut cæteros deterreret exemplo. Concilium cogere molichatur tum ad hæreſim hanc damnandam, tum ad Paleſtinam de Saracenorum manibus eripiendam; ſed Chriſtianiſſimi negotia, Principum diſſenſiones eo in loco erant conſtituta, ut nihil tale accidere poſſet e ſententia. Conſuit ergo interim eligendos eſſe viros pietate, ac ſcientia præſtantes, qui tanquam Inquiſitos Hæreticos obſervarent. Joannes de Matha primus exſtitit, in quem Summus Pontifex oculos conjecit. *Vita Sancti.*

Summus Pontifex ſibi ſum militate Inquiſitorem contra Albigenſes.

Summus Pontifex in Sancto noſtro cognoſcens zelum, experientiam, & ſcientiam non vulgarem cum ſumma eloquentia, quibus eminens accedebat ſanctitas; omnium harum eximiarum qualitatum cumulo eam nactus eſt ſpem, fore ut ſatis digne Inquiſitionis munere eidem collato perfungeretur. Quod novum offerri genus cum ex eo recentem in animarum ſalute curam depoſceret, eredidit Joannes ſibi fidelem reddendam eſſe rationem Jeſu Chriſti Vicario. Cognatio hæc, quæ totum occupabat hominem, illum ſubjiciebat earum laboribus, quos ſola Charitas poterat ſuſtinere. Profecto requirebatur amor æque ardens ac illius, ut tot ferret pœnas, quibus ſeipſum exercebat, ut aberrantes oves in paſcua reduceret. Se conferebat quocunque poterat inventre animas deceptas, & in ſceleſtiſſima hac hæreſi implicitas; quæ illis facultatem præbebat omnibus cupiditatibus ſuis indulgendi. Nihil inauſum, atque intentatum relinquebat, ut ab illis errorem excuteret, eaſque dæmoni ſubtrahebat, alias quidem ratiocinio, alias miraculis, quæ per illum Deus operabatur ad confirmandas veritates, quas prædicabat. Modo de ſuggeſtu pilam errores impugnabat, modo privatas inſtituebat collationes, ut ſatisfaceret eorum difficultatibus, qui cognoſci nolebant; ac duxiſſe illum ſe multiplicaſſe ut animas Deo lucraretur: quandoquidem ſimul ubique ferme reperiebatur, ad aras, ut precibus Hæreticorum converſionem obtineret; in ſuggeſtu, ut contra illos diſputaret, & feorſim, ut illos ſermonis ſuavitate delineret. *Ex vita eadem.*

Se offert prædicandæ Sacræ Crucis militiæ in omnibus Chriſtianis regionibus.

Meditabatur Summus Pontifex crucis ſacræ militiam ad eripiendam de Infidelium manibus Paleſtinam, cumque in hoc ſdeo Sanctum opus vellet omnes Chriſtianos Principes conſociare, ut illos alliceret, concionatoribus imperavit, ut hortarentur univerſos nationibus a pietate, ab officio, & utilitate deſumptis. Inter hos eximios ſacræ militiæ præcones S. Joannes eminuit: vitæ ejus ſanctitas, virtutum fulgor, indefeſſus labor, charitas nullis finibus circumſcripta, aliæque animi dotes, quæ auctoritatis aliquid homini conferre poſſunt, tantam vim in animos eorum obtinuerant, ut ſe brevi parem fuerit inventus, ſi minus in Paleſtinam, ſaltem in Africam ad captivos redimendos. Ingens illi fuiſſet gloria Principes Europæ ad tantum illud facinus comitari; immo ſperabat ea in occaſione ſe ſuſturum quidquid Charitas, Amor, & zelus gloriæ Dei, ac proximi ſalus popoſciſſent, & omnibus miniterii ſui officiis ſe perfunctum; ſive obſequendo in omnia pericula vitam ſuam, ea fidelium vitam ſartam tectam ſervaret, ſeu ſeipſum offerendo, ut eorum libertatem procuraret. Sed alia erant de ipſo Dei conſilia, & Europæ negotia non ita erant affecta, ut facile tanta hæc expeditio ſuem obtineret effectum. *Ex Sancti vita.*

S. Joannes de Matha Miniſcendiſi Concilii animæ efficit, ut non pauca Ecclesiaſtorum ſuperi vitia damnarent.

Satis liquet S. Joannem de Matha fuiſſe velut animam Miniſcenenſis Concilii, cœcti non ſolum, ut medicina adhiberetur flagitiis non ſolum in Illyrio, verum etiam in tota Eccleſia Chriſtiana glifcentibus. Non afferam huc, quæcunque in eo Concilio acta, tranſactaque ſunt: peculiaris ſcribenda eſſet hiſtoria, ut omnes illius circumſtantiæ proferrentur in medium. Nam licet paucos tantum dies obtinuerit, & exiguo Præſulum numero fuerit conflatum: res tamen, quæ in eo pertractatæ ſunt, tanti erant momenti, & ſanctæ illius Concilii Deciſiones adeo fuerunt admirabiles, ut facile recenſendum ſit ea eorum numero, quæ Eccleſiæ maximam attulerunt utilitatem. Simonia tunc temporis erat perfimiliaris; proſtabant beneficia; per pecuniam aditus patebat ad ordines, Eccleſiaſtici uxorem ducebant. Illyrica tandem Eccleſia ſupra cæteras regiones erat Chriſtianæ Religionis opprobrium. Contra malum hoc cæterorum originem S. Joannes de Matha tanta eloquentia, ac vi invectus eſt, ut Concilii Patres ſtatim hoc adeo enorme ſcelus, & cætera damnaverint, & ſubſcripſerint, ut Eccleſiaſtica fulmina contorqueretur in eos, qui detincque ita eſſent temerarii, ut in hujuſmodi ſcelera laberentur, declarantes illos indignos eſſe, & impares poſſidendis Beneficiis. *Ibidem.*

S. Joannes de Matha Philippo Auguſto in Theologum eligitur.

Prodigia, quæ S. Joannea de Matha jugiter operabatur, generalem omnium exiſtimationem illi promeruerunt; & ſanctitatis ejuſdem fama in Regna, ac præcipue in Galliam perlata, ubi ſcientiæ ſuæ ſublimem conceptum reliquerat, non ſecus atque pietatis, a Philippo Auguſto delectus fuit; ut Lateranenſi intereſſet Concilio quatenus ejuſdem Theologus, quo honore aliquot annos antea eum decoraverat. Jam pridem Innocentius III. Pontifex ſummus hujus Concilii cogendi animum induerat, ut facilius obtineret ſacram cruciſ militiam inſtitui, quam meditabatur ad Terram Sanctam de Infidelium tyrannide liberandam, & ad inhibendum complurium Hæreſum curſum, quæ latius in dies ſingulos progradiebantur, quæcunque adhiberetur cura ad eas avertendas. Errores Berengarii, Amalrici Carnotenſis, & Albigenſium in plures locos late ſeſe effundebant, ita ut Eccleſia æque intus diſcerperetur, ac extra oppugnabatur. Tot mala Summo Pontifici graviſſimum adhibebant mœrorem, qui non potuerit adhuc Concilium cogere propterea quod Chriſtiani Principes ultro citroque ſibi bella inferebant pro ſingulorum utilitate, ac libidine. *Ex Sancti Vita.*

Rex ille jubet de Matha deonam mittit pétitionem ſanctæ Ordinis.

Cum tandem bellorum finem feciſſent Chriſtiani Principes, Summus Pontifex rationem nactus eſt indicendi Lateranenſis Concilii, quod tandiu concupierat. A Regibus, aliiſque Dominationibus, miſſi fuerunt Doctores qui aptiſſimi habiti fuerunt, ut ipſorum nomine intereſſent. Philippus Auguſtus, cui explorata erant Patris de Matha merita, in hanc conjecit oculos fratus ejuſdem mentis, zelo, & ſanctitate. Summus Pontifex, ex quo Rex Galliæ petierat, ut electioni tanti hujus viri ſubſcriberet, facere non potuit, quominus ſuam inde tellaretur lætitiam. Deſiderium quippe illius, quod auguſtiſſimus ille cœtus ex Sanctiſſimis viris, atque doctiſſimis conflaretur, illum impulerat, ut Joannes quatenus Ordinis ſui Generalis adeſſet; multa ſibi pollicitus a ſcientia, & zelo ejus in tanti momenti negotia, quæ ibi erant pertractanda; & gaviſus eſt videns ſe præventum a Rege, qui habens comperta ejuſdem merita, tot alias præpoſuerat, cui hoc munus committeretur. Sanctus vir, qui ſemper fuerat pertæſus hujuſmodi dignitatum, Regis præcepto non parere non potuit non ſecus ac Summi Pontificis ſtudiis, qui non paſſus ſub modio ſtare lumen tantum, jam inierat conſilium illum in Eccleſiam promovendi ad ampliora! Deſiderium itaque obtinendi Ordinis ſui confirmationem effecit, ut Romam prodiret potius veluti ſupplex, quam veluti doctor. *Vita eadem.*

Merita & Sanctitas S. Joannis de Matha pertrahunt omnia Chriſtianorum Principum ad eligendum virum in ordinem ejus.

Odor virtutum S. Joannis de Matha, qua ſpud gentes omnes percrebuerat, vitæ ſanctitas, quam homines & Angeli admirabantur, ſermonum, & concionum ejus vis, quæ corda omnia ſibi conciliabat, prodigia, quæ in ſingulas horas operabatur, & quæ illum terribilem præbebant dæmoniis, quæ de corporibus ejiciebat; tantam hæc omnia illi conciliabant reverentiam, & nominis celebritatem, ut ingens virorum numerus ex qualibet conditione, ac genere bonis ejuſdem exemplis illecti mundo extremum vale dixerint, & ad ejus pedes provoluti, myſticum indumentum obtenturi, quod de Cœlis allatum nonniſi ſanctificare poterat eos, qui eodem induerentur, cum potiſſimum ſummus Pontifex tot gratias addidiſſet, & privilegia. Illi ipſi qui in Mundo permanebant, tot bonorum conſortes fieri cupiebant; ſed quemadmodum plurimorum conditio, vel ſtatus iis non permittebat, ut hunc Ordinem ingrederentur, atque ſe in Cloiſtris continerent, peterunt aliquod ſaltem ſocietatis genus; quorum piis ſtudiis ut velificaretur Rom. Pontifex

tertium

tertium inſtituit Ordinem, vel Confraternitatem; quæ & ipſa Sanctiſſimæ Trinitatis titulo pro Captivis redimendis appellaretur: Sodalitati huic plures largitus indulgentias, & eos, qui eidem nomen darent, & ea bonis ſuis aliquid in hoc opus conferrent in partem arceſſivit precum, privilegiorum, bonorumque operum, quæ fiunt a Religioſis. *Vita Sancti.*

Epiſcopi, & Principes ædificii ſui memoria perenne voti ædificabant illi Monaſteria, itaque fecerunt.

Plures antiſtites exemplo Summi Pontificis acti, qui recentem hunc ordinem locupletaverat non temporalibus dumtaxat bonis per plures facultates, quas illis conceſſerat, ut majora ut ſupperetrent præſidia ad redimendos captivos; verum etiam ſpiritualibus videlicet gratiis, privilegiis, immunitatibus, atque indulgentiis ad novum hoc Inſtitutum ſuſtinendum neceſſariis. Plures inquam, antiſtites, ac Principes ſæculares certatim in diœceſibus ſuis, atque ditionibus Domos Sanctis hiſce Religioſis ædificarunt, non ſine reddibus ad eos alendos neceſſariis. Italia, Gallia, Hiſpania, & complures aliæ Chriſtianæ ditiones quam primum ſecutæ ſunt hoc exemplum, & domos poſuerunt huic Ordini, qui in dies augebatur, non ſolum propter curam, & zelum illius, penes quem totius Ordinis erat imperium, verum etiam propter eximias virtutes cœnobitarum, quos omnes admirabantur. S. Joannes de Matha omnes has recentes domos luſtravit, ut ibi filios ſuos collocaret; & ubique reliquit inſignia ſuarum virtutum veſtigia; omnes ubique illius zelo allicicbantur; & Principes teſtaturi, quam eum facerent, poſt ædificata cœnobia eorum quoque ſe perpetuos Patronos futuros eſſe profeſſi ſuot. *Vita eadem.*

Sanctus Romæ a Summo Pontifice accitus, ibi poſteriores duos vitæ ſuæ annos tranſegit, inviſendo captivos, conſolando afflictos, ægris opem ferendo, ſublevando pauperes in neceſſitatibus, & infinito cum fructu verbum Dei populis annunciando. Pœnitentiæ neceſſitatem ea vi, atque ſucceſſu prædicavit, ut admirabiles converſiones contigerint. Difficile, & arduum fuiſſet reſiſtere vi, & unctioni, quæ omnes illius ſermones comitabantur, & ſummæ pietatis eidem erant effectus. Denique attritus laboribus, mortificationibus, auſteritatibus, puriſſimis charitatis ſuæ flammis abſumptus, optatiſſimis filiis ſuis circumſuſus, qui lacrymis diſſluebant, & quibus verum ſpiritum ſuum relinquebat; magnus hic Sanctus innocuam Deo ſuo animam reddidit. *Pater Cruiſet in Aſcetices Exercit.*

Sanctus Romæ a Summo Pontifice accitus converſit plurimos.

Poſtremi S. Joannis fletus ignei.

Deſiderii, quæ S. hic Patriarchs fovebat, dum inter vivos degeret, feliciſſimo exitu in morte completa fuerunt; etenim quemadmodum nihil illi optabilius contingere poterat, quam ad Magiſtri ſui imitationem, qui obierat in cruce, animam exhalare; s Deo quotidie hanc gratiam deprecabatur. Quot Feſtos Martyrum dies celebrabat Eccleſia, tot illi erant exempla, quibus ad Martyrium excitabatur. Feſta hoc operiens momentum, quod veluti mercedem maximam, quam ſperare poſſet, ſpectabat, cupiebat iiſdem affici pœnis, quas glorioſi illi Athletæ in certaminibus ſuis paſſi fuerant; & ſicuti nulla in anno dies eſt, quæ cruciatibus, ac more plurimorum ex generoſis hiſce martyribus illuſtrata non ſit, voluiſſet ille, ſi fieri potuiſſet, in ſemet omnia colligere omnium tormenta, ut fieret quodammodo Martyrum omnium compendium. *Ex Sancti Vita.*

In mortis articulo peculiaria ſuis captivis commendavit.

Sicuti vivens non majori unquam deſiderio flagravit, quam captivorum libenatem procurandi: ita morienti nihil antiquius fuit, quam Religioſis ſuis commendare, ut omnes illis ſuppetias afferant, quas flagitant pericula, in quibus jugiter verſantur, & quas ob ſuam vocationem præſtare tenentur. Dixit eis, tunc habitos fore veros Jeſu Chriſti diſcipulos, ſi digne munere ſuo perfungerentur; atque ita adimpleturos in ſeipſis ea, quæ deſunt paſſionis illius. Si a Deo petendum eſſet ipſi, ut dies ſuos proferret, hoc animo petiret, ut ſeſe totum huic operi dederet; ac ſeipſum, ſi fieri poſſet, oneraret extenis omnium fidelium, qui ſub earum pondere gemerent; & ſi mortis aliquo dolore afficeretur, hoc affici, quia mori ſibi non licebat in carcenbus, & in vinculis, ut inde ſuos fratres eximeret. Hæc fuerunt noviſſima verba, quæ dixit Religioſis ſuis, & quæ tantam in eorum mentibus vim fecere, ut licet omni ventute admiſi fuerint, ne dolore vincerentur, & ne Dei voluntati ſe objicerent patrem ſuum ſibi auferentis, facere non potuerunt quominus lacrymarum torrentem effunderent. Sanctus ille vir oculos in cælum extulit, eoſque ibi ſuffixos tenens in extaſim rapi viſus eſt, ex qua cum ſe collegiſſet, ea protulit verba: *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum!* & ſimul crucifixi Imaginem amplectens, eamque on sdmovens: alter hic Moyſes, qui ad veteris exemplum tot Fideles eduxerat ex captivitate barbarorum, non ſecus ac legislator ille in oſculo Dei ſui animam efflavit. *Ex Sancti vita.* *Pſalm. 83.*

Quantum fuerat dolendum de morte ſancti hujus Patriarchæ.

Amori, quo S. Joanoes de Matha ſemper complexus fuerat paſſiones, eadem in morte ejus ſatisfactum fuit. Nihil antea illum explere potuerat. Proltai, diuturnique labores illius, juges mortificationes; furor Barbarorum, qui ſæpe, atque crudeliter illum virgis percuſſerant, & qui ferme ad extremum uſque ſpiritum plagis afficerant; ſanguis, quem in multis hujuſmodi occaſionibus effuderat, & omnia ſuppliciorum genera, quæ ſubierat ejus vota replere non potuerant, quandoquidem nondum valuerant efficere, ut ille per Jeſu Chriſto animam efflaret. Opus erat, ut ipſe Chriſtus Jeſus, qui noluerat illum per carnificum manus occumbere, aliud illi ſupplicii genus præpararet, & amor perficiens, quod tyranni atque auſteritates, quas in ſemet exercuerat. inceperant, aliud martyrii genus illi præpararet, ſuccendens eu eodem ignem cujus ardores ita eſſent violenti, ut mediei illorum cauſas aſſequi non valentes, confeſſi fuerint, ſe nunquam aliquid tale vidiſſe. Sanctus noſter interea tanta fruebatur mentis tranquillitate inter geminatos æſtus, ut vix quiſpiam cogitare poſſet illum pati, niſi id fuiſſet compertum ex ſuſpiriis, quæ per intervalla emittebat, tot inter dolores gratias agens Jeſu Chriſto, qui in extremum illud ſpatium aliquam levem calicis ſui particulam ei reſervaret. *Ex Sancti vita.*

Sancti hujus obitus repente totam per urbem effudit. Oriuntur miracula.

Rumor de Sancti hujus Patriarchæ obitu, qui dicto citius Romam pervaſit, maximam populi vim pertraxit, qui undequaque confluebant, ut corpus illius decorarent, miracula enim, quæ vivens adhuc fuerat operatus, ſpem fecerant, ut ille poſt mortem nequaquam illis pauciora, vel minora operaretur. Ægrotantes hac illecti ſpe illue ſe ferri jubebant, ut eam adipiſcerentur valetudinem, quam a medentium arte ſe conſequi poſſe deſperaverant. Nobilis Matrona brachio capta repente convulſit, & cæci quatuor oculorum aciem momento receperunt, & tot tantaque acciderunt portenta, ut de illis ceroor factus Summus Pontifex eorum teſtis eſſe voluerit. Pauciſſimis tanta funeris pompa parentatum eſt. Admiratio, & mœror ubique enituerunt; exaudiebantur ubique pauperum clamores, & ululatus, qui neſcientes quo pacto dolorem ſuum ſignificarent, in cælum elsmabant, & illud inſimulare videbantur, quaſi ipſorum malis minime flecteretur, quandoquidem ipſis patrem abſtulerit; & Eccleſia univerſa lugubres viſa eſt veſtes induere, tanquam obitum unius ex digniſſimis filiis ſuis profecutura. *Ex Sancti vita.*

Quomodo Eccleſia ad Sancti hujus Apotheoſim proceſſerit.

Licet non conſueverit Eccleſia permittere, ut Sanctorum aliquis invocetur, niſi diligentiſſima prius habita fuerit quæſtio de illarum actibus, virtutibuſque, tamen in S. Joanne de Matha id genus cautionibus pepercit. Vix ille obiit, cum populi ipſum Eccleſiæ judicium anteverterunt, & inexpectato edicto illum invocare cœperunt, eique eum cultum, ac venerationem adhibuerunt, qua illi decorantur, quorum ſanctitas ſolemni Apotheoſi fuit conſecrata. Heroicæ illius virtutes tot miraculis ſuffultæ hos illi in anteceſſum honores promeruerunt, & Innocentius III. Pontifex e re non cenſuit alios uſurpare ritus ad Sancti hujus Canonizationem, ſilentio ſuo ſatis ſuum conſenſum, & approbationem teſtatus. Sed qui huic in Petri ſedem ſubſecutus eſt, ne id in abuſum migraret, qui pari in occaſione potuiſſet obtenti, ſine ullo factorum examine, quæ ſole cisriora nullam relinquere poterant de S. Joannis de Matha dubitationem, neceſſe duxit procedendum eſſe ad Apotheoſim eo pacto, quod ſine conſuetis ritibus Sanctæ Sedis auctoritate probaretur. *Vita Sancti.*

Virtutes S. Joannis de Matha, & præcipue profunda ejus humilitas.

Quantumvis S. Joannes de Matha commendetur ob ingentia dona, quæ in illum conſerre dignatus eſt Deus, longe commendatior fuit per altiſſimam humilitatem, quæ in eo præſertim enituit, quod eum Sacræ Theologiæ curriculum non ſine eruditorum omnium ingenti plauſu abſolviſſet, illum cogere voluerunt, ut obonaret gradus, ac Doctoris lauream ſuſciperet. Verum de Mstha, qui toto Cælo abhorrebat ab iis omnibus, quæ nitent, & fugiebat quidquid in muodo celebritatem parere poterat, aurea hujuſmodi vocibus obſtruxit, & repulit oblatam ſibi dignitatem eo animo, qui fidem facere poterat, illum nunquam aſſenſurum. Hoſtem ſe illi profiteri erat, aliquod honoris argumentum præbere; & ſi iraſci potuiſſet, ad illum ad iracundiam provocandum faria fuiſſet cum eo de ejus præclaris dotibus verba facere. Oleum operamque perdidit Pariſienſis Facultas, quæ rata virum adeo inſignem, ac adeo ſublimi virtute præditum nomini ſuo fulgorem recentem adepturum elle, nullum non movit lapidem, ut eum flecteret, stque ſubjiceret conſuetudini, quæ complurium ſanctorum fuerat auctoritate comprobata. Amici quoque illius, qui ægre hanc repulſam ferebant, illum adniſi ſunt de ſententia deturbare vslidiſſimis srgumentis; miraculo opus fuit, ut commoveretur; & niſi Cælum hoc fatis palam ei præcepiſſet, fruſtra mortales omnes operam collocaſſent, ut præberet aſſenſum. *Ex vita Sancti.*

Aliud ejus humilitatis exemplum. Recusat Sacerdotium.

Pariſienſis Epiſcopus inſignibus S. Joannis de Matha virtutibus, & omnigena eruditione permotus, cum bonis egeret Miniſtris, qui ſub ejus imperio in miſſionibus exercerentur, cenſuit, ſi juvenis Doctor noſter ad Sacerdotium promoveretur, utiliſſimum in Eccleſia futurum, eumque ſacris innari decrevit. Nemo unquam magis quam Joannes de Matha his auditis obſtupuit. Sacerdotium aliquid illi videbatur adeo magnum, ut de eo non ſine fremitu cogitare poſſet; & ejus conſiderationes hanc quidem dignitatis Sacerdotalis, inde vero putatæ ſuæ indignitatis, illum a Sacerdotio ita deterruerunt, ut de ſententia dimoven non poſſet. Omnes hortationes, artes, preces, quibus Antiſtes uſus eſt, inutiles fuiſſent,

nisi adinventa fuisset ars humilitatem ejus vincendi titulo obedientiæ. Præcepit illi Episcopus, ut se Dei voluntati subjiceret, & quamvis maxima relinquenda sit libertas in hujusmodi vocationibus; quæ a Deo amice proficisci debent; censuit tamen, cum hac in te Dei gloria, & salus populorum ageretur, Joannem nequaquam relinquendum esse eo in loco, in quo Fideles eruisset luminibus, & subsidiis, quæ illis conferre potuisset. *Ex eodem vita.*

Solida, & constans Sancti nostri pietas in eo etiam deprehenditur, quod quo magis singularea, & frequentiores erant gratiæ, quibus afficiebatur a Deo, eo minor sibi videbatur. Quo plura operabatur prodigia, eo magis de semet diffidebat. Verebatur, ne actiones hujusmodi adeo nitentes aliquas in mentem suam injicerent tenebras; & ne percepta inde oblectatio in animum ejus irrepens, sensim ac sine sensu illum removeret a Deo, quare fratribus suis sæpe dictitabat se malle sexcentas subire mortes, quam miraculorum patrandorum virtutem assequi, si hæc posset in animam suam ingerere vel minimam vanitatis cogitationem, & levissimam oblectationem, per quam Deo fieret minus acceptus. *Ex eadem vita.*

Humilitas ejus circa in sacra purpura detrahenda.

Eximia Joannis merita, cum effecissent, ut a Summo Pontifice eligeretur Legatus in Illyricum mittendus, ille arbitratus est legationi hunc magnum fieri dignitatis accessionem, si Joannem sacro purpureoque pileo donaret. Sed vir Dei, qui modestiæ causa honorem hunc jam detrectaverat, quo se penitus indignum existimabat; Pontifici tanta eloquentiæ vi rationes aperuit, quæ suum deterrebant a tanta luce humiliatum; ut ille hujus verbis resistere non valens, maluerit potius ab incepto dimoveri, quam vim inferre pio Sancti viri desiderio, qui etiam satis amplo se affici honore existimavit, si Summi Pontificis Capellanus appellaretur, quin ad eo eminentem provehereatur dignitatem, qua tamen ab universo Cardinalium cœtu dignissimus habebatur. *Ex eadem vita.*

Angelica & Joannes puritas.

Puritatis tutissima custos est modestia; per hanc Joannes illam integram, illibatamque servavit. Quamvis illam a teneris usque unguiculis coram quidam Beatissimæ Virginis imagine devovisset, omnes tamen curas adhibuit, ne unquam laberetur. Nunquam oculos conjiciebat in objectum aliquod, quod ejus virtutem posset tentare; fœdius pepigit cum oculis suis ne unquam aspiceret, quod cupere non liceret. Nihilo secius tot curæ, tam diligenter susceptæ prohibere non valuerunt, quo minus virtus hæc tentaretur. Profecto omnia naturæ bona, simul & gratiæ, quibus fictus erat apud omnes admirationis objectum, reddiderunt illum etiam objectum amori impurissimi, qui animum inverecundæ puellæ pervaserat. Enthusiasmatio, quæ apud omnes percrebuerat adolescentis adhuc Joannis de Matha; Species, quam illa in hujus ore sibi deprehendere videbatur, tantum in ejus corde peperierunt incendium, ut nihil inausum, intentatumque reliquere illaverit, ut suæ libidini satisfaceret. Illum quocunque sequebatur; omnia quærebat loca, quo ille pergeret; & nacta etiam est locum, ubi cum eo de insano amore suo loqueretur. Tunc temporis Sanctus noster omni sua virtute indigut; sed cum per jugem omnium sensuum suorum mortificationem cor ejus aditum omnem alteri cupiam amori, quem divino, præclusisset; omnibus illius lenocinia, illecebrisque flectis non potuit, & repente fugiens in Templum, ubi adeo singularis puritatis munere donatus fuit, ut diuceps nulla unquam vel levissima suborta fuerit cogitatio virtuti hunc contraria. *Ex Sancti vita.*

Illius mortificationes.

Ad fortem tectam tuendam virtutem hanc adeo mollem, fragilemque Sanctus noster adhibuit mortificationem & sui corporis odium, cum quo egit tanquam cum hoste infensissimo. Adhibuit jejunium, quod servasse dicitur ab infantia ad S. Nicolai exemplum, abilinens statis diebus ab ubere nutricis. Corpori suo a teneris usque annis interneccinum bellum indicit, ac totum deinde vitæ suæ spatium in domestico hoc inimico prosternendo insumptum est. Neque satis illi fuit illud jejunium, & vigilias atterere, credidit etiam prohibendum esse gravissimis mortificationibus, diritissimisque pœnis; ne rebelliret. Illud igitur domabat cilicio, quod jugiter carni adhærens deferebat, cruentisque flagellis, sæpe etiam repetitis; neque parcebat ferreis catenis ut illud sub ditione teneret. His armibus, duris quidem atque molestis hunc hostem domuit, alioquin invictum, quem tandem spiritui subjecit, ita ut sempes illi fuerit dominatus. *Ex vita eadem.*

Zelus illius pro salute animarum.

S. Joannes de Matha zelo flagrabat pro animarum salute, pro qua indefinenter laboribus exercebatur, & quam vitæ omnibusque bonis suis præferebat sæpe cum S. Paulo dicens, se cupere esse anathema pro fratribus suis. Quoties enim audiens fuit in ea verba erumpere, quæ ardentem amorem suum, & charitatis excessum significarent? Si aperiret mihi Cælum Deus, mihique optionem relinqueret fruendi hoc momento, ac in perpetuum summo bono, sed simul ostenderet mihi alicujus animæ salutem a meis curis pendere, ac me eam deserente illam in perennidi discrimen venturam, præferrem hujus animæ bonum servituri præsentis meæ felicitatis, quam, ut Deus mihi in tempus differret, precaret, donec animam illam periculo exemissem. Licet etiam ille mihi diceret, prælatione, qua animæ hujus salutem oblatæ gloriæ antehaberem, in novam felicitatis meæ incertitudinem me redactum iri: ego sciens quam pretiosæ Deo sint animæ, quandoquidem ipse etiam ad eas inquirendas propriam reliquit gloriam; ejus exemplo fretus ad tempus hanc eandem gloriam abnuerem, & immensam illius charitatem imitatus omnes curas, vigiliasque meas impenderem pro earum salute, sperans ab illius bonitate recepturum me consecuturum subsidia, ad infringendos recentes obices, qui saluti meæ suboriuntur. Hic, profecto, extremus est charitatis conatus in hac vita. *Ex Sancti hujus vita.*

Oratioi adhonem conjungit, quam Religiosis sui etiam, atque etiam commendavit.

Sanctus hic Patriarcha hunc eundem Zelum filiis suis commendavit, voluitque illos in jugi charitatis exercitatione versari, ita tamen ut illos non amoveret ab oratione, quæ individua illius comes esse debet; & sine qua vix fieri poteit, ne quis in gravissimos errores, & vitia labatur. Virtus sine oratione consistere nequit; hinc enim illa omne robur suum mutuatur; & quantacunque videatur, ignis ejus extinguitur, ubi precibus non alitur. Hoc fuit S. Joannis principium, & pulcher ordo, quem in suis Cœnobiis instituit, orationis exercitationem aliis quibuscunque adnectere, ut hæc esset anima actionum omnium, & ut ita dicam, vita vitæ omnium. Ad hæc omnia eorum munera illatis distribuit temporibus; horas omnes moderatus est; & per obedientiam consecrans momenta omnia vitam eorum componentia; diceres illos non vivere, nih ut vacent orationi, vel vitæ illorum principium esse orationem. Sanctus hic Institutor ab incunte adolescentia præbuerat exemplum vitæ hujusmodi; atque ex eo tempore credebat se melius non posse animam suam ad misericordiæ opera præparare, nisi per orationem, ita ut postquam alius quidam opellam suam impendisset, aliis vero attulisset solatium, in Templum aliquod se conferebat, & reliquam diei partem transigebat in tali suimet collectione, ut alius eum hoc in statu videntibus, in quo nonnulli professi sunt, se illius faciem luce quadam coruscantem conspexisse, pietatem inspiraret. *Ex vita eadem.*

Amor S. Joannis de Matha erga captivos fuit principalis ejus character.

Peculiaris S. Joannis de Matha character est tenera miseratio malorum, quæ captivi apud Infidelea perferunt, & ardens desiderium eosdem de captivitate hac eximendi. Hoc illum ab aliis secernit. Ne ne ideo putes illum nequaquam misertum fuisse malorum, quibus alii pauperes afflictabantur, quandoquidem cum Apostolo dicere consueverat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* & cum David: *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me;* Sed gratia, quæ multiformis est, & quæ differt pro varietate eorum, in quos agit; eum ergo captivorum mala ad misericordiam proniorem effecerat. Patiebatur cum illis famem, sitim, nuditatem, ferrea vincula, Infidelium sævitiam, horrorem carcerum, libertatis jacturam, ac dolori, quo cor illius afficiebatur, foetum afferebat, cum illos de jugo adeo crudeli eripiebat. *Sermo Manuscriptus,*

Psalm. 68.

§ Joannis Oratorium in parvi Templi introitu charitate.

ac Licet non desit temeritatis suspicio in præferendo quopiam ex Ecclesiæ Ordinibus supra cæteros; videtur tamen dici posse hunc esse perfectissimum, quia est charitate cumulatissimus. Quandoquidem ex Theologorum sententia, in charitate Christianæ Religionis perfectio consistit. Sed quoniam disceptari posset adhuc de charitatis hujus magnitudine; illa profecto videtur perfectissima, quæ magis ad Jesu Christi charitatem accedit; neque enim negare possumus nos ad extremum usque amatos fuisse, quod palam innotuit, & cum nos de peccati servitute redemit, & cum seipsum pro nobis vadem præbuit Patri suo. Secundum hoc principium nullus in Ecclesia ordo est, qui propius imitatus fuerit magnam Jesu Christi charitatem, quam Ordo Sanctæ Trinitatis de Redemptione Captivorum, nisi fortasse hic sit Ordo B. Virginis de Mercede ob finem eumdem institutus. Religiosis, qui Sanctum hunc Ordinem componunt, non alia mens est, quam Supremum animarum Redemptorem imitandi: Videte S. Joannem de Matha; instituit societatem hanc, quæ eodem appellatur nomine, quo Jesus Christus, qui in Sacris Scripturis captivorum dicitur Redemptor. Patrium solum deserit, maria traducit; procellis, atque tempestatibus se objicit profecturus ad Barbaros quæritum mancipia, quæ in eorum vinculis squalent. Per hæc pericula sibi acquirit titulum Redemptoris, non secus ac Magister suus. Longius procedit; non secus ac ille præbet se cautionem pro captivis, gessit in eorum loco permanere, donec pretium persolutum sit; ideoque se objicit periculo in vinculis permanendi, ut captivos redimat. Magnus hic Sanctus, qui non minus est inter Ecclesiæ lumina in Africam pergit, & amore, zeloque plenus miseros illos consolatur, qui libertatis jacturam passi fuerant. Hinc videtis ne in terrimis carceribus obscurissimos recessus penetrantem ad eorum pœnas piorum suorum Sermonum illecebris mulcendas? Illis Christianæ Religionis explicat Mysteria tanta vi, ut complures ex Barbaris ipsis Ecclesiæ lucretur. *P. Senault Oratorii.*

Dicere

Ordo Sanctæ Trinitatis unus eſt qui ſummitur perfectiſſimis manentibus Charitatis.

Dicere licet mihi, nullum in Eccleſia Ordinem eſſe, ubi Charitas perfectius exerceatur, quam in Ordine Sanctæ Trinitatis de Redemptione Captivorum; ſi enim Cœnobitis hujuſmodi non alia mens eſſet, quam imitari Filium Dei in ea, quæ ſunt ejus perfectiſſima virtus; id pro Captivis faciunt, quod fecit ille pro peccatoribus; illorum ſunt Redemptores. Deſerunt patrium ſolum, traducunt maria, objiciunt ſe naufragiorum periculis, ac tempeſtatibus, ut hos captivos apud Infideles conquirant, & hoc pacto æquo jure titulum Redemptorum ſibi promerentur. Neque putes hunc eſſe cumulum perfectionis eorum: longius procedunt, utqua ſa Dei Filio ad unguem ſimiles reddant, ſæpe ſe vades præbent pro illis, quos liberant; permanent in loco eorum donec integrum redemptionis illorum perſolutum fuerit pretium; & ſemet captivos faciunt, ut redimant alios a captivitate. Hinc vides, Religioſos hos ſe nihil feciſſe putare, cum eleemoſynas impenderint, vel labores ſuos conſenſerint in captivis redimendis; niſi explicito voto ſe adigant, & ſe ipſa ſe tradant in commutationem pro captivia, ita utentes libertate ſua, ut procurent alienam. Fiunt ipſi pretium hujus redemptionis, ipſi in eorum locum vinculis onerantur; ipſi vitam objiciunt ſuam omnibus cruciatibus, quos eorum Tyrannorum crudelitas excogitare poteſt, ad farciendam prædam, quam illis ſurripiunt. O admirabilem horum Sanctorum Redemptorum Charitatem! Quonam ſublimis hujus virtutis ardor poterat ulterius provehere triumphos ſuos, quam efficiendo, ut ſa Martyres exhiberent libertatis, & Redemptionis fratrum ſuorum, idque ex voto, & ex ſtatus ſui conditione? Videlicet, quod vi profeſſionis ſuæ patere debeant omnibus crudelitatibus, opprobriis, flagellis, vinculis, omnibuſque ſupplicus, quibus eos exagitare Barbaris illis placuerit. Nec raro incidunt hujuſmodi occaſiones, in quibus Sancti illi Cœnobitæ objiciuntur hujuſmodi probris, & contumelus ab Infidelibus omni humanitatis ſenſu carentibus. *P. Semaile Oratorii & Bivar.*

Zelus ejus pro Dei gloria.

Sancti Viri maxima pollent induſtria ad Dei gloriam procurandam. Cum hic ſit infinite adorabilis, vellent, ſi liceret ſibi, infinitum ei cultum, & infinita obſequia præſtare. Multa habere vellent ora ad eum laudandum, & multa corda ad diligendum illum. Infirmitati ſuæ conantur ſupplere ſexcentis artibus pus, quas illis zelus inſpirat. Hoc præſtitit S. Joannes de Matha; deſiderium, quo flagrabat latius quocunque incomprehenſibilis Trinitatis gloriam proferendi, coegit illum, ut quoſcunque poſſet fideles colligeret, qui unum eos, ſpiritumque habentes peculiarem emitterent profeſſionem ſine intermiſſione adorandi auguſtiſſimum illud myſterium, per ſortes, quorum alii aliis ſuccederent invicem, & per ſingulas horas, ut hujuſmodi cultus ſignificationibus repræſentur injuriæ, quibus ab impiis, atque Hæreticis afficitur. Ut hæc devotio ſolidior fiaret, atque omnibus mortalibus fieret communis, amplam obtinuit a Summo Pontifice confirmationem, qui admiratus eſt Sancti noſtri zelum, qui nullas fovebat cogitationes, aut deſideria, niſi ut procuraret gloriam ineffabilis Trinitatis, cujus myſterio cum tanta offuſa fuiſſet caligo ab Hæreticis, qui illud impugnaverant, melius reparari non poterat, quam per jugem illius adorationem in terris ad exemplum illius, quæ eidem ab Angelis, & Sanctis adhibetur in Cælis. *Vita Sancti.*

Gratiæ quas Sanctus Cœlitus recepit.

Non fert animus hic omnes enumerare gratias, quibus S. Joannes de Matha divinitus auctus fuit; memini jam apparitionis cujuſdam; quam habuit, Deiparæ, tunc cum gravi mœrore confectus erat, eo quod deeſſet illi, unde plures redimeret captivos, qui in periculo verſabantur abnegandæ fidei, ſi in infidelium manibus relinquerentur, ſed præterire nullo modo poſſum apparitionem illam, qua Princeps Apoſtolorum Sanctum noſtrum dignatus eſt tunc cum Joanni Doctoratus lauream detrectanti S. Petrus offendit labores, quos ſubiturus erat pro Dei gloria, eique præcepit ut gradus omnes aſſumeret, plus auctoritatis in miſſione, & muneribus ſuis habiturus. Neque tacitus prætermittere poſſum inſignem favorem illum, quo a Filio Dei decoratus fuit, tunc cum Sancto viro præſtandis ſexcentis charitatis officiis apud Captivos intento, obtulit ſe homo languens, & larvæ nudis oſſibus cohærenti, quam viventi ſimilior. Sed Joannes ad hunc accedens, ejuſque pedea abluens, vidit ejus vulnera lucem emittentia, ſtatimque ex oculis ejus pauperem evaneſcere, quæ res illum tortente delirarum ita inebriavit, ut ad aliquod tempus omni ſenſu deſtitutus permanſerit. *Ex eodem.*

§ Joannem de Matha poſſumus imitari adeleemoſynas in redemptione Captivorum conſcriptas.

S. Joannem de Matha melius imitari non poſſumus, & ſancta, quæ nobis reliquit, exempla ſequi, quam obſequentes divinæ providentiæ conſiliis de eodem, & non ſecus ac ille duplici cooperantes redemptioni, videlicet pauperum captivorum per eleemoſynas, & animarum noſtrarum, quam nobiſmet ipſis procurare non poſſumus efficientius. Opus eſt ut omnes conatus noſtros exeramus ad duo hæc vinculorum genera infringenda; illa ſcilicet, quibus fratres noſtri in captivitate detinentur, & ea, quæ ſub inviſibili tyrannide detinent corda noſtra. Verum quidem eſt, non omnes vocari ad maria trajicienda, ad procellas, tempeſtateſque provocandas: id genus facta reſervantur heroicæ charitati Fratrum S. Joannis de Matha; ſed nonnihil & nos conferre poſſumus ad Sanctum hoc Miniſterium per eleemoſynas, quas hac mente, & ad finem hunc poſſumus erogare. Chriſtianorum charitas ſacri hujus commercii pretium eſt. Fratres noſtri ſunt, qui catenis illis adſtringuntur, cur non conamur aliquid eorum redemptioni conferre? Eodem, quo nos ſanguine redempti ſunt, iiſdem alti Sacramentis, & ad eandem gloriam deſtinati. Nonne ſatis ſuperque ſunt hujuſmodi cauſæ, ut omnia nobis facienda, audendaque ſint, ut eleemoſynis noſtris illos eruamus ex carceribus, ubi tandiu ſepulti ſunt? *Bivar.*

Sed noſmet liberare debemus de ſervitute peccati, & cupiditatis noſtrarum.

Poſtquam pro viribus parte contulerimus nonnihil redemptioni fratrum noſtrorum captivorum, tenemur quoque noſmetipſos de vitiorum ſervitute ſubducere, quæ nos dæmonum efficiunt mancipia; quæ redemptio ideo facilior eſt, quod Deus ſemper præſto eſt, ut nobis tendat manus per ſubſidium gratiæ ſuæ, ut nos illinc aripiat. Confringamus igitur catenas has, quæ arcte adeo nos tenent in captivitate eo magis periculoſa, quo minus illam cognoſcimus. Hæc quidem vincula, veſtra etiam ſententia, ſunt peccata noſtra, quibus ſubjecti tenemur ſub tyrannide hujus fortis armati atque in turpiſſima captivitate. Quænam ſunt iſthæc vincula? Prædominans in nobis cupiditas, quæ imperioſius regnum obtinet in cor noſtrum: adhæſio creaturæ culpiam, quæſtui, voluptati, hæc ſunt vincula, quibus arctamur, & prohibemur, ne ingrediamur in viam ſalutis. Debemus quidem curis, & eleemoſynis noſtris aliquid conferre fratrum noſtrorum liberationi; ſed animarum noſtrarum redemptio negligenda non eſt. Duplici redemptioni hunc opera navanda eſt, ſi cupimus imitari S. Joannem de Matha, cujus diem feſtum digne celebrabimus virtutes ejus, & exempla admirabilia ſecuti. *Bivar.*

PRO

PRO SANCTI HILARII PICTAVORUM EPISCOPI, ECCLESIÆ PATRIS, ATQUE DOCTORIS, PANEGYRICO.

MONITUM.

IN Elogio exarando S. Hilarii Pictavinſis Epiſcopi ſua intereſſe putat Gallia univerſa, quoniam Sancti hujus Doctoris ſcientia ac zelo acceptum referre debet, ſi ab Arianiſmi contagione fuit præſervata, quæ tanquam lues univerſalis in maximam orbis Chriſtiani partem ſe effuderat, & qua ſub finem tertii ſæculi Galliam inficere incipiebat. Divina Providentia, qua inceſſanter incumbitati fidei in Eccleſia invigilat, inſignem hunc virum oppoſuit progreſſibus teterrimæ hujus Hæreſeos. Quamobrem eadem Eccleſia eum cœlii inter præclariſſimos Patronos ſuos, ejuſque diem feſtum ab omnibus ubique terrarum voluit celebrari, unde factum eſt, ut in hujus honorem prima adificarentur templa; & Sancti Patres, qui illi æquales exiſtere, & acinceps omnes ſummi viri tum veteres cum recentiores, certatim quodammodo in ſcriptis ſuis illum exornaverint.

Hæc colligere voluimus, ut illius Panegyrico ubertm dicendi copiam ſuppeditem; quia pauci Concionatores extant, qui huius argumenti orationes in lucem emiſerint. Quæ me impulit res, ut Manuſcriptos libros conſulerem: & licet Sanctus hic Doctor pluribus de cauſis illuſtris ſit, credidi mihi immorandum eſſe in iis, per quæ de Eccleſia optime meritus eſt, & omnes illius labores, virtutes, & præclare facta ad finem hunc eſſe referenda, qui peculiarem illius efficit characterem.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus Argumenti Synopſis.

Ego dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper terram Regibus Juda.... & Sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt adverſum te & non prævalebunt, quia ego tecum ſum, ait Dominus, ut liberem te. Jerem. 1.

I. SAnctus Hilarius æque ac Jeremias, cui verba hæc dicta fuere, prælium ſuſtinere debuit adverſus quidquid in mundo terribilius eſt, & fuit ille velut arx, quæ fuit perfugium veritatis, quæ ubique alibi proſcindebatur. Fuit tanquam ferrea columna veheme ntiſſimis concuſſionibus, quæ illam nullo pacto labefactare potuerunt, & quæ cæteris quibuſcunque confirmandis profuit. Murus fuit æreus, quo in tutum confugit fides ex manibus eorum, qui contumelioſius illam coinquinabant. Quorſum autem? Quia Dominus fuit cum Hilario, quemadmodum fuerat cum Jeremia.

1. Cum illo fuit per virtutem, quam, illi contulit, ut ſemet tueretur a corruptione, quæ late populos in errorem trahebat.

2. Cum illo fuit per ſcientiam, quæ donavit eum, ut tot confunderet Pſeudoepiſcopos, qui errorem quoquo modo confirmare decreverant.

3. Denique fuit cum illo per animi fortitudinem, quam illi immiſit, ut reſiſteret omnibus Principum conatibus, ut error ab omnibus probaretur. *Poſui te in civitatem munitam, & columnam ferream, & murum æreum* &c. Hæc eſt ſermonis diviſio, & argumentum. *Pater Martineau.*

II. *Vos eſtis Sal terræ*, Matth. 5. Inter parabolas, quas mundi Salvator propoſuit Apoſtolis ſuis in admirabili ſermone illo, quem habuit in monte, illos appellat ſal terræ, cui S. Hilarius ipſe in homilia, quam elucubratus eſt in hæc verba Evangelii; tres eximias tribuit qualitates, quæ omnibus conveniunt Epiſcopis, Paſtoribus, virisque Apoſtolicis. Prima ſalis proprietas eſt, corpori a putredine præſervare; altera condire epulas; quæ abſque illi omni ſapore careremi; tertia ſemet ſemper ſervare modo ne in liquorem aliquem conjiciatur. Quæ tria in Sancto Hilario præſertim enituiſſe, probare non eſt opus: quippe

1. Sublimis hic doctor per ſalutarem Doctrinam prohibuit, ne Orientis Eccleſiæ & Occidentis fides corrumperetur.

2. Eximiis virtutibus ſuis ita univerſum Chriſtianum orbem ædificavit, ut omnium ſtatuum, atque conditionum mortalibus rerum perturarum contemptum immiſerit, eiſque cæleſtium, atque divinarum amorem injecerit.

3. Ipſe firmus, & conſtans permanſit in omnibus perſecutionibus, quas ab hæreticis paſſus eſt, in omnibus certaminibus, quæ adverſus illos ſuſtinuit, ſeque integrum, incorruptumque ſervavit contra ſallacia dogmata, quæ illius ævo late pererebreſcebant.

Pro prima parte facile eſt videre, tum ex prælius, quæ illi adverſus Hæreticos ſuſtinenda fuerunt, tum ex triumphis, quos de iiſdem reportavit, illum utriuſque Eccleſiæ Orientalis, & Occidentalis fuiſſe præſidium, qua enim eloquentia tractavit eos fidei articulos, qui ab Hæreticis vitiabantur; eo uſque, ut Ariani, quos totles confudit, illum tanquam hoſtem infenſiſſimum intuerentur, & Patres Eccleſiæ, qui ejuſdem ævo florebant, tanquam firmiſſimum eccleſiæ columen venerarentur? S. Hieronymus illum *Magnum Eccleſiæ ſuſtentatorem* appellat; S Auguſtinus fatetur, ejus auctoritatem in iis, quæ ad fidem attinent, fuiſſe maximam; & ad hanc quoque diem ex ſcriptis illius, quibus utitur Eccleſia, qua animi conſtantia, & eloquentia illam defenderit, atque propugnavent.

Pro parte altera, eum videlicet virtutibus ſuis omnes ædificaſſe populos eruditi viri, qui exin ias Sancti doctoris hujus virtutes protulerunt, omnes hanc illi defecrunt laudem, ipſum memoparabili præditum fuiſſe ſapientia, atque prudentia; eum ita opportuna eloquentia ſua uſum fuiſſe, ut ſtylum orationis attolleret, atque ſubmitteret ad captum audientium, quos vulgo ad propoſitum ſibi finem, amorem nempe Dei redigebat. Venantius Fortunatus hunc *Conditi Sol iugemi* vocat; pietas, & ſuavitas ejus tantas habebant illecebras, ut Eccleſiæ peperierint glomoſum Sanctum Martinum non minimum Eccleſiæ Occidentalis decus, aliaſque plures ſummos viros, qui ævo ſuo Eccleſiæ ornamenta fuerunt.

Quod ad tertiam pertinet partem, ſal nempe nunquam corrumpi, ac putreſcere nequaquam poſſe; eximia hæc proprietas ad unguem quadrat S. Hilario; etenim viſuſne unquam fuit ſpiritus ſolidior, conſtantior, incorruptior? ille admirabili zelo, & apoſtolica virtute adverſatus eſt Arianæ hæreſeos torrenti. Omnes pirtium illarum Epiſcopi hunc mirum in modum perſecuti ſunt; ſed nunquam evincere potuerunt, ut formulis fidei, quas propoſuerunt, neque damnationi S. Athanaſii ſubſcriberet. Ceſar in Hilarium furens huic terrorem incutere molichatur; ſed ejus minæ hunc flectere non valuerunt. Magnus Oſius, celeberrimus ille malleus Hæreticorum, & illa Eccleſiæ columna labefactata eſt: Vincentius Campanus ille Sanctæ Sedis Legatus metu injecto deterritus fuit; neque aliter accidit Fortunato Aquilejenſi; & mirum illud, atque inauditum! ipſum Eccleſiæ caput, Liberius Papa timore correptus, & pertæſus exilii ſui, injuſtæ magni Athanaſii condemnationi ſubſcripſit. Sed ne timeatis, Hilarium hac ingenti ruina perterritum trihi vel ſpe præmiorum, vel ambitione, vel ſummorum illorum virorum exemplis. Ne quid tale in tanto viro Hilario metuatis. Hinc inde ſolidior, & conſtantior evadit. Hic eſt Apoſtolorum, Martyrumque ſucceſſor; zeli, & fortitudinis illorum hæres. Omnes ſimul Tyrannı hunc defenſorem ita dimovere non poſſunt; immo tantum abeſt, quod poſſint, ut in dies firmior, conſtantior, incorruptior evadat. Solus cum ſit, ſatis æque fortis eſt ad totum orbem Chriſtianum ſuſtinendum, & ſi cecidiſſet, relevandum. *Ex P. Duneau.*

Ad magni Sancti Hilarii panegyricum exornandum ſatis eſt conſiderare Doctorum hunc præſtantiſſimum in rebus duabus, quæ totam illius vitam occuparunt. 1. In jugi bello, quod cum Eccleſiæ hoſtibus, hoc eſt hæreticis, III.

ticis, geſſit. 2. In perſecutionibus, quas ab iiſdem ſuſtinuit.

Quoad punctum primum, palam bellum indixit Hæreticis! 1. Verbis, prædicans, & eruditis populos de fidei dogmatibus, quæ ab Eccleſia erant accepta, & hoc pacto ſeſe objicientes erroribus, quibus homines nequam illam ſtudebant inficere. 2. Scriptis refellens illa, quæ ubique gentium ferebant Ariani, ut mundum univerſum in ſuas partes pertraherent. 3. Exeorum hæreſi divellens populos integros, ac præſtantes viros, qui metu, vel ignorantia lapſi erant, eos revocans altiſſima eruditione ſua, cum lenitate, ac indulgentia conjuncta; quin tamen illa ex parte officeret Eccleſiæ.

Quoad alterum, offendi poſſunt perſecutiones, quas paſſus eſt. 1. In exiliatione, & nominis celebritate; quod Hæreſes illum habentes tanquam hoſtem ſibi infeſtiſſimum, ut illi vicem rependerent omnibus excogitabilibus uſi ſint armis, ut illum tanquam Hæreticum traducerent, ejuſque fidem in ſuſpicionem vocarent, ita ut nemo eidem haberet fidem. 2. In ſcriptis ejus, es malignis interpretationibus in oppoſitum ſenſum detorquentes, ut ab eorum lectione eruditos homines deterrerent, quod non obſtat, quominus Sanctus Hieronymus, & Auguſtinus illa admirabilia eſſe deprehenderint, eorumque lectionem commendaverint, tanquam operum maxime orthodoxorum. 3. In perſona ejus, excitantes univerſum Chriſtianum orbem contra illum; criminantes apud Cæſarem tanquam ocios, Eccleſiaſticæque concordiæ inimicum; & poſt ſexcentas calumnias contra eundem dictas, obtinentes denique ab Imperatore, ut illum in exilium abjiceret, ubi poſtquam illum graviſſimis malis exagitaſſent, coacti fuerunt efficere, ut inde revocaretur, quorum in ipſo exilio magis illis, quam aliis metuendus erat.

Eas thomate deſumi poſſunt verba illa ex prima S. Pauli Epiſtola ad Timoth. 2. *Poſtremo fum. ego Doctor gentium in fide, & veritate.* Illuſtre hoc, & glorioſum miniſterium, quod ſure ſibi vindicat S. Paulus, & quo dignuſſime perfunctus eſt; non eſt illi ita peculiare, & ſingulare, ut non ſit illi commune cum aliis plurimis, quos Eccleſia in Doctorum inferit claſſem, qui populos de Chriſtianis veritatibus eruditorant, & quorum ſcripta eruditione, & ſpiritu veritatis referta ſuppoſuerunt ſolidiſſima valentia ad eaſdem tuendas veritates, & impugnandos Hæreticos, qui tanquam inimicus homo, de quo ſermo eſt in Evangelio, in agro patresfamilias ſatis ſuperſeminavit zizania, dormientibus Paſtoribus, quibus vigilandum fuiſſet. Haud ægre probarem Eccleſiam jure hunc gloroſum Doctoris titulum contuliſſe S. Hilario, qui non poſtremus fuit ex inſignioribus ejuſdem patronis.

Primum, quia docuit maximas, ac præſtantiſſimas noſtræ Religionis veritates, videlicet Conſubſtantialitatem Verbi in adorabili myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis, & in Incarnatione Verbi ejuſdem: quæ veritates ſunt Chriſtianæ Religionis fundamentum, ſed quæ toto cælo humanum captum excedunt. Satis autem liquet, quomodo Sanctus hic Doctor, qui in aliis Evangelii veritatibus adeo bene novit ſeſe omnium mentium captui accommodare, in duobus illis ſeſe extulerit, quin tamen S. Pauli manus ſeſe objecerit contra eos qui altius penetrare voluerint divina myſteria, futurum videlicet, ut divinæ majeſtatis pondere opprimantur. *Scrutator majeſtatis opprimetur a gloria.*

Secundum, quia fuit Doctor perfecte orthodoxus, tutus in fide, & cui credere quiſque poterit, ut teſtatur S. Hieronymus, & cui Doctores cæteri, & eruditiſſimi Patres idem perhibuerunt teſtimonium eo tempore, quo unicum ſatis erat verbum, vel etiam ſyllaba una, ut quis in prævaricationis ſuſpicionem haberetur. Sed Sanctus hic ita ſemper accuratus, & diligens fuit, & cauta in ea, quam tradidit, doctrina, ut nullam unquam anſam præbuerit, ut de ipſo aliqua ſuboriretur ſuſpicio; e contra vero omnes detexit ambages, & artes, quibus Hæretici nebulam offuderant orthodoxiæ veritatibus in Nicæna Synodo conſtitutis, eaſque vitiaverant, pentuſque ſubverterant.

Tertio fuit Doctor potens verbis, & factis. 1. Quia vi eloquentiæ ſuæ Sancti Spiritus gratia ſuffultæ catholicas veritates ita propugnavit, ut ad Eccleſiæ ſinum revocaverit eos qui inde receſſerant, & prohibuerit, ne tot alii in errorem incidirent. 2. Potens factis, quia miraculis operatus eſt ad veritatem probandam, engendoſque populos, ut mordicus Eccleſiæ ſenſibus adhærerent. *Auctor recens.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde hauriri copia poteſt ad propoſitas ſtructuras exornandas, & Auctores, qui hoc tractant argumentum.

Qui ſcripſere vitam S. Hilarii & de eo cum laude locuti ſunt.

PRimus, qui S. Hilarii vitam ſcripſerit, omneſque illius virtutes, miracula, labores, & facta narraverit, eſt Fortunatus Preshyter, qui mox extitit Pictavorum Epiſcopus. Vita hæc proluxe deſcripta eſt a Surio, apud quem, & Bollandum invenies ad diem Januarii decimam tertiam.

Severus Sulpicius ejuſdem vitam ſcripſit, ubi fuſiori ſtylo perſequitur Hæreticorum in illum perſecutiones & labores, quos pro Eccleſia propugnanda ſuſcepit.

Hildebertus Præſul ſcientia, & pietate inſignis fuit non ſolum Scriptor vitæ & actionum Hilarii, verum etiam Panegyriſta, & mox imitator eximius.

S. Hieronymus *lib. 1. de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, prolixum habet ejus elogium, & accurate præclaras illius actiones, ſcriptaque enumerat.

Idem, qui accuratius omnia Sancti hujus opera legerat, ſcribens ad Lætam dicit, eam inoffenſo pede poſſe eadem percurrere.

S. Auguſtinus ſcribens contra Julianum de Sancto Hilario verba faciens, illum vocat generoſum Catholicæ Eccleſiæ adverſus Hæreticos Propugnatorem: & lib. 6. de Trinitate profitetur, ejus auctoritatem in Scripturis interpretandis, & fide aſſerenda in Eccleſia graviſſimam eſſe.

Ruffinus *lib. 10. Eccleſiaſt. Hiſt. cap. 30. & 31.* ſumma cum laude meminit illius.

S. Gregor. Turonenſis *lib. de gloria Confeſſ.* narrat miracula ad illius tumulum patrata. Alia teſtimonia Fortunati, Sulpicii, & laborum S. Hilarii.

Idem *Hiſtor. Francor. lib. 2. cap. 43.* victorium a Clodoveo de Alarico relatam S. Hilario refert acceptam.

Cardinalis Petrus Damiani ſermonem edidit de tranſlatione corporis S. Hilarii, in quo præclaram habet miraculorum ejus enarrationem.

Dionyſius Carthuſianus quoque unum habet, ubi narrat vitam, quam Hilarius in ſæculari ſtatu duxit, mox quomodo ſe geſſit in Epiſcopatu, ac tandem patientiam ejus in perſecutionibus, ejuſque miracula.

Caſſianus *lib. 7. de Incarnat. cap. 14.* laudat S. Hilarii patientiam in perſecutionibus, & in fide perſeverantiam.

Auctores omnes, qui Sanctorum vitas ſcripſerunt tum veteres, tum recentiores, omnia menologia loquuntur de S. Hilario, tanquam Eccleſiæ Doctore, Confeſſore, & miraculorum opifice. Inter cæteros *Baronius* tomo tertio, & quarto Annalium. *Bellarminus* de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Bouchet, qui peculiarem navavit operam, ut ejuſdem miracula colligeret.

Pauciſſimi ſunt recentes Concionatores, qui in laudem ediderint Panegyricos hujus argumenti, quibus deficientibus ex Manuſcriptis Sermonibus, & Elogio Domini Godeau, quod in volumine ubi de Elogiis Epiſcoporum ſcripſit, mutuati ſumus ea, quæ proferimus.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci Biblici.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Pſal. 138. *Tabeſcere me feci zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.* Ibidem.

Quæſivit verba utilia, & ſcripſit ſermones rectiſſimos, & veritatis plenos. Eccli. 12.

Implevit eum Spiritu Dei, ſapientia, & intelligentia. Exod. 31.

Qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Daniel. 12.

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Matth. 5.

Ego dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram. Jer. 1.

Surge, & loquere ad eos omnia, quæcunque præcipio tibi, ne formides a facie eorum, nec timera te faciam vultum eorum. Ibidem.

Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſſipes, & plantes. Ibid.

Fuit vir potens opere, & ſermone coram Deo, & omni populo. Luc. 24.

Hæreticum hominem poſt unam, & ſecundam admonitionem devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt. Tit. 3.

Oportet Epiſcopum eſſe ſine crimine, amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari in Doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere. Tit. 1.

Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Iſai. 58.

Prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. 2. Ad Timoth. 4.

Vide miniſterium, quod accepiſti a Domino, ut illud impleas. Ad Coloſſ. 4.

Scio opera tua, & laborem, & patientiam, & quia non poteſ ſuſtinere malos, & tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos; & non ſunt, & invenisti eos mendaces, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti. Apoc. 2.

Nova opera tua, & fidem, & Charitatem tuam, & opera tua noviſſima plura prioribus. Ibidem.

Exempla, & Figura.

S. Hilarius Jeremiæ collatus.

CUm Judææ populi in omnia ſe abdidiſſent flagitiorum genera, idololatriam, impietatem, injuſtitiam, malam fidem, ac id genus ſexcenta; populi illi prolapſi ſunt in altiſſimum omniom excogitabilium ſcelerum abyſſum. Sed aliquando tandem miſeratus Deus terribilem exercitatem gentis, quam olim adeo dilexerat, exterioſque omnibus præluleret; conſtituit mittere ad eam Jeremiam Prophetam, qui infidelis populi converſionem procuraret, eique verbis Domini graviſſimis intentaret ſupplicia, quæ illi erant expectanda, niſi vitæ rationem mutarent. Simili de cauſa miſit Deus Hilarium ad Eccleſiam, cujus membra quotidie ſcindebantur, & abibant in diverſa. Miſit autem illum tanquam Jeremiam alterum, non ſolum ut de medio populi ſui cultum idolorum exterminaret, ſed etiam extruderet hæreſim, qui fidelium plerique erant infecti, ſeu per ignorantiam, ſeu in pœnam eorum flagitiorum, in quorum cœno volutabantur. Nonne videtur illi Deus eadem dixiſſe verba, quæ Prophetæ illi: *Bellabunt adverſum te, & non prævalebunt?* Et profecto quot obices Sanctus noſter invenit, dum populorum converſionem procuraret? Quinam labores eidem ſuſtinendi fuerunt? Sed huic non prævaluerunt inimici Dei, quoniam illum ejus Providentia deducebat, efficiebatque, ut de omnibus Eccleſiæ hoſtibus triumpharet.

Jerem 1.

S. Hilarius comparatur Cherubim qui in Eden gladio igneo tum tenebat.

Narrat Scriptura, eum Primi parentes noſtri violaſſent aliud Domini præceptum, quo caverat, ne de fructu arboris vitæ comederent, eumque de terreſtri Paradiſo ejecti fuiſſent, ut illos, eorumque minores ab adiitu Paradiſi ejuſdem prohiberet, præ foribus loci illius delicias omnibus effluentis poſuiſſe Cherubim igneum, & verſatilem gladium tenens. Galliæ populi, non ſolum Divinæ Legis præceptum unum, ſed ſimul omnia perfregerant. Juges eorum noxæ, & impietates de terreſtri Eccleſiæ Paradiſo illos expulerant circum undique legibus Omnipotentis ſepto. Inde tamen evaſerant, cumque ſeſe averteſſent a Deo, quia ſerpentis antiqui vocem audierant per Hæreticorum os lethale virus præflantium, exce in omnea errores erant prolapſi. Sed miſertus Deus horum calamitoſorum hominum, ad eos miſit Hilarium, ut & illos in *Edem*, videlicet in Eccleſiæ ſinum reduceret, qui ſe decipi paſſi fuerant; & ut omnino deinceps ab adiitu ejuſdem Dei inimicos prohiberet, & ut ardenti zelo ſuo, tanquam ignito gladio uteretur ad infringendos conatus quoſcunque illi exercerent, ut loco deliciis affluente potirentur. Hoc etiam officio perfunctus fuit Epiſcopus noſter ea conſtantia, & ardore, qui Cherubim decet, prohibens, quoad vixit, ne hæreſis aliqua fidelium corda deciperet, ex illius faucibus prædam exculpens, ſicubi illam potuit deprehendere.

S. Hilarius Davidicæ Turri colla-tus.

Qui conſiderat mores, virtutes, & eminentem Sancti Hilarii doctrinam, nonne illum confertre poteſt cum Turri Davidica, ex qua mille pendebant clypei, omnis armatura fortium ad Sion, metropolim populi Dei propugnandum? Hilarius re ipſa hæc Turris erat, hæc arx Sanctæ Eccleſiæ, ſtans pro vallo contra impetum tot hoſtium, qui inſurgebant in illam, qui in ſingulos dies creſcebant numero, & qui illam evertere conabantur. Nonne reliquit ille in ſcriptis ſuis omnia armorum genera, ad Eccleſiam tuendam? quibus univerſus orbis Chriſtianus uti poteſt adverſum errores omnigenos? Opus ne eſt luminibus ad artes detegendas, ſenſus duplices aperiendos, & ſophiſmata inimicorum fidei enodanda? Confugite ad Hilarium, quamplurima in operibus ejus detegetis. Opus eſt zelo ad vim repellendam. Num quiſpiam fuit hoc fortior, zelo plenior, ad debellandum paratior? Fiat ergo turris illa inexpugnabilis, invictus ille vir, qui voti non compos ſui, ſi ſeipſum tueretur, niſi ſimul Eccleſiam ab omnibus periculis & in poſterum liberaret; hoſtem ita laceſſere, ugere, & evertere viſus eſt, ut tandem victoriam reportaret, & glorioſis onuſtus exuviis, ſexcenties triumpharet.

at. Hilari, & Athana-ſii collatio.

Inter ſummos viros, quos Arianis divina oppoſuit Providentia poſt Nicænam Synodum, duo ſcientia, & ſanctitate præſtantes viri ſimul prodierunt, S. Athanaſius quidem in Oriente, & S. Hilarius in Occidente. Ille quidem fuit Patriarcha Alexandrinus; hic autem Pictavienſis Epiſcopus. Uterque ſimilem ſortem nacti ſunt, idem ſtadium percurrerunt, eundemque curriculum abſolverunt. Magnum Athanaſium infatigabili zelo orthodoxam in Oriente fidem tuentem Ariani Hæretici ita perſecuti ſunt, ut in Gallism conſugere teneretur. Sanctum Hilarium idem Eccleſiæ inimici ita vexarunt, ut tandem votorum ſummam aſſecuti fuerint efficientes, ut exul in Phrygism ablegaretur. Ita calamitoſis illis privare cupientibus Galliam eo præſidio, quod in virtute, & doctrina Hilarii nacta erat, & hoc pacto magnum hoc Regnum errorum torrente inundare; Providentia, ut illis vicem rependeret, permiſit, ut in ejus locum Athanaſius ſufficeretur; ut ſummi duo iſti viri pro Eccleſia in duabus his Orbis Chriſtiani partibus dimicarent. Itaque incomparabiles iſti Præſules miniſterium ſuum obierunt tanto zelo, & conſtantia, ut ſi minus Hæreticos omnes ad unitatem fidei revocaverint, prohibuerint ſaltem, ne ex ovili Filii Dei aberrarent oves omnes, quas Ariani corrumpere adnitebantur.

Applicatio locorum quorundam Biblicorum huic Argumento.

Juſſit Deus de tenebris lumen ſplendeſcere. Ad Cor. 2. 4. Nihil Sancto Hilario magis quadrat, quam hæc Apoſtoli verba. Sane magnus hic Sanctus propter genus ſtium, & poſtmodum propter educationem ſuam inter Ethnicos tranſactam, Idololatriæ tenebris involutae erat, ideoque poſitus in ignorantia veritatis, quæ nonniſi in Chriſtiana Religione invenitur. Sed cum illi rectum eſſet cor, & quantum Ethnicorum philoſophia patiebatur, vitam ſine noxa duceret in mundo conjugii vinculis adſtrictus, Deus qui illum per gradus deducere copiebat ad veritatis cognitionem, quam ardentiſſime perquirebat, re adhuc integra oſtendit illi, cum homo ſuam in hoc mundo felicitatem nequeat invenire, hanc alibi neceſſario eſſe inquirendam, atque altius repetendam. Hæc fuit velut aurora magnæ illius diei, quæ menti illius illucefcere incipiebat; gratia illum cœpit illuminare, ſed ut omnes tenebræ diſſiparentur, cæleſti lumine edoctus fuit, ſe propter Deum dumtaxat natum eſſe; quapropter illius cognoſcendi deſiderio flagravit, eique uni placere admiſus eſt, qui Auctor erat bonorum omnium, & qui unus ejus felicitatem poterat conſtituere. Hæc ipſe in ſcriptis ſuis teſtata reliquit. Itaque cum omnino Idololatriæ abſurdum, & vacuum deprehendiſſet, ſibique perſuaſiſſet, unum tantummodo eſſe poſſe Deum; divinitus accidit, ut Moyſi codices in ejus manus incideront, qui omnem illi dubitationem de unius Dei eſſentia abſtulerunt. Deinde cum lectio Evangelii, aliorumque Apoſtolicorum ſcriptorum, potiſſimum vero S. Joannis, illum de Incarnationis myſterio eruditiſſet, Chriſtianæ Religioni nomen dedit; & ſacro Baptiſmate prolui voluit. Ita eduxit Deus lucem ex tenebris in magno hoc viro, qui cum Ethniceam ejuraſſet ſuperſtitionem, evaſit in nitidiſſimum Eccleſiæ lumen; quam illuſtravit, defendit, & cui patrocinatus eſt ſcriptis, prædicationibus, ac triumphis, quos de hæreticis reportavit, eo uſque, ut Dei ſpiritu plenus ex tunc ſibi depoſoeerit munus propugnandi doctrinam de Verbi conſubſtantialitate, cui hoſtes Eccleſiæ tantam caliginem offuderant: *Juſſit Deus de tenebris lucem ſplendeſcere.*

Ego dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terram Regibus Juda. Jerem. 1. Deus olim hæc Jeremiæ dixit, in quem conjecerat oculos, ut inhiberet curſum impietatis, quæ violentis inſtar torrentis ſeſe in Judæam univerſam effuderat. Regio illa, quæ fecundum Domini conſilia, eſſe debebat centrum Sanctitatis, & objectum, in quo ſibi Deus complaceret, facta erat theatrum ſuperſtitionum, eraffioris idololatriæ; & erat futura divinarum ultionum ſpectaculum. Hinc Reges ſuis cupiditatibus obſequentes, & altarium Miniſtri Regibus aſſentientes, ut eorum gratiam inirent, dus, quæ humanæ manus erant opera thus adolebant. Inde iratus Dominus meditabatur ulciſci majeſtatem ſuam per ſummum dedecus ixſam; cum ejus miſericordia perorans in ejus Nationis gratiam, quam ille tanta fuerat charitate proſecutus, mitiora propoſuit conſilia; quare miſſus fuit Propheta, qui populo minas intentaret, & væ, quibus inceſſanter percutiendus erat, niſi ille hunc ſinceram agere pœnitentiam coegiſſet. Prophetam hac adeo difficili provincia perterritum, non ſecus ac periculis, quæ illi erant ſubeunda, confirmavit Deus, cique dixit: ubi obluctandum erit Regiæ auctoritati; commotioni quam Sacerdotium afferre poteſt, furori temerariæ multitudinis: ſed cave timeas; tecum ero, præſidioque meo factus firmior arce, vel columna ferrea, aut muro æreo videbis ad pedea tuos confringi univerſam hanc poteſtatem in te conjuratam. Quis non videt hanc veram eſſe imaginem Hilarii, firmiſſimi hujus Eccleſiæ præſidii? Nonne ille fuit ferrea hæc columna, quæ Sanctuarium tot undique procellis labefactatum ſuſtinuit? Nonne fuit murus æreus, in quem allidi viſi ſunt omnes hæreſeos conatus? Omnia horum duorum virorum lineamenta, eorum mandata, & officium eorum ſingulis impoſitum adeo ſimilia ſunt, ut Deus Jeremiæ in lege veteri ſuum munus imponens, ſuum quoque in lege nova Sancto huic Præſuli innuere voluerit.

S. Hilarii munus per omnia ſimile Jeremiæ.

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cælorum. Matth. 5. S. Hilarius Dei cognita voluntate, in omnibus vitæ ſuæ ſtatibus ſeipſum ſanctificavit, ut poſtmodum aliis ſanctificandis aptior fieret. Cum Ethnicum ejuraſſet ſuperſtitionem, & ſciret, Chriſtiano non ſui ipſius tantum, verum etiam fratrum ſuorum curam demandatam eſſe, pro quibus debet ſanctam vitam ducere omnibus utens occaſionibus, quas divina illi aperire poteſt Providentia ad eos ædificandos exemplis, & verbis; totum ſe abdidit praxi virtutum omnium. Hinc licet ille in mundo conjugii vinculis impediretur, in corde ſuo Evangelii placita inſculpſit, ut proximo ſuo prodeſſe poſſet, poſtquam ſemet perfeciſſet, & in-

& nihil potuit quantumlibet parum, pietatem illius vel interpellare, vel remorari. Fidelis fuit, ut Dei sui legem imprimeret in corde suo, & Deus, qui fidelis est in promissionibus, alte illam insculpsit per Spiritum suum. Novit uti omnibus adminiculis, ut magis, magisque sese ad Christianæ perfectionis apicem attolleret, & seu uxoratus esset, seu Præsul, pictas ejus ubique sibi constans fuit, & inconcussa. Simulac ad Pictaviensem sedem sublatus, fuit minime contentus, si seipsum sanctificaret, omnem operam, atque industriam collocavit, ut Ecclesiam sartam rectam tueretur, perficeret animas, eas in imbecillitatibus sustineret, Evangelici Verbi pane reficeret, æternis muneribus dignas præberet.

S. Hilarius magnâ humilitatem cum magna cruditione confundit.

Mirabilis facta est scientia tua ex me, vel in me. Cum de Hilario scientia loquor, & ajo illam fuisse admirabilem, ne putetis me loqui de scientiis illis, quarum nitor hominum vanitatem palpare potest. Hilarius possidebat scientias, utar enim ejusdem verbis, non secus ac victor possidet mancipia, ut ex iis quodcunque vult faciat, non ut illa in se dominari permittat. Illis usus est, ut ad longe sublimiorem scientiam perveniret, quam ex ipsis veritatis fontibus hausit. Cum illi persuasum esset, Deum solum perfectissime seipsum cognoscentem, posse alios etiam se cognoscendum præbere: *Idoneus sibi ipse est, qui nisi per suipsius cognitum non est*: pro nihilo duxit mentu suæ perspicaciam, & cognitionum latitudinem, quam in seipso inveniebat, sed divinis adhæsit Oraculis in sacris Codicibus expressis, eaque sine ulla præventione perlegit, paratus, ut inde eos sensus adoptaret, quos nondum habebat, & ne mordicus inhæreret illis, quos habere poterat. Scientiam suam nequaquam veluti Idolum sibi proposuit; sed interpretationem Patrum Ecclesiæ secutus, cum humilitate sensibus eorum, ac Traditioni præsertim adhæsit, veritus ne si ab eadem recederet, periculum fubirer incidendi in opiniones Novatorum, qui ævo suo turbabant Ecclesiam, & quorum in dies scientiæ suæ profunditate techtas deregebat.

S. Hilarius præditus iis omnibus dotibus, quas in Episcopo requirit Apostolus.

Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Ad Tit. 1. In ordine Providentiæ dignitas non solum est ministerium, quod attollit, & honore afficit possidentem, sed etiam status est, propter quem contrahit obligationes eo majores, arctioresque, quo sublimior, atque præstantior est dignitas. Hinc infertur, Sacerdotium, & Episcopatum, eum summæ sint dignitates, eorum officia graviora esse, & magis inevitabilia. Gentium Apostolus terret enumerans illa: Oportet hunc sapientem esse, modestum, non cupidum, zelo succensum, doctum, castum, suæ familiæ bene præpositum. Verbo, oportet illum per omnes hasce virtutes ab aliis hominibus ita distinctum, ut homo per rationem ab aliis animantibus secernitur. Cum S. Hilarius ad Pictaviensem Episcopatum elatus fuit, abunde omnibus hisce dotibus ornatus erat. Fuit non solum potens verbo, ut sanam doceret doctrinam secundum Patrum traditionem ab Ecclesia receptam; sed zelus illius præsertim enituit in exsufflandis omnium Hæreticorum conatibus, in eorum acuminibus retundendis; verbo, in triumphis de eorum audacia referendis, & in arcendis ab ovili suo rapacibus Lupis, qui gregem vorare adnitebantur, quem divina illi commiserat Providentia.

S. Hilarius in Episcopatu conjunxit sanctitatem, cum vitæ integritate.

Labia Sacerdotis custodiunt scientiam. Malach. 2. Satis non est ad sacrum afferre ministerium vitam innocuam, scelerisque puram, & minime abnormem, adnitendum est etiam, ut minister seipsum sanctificet. In anteceffum adeptum fuisse oportet veram scientiam, ut aliorum etiam prodesse valeat sanctificationi. S. Hilarius, cum adhuc esset in sæculo, contentus non erat vita sancta, humanas etiam scientias excoluerat, ut proximo suo qua verbis, qua exemplis prodesset. Nostrum igitur ejus exemplo sacrorum librorum lectioni adjiciamus, & sequamur Patrum traditionem, quam in eorum scriptis invenimus, quæ verum illius sensum nobis aperiunt. Nihil demamus vel addamus Dominicæ legi nostrarum cogitationum cultores. Nescio utrum sit periculosius; sed scio in Scripturis utrique anathema intentari. Neque decet nos opinionum nostrarum zelotes esse eo usque, ut illas haberi velimus pro veritatibus, vel ut veritatibus ipsis vim inferamus, ut illas probemus, & constituamus. Nobis oraculi loco ea sunt habenda dumtaxat, quæ ipsa veneratur Ecclesia; & in iis, quæ integra fidelibus permittit, eos cogere velle ut suam potius, quam aliam amplectantur sententiam: hæc quædam est publicæ libertatis violatio.

S. Hilarius lenitate, & indulgentia conatus est Hæreticos ad Sanctam revocare.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. Psal. 119. Cum S. Hilarius exularet in Phrygia, maximo dolore confectus fuit videns quem in statum in regionibus illis redacta esset religio. Etenim in Oriente toto vix aliqui invenebantur Episcopi, & Ecclesiæ, quæ licet impeccate, Orthodoxam fidem servarent. Cum S. Hilario non minus lenitatis esset, quam zeli, credidit suneita illa in occasione non nihil indulgentiæ adhiberi posse ad Ecclesiæ pacem tuendam, quin tamen tantillum cederet, ubi ageretur de dogmatibus, & decisionibus ab Ecclesia Romana receptis: cum Hæreticis consuescere, cum illis etiam in Templis orare, quin tamen eos participes faceret Sanctorum mysteriorum; auces præbere propositionibus eorum, quæ ab æquitate, ac ratione non abhorrerent; nihil denique intentatum relinquere, quin aliquid Ecclesiæ fides pateretur, ut animas avelleret ab illa Antichristi Synagoga, quæ se Jesu Christi Ecclesiam esse asserebat. Hoc spiritu magnus ille Episcopus librum de Synodis elucubratus est, ubi pro virili excusat multitudinem professionum fidei, quibus Orieni universus scatebat; easque in meliorem, quem poterat, sensum interpretatur. Neque laboribus utrisque pepercit, ut Orientalibus fallacem hanc opinionem auferret, in qua versabantur, Galliæ catholicos omnes in Sabellii errores fuisse prolapsos. Ita fine ullo Orthodoxæ fidei detrimento S. Hilarius conatus est pacem fovere cum iis, qui pacem oderant, & fessuras tantum atque tumultus quærebant.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum, aliorumque hujus Argumenti.

Hilarius tanquam firmissimum murum se Arianis opponens, illorum furorem in se concitavit. Eccles. in officio.

Gallium universam adduxit, ut Arianam impietatem condemnaret. Ibidem.

Non mediocris auctoritatis in tractatione Scripturarum, & assertione fidei vir exstitit Hilarius. S. Auguft. l. 6. de Trinit. c. 10.

Ecclesia Catholica contra Hæreticos acerrimum defensorem, venerandum, quis ignorat Episcopum Galliarum Hilarium? Idem lib. 1. contra Julianum cap. 3.

Insignis Ecclesia Doctor Hilarius. Idem alio in loco.

Bonus Antistes inter procellas Mundi magnus sustentator Ecclesiæ. S. Hieron. in Psalm. 58.

Hilarii libros inoffense decurrat pede. Idem in Epist. ad Lætam.

Hilarius virtutum omnium, atque ornamentorum, & sicut vita, ita & eloquentia insignis. Cassianus lib. de Incarnat. cap. 24.

Inter procellas persecutionum ita immobilis institit, ut per invictam fidei fortitudinem etiam Confessoris superit dignitatem. Idem ibidem.

Loci, qui huic convenire possunt argumento

Debet divinarum scripturarum Doctor fidelis, & debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere, & hoc, opere & sermone conciliare adversis, remissos erigere, nescientibus, quid expectare debeant insinuare. S. Auguft. de Doctrina Christi.

Ab Hæreticis fides subvertitur, veritas corrumpitur, charitas scinditur, contentionum studium non pro veritate, sed pro apparitu laudis certat, tantaque est in his perversitas, ut veritati cedere nesciunt, ipsamque rectam doctrinam evertere contendant. Isidor. lib. 3. de summo bono.

In disputatione contra Hæreticos cavenda est propositio, & artificiosa subtilitas, qua callidis objectionibus resistendi; ita enim versutis assertionibus pravorum disputatio inundatur, ut relin esse simulans, qua perversa persuadent. Idem ibidem.

Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressus est; eorum orbem ejus flamma populata est. S. Hieronymus.

Hæreticus est, qui conceptam novi erroris perfidiam pertinaciter defendit. S. Auguftinus.

Plus nocet falsus Catholicus, quam si verus appareret Hæreticus. S. Bernardus in Cantic.

Subtilissima est error pernicies Catholicam pacem in singulari perturbans Ecclesia. Hugo.

Zelum tamen inflammet Charitas, informet scientia, firmet constantia; sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus. S. Bernard. in Cantic.

PARAGRAPHUS V.

Quid hauriri possit ex Theologia fontibus ad hoc Argumentum.

Quotiam fuerit Hæresis Arii. Qua constantia S. Hilarius illam oppugnaverit.

HÆresis Arii fuit omnium, quæ ad illud usque tempus in Ecclesia prodierunt, pernicioſissima, & funestissima. Personarum in Deo consubstantialitatem everebat, Filium Dei Unigenitum inter erecta rejiciebat, ideoque omnes complanabat difficultates, quæ in ineffabili Sanctissimæ Trinitatis mysterio rationi, rectoque sensui adversari videbantur. Hæresiarca, qui hanc nequissimam sententiam protulerat, Arius erat, Alexandrinus Sacerdos, præpositus uni parœciæ urbi illius, qui cum pridem expulsus fuisset a S. Petro Patriarcha, ita bene novit suæ mentis, & cordis nequitiam dissimulare sub affectata pœnitentiæ, ac pietatis specie, ut Ecclesiæ restitutus, Sacerdotio fuerit initiatus. Cum per ambitum Parochus evasisset, fieri voluit Patriarcha, & iniquo ferens animo se posthabitum Sancto Alexandro, se partium caput professus est, & palam divinitati Jesu Christi bel-

ſti bellum induxit, cujus infenſiſſimus evaſit inimicus. Sanctus Hilarius, quem Deus ſcientiæ dono in ſublimi gradu locupletaverit, adverſus hunc execrabilem Hæreſim invectus eſt. Quemadmodum novarum rerum ſtudioſis aliquod ſemper ſupereſt perfugium, & non deſunt fautores, qui cogitationes eorum tanquam probatiſſima dogmata amplectantur propter novitatis ſtudium, cogendum fuit Concilium Nicænum videlicet, quod Hæreticum ejuſque ſectatores anathemate percuſſit. Præſul noſter a monſtris hujuſmodi infectandis non deſtitit, magnamque celebritatem adeptus eſt in diſputationibus tum privatis, eum publicis, ubi Arianos ſemper confudit, effecitque ut omnes admirarentur illius zelum, vigilantiam, & acumen in detegendis impiorum technis, in enodandis ſophiſmatibus, & rubore ſuffundendis iis, qui inter eos majori doctrina pollebant: ita ut ſemper habitus fuerit Arianorum quidem malleus, Eccleſiæ vero lumen nitidiſſimum.

Arii ſectatores non defuerunt, quominus eadem infiſterent via, qua primorum Eccleſiæ temporum Ethnici, ut partes ſuas ſolidarent, & conciliarent illis auctoritatem. Omnem adhibuerunt induſtriam, ut ſibi Orthodoxus Epiſcopos devincirent, eos vero præſertim, qui pluris in Eccleſia habebantur, qualis erat Hilarius. Nihil inauſum, ac intentatum reliquerunt, ut magnum hunc virum ſibi conciliarent; nullum non propoſuerunt illi honorem, nullum præmium, ut illum pellicerent; quippe ſibi perſuaſerant, ubi ſemel columnam hanc labefactaſſent, aliorum ideoque totius orbis Chriſtiani lapſum inevitabilem fore. Hic enim Epiſcopos reſpiciens tanquam fidei, & veritatis ſequeſtres eos ſecuti ſuiſſent, quocunque ducerentur præſertim vero non duces alios cognoſcentes, qui eos tutius in vias ſalutis deducere poſſent. Sed cum Novatores ne tantillum quidem Hilarium movere valuiſſent, eumque ineonculum nacti eſſent; quam primum artes ſuas, ſimulatamque lenitatem in furorem contra illum converterunt, & a Principe patentes litteras obtinuerunt, ut mitteretur in exilium.

Cum præcipuus Arianorum conatus in irritum ceſſiſſet, præſertim cum S. Hilario: Sicuti rerum novarum ſtudia, ubi de Religione potiſſimum agitur, coerruunt, niſi fulciantur auctoritate Præſulum, vel Principum ſæcularium, qui eorum ſe patronos profiteantur; hæretici cenſuerunt, quandoquidem Sanctus noſter Antiſtes ſeſe præbebat veluti rupem nullis unquam ictibus, vel artibus convellendam, ſibi ad partes ſuas tuendas neceſſe eſſe præſidio ſummorum virorum, qui in Cæſaris aula plurimum obtinerent auctoritatis. Et ſane ſua illos non fallebat opinio. Ita enim verſute ſeſe geſſerunt, tot artes adhibuere, ut non præcipuorum miniſtrorum dumtaxat, ſed Cæſaris ipſius gratiam inierint. Quot mercenarias animas ſibi conciliarunt; quot Scriptoribus uſi ſunt, ut perſonam inducerent ſcriptis ſuis, quantam formularum varietatem non invexerunt, ut primum ſenſus ſuos diſſimularent, ac pro orthodoxis traducerent illos æquivocis, captioſis, barbariſque terminis utentes, qui cum neque a Cæſare, neque ab aulicis intelligi poſſent, deinceps ab iiſdem novatoribus ad libidinem eorum explicabantur? Hæc in re olei, operæque ſuæ jacturam non fecerunt Ariani, quin immo illis optime ceſſit; quippe ſæculi principes ita ſibi devinxerant, ut Sanctus Noſter Epiſcopus operam perdiderit ſcribens ad Cæſarem contra has novitates; tantum enim abfuit, quod ſeſe de errore ſuo Imperator corrigeret, ut ſeſe laqueis hæreticorum innodaverit, & veritati oculos obſtruens decreverit Sanctum Præſulem noſtrum validiſſimum ejuſdem veritatis præſidium pellere in exilium.

Hilarius divinitus deſtinatus fuit, ut impietatis progreſſum inhiberet, quæ jamjam per orbem terrarum late ſe effuderat. Chriſtiana fides in ipſo etiam Chriſtianiſſimi ſimu ſemineinfecta erat. Idolia quidem atræ non ſtruebantur, ſed filio Dei negabantur honores illi, quos ſanctior antiquitas illi ſacraverat. Sacrilegæ factionis conatu Redemptor per omnia Patri æqualis, divinitate ſua exuebatur, & in creaturarum ordinem redigebatur. In hoc præcipuo Religionis articulo novæ in dies opiniones ſuborti videbantur, quæ ſeſe invicem oppugnantes efficiebant, ut fidelium mentes æterna incertitudine æſtuarent. Calamitoſo eo tempore videbatur erroris, & mendacii ſpiritus ſeſe ſuper terræ totius faciem effudiſſe, ac omnia conjuraſſe ut veritatem exterminarent. Principes, qui illius Patroni eſſe debebant, infeſtiſſimi erant ejus inimici; Epiſcopi, qui illius erant ſequeſtres, prodebant illam; populi, qui eam receperant, ac profeſſi fuerant, primi omnium deſerebant illam; ſinebant enim ſibi fucum fieri ab hæreſis ſectatoribus ſibi ea vindicantibus jura, quæ Dominus unus adnectit Sacerdotio. Præſules ceſſabant, ſive ut gloriam compararent, quaſi præeſſent illi cauſæ, quæ tanta celebritate gaudebat: ſive, ut gratiam aucuparentur eorum, qui illius principes ferebantur; ſive denique propter morum corruptelam; quoniam non longe vitium diſtat ab hæreſi, & ubi illud pectum eſt corde, hæc facile mente potitur, ex quo huic non ſine lenocinio Novitatis ſeſe repræſentat. *P. Marcineau.*

Verum eſt errorem pone ſequi morum corruptionem in Chriſtianiſmo: ſive Deus homines exercitare perecutat, in pœnam quod iis abutuntur luminibus, quibus eos illuminat gratia: *Spargis pumices cuſtiates ſuper illiciras voluptates*, S. Auguſtinus ait; ſeu per effectum ingenitæ relationis, quæ mentem inter & cor intercedit, ita ut hoc legis jugum excutere nequeat, quæ illius norma eſſe debet, quin mens excutiat jugum fidei, cui omnes ſenſus ſuos debet ſubjicere. Triſtis experientia hoc ſatis docuit Eccleſiam: ſi enim unquam vidit fidei ſuæ puritatem profanis novitatibus vitiatam, & unitatem ſciſſam multitudine ſcriptorum erroribus diffluentium, & e veſtigio oppoſitorum veritati, & Schiſmaribus illis, quæ furius ocyus in ſinu ſuo deplorabilis belli ignem accendunt, hoc certiſſime tunc accidit, cum fideles ſibi traditi, aberraverunt a Chriſtiana fide, ut ſuis obſequerentur cupiditatibus, atque turpiſſimis ſe flagitiis ingurgitarent. *Idem.*

Ad glorioſum Confeſſoris Jeſu Chriſti titulum promerendum, ſatia non eſt pati, ſed pro bona cauſa pati, ſatis eſt. *Martyres facit non pœna, ſed cauſa.* Hoc ſecutus eſt veram conſtantiam ab ea, quæ mendax eſt, fidelium generoſitatem, ab obſtinatorum hominum pertinacia. Teneatur licet vitam ſuam traducere procul a patria in moleſtiſſimo exilio, & ab omni civium conſuetudine alienus; nemo debet ſe tanquam alterum Hilarium intueri, niſi ut ille adhæreſcat veritati in Eccleſiæ deciſionibus; & qui aliter ſentiunt, licet eruditi ſint, & alioquin illuminati, fruſtra ſibi honori vertunt mala, quæ ſuſtinent, niſi ſenſus foveant eoſdem. Hac in re Sanctum Antiſtitem noſtrum audite ad Conſtantium ſcribentem. Me pacis perturbatorem, ac pertinacem appellant; ſed cur perturbatorem vocant, cum ab antiqua doctrina non dimoveor; cur pertinacem, cum fideliter, ac ſine diſputationum tricis adhæreo dogmatibus in Sancta Nicæna Synodo conſtitutis, deciſionibus Eccleſiæ, ac Patrum ſententiis? *Ego ſcripta a Patribus apud Nicæam fide fundatus maneo.* Juxta ſcitum hunc Canonem quot ſallacibus conſtantiis larva adimetur; quot videbuntur Martyres dæmonum, & non Jeſu Chriſti, ut loquitur Tertullianus, ſemet ſanctificare humanarum opinionum idolo, inſurgentes contra legitimas poteſtates, quæ errantes ad Eccleſiæ ſenſus revocare conantur. Fruſtra ſe doctos, ac illuminatos prædicant, fruſtra ſe Patrum ſententiis adhærere profitentur; ſi ſcientia non eſt cum humilitate conjuncta: qualitas hæc magis eſt obfutura, quam profutura; & non ſola Præſulis noſtri ſcientia illum de tanto periculo liberavit, ſed ejuſdem humilitas.

Arianı ſibi conciliare curarit Epiſcopos Catholicos, & præſertim S. Hilarium.

Deus Sanctum hunc elegerat ut eſſet Eccleſiæ præſidium.

Martyres facit, non pœna, ſed cauſa.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aſceticis, ſuperiſque Concionatoribus loci hujus argumenti.

JUre ſuo gloriatur Gallia, Eccleſiæ peperiſſe S. Hilarium Pictavorum Epiſcopum. Illi tali patrono erat opus in bello, quod in eam excitaverant Ariani. Nobile genus Antiſtitis magnam illi animam infuderat, timoris neſciam. Politiorum litterarum ſtudium, & acumen ingenii multiplici lumine decoraverat illum. Spiritus Sancti lumen effecit, ut ille Chriſtianam Religionem inveniret apud Philoſophos, qui eandem impugnare videntur. Hoc illum convertit, & ipſe ſacro regeneratus fuit lavacro tanta eum effuſione gratiarum, ut illis cor ejus exundaverit. Primos traduxit annos in ſæculo, ubi duxit uxorem; ſed in conjugio vitam duxit Eccleſiaſticam. Ejus familia fuit Eccleſia domeſtica, eamque ſanctiſſime moderatus probavit ſe dignum, qui Domui Dei præficeretur. Itaque Providentia illum ad Pictavienſes inſulas provexit non ſine plauſu populi, & Cleri. Hi teſtes erant innocentiæ ejus, doctrinam illius, fortitudinem, ac pietatem compertam, & exploratam habebant, ita ut ſub tanto Paſtore tutos ſe eſſe profiterentur. Neque illos ſua fefellit opinio: Deus qui illum in Epiſcopum delegerat, contulit illi Epiſcopalis ſpiritus plenitudinem. Ille hujus in divinis litteris inſtitutor fuit potius quam Theodorus Presbyter, quinquam ad eas perdiſcendas hujus opera uteretur. *Ex Elogiis Godeau.*

Orem, & inſtitutio S. Hilarii.

Hilarius omnibus ſpectatiſſimi generis privilegiis auctus fuit, quin ejuſdem vitia contraheret. Cor habuit generoſum extra ſuperbiam; magnum ingenium citra ambitionem; gravem oris, & corporis habitum citra faſtum; temperamentum delicatum citra mollitiem. Æterna Sapientia, quidam inquit vitæ ſuæ hiſtoricus, ab incunabulis affuit illi, ut eum ab illuſione præſervaret; diluculo omnibus ejuſdem inſtitutis ſtuduit, & ſimilis Sancto illi viro, de quo Scriptura verba facit, licet adoleſcens, nihil tamen puerile geſſit, neque lapſus unquam eſt in levia noxas illas, quæ puerorum pars eſſe videtur. Licet alii ejuſdem ætatis adoleſcentes gloriolæ cupiditate aliqua perſtringantur, licet conſectentur eas voluptates, quibus palpantur; funeſta hæc idola, quibus tot ſacrificiis litatur in ipſo etiam Chriſtianæ Religionis umbilico, & in familiis alioquin ſatis bene inſtitutis; nullum umquam invenere locum in animo noſtri adoleſcentis.

Prima illius ſtudia, & occaſio Chriſto.

S. Hilarius magnis curis in profanarum ſcientiarum ſtudio fuerat educatus, iſque exercitationibus, quæ maxime eos decent, qui publicis muneribus ſunt initiandi,

ad religionem proficiendi.

di. Cœperant sui illum etiam in lucem producere, eique præguſtandas præbere vitæ delicias, quantum ſæculi ſapientes inter Ethnicos putabant, honeſtis adoleſcentibus poterit eſſe canones humanæ Philoſophiæ. Verum Deus, qui illum per gradus perducere cupiebat ad cognitionem veritatis, re adhuc integra oſtendit illi, perfruitionem earum rerum omnium, quæ ſenſus noſtros palpare poſſunt, nequaquam conſtituere poſſe veram hominis felicitatem; quoniam hoc illum a ceteris vulgo animantibus non fecerat. Cum Hilarius primum hunc protuliſſet pedem, facile intellexit, hominem, quandoquidem felicitatem ſuam in extremis omnibus, corporeiſque bonis nancifci non poterat, eam ipſi in re ſolidiori eſſe inveniendam. Sola rationis lumina philoſophiæ ope, poterant efficere, ut intelligeret felicitatem hanc pendere a veritatis cognitione, & a prixi virtutis. Noluit Deus illum in hoc itinere derelinquere, oſtenditque ei vitam tot miſeriis repletam pro fine habendam non eſſe. *Auctor vetus.*

Occaſio converſionis illius.

Hi ſenſus nondum replere poterant cor adeo vaſtum, quale erat Hilarii; gratia, quæ ſenſim, & ſine ſenſu illum illuſtrare incipiebat, ſignificavit illi, ipſum propter Deum natum eſſe; quæ res Dei cognoſcendi cupiditatem injecit. Natura ſe in bonum pronum eſſa cognoſcens, Auctorem cognoſcere concupivit. Agnoverat jam ille abſurda, quæ inerant ſententiis Philoſophiorum de Deo; & jam ipſe ſibi perſuaſerat, nonniſi unum eſſe poſſe Deum, cum divinitus accidit, ut Moyſis libri in manus ejus inciderent; ubi abunde nactus eſt, quidquid optare poterat de divinitate, & ſentiens cor ſuum hac lectione inflammari, Deum cognitum poſſidendi cupiditate flagravit. Lectura mox Evangelii, Scriptorumque Apoſtolicorum ſuppleverunt iis, quæ deerant, ejuſque menti plurimas abſtulerunt dubitationes, quæ illi poterant oboriri, etiam circa humanæ vitæ miſerias, quas experiebatur, & quas in omnem naturam diffuſas videbat. Per lectionem Evangelii Sancti Joannis didicit myſterium Incarnationis Filii Dei; ac Æterni Verbi divinitas, quod cato factum eſt pro mortalium ſalute, pignus certiſſimum illi viſum eſt, ſe poſſe in æternum poſſidere Deum hunc, qui per charitatis exceſſum dignatus fuerat ſe naturæ noſtræ conjungere, ut nos in ſeipſum transformaret: ita didicit Verbi conſubſtantialitatem, quæ tantopere ævo illius ita oppugnabatur, ut naturi univerſa conjuraſſe videretur ad eripiendam Salvatori divinam eſſentiam; eumque redigendum ad mortalium ſtatum, qui mutationi, ac viciſſitudini ſunt obnoxii. *Idem.*

S. Hilarius Ethnicorum ſuperſtitiones emendat, & recipit Baptiſmum.

Hilarius poſtquam verbo Dei in ipſo *fonte* paſtus ſint per lectionem Scripturarum, ethnicam ejuravit ſuperſtitionem, quam a teneris unguiculis fuerat execratus; & mox incredibili cum gaudio Baptiſmate ablutus fuit. Hujus regenerationis gratia fuit adeo abundans, ut exinde ita Dei ſpiritu plenus viſus fuerit, ac perfectiſſimi fidelium. Repente hæc emundavit profanas quaslibet eruditiones, quas ex Ethnicorum codicibus hauſerat; & in Eccleſiæ ædificationem tranſtulit has omnes opes, quas, ut ita dicam, ab Ægypto deportaverat, eaſque in ſtatum abduxerat propugnandi Jeſu Chriſti fidem cum iis armis, quæ ab idololatriæ propugnatoribus fuerat mutuatus. Ex quo ex ſalutaribus Baptiſmi undis emerſit, viſus eſt agere non tanquam ſimplex Neophitus, ſed tanquam unus ex Præceptoribus, & Patribus Eccleſiæ J. C. ita ut cum adhuc laicus eſſet, & conjugio impeditus, videretur in anteceſſum Sacerdotii gratiam attigiſſe. Ex eo tempore magnum teſtatus eſt puritatis, & Sanctitatis Religionis noſtræ æſtum, & ſedulo vitavit omnem cum Judæis, atque Hæreticis conſuetudinem, qui ſe apertos illius inimicos eſſe gloriabantur. Horror, quo id genus hominum commercium fugiebat, ſpectabat potius ad errores, quam perſonas eorum; quandoquidem alia quavis in occaſione ſumma cum benevolentia, & lenitate excipiebat illos, quam omnes in illo admirati ſunt ſæpe, & quæ conjecturam aſtruit, ardorem, qui in pleriſque operibus ejus interlucet, minus ab illius ingenio profectum, quam a Dei Spiritu, qui erat in illo, & cum effectum fuiſſe violenti amoris, quo veritatem proſequebatur. *Auctor vetus.*

Sancti noſtri character.

Hilarius ſtatim ac Chriſtianam amplexus fuit fidem, ejuſdem factus eſt propugnator acerrimus quo nomine primi Pariſienſis Concilii Patres illum appellarunt. Ex iis uſque temporibus unum fuit ex firmiſſimis Eccleſiæ præſidiis inter graviſſimas tempeſtates, quibus agitabatur. Fuit indefeſſus veritatis patronus eo tempore, quod adeo nubibus atque caligine offuſum erat, ut quamplurimi ambigerent utras partes ſequerentur: eo uſque errores undequaque pererebuerant varia eruditorum induſtria, qui nihil intentatum reliquerant, ut, ſi minus fidem convellerent, ſaltem tot illi umbras offunderent, ut minime liceret verum a falſo ſecernere. Secrevit tamen facile ab errore veritatem per Domini ſpiritum, quo animatus erat; & licet adhuc ſæculi curis impediretur, ſemper tamen cum ardore ſe geſſit, ut uni illi negotiorum Eccleſiæ omne pondus incumberet. *P. Martineau.*

Hilarius Pictavorum Epiſcopus.

Dona gratiarum, & ſcientiæ, quibus cæleſtus auctus fuerat, brevi nominis celebritatem, & cultum civitatis Pictavienſis illi peperierunt; quæ ubi ſui Præſulis jacturam paſſa fuit, oculos in Hilarium conjecit, & nulla habita ratione humilitatis ejuſdem, qui tantum munus deprecabatur, communi civium conſenſu eum ſibi in Paſtorem delegit. Dignitas Epiſcopalis tunc temporis erat provincia alæ plena, & parum apta ad ambitionem, & cupiditatem palpandam: namque Orthodoxi jugiter patebant probris, & contumeliis Arianorum, quibus terrenæ favebant poteſtates. S. Hilarius, licet illi perfuſum eſſet ſuſcepto hoc munere, ſibi auferri ſpem omnem commodorum, quæ in mundo conſequi poterat, omneſque ſibi adimi vitæ ſuavitates, tandem fidelium votis paruit; ſed plenus confidentiæ in Deo ſuo, a quo omnia præſtolabatur lumina, ac vim neceſſariam, ut digne tantum hoc munus obiret. Cum ergo in ſacra unctione receſſiſſet firmitatis, atque conſtantiæ characterem, in id unum intentus fuit, ut tueretur depoſitum fidei ſibi creditum, ac puritatem ſuam adverſus hæreſes, quin ullam haberet rationem favorum, aut minarum hominum. Meminit, Dei filium, cujus gloriæ omnia ſacrificare decreverat, eos beatos enuntiaſſe, qui perſecutionem propter juſtitiam perferrent, & quin aliqua humana cogitatio illum remoraretur, palam prædicavit veritates illas, quæ ab Eccleſiæ inimicis impugnabantur. Conciones ejus vitæ ipſius ſanctitate fuſiliæ brevi nomini illius celebritatem per omnes Imperii provinciss effuderunt, & illi ex æquo & Catholicorum benedictionem, & Arianorum odium conciliarunt, qui illum tanquam hoſtem infeſtiſſimum habebant. *Auctor Recens.*

Quorum ſit Eccleſiæ felicitas habere Paſtores S. Hilario ſimiles.

Facile intelligi poteſt ſummam Eccleſiæ felicitatem eſſe, cum Cælum eidem ſuppeditat Paſtores S. Hilario ſimiles. Hinc illa in Sanctiſſimis Canonibus ſuis inevitabilem irrogavit legem de admittendis ad Sacros Ordines illis tantum, in quibus inveniri poſſit, unde illorum probetur electio. Et profecto quonam pudore deberet ſuſſundi, ſi videretur adhuc profanis manibus ſacra committere; Jeſu Chriſti hæreditatem derelinquere illis, qui viſi ſunt cum inimicis ejus conferre conſilia, optare ſibimet ſequeſtres earum rerum, quæ ſacerrimæ habentur, homines, qui pretioſum innocentiæ ſuæ depoſitum reſervare ignorarunt; in Eccleſiæ candelabro faces collocare, quæ in ſæculi corruptione extinctæ, facere nequeunt quominus atram ſuffundant caliginem, cæcitatem inferant, veneno per exhalantem fumum inficiant eos, quorum mentes illuminare, & cor emundare deberent; credere curam dominici gregis Palliorum curvis, ut S. Bernardus loquitur, & terræ hunc inhærentibus per cupiditatis pondus, ac vincula habituum adoleſcentiæ intèr nequitias antecactæ, ideoque minime pares vel deprehendendis lupis ingruentibus, vel propulſandis, ubi acceſſerunt. Ad magni hujus Antiſtitis conſpectum, cur mentem hanc injicere nequeo iis, qui virtutum acquiſitionem differunt, donec ad eum perveneriat ſtatum, qui eas acquiſitas eſſe ſupponit, vel qui perfectionis Chriſtianæ viam tunc ſibi adeundam putant, cum poſſeſſionem erunt adituri, eorum munerum, quæ inſtituta ſunt, ut a perfectis tantummodo occupentur? *Dignitates, virtutes putant.* Utrum hæc opimo æqua ſit, & rationi conſona, penes vos eſto judicium. Ad id effet opus, ut Deus naturæ ordinem inverteret, & eos ad terminum adduceret, quin traduceret illos per iter, qua neceſſe eundum eſt, ut eo perveniatur. *P. Martineau.*

Fides S. Hilarii erat nobilior ea, in qua involuit.

Cum S. Hilarius evectus fuit ad Inſulas, non breve temporis ſpatium exceſſerat, ex quo Chriſtiana Religio ex eo excideratat ſtatu, in quo tribus prioribus Eccleſiæ ſæculis floruerat. Aſcenderat jam in Cæſirum ſolium per Conſtantini Magni converſionem. Princeps hic æque chriſtianis virtutibus, ac politicis, & militaribus claruſ, quin deceſſores ſuos imitaretur, & crimini verteret cuicunque Chriſti fidem profiteri, omnes immo ad eam profitendam magnificis præmiis invitabat. Denique Idolorum cultu imminuto, & Sectatorum illius numero ad pauciores redicto, quos neſcio quis furor obcæcaverat, videbantur in dies ſingulos Deo Chriſtianorum extrui Templa in ruderibus eorum, quæ jampridem fictis numinibus poſita fuerant. Sed inter pacis adeo ſuavis malaciam tepeſcere viſa eſt fidelium conſtantia, eorumque fides debilitari ſenſim per eam tranquillitatem, qua ſub bono, pioque Principe fruebantur. Fidelium pietas, in quibus perſecutores invictam nacti fuere conſtantiam ſub Chriſtiano Imperatore inimicos invenit longe periculoſiores, ac multo magis metuendos, quam ſub Idolorum cultoribus. Fidelium deferbuit fervor; quo magis fortuna favere viſa eſt, fidelium conſtantia magis labefactata, locum præbuit Ethnicorum flagitiis in mores ſuos, prout eorum ſuperſtitio ruebat. *Poſtquam ad Chriſtianos Principes ventt, divitiis major, ſed virtutibus minor effecta eſt.*

Quantum Hilarii doctrinam ſtudioſi Auctoris S. Hilarius.

Diabolus ſemper vigilans ad animarum excidium, quas Dei filius ſuo ſanguine redemerat, eduxit ex Inferis hæreſim, quæ impugnans unum ex fidei myſteriis maxime incomprehenſibilibus, humanæ rationi æquior videbatur. Auctor ejus fuit Arius; nil ultra addendum eſt, ut cognoſcatur. Ad ſolum impii Arii nomen quot, & quam tetras imagines non affinxit confuſio, quam execribilis illius error tunc in chriſtiano peperit mundo. Omnia ceſſerunt, omnia ſuccubuerunt, & univerſus terrarum *Orbis ingemuit, & miratus eſt ſe eſſe Arianum*: S. Hieronymus inquit. Alii quidem, ut æquo libemus

Serius viverent, recentem sectam amplexati sunt, in qui adhæsio partibus suis virtutum omnium locum obtinebat. Ain' sese illi hæresi implicuerunt per secretum humanæ mentis superbiam, id dumtaxat credere affectantes, quod sub sensus cadit. Nec defuere, quos ditescendi, & honores acquirendi causa in eam impulit sententiam, & a fide catholica evertit; ut eas partes amplecterentur, quæ qualibet ratione suorum augere numerum conabantur. Plures denique non sine quadam verecundiæ specie ab antiqua doctrina recesserunt, cum illi qui recenti adhærebant palam sibi glorie verterent rationis suæ æquitatem, quasi per assertam mentis suæ fortitudinem minime possent id credere, quod humanis rationibus non probaretur. Dominus autem cum in æternis suæ providentiæ consiliis decrevisset violento huic torrenti, qui secum universum terrarum orbem rapturus videbatur obicem ponere, eduxit Hilarium; contulit huic virtutem, cujus varii characteres eum præstiterunt incolumem a vitiis, quæ superius memoravimus. Frustra nova hæc hæresis palpabat cupiditates ejus spe impunitatis; vitæ contemptis innocentia, & morum integritas hujus Sancti ne tentari quidem potuit; licet illi nobili genere ortus esset, qui quidem magnus est obex Christianæ innocentiæ. Quibus enim laqueis, scopulisque circumdata est humana celsitudo? Scopulis eo magis periculosis, quo majori luce septa est, quæ oculis nostris abscondere videtur non solum pericula, quæ in magnis opibus inveniuntur, verum etiam graviora vitia eorum, a quibus possidentur: Tamen divini Providentia hunc ab omnibus hisce malis immunem constituerat, illi tribuens cor rectum, animamque humilem, sed sublimem, & nullis attibus superandam. *P. Martinon.*

Novitates in fide magno vitio fuere pericolosæ.

Cum hæresis convalescere incipit, & roborari, quot laqueos in mente sua non reperit ille, qui hoc titulo inter alios nitet? Augustinus ipse id testatus est; jampridem hæresis nonnisi magnorum ingeniorum opus est, sed ingeniorum, quæ quo sublimiora sunt, eo sunt pernitiosiora. *Non fecere hæreses, nisi magni homines; sed tamen mali, quanto magni.* Quorsum illud? Quia magna ingenia facile sinunt se propria luce perstringi, suoque merito occupati sibi jus esse putant omnes in sententiam suam redigendi; cæce amplectuntur, quidquid cum suis congruit præjudiciis, & eadem cum temeritate rejiciunt, quidquid cum illis minime congruit. Hinc ubi novum aliquod sese illis offert, ad illud amplectendum statim erumpunt ex sancta illa captivitate, in qua fides illos tenebat. Hilarius erat ea potioribus ævi sui ingeniis, cum prodiit Arii error; qui vertebat personarum in Deo consubstantialitatem, ideoque complanabat difficultates omnes altissimi, & ineffabilis Trinitatis mysterii, magnum illud ingenium æque avidum erat omnia scendi, & par omnia discendo. Præterea natura maxima illi contulerat ad eloquentiam adjumenta, a rem imaginandi vim, nobilem loquendi facultatem, disertum, ac numerosum sermonis ambitum, quamobrem S. Hieronymus scriptum reliquit, illum inter Oratores, quos Gallia pepererat, idem esse quod Rhodanus inter fluvios, quibus irrigabamur. Naturalibus hisce dotibus accesserat scientiarum profanarum cognitio labore parta, quemadmodum arumadvertit Sanctus Augustinus, cum inquit illum Sacrum adisse ministeriam, locupletissimis Ægypti spoliis onustum; *Nonne aspicimus quantum auro, & argento extraxit fascinatus de Ægypto Hilarius?* Tot, ac tam præclaris dotibus præditus Hilarius, utras eliget partes? Num Catholicorum, ubi humana ratio paret duræ legi adorandi id quod assequi nequit? an Arianorum, qui omnia præclara ingenia se profiteri gloriantur, & qui integrum cuilibet relinquunt, quodcunque voluerint, adorare? Orthodoxorum partes amplectetur, si enim omne habet acumen, vim omnem, ac mentis latitudinem quæ haberi potest; habet etiam humilitatem, quæ requiritur ad præcavendam superbiam, qua novatores tument & amovendam inanem gloriam, quam scientia afflat tot summos viros, qui sumet, tanquam Idoli cultores sunt. *Pater Martineau.*

Imitari debemus S. Hilarii humilitatem in colendo fidei mysterio.

Ad S. Hilarii imitationem veritatem honorare debemus per humilem inscitiæ nostræ confessionem, donec fidei ænigmatibus est involuta; quin velimus audacter divinitatis sinum perfodere, ad enucleanda mysteria, quæ placuit Deo oculis nostris impenetrabili integumento subtrahere. Pacate expectemus beatam illam diem, qua fine velamine sese nobis aperiet. Etenim volumus ne inquietis investigationibus nostris evertere ordinem divinitus institutum? Hæc sunt verba admirabilis, & præclari sensus humilis Hilarii nostri. Proh si esset in corde fidelium, viderentur re unquam de ipso Ecclesiæ sinu patrumpere distractis gladiis homines propter ingenium, doctrinamque spectabiles ad eam oppugnandam tanta sævitia, quam nunquam satis possumus deplorare? Eos nos ipsi saltem foveamus, ut si quando meritas his hominibus laudes alium ob causam persolvimus; detestemur simul illorum abusum, & non propugnemus errores, quos jure se tueri posse arbitrantur. *Auctor recens.*

Humilitas ejus verat, ne recentia fidei arcana

Sanctus Præsul noster laqueos evitat, quos sublimia quæque ingenia in semetipsis nanciscuntur: sed statim felix erit, ut illos evitet, quos nova hæresis illi nectit magna pollicita summis viris, qualia erat ipse, bona, & palpana quibuscunque rationibus potest ambitionem eorum! Ipsi nostis, scissuras, quæ in Ecclesia acciderunt, nihil intentatum reliquisse, ut sibi conciliarent eos, unde putabant sibi aliquid auctoritatis accedere posse: donec veritas quæ simplex est, ac per se subsistit, non laborabat quærere externa subsidia. Tibi summis viris opus est? Illorum patrocinium redimitur, si eorum luxui aliquid suppeditaveris. Indigesne mercenarius Scriptoribus, quorum calamus terræ loliginis succum offundat iis, quorum existimatio omni vacua est suspicione? Nulli rei parcitur, ut fibi devinciantur. Bene audit quia in populo? ut hinc quoque gloriam aucuperetur in partes suas ipsum conantur pertrahere; vel per assentationem illum inter cæliolas, ante mortem ipsum, recensendo, vel illi obtrectando, ut intelligat, quantum officiat non adhærere causæ illi, quæ infamiæ notam aspergit illis omnibus, qui eidem non suffragantur. Ita egerunt Ariani. Quid autem non profecit his artibus secta eorum! Sed in S. Hilario nihil proficere valuit. Ejus integritas, generositas, vera animi celsitudo neglexit, quidquid ad illam mulcendam offerebatur. In conjugio, quo impeditus fuerat, Deus illi dederat Filiam, sed voti compos, eo quod illam Jesu Christo desponderet, quaslibet licet ornatissimas respuit affinitates, quas oriens secta illi offerebat. Summa cum elegantia, & lepore scribebat: sed beatum se putans, quod extra lucri spem inserviret Ecclesiæ, in ludibrium sibi venit omnia præmia, quæ sibi ab Arianis proponebantur. Denique magnam sibi rominis celebritatem adeptus fuerat in terra, sed hujus jacturam subire maluit per ingestas sibi a fidei inimicis calumnias, quam illam tueri indignis approbationibus, & laudibus non sine fidei ipsius detrimento coemptis. *Sermo Manuscriptus.*

Non fuit se perstringi finit præclari ingenii laude quam Hæresis Ariana tribuit detestandum fuis.

Vir hujus Characteris, cujus Sanctus Hilarius erat, quidquid se perstringi sinit præclari ingenii laude, quam hæresis hæc suis sectatoribus defert, cum interim obtrectatos, vel ignaros vocet eos, qui veteri doctrinæ adhærescunt? Sed cave, timeas. Satis solidam habet virtutem, ne mani fulgore gloriæ fallacis decipiatur. Scio equidem, inquit ille Arianos allocutus, eum rudem esse, qui a partibus vestris abhorret; hoc palam jactatis, & id vobis benevertit; compluribus enim persuasistis, qui magis cupientes se præclara ingenia, quam veros Christifideles vocari, tutpiter nos deseruerunt, ut in castra vestra transirent. Ego vero cum Apostolo glorior, me non aliud scire, quam Jesum Christum, & hunc crucifixum. Licet me pro mortalium omnium ignarissimo traducatis, in veritate, cui adhæreo, inveniam, unde satis, superque omnes contumelias farciam: scio enim Verbum Æternum Patri consubstantiale, nequiquam expulsurum esse, qui illum audacter fuerint confessi, tot licet artes, ac dolos commiscamini. Hæc sunt arma, quibus Sanctus Præsul noster omnes novæ, ac prævalentis sectæ impetus propulsabat. Profunda ejus humilitas semper præservavit illum ab insidiis Arianorum, & prudentia, ac scientia, quibus illum cumulaverat Deus, illum Ecclesiæ fortissimum, ac strenuissimum Ecclesiæ Patronum constituerunt. *Auctor recens.*

S. Hilarius se trahit? fuis non ex exemplis. plicis in Hæresim profitenda

Procellæ, quas Ethnicorum furor primis Ecclesiæ seculis contra Christianam Religionem ciebat, dæmonum arte in Episcoporum capita detonabant; ut si suppliciorum sævitiæ cederent, lapsum eorum Fidelium lapsus subsequeretur, qui religioni minime verterent sibi eorum sectari vestigia. Eandem ob causam, quo rempore hæresis prodire cœpit, quid inausum reliquit, ut Domini ministros allicerct, qui cum a populis tanquam veritatis sequestres haberentur, a veritate recedere non poterant, quin secum in errorem quamplurimos traherent? Historia nos satis docet, quid Arii ævo contigerit. Impius hic a tercentum, & duodeviginta Episcopis Nicæni Concilii damnatus fuerat, ubi Ecclesia gavisa tunc primum est videns illic præcipua membra sua in unum convenisse. Sed non defuit illi ratio quamprimum numeri hujus imminuendi. Oriens, ac Occidens eidem obsequentes certatim illi suffragatores præbuerunt. Quis non credidit tunc vicissim errorem de veritate triumphaturum? Et sane quodnam pondus habitura non erat tot Episcoporum in hinc infelicem sectam coeuntium auctoritas? Qua luce oculos perstringere non debebant tot collecta luminaria, in id conspirantia, ut novam hanc hæresim tuerentur? Et quam vim habitura non erat tot eruditissimorum virorum doctrina, ab ore quorum populi legem Domini erant percepturi? Osius, magnus ille Osius, ille Synodorum Pater, quo nomine S. Athanasius illum vocat, Patronus ille veritatis, qui toties celebratus fuerat propter triumphos de hæresibus relatos, vir ille, qui habebatur ab Ecclesia tanquam firmissimum ejus præsidium, cecidit tamen, & lapsus est. Lapsus hujus quodnam ex vobis elicere judicium debet de aliis? Tot inter lapsus, qui labefactarunt domum Domini ab ipsis Sanctuarii fundamentis, qui ovea ab ovili abilerruerunt, qui eæum non minimam partem abalienarunt: Sanctus noster Antistes similis arci super rupem positæ, similis ferreæ columnæ, & muro aheneo, illam fere solus sustinet cum magno Athanasio, permittente

tente Deo, ut hujus victoriæ gloria communis esset Orienti atque Occidenti per duos hosce fortissimos viros. Undenam vero Sanctus Episcopus Hilarius necessaria hausit subsidia tempore adeo caliginoso, & in adeo molesta occasione? Næ ille hæc hausit ex admirabili scientia, & profunda humilitate, quam Deus illi contulerat. *P. Martineau.*

Oppugnat Arianos armis iisdem quibus illi contra Orthodoxos utebantur.

Hæretici Scripturis inhærentes, Scripturis se se tuentur; confungiendum est ad Traditionem Ecclesiæ, quæ de manu veluti in manum traditum de sæculo in sæculum traducit pretiosum veræ doctrinæ depositum, quod in Bibliis continetur: *Memento nominum Hæreticorum esse, qui se nunc non secundum Scripturas prædicare ea, quibus blasphemare non mentiuntur. Ego, quod accepi, teneo.* His armis lucis, ut Apostoli verbis utar, quoties magnus Hilarius triumphum egit de hac Arianorum Episcoporum caterva intumescentium ob triumphos, quos toties de aliis pluribus retulerant? Modo illa ostendebat, eos secedentes a fenitis quas ipse legebat, Deo attribuisse inania libidinum suarum phantasmata, eique denegasse, quod re ipsa ad eum pertinebat: *Vestra scribitis, & non quæ Dei sunt prædicatis.* Modo illis objiciebat ridiculam eorum *in fide* inconstantiam, ostendens fidem semper eandem esse, & eos non posse producere tot illas fidei formulas, quarum aliæ aliis pugnabant, quin apertissimum proferrent testimonium suæ infidelitatis, & quin omnibus hominibus malam fidem suam persuaderent: *Unam fidem prædicat Apostolus: quidquid igitur apud vos præter unam fidem est, non fides, sed perfidia est.* Alibi illis ostendit, ipsos injuria consubstantialitatis nomen rejicere, prætexentes causam, quod Sacra Scriptura hoc vocabulo ulla non fuerit; illia perspicue probans, & efficiens, ut digito quodammodo rangat, si novitates evitandæ sunt, has non in verbis, sed in dogmatibus esse evitandas; ipsos quoque Patrem æternum *immutabilem* appellare, quod nullibi in sacris codicibus inveniatur: ac tandem criminosius non esse contra novas hæreses, novas loquendi rationes invehere, quam contra recentia mala, recentia excogitare remedia: *Die prius si recte dici putas, nobis adversum nova venena, novas medicamentorum compara-tiones.* Alibi eos confundit, primos illorum errores aperiens, quos celare conabantur affectato integumento nescio quarum locutionum, quæ obscuræ æque ac captiosæ erant ad vulgus fallendum, & quæ tantum aberant, ut finem imponerent litibus, quas adversus Orthodoxos serebant, quod immo illas perennabant: *Orbem æterni gyrovit, & redeuntis in se certaminis, circumeuliftis.* *Sermo MS.*

Lib. 3. ad. vers. Con stant.

Lib. eod.

In exilio confundit defectum Arianorum prædicta eruditione.

Lege opus admirabile, quod S. Hilarius edidit adversus Auxentium Mediolanensem Episcopum magnum Arianismi Parronum, ibique deprehendes inea hujusce scientiæ fontem, & omnem Scholæ subtilitatem. Magnum præjudicium adversus eos, qui illam hodierna die reprehendunt, vel credunt Ecclesiam inde infirma dumtaxat percipere posse adjumenta. Cogendus est Hilarius ut Episcopali sede, quam tenebat, relicta exul in Phrygiam secedat. Hilarius in ipso etiam exilio æque, ac ante terribilis est: opus est ergo ut mutata sententia illius in Galliam reditum procurent. Divinam hoc in loco Providentiam admiremus, quæ humana utitur nequitia ad bonitatis suæ consilia adimplenda! Contendebant Ariani Orthodoxorum causam eo privare subsidio, quod locupletissimum in Hilarii scientia nanciscebantur, & Sanctus hic Episcopus nusquam magis quam tunc illis opitulatus est. Vix in Orientem pervenit, quo jussus fuerat iter tendere, cum Catholicas partes Arianorum viribus profligatas resciuit, terroremque hæresi incussit doctrina sua ipso etiam solio, ad quod Constantius Imperator illam evexerat. Nam quid ille non dixit Principi huic ab Arianis Episcopis obsesso? Si quis unquam illum removere potuisset de mente, profecto Sanctus Doctor noster id obtinuisset in eo colloquio, quod illi detrectare non potuit, & in quo adversarios ipsos ad disputandum provocans illos loco cedere coegit, quod fuit simul authenticum inscitiæ eorum testimonium, & infirmitatis ipsorum confessio. *Sermo MS.*

Mittitur in exilium ubi non minus servit Ecclesiæ, quæ si in Episcopali sede fuisset.

Imperium, quo Sanctus Præsul a Cæsare jussus fuit Galliam deserere, & se se in Phrygiam conferre, quin illum perculserit, tanta cum lætitia ab illo acceptum fuit, quanta Martyres, & Apostoli exultare consuevant, cum aliquid pro divino Magistro suo illis erat perferendum; & alacriter adiit exilii sui locum, ubi Providentia recentes illi triumphos præparabat. Nam tunc palam factum est, Deum usum fuisse mala voluntate inimicorum suorum, ut veritas de mendacio triumpharet, ut totum Orientem illustraret luce doctrinæ illius, & ut ille robore, ac vi eloquentiæ suæ plures confirmaret Episcopos, qui jamjam labefactati videbantur. Neque putetis illum cum adeo procul abesset, otiatum fuisse. Semper utiliter æque ac in Gallia profuit Ecclesiæ. Scripsit ad Cæsarem, ut se purgaret ab inimicorum calumniis, quamvis Principis animum jam occuparum se immuturum esse minime speraret. Scripsit ad Episcopos Galliæ, arctamque semper cum illis necessitudinem servavit. Oves etiam suas confirmavit nec minus quam si præsens esset roborav it. *Auctor Recens.*

S. Hilarius in exilio æque utiliter, ac si in Episcopa-

tu suo sederet Ecclesiæ ferens opem, visus est Arianis ideo in exilium missus fuisse, ut illos majori afficeret detrimento; & profecto plorea confirmavit Orientales, quibus hærebat aqua, qui non poterant ultra Arianorum impotentiæ insidiasque resistere. Tunc duo habita fuere Concilia, alterum Arimini in Italia, quo Occidentis Episcopi convenire jussi fuerant, alterum Seleuciæ in Oriente. S. Hilarius licet exul cum edicto ad omnes Episcopos lato jussus fuisset huic interesse, interfuit, atque tanta vi invectus est contra impietatea quas hostea divinitatis Jesu Christi evomebant, ut Ariani Orthodoxis præreperi utilitatem, quam recipiebant ex scientia, atque constantia tanti viri, qui toties a Cæsare petierat publicam concertationem adversus illos, statuerunt a Principe obtinendam illi esse facultatem in Galliam redeundi, rati illum partibus suis minus metuendum fore; qua in re sua illos opinio fefellit. Hilarius enim in Gallias redux transit per Italiam, ubi videns per fraudes Ussacti, atque Valentia, qui tunc Arianorum duces erant, & amici Cæsaris, Episcopos fere omnes subscripsisse formulæ fidei ab Hæreticis oblatæ, in qua vox *ὁμοιος*, qua Nicæna Synodus usa fuerat ad significandum Dei Filium ejusdem esse substantiæ, ac Patrem, maligne fuerat prætermissa: Sanctus noster omnibus Episcopis ostendit, illis sueum factum fuisse, & insignem aperuit illis calliditatem, qua usi fuerant Ariani, ut eos in sensum suum pertraherent. De hoc ipso tempore incomparabilia Doctor S. Hieronymus ait, tunc universum terrarum orbem obstupisse videntem se repente factum Arianum. Hilarius autem in Ecclesiam suam revertens murum! in minere ipso quamplurimum profuit. Hic enim nutanti Episcopo ostendit, illum remere de sententia decessisse; ibi alium redarguit, qui deceptus in Arii partes concesserat; hoc in loco fidem trepidantem populorum ad lapsum Episcoporum suorum corroborat; in illo fareit concordiam & pacem inter Episcopos, eorumque greges, in quibus recentes Sectani superseminaverant zizania. Tandem in Diœcesim suam reversus, vix diei potest quanta lætitia fuerit exceptus; non solum grex illius, sed regnum universum exultavit. Ibi brevi omnia restituit; effecit, ut qui Ariminensis Concilii formulæ subscripserant, palinodiam canerent. Ad hanc rem plura haberi volunt concilia. De gradu jussit deturbari Saturninum unum ex Arianismi primipilum & Paternum Petrocorien sem, & xelus suus ita illum inflammavit, ut ad Collegas Episcopos scribens per apostrophem acriter adeo in Cæsarem invectus sit, ut timendum fuisset Antistitis nostri incolumitati, si Princeps hic citato agmine contra Julianum proficiscens non abisset ad plures antequam hæc scripta videret. *P. Daneau.*

Incomparabilis zelus Hilarii in Gallias revertentis.

Redit in Occidentem Hilarius? Quocunque transit, reparat injuriam, quam illo absente Religioni error intulerat. Relevat lapsos, confirmat nutantes, excitat eos, qui per metum silebant, & intra necessitudo eum S. Martino fuit unus ex præclarissimis fructibus laborum ipsius, quoniam hic unus fuit ex fidelissimis Discipulis ejus. Hunc secum abduxit in Galliam; effecit, ut ille Ecclesiasticum statum amplecteretur: labores proculdubio quorum satis amplum mercedem obtinuit, eo quod Ecclesiæ peperit virum, qui illius lumen fuit per sanctitatem, ornamentum per miracula, & columen per nominis celebritatem, quæ illi apud Cæsares etiam licet supersbos ac truces auctoritatem conciliavit. *P. Martineau.*

Magnum Ecclesiæ detrimentum, cum Principes doctrinæ illius adversantur.

Quodnam Ecclesiæ detrimentum, cum Mundi Principes, in quorum fronte insculpsit Deus Augustæ suæ Majestatis lineamenta, fidei adversantur, cujus secundum Providentiæ ordinem esse deberent Patroni! Opus est, ut Altarium miruftri revereantur potestatem, quam illis contulit Deus; verumtamen se se objiciunt consiliis, quæ vel sua, vel aulicorum suorum illis inspirat injustitia; sed quam arduum est hanc servare mediocritatem; Imperatoris characterem reveren, quin officias characteri Sacerdotis, quin officias obsequio, quod Cæsari debetur per insanam constantiam. S. Hilarius in hujusmodi occasionibus invenitur. Constantius Imperator, minus forcasse motu suo, quam eorum, quos sua dignabatur familiaritate (hoc enim Principum fatum est, qui cum omnia per se conspicere minime valeant, plurima teneatur alia committere, cum periculo probandi eorum cupiditates, quæ sub specie justitiæ, vel utilitatis publicæ diffimulantur) Constantius inquam hanc sibi provinciam vindicat efficiendi, ut Arianorum impietas a Catholicis Episcopis approbetur; & quemadmodum non latet illum Hilarium inter illos non extremum obtinese locum, multo magis propter præclara ejus merita, quam propter Sedis suæ dignitatem, hunc unum esse vult ex primis subscriptoribus. Quot lacrymas effudit S. Antistes, ut Deum impelleret, ut æquiorem illi sensum immitteret, qui imperiali præditus erat potestate? Primum quidem facis esse arbitratus est ad Aræ pedes suas exponere querimonias. Fruftra minæ illi intentantur; fruftra minas excipit, exilium injustum: tranquillus inter ingruentes procellas stet, & satis esset ratus, non cedere malis, quibus expulabat, nihil illi, quem illorum auctorem esse noverat, exprobravit. *Idem.*

Verum est Scriptores nonnullos tentatos fuisse S. Præsulem nostrum nimio zelo correptum modestiæ fines prætergres-

tergreſſum fuiſſe eo in negotio, quod illi tranſigendum fuit cum Cæſare circa fidem Orthodoxam: ſed & quis inſimulare poteſt ſanctam, qua uſus eſt libertatem, quin ſimul improbet tot Sanctos Martyres, quorum Hiſtoria ſancta ſedulo collegit verba probris referta, quæ ingerebant in Principes Chriſtianæ nominis inimicos; quin redarguat Fideles omnes, qui deinceps verba illa admirati ſunt, tanquam fortitudinis, & conſtantiæ illorum monumenta? Hilarius vicit Imperatorem firmitate ſua; ſed heu quot lacrymis, & ejulatibus fletit illi hæc victoria, ubi recogitabat hanc ſibi præripuiſſe occaſionem pro Filii Dei gloria obeundi! Domine, inquiebat ille fluentibus lacrymis, cur ſanguinis mei effuſione non ſignavi confeſſionem meam tuæ Divinitatis? illos terque, quaterque beatos, quibus id contigit ſub primis Sanctiſſimi nominis tui perſecutoribus! Heu, quam illis invideo: *Utinam hæc Confeſſionis meæ in te, atque Unigenitum tuum, miniſterium Neronianis, Deciani[que] temporibus expleſſem?* Verum o magne Præſul conſolare. Si Providentia tibi abnuit voluptatem pro Jeſu Chriſto moriendi, tua tamen conſtantia tibi martyrii meritum eſt adepta. *Inter procelles perſecutionum ita immobilis perſtitiſti*, ut per invictæ fidei fortitudinem, etiam Confeſſoris ceperit dignitatem. Ita de Hilario Caſſianus. *Sermo MS.*

Jovin. l.

Obitus S. Hilarii, ejus miracula, & honores, quibus poſt deceſſum ab univerſa orbe Chriſtiano cumulatur.

Poſt mortem adhuc de hæreticis Eccleſiæ triumphat.

F. Hilarius perfecte evitat lectoris opiniones ab illicitis ſecernere.

Doctor vere Orthodoxus tenetur ſecernere opiniones, quas in Eccleſia Catholica teneri fas eſt ab illis, quibus nigrum thita ſuffixum eſt. Has S. Hilarius tanquam ſciſſimus Doctor novit diſtinguere; & in diſputationibus, quas cum Arianis habuit, piratus ad meundam cum illis concordiam, noluit aures præbere loquentibus pacem, niſi prius ſine fictione, ſine ambage, ſine interpretatione dogmati ab Eccleſia conſtituto ſubſcripſiſſent. Illos ſemper huc redigebat, noverat enim, quod poſtmodum a S. Hieronymo dictum eſt, Catholicam veritatem minus pati cum bellum palam init adverſus Hæreticos, quam cum fallacem cum illis pacem componit; Et quantumvis ſuave, ac prenoſum videretur illi nomen unitatis in Eccleſia, noverat nullam eſſe poſſe pacem veram, ut ille ipſe inquit, ſine ſubmiſſione perfecta. Hoc fuit in cauſa, propter quam repulit omnes reiterandæ conjunctionis propoſitiones, quas illi obtulerunt Ariani. Fruſtra huic negotio ſe ſe inſeruerunt Imperatores, quorum conatus profuerunt, ut magis eluceſceret conſtantia, quam ad eos ſuperandos illi conceſſerat Deus: *Et bellabunt principes adverſum te, & non prævalebunt. P. Martineau.*

Sanctus noſter Antiſtes in Eccleſia ſua poſtliminio reverſus in pace præfuit gregi ſuo reliquis diebus ſuis, qui biennium minime exceſſerunt. Voti reus a Deo factus occubuit; illum quidem obtellatum furunt, ut ſibi liceret præmorientes videre, conjugem, & filiam ſuam; & ubi votorum ſummam conſecutus eſt videns utramque præire ſibi in vias ſalutis ea, qua debebant Deo ſuo fidelitate; non multo poſt ſubſecutus eſt haſce optatiſſimas animas, quæ totam ipſius familiam conſtituebant; poſt abſolutum in Eccleſia Dei ſtadium moleſtius, quam diuturnius, glorioſa morte deceſſit. Hoc in loco non referam multitudinem miraculorum, quæ Deo placuit operari per merita ſervi ſui Hilarii, ſed tacitus præterire non poſſum victoriam quam Clodoveus retulit de Alarico Gothorum Rege Ariano per merita Sancti Præſulis noſtri. Rex ille Chriſtianus, totuſque ejus exercitus victoriam hanc acceptam retulerunt Hilario, cum ſuper Eccleſiam, ubi corpus ejus quieſcebat, vidiſſent igneum globum; perinde ac Sanctus poſt obitum etiam decertare voluiſſet adverſus Arianos, contra quos vivens pugnaverat. Semper recordabitur Gallia, quid debeat huic Magno Præſuli, qui adeo ſtrenue Orthodoxas veritates ſuſtinuit, & qui illam ſartam tectam ſervavit inter multas Hæreſes, quæ in magnum hoc regnum obrepere ſtudebant, niſi magnus hic vir zelo ardenti, ac ſublimi doctrina ſe ſe objeciſſet huic torrenti, qui dimidium fere orbis Chriſtiani late fuerat depopulatus. Neque Gallia ſolum teſtis extitit virtutum, ac meritorum magni hujus Antiſtitis, cujus memoriam ſervavit pluribus Templis in illius honorem extructis; ſed externæ quoque regiones crediderunt alia complura illi eſſe extruenda ut gratum illi teſtarentur animum propter plurima, quæ per ipſum conſecutæ ſunt beneficia; quod ſane teſtantur ingens populorum ad ejus tumulum confluentium numerus ex variis Regnis, plurimorum annorum decurſu. Quod palam oſtendit magnum hujus Præſulis apud Deum poteſtatem, cujus memoriam nulla unquam temporum vetuſtas delebit.

PRO SANCTI MAURI DISCIPULI SANCTI BENEDICTI PANEGYRICO.

MONITUM.

Licet in S. Mauri laudem nihil diceremus, præterquam illum dignum extitiſſe Magni S. Benedicti diſcipulum, imaginem viventem virtutum ejus, Spiritus ejuſdem hæredem, Inſtitutorem Sanctæ Congregationis, quæ celeberrimum nomen ſibi comparavit, & imitata eſt exemplum illuſtris hujus Patriarchæ; licet, inquam, nil præterea proferremus in honorem tanti hujus magiſtri in ſcientia ſanctorum, nonne hoc eſſet ſatis amplum illius elogium exornare dicendo, Maurum ex S. Benedicti ſchola egreſſum fuiſſe, manu ejus formatum, ejuſque perfectiſſimum fuiſſe imitatorem?

Ut autem illius charakterem inveniamus, & ſeorſim illius texamus elogium, non ita ferendum eſt de meritis filii ex meritis Patris judicium, ut non intueamur filii merita, virtuteſque quibus in Ordine ſuo, & in Eccleſia univerſa reſulſit; Religioſas dico virtutes, per eas quippe factum eſt exemplar ætatis, vita, cui propoſitum eſt ad ſublimiorem virtutis apicem contendere. Ita ut ſi Religioſi omnes per hoc ſupra Chriſtianorum vulgus ſe debent extolli, proprius Sancti Mauri charakter eſt, ipſum emituiſſe inter Religioſos Ordinis adeo Sancti, qualem ipſe inſtituit, & qui de nomine illius S. Mauri Congregatio appellatur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti Syſtemata.

Nam & ego filius fui Patris mei. Prov. 4.

1.

Ta loquitur hominum ſapientiſſimus ut nobis innuat, relationem, quam præclaræ animi ſui dotes inter ſe, & patrem ſuum conſtituerant, peculiare ſibi jus contuliſſe gloriandi, & quod Regis omnibus numeris abſolutiſſimi filius exiſteret. Sed mihi videor ex æquo inducere poſſe dicentem Sanctum Virum, cujus hodierna die feſtum recolit Eccleſia, eadem verba erga incomparabilem Sanctum Benedictum, cui ſpiritualem debet nativitatem, & qui adeo feliciter eum genuit Jeſu Chriſto, & abſtulit mundo: *Nam & ego filius fui patris mei.* Etenim ex tanto filiorum numero, quos Sanctus hic Patriarcha peperit Cælo, ullus ne fuit, in quo gratia tantam cum illo ſimilitudinem inſeruerit, quantam in eo, cujus elogium exornandum aggredior? Magnus gloriæ fons Sancto Mauro! Si ſatis felix eſſem, ut hunc vobis aperire poſſem, credo me ſatis veſtræ pietati ſatisfacturum. Ut autem id conſequar, incipiamus æquam nobis fingere imaginem eorum, quæ Sancto Benedicto contulit Deus, ut intelligatis hunc eſſe veluti canonem, per quem judicium ferre valeamus de glorioſis relationibus, quas eum illo Maurus adeptus eſt. Deus Benedictum conſtituit ſcitum Magiſtrum ad erudiendos eos, quos ejus Providentia deducebat in Sancti hujus ſolitudinem. Deus fecit illum Patriarcham eximium, ut inſtitueret celeberrimum Ordinem, qui in Occidente floruerit. Deus poſuit illum abſolutiſſimum eremiticæ vitæ prototypum ut univerſam ædificaret Eccleſiam: Quam autem Maurus geſſit cum triplici hac Patris ſui laude ſimilitudinem?

1. Eximius fuit doctiſſimi hujus Magiſtri diſcipulus: Hoc primum erit punctum ſermonis mei.

2. Fuit dignus præſtantiſſimi hujus Patriarchæ cooperator. Hoc alterum,

3. Fuit denique perfectiſſimum abſolutiſſimi hujus prototypi exemplum. Hoc tertium.

Primum vos docebit, animæ Religioſæ, ad quas mihi ſermo,

sermo, proficere ex Sancti vestri lectionibus. Alterum, consiliis ejus velificari. Tertium illius exempla affectari; & ex his omnibus intelligetis, hunc vere fuisse filium ejus, qui ipsum peperit gratiæ. *Sermo MS. Parisiensis Martinensis.*

II. *Mortuus est pater, & quasi non mortuus; similem enim reliquit sibi post se.* Eccli. 30.

En aliud systema a priori non admodum abhorme.

Non deesse in natura quamdam similitudinem parentes inter & filios, satis perspicua veritas est, neque rationibus probanda. Scire satis est a Philosophis unum alterius imaginem appellari. *Processio viventis a vivente in similitudinem naturæ*; & ipsa probari experientia similitudinem hanc sæpius ad ipsa etiam faciei lineamenta, & temperamenti, studiorum, atque votorum conformitatem se extendere. Illud autem hodierna die vobis ostendere fert animus, hoc ipsum in virtute, & sanctitate accidere vobis in medium afferens S. Benedicti filium, prorsus Sancto illi similem, animo, corpore, studiis: quandoquidem eosdem habuit sensus interiores, eandem exteriorem vitæ actionem, eundem in operibus, consiliisque suis exitum. Utque vobis magis perspicue mentem meam aperiam, non est instituti mei vobis utrumque ob oculos statuere; eosque diligenti collatione componere, ut omnia deprehendatis similitudinis hujus lineamenta in rebus singulis; ad id enim utrumque elogium texendum effect; sed tantum vobis ostendere, virtutes, quæ præcipue in Sancto Benedicto enituerunt, in Mauro ejus discipulo refloruisse, eumque effecerint, ut hic illius legetet vestigia, hunc ad similem sanctitatem elevasse.

Prima humilitas est, in qua similes extiterunt per eosdem animi sensus, per vitæ latentis amorem, per ipsam annihilationem: Deo uni cogniti esse cupientes.

Altera mortificatio est & amor Crucis, qui perfectam corporum similitudinem in illis constituit per summam austeritatem, & admirabilem pœnitentiæ rigorem.

Tertia denique est zelus, & fervor, qui eadem protulit effecta in eorum operibus, & consiliis; quandoquidem S. Maurus effecit, ut in Gallia floreret eadem regula, eademque vitæ forma, quam in Italia S. Benedictus instituerat.

III. Considerari potest S. Maurus tanquam in triplici, diversoque statu.

1. Tanquam Cœnobita Divino cultui dicatus.

2. Tanquam magni Benedicti discipulus, per Monastica vota illius regulæ subjectus.

3. Tanquam novæ Congregationis Institutor, missus in Galliam ad hunc effectum a Patre suo S. Benedicto.

Sanctus Maurus tanquam Cœnobita Deo sacer & 1. Exemplar est omnibus nobilibus adolescentibus Romæ, quod illos invitat ad mundi fugam, tanquam a loco periculi, alioque plenissimo lubrica præsertim in ætate, quæ cum divitiis affluat, plerumque trahitur ad obsequendum omnibus cupiditatibus, quæ sunt perniciosæ. 2. Hæc mundi fuga exemplar est parentibus, qui diluculo offerre debent Deo filios suos, sive alicui insignis pietatis viro eos commendantes, qui tradere valeat ipsis viam perfectionis, sive illos per se instituentes seorsim a mundi consuetudine, quæ ut plurimum est centrum corruptionis.

S. Maurus tanquam Patriarchæ S. Benedicti discipulus omnibus Regularibus exemplar est. 1. Virtutis Obedientiæ, quam accuratissime exercuit, ita ut hæc ipsa virtus adeo insignem illum effecerit. 2. Humilitatis, & amoris Religiosæ paupertatis. 3. Austeritatis Regulæ, a qua nunquam petiit dispensari.

S. Maurus tanquam Institutor Congregationis in Gallia 1. Pater est, qui novos parit filios Religioni, & Ecclesiæ, illos odore virtutum suarum alliciens. 2. Pastor est, qui illos divini verbi pabulo pascit, pœcibus, & exemplis. *Sermo Manuscriptus.*

IV. *Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.* Psal. 138. Tenebræ illius æque admirabiles sunt, ac fulgidum ejusdem lumen.

Sanctos viros melius celebrare nequeo, quam secundum hujus Prophetæ conceptum, illorum tenebras simul cum eorum lumine conjungens, & ostendens, prout illi propter Deum latentem, abscondita mque vitam duxerunt, ita Deum virtutes eorum insigniores, eorumque facta celebriora reddidisse. Quemadmodum Pictor ad tibulam effingendam coloribus umbras admiscet; ita S. Mauri haberurus elogium in sermone meo conciliare volo sanctitatem solitariam, & latentem cum nitenti atque gloriosa sanctitate; & ex mixtione hac luminum, & tenebrarum in Sancti hujus honorem texere Panegyricum. Dei unius potentiæ est contraria simul conjungere, sed interest quoque Sapientiæ Dei ex hac contrarietate gloriam suam educere, & efficere ut æque profint silentium, & vox, mors, & vita, tenebræ, & lumen. Sed quod passim facit Deus in natura, id longe præstantius facit in gratia, & sanctitate, quæ novus quidam mundus est, & secundum S. Pauli mentem *nova creatura*. Quanquam Sanctitas ubique sit eadem; varios tamen habet status & aspectus pro varietate subjectorum, in quibus invenitur, & objectorum, quæ sibi proponit: Alia Sanctitas nitens est, quæ sese non sine pompa profert; & quæ sæpe in eo sita est, ut in hominum oculis fulgeat. Est etiam sanctitas

Ad Cor. 15.

tenebrarum, atque caliginis, quæ in eo posita est, ut lateat. Sunt virtutes nitentes, quæ bene imperando exercentur; sunt etiam virtutes subditæ, & humiles, quæ in imperatis rite capessendis consistunt. Deus non glorificatur solum Regum sanctitate, verum etiam in honorem suum vertit solitudinem, ac silentium Solitariorum, & Religiosorum obedientiam.

Ex duplici hoc Sanctitatis genere extruemus S. Mauro trophæum, ostendendo.

1. Non defuisse illi occultam, submissam, & obedientem sanctitatem, si tanquam simplex Cœnobita consideretur.

2. Non defuisse illi insignem, celebremque sanctitatem, si tanquam novæ Congregationis Institutor habeatur; eum in hoc statu non solum in Religiosos suos, verum etiam, ut videtur, in naturam universam potestatem obtinuerit. *Bivar.*

Sancti Mauri character est obedientia. Hujus elogium exornari non potest, quin fiat virtutis hujus Panegyricus, & videtur de illo dicendum, quod de Jesu Christo dixit S. Paulus; Factum fuisse obedientem usque ad mortem. Jesus Christus vitam incepit suam, eique finem imposuit per obedientiæ virtutem. Similiter ostendi potest. V. *Ad Phil. 2.*

1. Sanctum Maurum nihil nisi per obedientiam fecisse.

2. Non præcepisse quidquam, nisi ipse etiam obediret.

3. In obedientiæ praxi obisse.

Punctum primum amplificari potest partiendo magni hujus Sancti viri facta in classes tres, ac ostendere eum non aliud exstitisse principium, nisi obedientiam. Sive enim 1. spectetur prima ejusdem consecratio Deo in Religione sub Sancti Benedicti disciplina; sive 2. animus advertatur ad insignia miracula, quæ operatus est; sive 3. fiat enumeratio actionum vitæ communis ejusdem, liquebit omnia præcepta fuisse per obedientiæ virtutem, atque ita ipsum, non secus ac tanquam Dei Filium in vita, & in morte fuisse obedientem. *Factus est obediens usque ad mortem.*

Punctum alterum sepleri potest duas res ostendendo; alteram quidem Sanctum Maurum licet ad Institutoris, & Abbatis dignitatem sublatum, qua ipsi imperandi jus deserebatur, tamen intrinsecus semet abjecisse sub pedibus omnium Religiosorum suorum, atque bona illis præstantem officia, ad facere consuevisse, quasi iisdem obediret. Alterum vero, antequam quidquam præciperet, solitum fuisse consulere & Regulam, cui ille prior obtemperabat, & captum singulorum, quibus erat imperaturus.

In tertia parte ostendi potest S. Maurum ad obitum usque exercuisse obedientiam, duplici pacto. 1. Nunquam secum dispensando omnibus in circumstantiis, in quibus vulgo quilibet se dispensatum arbitratur; puta in infirmitatibus, in itineribus &c. in quibus vulgo omnes Immunes sunt. Sese demittendo abdicatione voluntaria a Superioris gradu, ut ad mortem usque obediat instar simplicis Cœnobitæ. Dispensationes in casu hoc necessitatis videntur, & prudentissime instituit. Sanctus noster, ut his utatur, suadetur; dicitur illi, valetudinem suam ipsum Ordini, ac Religiosis ejus debere, sed rationibus quibuscunque præfert obedientiæ virtutem, & mori statuit obediendo. *Sermo Manuscriptus.*

Vir obedies loquetur victorias. Prov. 21. Considerari potest, cum Sanctus Maurus a teneris usque unguiculis sese devovisset virtuti obedientiæ tamquam illi dilectissimæ, hanc extitisse causam felicitatis ejus, & apicem gloriæ ipsius; quoniam per hanc virtutem adeptus est tria inæstimabilia bonorum genera. Primum hac arte cæteras virtutes lucratus est. Deincepa sibi omnium corda conciliavit. Tertio denique Cælum ipsum obtinuit. VI.

Primum per obedientiam omnes virtutes adeptus est; cum enim parentes ejus illum duodennem subjecissent institutioni Sancti Benedicti, hic tanto fervore, & cura in Regulari professione profecit, ut S. Benedictus illum discipulis suis proponeret tanquam absolutissimum virtutum omnium exemplum; & ipsi discipuli, qui deinceps illi pauerunt, eum respicerent tanquam viventem Patriarchæ Sancti Benedicti imaginem: adeo prope ad illum admirabilem prototypum accedebat.

Secundo per hanc eamdem virtutem omnia sibi omnium corda conciliavit; cum enim S. Benedictus illum misisset in Galliam cum regula manu ejusdem descripta, sub auspiciis ejus adeo feliciter operam navavit conversionibus animarum, & proximorum saluti, ut Deo pepererit non solum maximam populi frequentiam, sed etiam Principes ipsos, & Aulicos, qui ad illius cœnobium se se conferebant, ut se ad pedes ejus prosternerent, ab eoque peterent benedictionem, ex quibus nonnulli etiam sacrum Religioni instituti indumentum de manu illius acceperunt.

Tertius obedientiæ fructus e Mauro per hanc virtutem perceptus, fuit cælum, cujus viam illi ostendere dignatus est Deus. Cum enim Sanctus iste vir obedientiæ causa in Galliam proficisceretur, feria sexta majoris hebdomadæ (qua die Salvator factus fuerat obediens usque ad mortem) per revelationem intellexit Sanctum Benedictum morti esse proximum, & die crastina extasi raptus vidit ingentem lucem de terra assurgentem

in Cælum, quæ magni illius Patriarchæ via erat, ut Sanctus noster intelligeret eandem esse viam, quam ipsum sequi oportebat. *Ex Meditationibus Patris Novet.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes, ex quibus hauriri copia, potest ad propositas Sermonum Synopses exornandas, & Auctores qui hoc præstitisse argumentum.

Scriptores vitæ Sancti Mauri.

QUi primus Sancti Mauri vitam edidit, & fusiori stylo virtutes ejus, facta, miracula, missionem in Galliam, & quidquid spectat ad institutionem Cœnobii in territorio Andegavensi, & castro quod *Glanafeu* nuncupatur, ubi posuit primordia Congregationis ex Sancti nomine nuncupatæ; Primus inquam qui diligenti cura hæc scripsit, est S. Faustus, non solum S. Mauro æqualis, verum etiam condiscipulus S. Benedicti, & qui illum subsecutus erat in Galliam, ideoque testis fuit oculatis omnium actionum Sancti, cujus res gestas describit. Vita hæc exhibita fuit Bonifacio Pontifici, a quo probata fuit; & eruditi complures Auctores confessi sunt illam a S. Fausto fuisse compositam; non autem suppositiam, qualem recentes quidam Critici traducere voluerunt, ut sibi locus fieret in dubium revocandi missionem S. Mauri in Galliam, contra auctoritatem Traditionis, ac testimonium complurium eruditorum scriptorum, fide dignissimorum, Baronii, Lypomani, Surii, Bolandi, aliorumque plurimorum.

Non pauci præterea præstantes viri eandem Sancti Mauri vitam scripserunt, eumque laudibus summis ornaverunt. Præcipui, ac notiores sunt,

Petrus de Natalibus l. 2. cap. 79.

Vincentius Bellovacensis l. 2. cap. 67. 71. 72.

S. Antonius Part. 2. tit. 15.

Lipsius, Henzius, Dourletus, Trithemius, Ribadeneira, & alii plures.

Omnia Martyrologia Sancti hujus meminerunt.

Ado, Bellinus, Canisius, Felicius, alique.

Baillet Gallice vitam ejus scripsit, sed unus ex illis est, qui in dubium revocant Sancti hujus missionem in Gallium a S. Benedicto receptam.

Hermant, qui historiam conscripsit Institutionis Ordinum Regularium, verba facit de Institutione Congregationis S. Mauri, capite vidalicet 77.

Nuperi concionatores.

P. Senault ex Oratorio tomo primo Orationum Panegyricarum Sermonem habet hujus argumenti, ubi omnem Sancti vitam ad Obedientiam transfert.

Biroat tomo 1. Panegyricorum unum quoque habet de Sancto eodem.

P. Novet in vita Jesu Christi in Sanctis suis, meditationem habet de S. Mauro, quæ fieri potest Sermonis hujus argumentum.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, applicationes Scripturarum huic Argumento.

Loci, qui convenire possunt virtutibus, & actionibus Sancti hujus.

FAciet quodcunque dixerint, qui præsunt loco quem elegerit, & docuerint te, juxta legem ejus sequeris sententiam eorum. Deut. 3.

Numquid unis Deus holocausta, & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? 1. Reg. 15.

Melior est obedientia, quam victimæ; & auscultare magis, quam offerre adipem arietum. Ibidem.

Custodi legem meam, atque consilium meum, & eris vivens anima tua. Prov. 3.

Vir obediens loquitur victorias. Prov. 21.

Subjecti estote omni creaturæ propter Deum. 1. Petri 2.

Quodcunque facitis ex animo operamini, sicut Domino non hominibus; scientes quod a Domino accipietis retributionem. Ad Colos. 3.

Obedite præpositis vestris cum timore, & simplicitate cordis vestri, sicut Domino. Ad Ephes. 6.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non enim est potestas nisi a Deo. Ad Rom. 13.

Obedite præpositis vestris, & subjacete eis; ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Ad Hebr. 13.

Humiliavit semetipsum Christus factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Ad Philip. 2.

Ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. Et dico huic, Vade, & vadit, & alii, Veni, & venit, & servo meo, Fac hoc, & facit. Matth. 8.

Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram. Matth. 7.

Domine si tu es, jube me venire ad te super aquas, Matth. 14. 28.

Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ad Colos. 3.

Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. 1. Ad Cor. 9.

Omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit, Matth. 19.

Exempla, & Figuræ Biblicæ.

Oblatio S. Mauri facta Deo comparatur oblationi Samuelis in Templo facta.

QUemadmodum Sancta mulier Anna Samuelis mater nihil melius se facere posse duxit, quam si filium suum Tempio offerret pro Domini cultu: Sancti Mauri Pater cum illum ut hanc lucem eduxisset, iterum abstulit mundo, privans illum, ut ita dicam, bonis omnibus, quibus eum cumulaverat, ut illum Dei cultui adjiceret; qua in re multo magis meritus est Patris nomen, quam cum solum genuerat. Talis occasio fuit. A sæculi commercio S. Benedictus secesserat, ut se totum Deo devoveret in solitudine: sed quamvis omnem adhiberet curam, ut hominum oculos falleret; sanctitatis ejus fama, & miraculorum nitor, quamprimum ad eum plurimos pertraxerunt, qui sollicita acti curiositate videre quærebant Sanctum, in quo, & per quem Deus tot, tantaque miracula operabatur, S. Mauri Pater eo cum filio se contulit non alio consilio, nisi ut per se cognosceret, quod ab aliis de novo hoc Joanne Baptista didicerat (gloriosa quippe similitudo, quæ inter magnum hunc Patriarcham, & incomparabilem Metlix Præcursorem, permittus ut hoc nomine illum appellemus): sed Dei mens erat deducendi Maurum, quin id Pater ne cogitaret quidem, ad scholam doctissimi illius æternarum veritatum Magistri. Et profecto illum melius inspirare non poterat, quam fundendo, ut illum sub regimine collocaret præstantissimi institutoris in scientia Dei, ut inde a teneris unguiculis altissimæ perfectionis addisceret viam; quoniam Sanctus hic puer futurus erat aliquando in scientia eadem doctor præstantissimus, & Religioni parere quamplurimos filios, qui illius futura erant eximia ornamenta. Puer Sancti nostri Pater hac in re longissime abfuit a sæcularium consuetudine, qui nullo habentes in discrimine, utrum filii Sancti fiant, necne, vitam Regularem tanquam meram judicram simulationem putant, unice solliciti ut illos instituant ad honores, & dignitates mundi, ut in familia sua nescio quam umbram perennent, quam honorem vocant, itaque miseri patres non alium referunt fructum ejus sæculi, quo filios suos fortunæ idolo sacrificant, nisi inanem celsitudinem, miseras dignitates, Principum gratiam; quæ omnia pereunt cum ipsis, qui adeo fuere dementes, ut ardenter consectarentur hæc phantasmata; cum e contra Sanctorum, & Servorum Dei memoria maneat in æternum, sicuti liquet ex frequentissima, sanctissimaque familia, quam S. Maurus in Ecclesia reliquit; cujus filii totidem sunt viventes imagines, quæ omnes patris virtutes repræsentant, & sanctæ conversationis ejusdem exempla securi, expectare cum illo possunt memoriam suam apud omnem posteritatem in veneratione futuram.

S. Maurus Filio Dei comparatur in vita abscondita.

Quisnam propius solitariam absconditamque Salvatoris vitam imitatus est, quam Sanctus hic puer? S. Paulus hoc Filii Dei exemplum figuram, vel abscondtum ministerium appellat; quia voluit ducere vitam hanc, tanquam illum annos triginta. Profecto non est admodum difficile imitari Salvatorem in vita nitenti; omnes homines satis proni sunt natura sua ut lucem appetant, atque inter cæteros nitere; nec quispiam cum eo in montem Tabor ascendere detrectaret. Sed quam arduum est abscondtum, ac solitariam illius vitam sequi! Complures libenter saluti totius orbis cooperari gestiunt; sed ei qui ab deserto sequitur Jesum Christum, nullus honor, vel ullius sperandæ victoriæ. Hanc tamen absconditam, atque solitariam vitam amplexus est S. Maurus, & ex imis deserti sui latebris Deus illum vocat tanquam Moysen alterum, illo usurus ad dirigendum in Ecclesia regentem populum sub vexillis S. Benedicti, ex quo aliquando Religio insignes fructus erat percepturæ. Hæc igitur abscondita, & solitaria vita meritus est Sanctus noster audire vocem Dei, a quo vocabatur, eique famulari in sublimioribus Monasticæ vitæ muneribus.

S. Maurus collatus S. Petro super aquas incedenti.

Nemo unus est, qui ignoret, S. Maurum, ut pareret imperio S. Benedicti, & ut S. Placidum, qui jamjam in lacu mergebatur, a periculo liberaret, ambulasse super aquas citra metum, & elementum illud sub illius pedibus evasisse; & dicere possumus, corpus illius tunc in antecessum præditum fuisse gloriosis dotibus, quibus corpora post resurrectionem sunt gaviſura. Miraculum hoc mihi in mentem revocat illud, quod narrat Evangelium; cum S. Petrus obediens verbo Filii Dei se in aquas conjecit iturus ad Magistrum, tutusque super fluctus ambulavit; cum hoc tamen discrimine, quod sicuti obedientia, & Sancti hujus Apostoli fides, illum de mari victorem effecit; ita prope fuit ejusdem incredulitas eidem & gloriam hujus triumphi, & vitam eripuerat; & nisi ille, in cujus verbo confidens super aquas incesserat, manum ei tetendisset, procul dubio perisset. At S. Maurus ab hoc periculo immunis fuit; nam fides illius æque firma fuit & obedientia, ac illic labefactatæ non sunt: totusque in exequendis Patris sui mandatis, cujus vocem Dei ipsius vocem esse illi persuasum fuerat;

fuerat, nequaquam adiit pereundi periculum, fide, quippe sua illum præservavit; vel si periculum vidit, quod vero simile est, sibi persuasit obedientiæ meritum duo miracula operaturum, duplicemque victoriam relaturum; tribuendo & aquis soliditatem, & corpori suo agilitatem.

Applicatio quorumdam locorum Bibliorum hujus argumento.

S. Maurus mortuus mundo semet conferens Deo.

Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ad Col. 3. Ubi hæc nobis objicitur regula, ut cum illa christianorum vitam comparemus, quæ huic oraculo debet esse conformis, nonne exclamare cogimur; ubinam gentium sunt isti veri fideles, si mortui mundo esse debent, ut perfecte hoc nomen adimpleant? Ubi sunt, qui nullis voluptatibus magis afficiuntur, quam mortui? Quos honores, & opes non moveant magis quam mortuos? Qui in mundo haberi velint nulli rei utiles, & apti solum, ut in tumulum efferantur? Hic perfecti Christiani character in S. Mauro invenitur. Deus illum mundi hujus gloriæ rapit, ut illum in secreto vultus sui abscondat, atque ita omnibus, quæ visibilia sunt, mortuum efficiat. Nullus fortasse fuit unquam Nobilis Romanus adolescens, qui in mundum major in luce prodire voluisset. Familiæ suæ magnitudo, ingentia bona, eminens ingenium, omnes naturæ dotes erant veluti tot certissimæ fortunæ ipsius arrhæ. Tamen ornatissimis quibuscunque affinitatibus, spei, quam in terris habere poterat maximam, annos duodecim natus abrenuntiat, & moritur mundo, non quod illius pertæsus fuerit, sed antequam illum cognoscat, neque vult vivere nisi Christo Jesu. In hoc sese abscondit, & in solitudine, æque ac in tumulo se ipsum abdit: *Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Concede, quæso, Domine ut tibi, filioque tuo adhæream ita, ut nequeam ultra separari; & sicuti omnes motus, omnisque vita illius semper gloriam tuam quæsierunt, & ego mundo universo mortuus non alias cogitationes, suspirii vitamque habeam nisi prote, & pro iis omnibus quæ ad gloriam tuam referuntur in illo, & per illum. Doce nos Evangelica morte emori, & nunquam sæculi hujus nugis alluci; eo modo quo sæculi amatores illiciuntur.

S. Maurus præcedit S. Benedictum.

Pro Patribus tuis nati sunt tibi filii. Psal. 44. S. Benedicti solitudo ingenti frequentabatur illorum numero, quos virtus illius ex omnibus terræ partibus excitabat. S. Maurus ex felicium horum athletarum numero fuit, & tantum in virtute profecit, ut S. Benedictus, quem admirabantur omnes, hunc admiraretur, eumque veluti absolutissimum Monasticæ vitæ Exemplum proponeret omnibus, & tanquam filium in Religionis sinu natum, qui aliquando in Institutoris locum erat subiturus: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Jamque tanquam Apostolus videbatur super aquas incedere, licet vix adhuc Religioni imbutus; Jam fratrem suum a morte liberat, & quin hujus prodigii gloriam sibi vertat, non solum honorem omnem refert in Deum tanquam bonorum omnium auctorem; verum etiam profitetur, quidquid egerat acceptum referendum esse illi, qui eum super aquas incedere jusserat. Virtus Sancti hujus majorem habere debebat campum, quam angustos unius cœnobii fines, & prævidebat S. Benedictus futurum, ut Deus Sanctum hunc destinaret in patrem novæ Congregationis. Et profecto vix in Andegavensem agrum perverat, ut domum ædificaverit, quæ plures aliis peperit; ita ut discipulus hic, quem S. Benedictus Religioni pepererat, illum trahens in odorem virtutum suarum, Pater extiterit plurimorum Cœnobitarum, qui ex illius nomine appellati fuerunt: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Bonus odor virtutum nostrarum, non secus ac S. Mauri novos pareret fideles, si vita nostra vitæ illius responderet, si æque alacres essemus ad obedientiam, atque credendum iis, qui præsunt nobis. Doce igitur nos Domine, parere, & credere. Præbe nobis cor docile, quod cum simplicitate, atque alacritate exequatur.

S. Mauri Obedientia fons omnium virtutum ejus.

Factus est obediens usque ad mortem. Ad Philip. 2. His utitur verbis Gentium Apostolus ad texendum Jesu Christi Elogium. Numquid nefas est iisdem uti ad exornandum S. Mauri Panegyricum, qui in omni virtutum genere ideo excelluit, quia eminenter obedientiam possedit? Dei Filius authographus est, Sanctus vero quem hodierna die colimus exemplum est inde expressum. Obedientia proprius extitit character omnium actionum Jesu Christi: hæc eadem virtus in omnibus S. Mauri factis eluxit. Per hanc primum edidit miraculum, Placidum fratrem, qui mergebatur aquis, liberans, & ad S. Benedicti nutum ambulans super aquas. Nonne verum est dicere Jesum Christum per obedientiam suam fuisse exaltatum? Hoc pulam asserit S. Paulus cum ait, cum Dei Filius factus fuerit obediens usque ad mortem Crucis, Deum Patrem exaltavisse illum, & dedisse illi nomen, quod est super omne nomen, sub quo omne genu flectitur Cœlestium, terrestrium, & infernorum. Nonne dicere verum est omnem Sancti Mauri celsitudinem non aliud habuisse principium, quam obedientiam suam? Etenim cur ipse tot in Gallis monasteria constituit? Undenam factus est recentis congregationis Pater? Quomodonam tantam nominis celebritatem adeptus est, ut Reges ad pedes illius sese profiterent, ut tota illorum aula Regum sequantur exempla, & ex his quidam sub Sancti Nostri regula Religionis insigne susceperint? Hujus causam, & originem repetamus. Quia obedit S. Benedicto, qui misit illum in Galliam. Ibi regnavit, & imperavit, quia obedientiam exercuit. Hoc autem fundamentum; totum Sancti hujus meritum evanesceret. Hoc posito fundamento, obedientia est omnium virtutum ejus præsidium, & lapis, qui sustinet hoc spirituale ædificium, quod hodierna die admiramur.

S. Maurus respicit terram tanquam locum exilii sui, & Cœlum tanquam veram patriam.

Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. Genes. 12. Christianus, qui fovet amorem patriæ suæ, mollis est Christianus; qui terram integram respicit tanquam patriam suam, minus infirmus est; sed qui in Jesu Christi schola educatus est, hic terram universam tanquam exilii locum considerat. Primus mollis est, quia suos affectus uni tantum annexit loco; alter strenuus potest appellari, quia amor erga patriam suam infirmus est; sed postremus solus est, qui attigerit perfectionem: Terram enim exilium reputans, Cœlum patriam suam putat. S. Maurus hunc perfectionis gradum fuerat assecutus. Patri soli contemptus efficiebat, ut Galliam, Italiamque nullo haberet in discrimine, & exilium putaret, tanquam terram morientium, ac molestissimam ablegationem. Non secus ac S. Paulus ibi ex necessitate diutaxat manebat, semiebatque sibi perutile futurum, si penitus hoc exilium desereret, ut adhæreret Deo. Si hinc quidem lenibatur dolor per eos progressus, quos in Gallia sua Congregatio obtinebat, & per voluptatem eum suis permanendi; hæc eadem ratio revocans in mentem exlestia gaudia, & Sanctorum societatem, ardentius ad ea immortalia bona anhelabat: Optabatque audire Domini vocem sibi dicentis: *Egredere de terra tua.* Hoc est de corpore tuo, se præparans ad exequendum imperium, ut olim, cum Dei jussu reliquit patriam, & patris sui domum, ut veniret in Galliam.

S. Maurus petit a Deo, ac Salomon.

Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, & discernere inter bonum, & malum. 3. Reg. 3. Ita olim locutus est frequentissimi, & maximi populi Rex, cum adhuc tenella esset ætate, & omni experientia careret. Ita loquitur etiam S. Maurus ad Institutionis munus sublatus, cum ingens illi subesset Regularium numerus regendus, cumque eos sub eadem regula continere deberet. Dominum obtestatus est, ut sibi præberet cor docile instituis Sapientiæ, ut in Gallia per se, eadem regnaret disciplina, quæ in Italia florebat, & ut proficeret ex iis præceptis, quæ hauserit a S. Benedicto; eumque oravit, ut in corde suo insculperet regulam sancti hujus Patriarchæ, ut illam in actionibus suis posset præ se ferre. David inquit, legem Dei librum sibi esse, unde hauriebat politiæ secreta, & cum in pace, cum belli se semper imperasse juxta ea placita, quæ ex Scripturis didicerat: *Consilium meum justificationes tuæ.* Psal. 118. S. Maurus in Cœnobio suo id præstabat quod David in regno suo. Patris sui regulas evolvebat, ut inde præesse disceret: & adjiciens obedientiam auctoritati, semper fuit subditus tunc etiam cum erat Abbas. Dederat illi Deus cor docile, eique persuasum erat optimam rationem, qua ab aliis obedientiam obtineret, eam esse, si in omnibus solertissimus esset. Suoque probaret exemplo regulam observari posse, Cœnobitis sibi subditis docilitatem suaderet per eam, quam a Deo fuerat consecutus: *Dabis servo tuo cor docile.*

S. Mauri sanctitas abscondita fuit in oculis hominum, simulque lucuit.

Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Matth. 5. Quamvis Sanctitas sit eadem semper, cum enim Deum habeat pro principio, nunquam mutatur; videtur tamen diversos habere prospectus pro eorum varietate, in quibus invenitur. Est enim Sanctitas fulgida, quæ magna in luce refulget, magnumque fructum affert, & quæ destinata est, ut ab hominibus videatur; de qua Filius Dei dixit, *luceat lux vestra coram hominibus.* Sed est etiam Sanctitas tenebrarum, & caligines, quæ in eo sita est, ut abscondita in Deo cum Jesu Christo lateamus. Mirum in modum S. Maurus utramque hanc possedit Sanctitatem. Incipiens a vita abscondita fuit una ex victimis, quæ clam Deum colunt, fuit lampas in Dei solius oculis ardens. Voti sui compos, si Deum unum pro mercede nanciscereturr, non alium habere quærebat testem jejuniorum, vigiliarum, & mortificationum suarum. De hoc in hac circumstantia dicere possumus cum S. Paulo: Vita vestra abscondita est in Deo cum Jesu Christo, quia mortui estis in illo. Verumtamen Deus lucernam, quæ sub modio latebat, tempore statuto deducit, & abditam sanctitatem S. Mauri in sanctitatem fulgentem convertit, & profert in medium ut lux illius eluceseat coram hominibus. Collocat illum super Candelabrum, ut eminus videatur, efficitque ut alter veluti Ordinis S. Benedicti Auctor habeatur.

Obedientia est virtus ejus dominans.

S. Maurus, ut olim Jesus Christus, exorsus est sacrificium suum ab obedientia; docet enim Scriptura primam Filii Dei cogitationem fuisse subjectionis, & obedientiæ, & in ipso fuæ Conceptionis articulo, dum Patrem adoraret, professum fuisse, se in mundum venire, ut voluntatibus ejus obsequeretur: *Ecce venio, ut faciam voluntatem tuam.* Hoc animo Religionem ingressus est S. Maurus. Abdicat voluntatem suam, & sese tra-

Hebr. 10.

didit volontati S. Benedicti, ut S. Gregorius inquit: *Se prædiderat voluntati ejus.* S. Benedictus illum jubet bona relinquere, pauperem fieri, vitam traducere in ſolitudine, corpori ſuo bellum inferre. Paret; & quin ad eximen revocet vel æquitatem, vel difficultatem mandatorum, ei ſibi alacritate obeunda eſſe arbitratur. Patri ſuo integrum permittit id cognoſcere, ſibi obedientiæ tantum gloriam reſervat. Tenebat jam id, quod poſtmodum S. Bernardus nos docuit, verum obedientem eſſe debere tanquam omni ſenſu carentem, ad hoc ut ſapiens fiat, & omnem diſcretionem eſſe, omni diſcretione carere. Non ignorabat obedientiam diſcretioni ſupplere, & a Novino expeti non quidem prudentiæ lumen, ſed ſubmiſſionis cæcitatem. Sæpe dicebat ille Patri, quod Auguſtinus Deo: *Da quod jubes, & jube quod vis*; Præcipe, quod vis, ſed mihi da quod præcipis; apud me quippe tenes Dei locum, & mihi perſuaſum eſt, ſicut ille explicat voluntates ſuas per os tuum, ita illum per manum tuam gratias ſuas elargiri.

Fulcheriorum Sancti Mauri elogiſt dicere vitæ ejus abſcondi eſſe cum Chriſto in Deo.

Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Ad Coloſſ. 3. Licet de abſcondita S. Mauri vita nihil ultra ſciremus, quam primum momentum, quo illam inchoavit, quam primum illum morum, qui illum de mundo pertraxit, ut enm adverſus inſidias ejuſdem in tutum reciperet, eumque in ſolitudine, & caligine religionis abſconderet: nonne poſſemus illius exoriare panegyricum cum tribus illis Apoſtoli verbis? *Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Profecto vita ejus abſcondita fuit in Jeſu Chriſto, qui vocavit illum, & adduxit in ſolitudinem. Pauci erant adoleſcentes, qui vivere poſſent majori cum mitore in terris, & in aulam magnificentiorem prodire, quam S. Maurus. Decor familiæ ex Romæ ſpectatiſſimis, ingenii præſtantia, cæteraque naturæ dotes erant tanquam certa elationis ejuſdem ad maximas dignitates pignora, ſi in Imperatoris aulam admitti voluiſſet. Sed Sanctus hic puer Salvatoris noſtri gratia præventus, ſciens terrenis has opes vacuas eſſe, & inanes, omnibus fortunæ ſuæ privilegiis nuntium mittit, quæ ſe confecuturum ſperare poterat præclaris dotibus illis, quibus præditus erat, duodennis mundo extremum dicit vale, antequam per otium illum cognoſcere poſſet. Quidquid majus in mundo ſperare poterat, ſacrificat Deo, & vivens adhuc ſe recipit in ſolitudinem, certus conſilii, ſe poſtmodum unice ſaluti ſuæ conſulturum: *Vita veſtra abſcondita eſt &c.*

Verbum S. Mauri item per reſeri victoriam per obedientiam Magiſtro ſuo præſtitam S. Gregor. l. 35. Mor. c. 10.

Vir obediens loquetur victoriam. Prov. 21. Novi equidem S. Gregorium hoc interpretari de homine qui Superioris ſui verbo ſeſe ſubjiciens, ac de propria voluntate triumphans, hanc alienæ ſubjicit: *Quia dum aliena voci humiliter ſubdimur, nos met ipſos in corde ſuperamus.* Sed quin verbis vis inferatur, dicere poſſumus, obedientem creaturis omnibus imperare, ac tot referre victorias, quot verba pronuntiat, & proponit imperia. Quamcunque huic loco explicationem appingamus, ſemper S. Mauro optime congruit. Sive eum hoc de verbo illius intelligamus, liquet, illud ſemper victorem retuliſſe, & creata omnia ejuſdem imperiis obſecuta fuiſſe; quorum fecerunt, quidquid illis dixit: *Dixit, & facta ſunt.* Sin autem de alieno intelligamus; certum eſt illum Inſtitutoris ſui voci obtemperantem miraculum ediduſſe, quo factus eſt elementi maxime terribilis victor. Neminem enim latet, S. Maurum, ut S. Benedicto obſequeretur, & S. Placidum ſalvum faceret, inceſſiſſe ſuper aquas, quin hæ ſub pedibus ejus dehiſcerent; miraculum quod alibi fuſius explicabimus.

S. Mauros Moyſi in miraculi peragendi comparatus.

Educi te de Ægypto in manu forti, & brachio extento. Deuter. 5. S. Maurus Gallium ingreſſus mihi ſimilis videtur Moyſi de Ægypto egredienti. Quacunque tranſit primus hic legislator, operatur prodigia. Scindit mare, ut Iſraelitis viam ſternat, & ut Ægyptios infectantes aquis ſubmergat. Findit rupes, ac de ſinu earum elicit aquarum viventium fontes ad Iſraelitarum ſitim extinguendam. De Cælo manna detrahit ut eorum votis ſatisfaciat. Æneum attollit anguem, ad eos de morſibus ſerpentum aliorum liberandos, ob quos vita peſtilitabantur. Num eadem de S. Mauro dici non poſſunt? Traducens Alpes de illarum abyſſis eruit aliquot ex fratribus, qui illuc dilapſi ſine illius ope erant peritur. In Delphinatu ingenti morborum generi medetur. Sœcus Ligerim plures jam pridem a dæmonis obſeſſos liberat. In Andegavenſi provincia mortuos ab inferis revocat. Sicut Moyſes Iſraelitas eduxit *in manu forti, & brachio extento*, ita S. Maurus victoris inſtar Gallium ingreditur; creata omnia illi obſequuntur; elementa vocem ejus audiunt; dæmones ipſi illum reformidant. Hic curat infirmos, alibi poſt corporum curationem, ſalutaria præbet conſilia, & animarum etiam vulneribus medetur; per fidem extrudens armatum fortem, qui poſitus fuerat cordibus; ita dies ſingulos aliquot miraculis connotans; *in manu forti, & brachio extento.* Et profecto vere de Ægypto Iſraelitas eduxit, adduxitque illos interim promiſſam, cum tot animis ad Dei cultum perduxit in Congregationem ſuam, quæ ſine illius præſidio in Ægypto, hoc eſt in Sæculo, & mundi ſervitute interiiſſent. Sed Sancti noſtri virtus magis illuxit, cum videns ſe ope deſtitutum Cœnobium Epiſcopi, a quo evocatus fuerat in Gallias, quin doleret opem hanc ſibi a morte fuiſſe præreptam, non hæſit aqua, ſed ſe magis in fide confirmans ſperabit contra ſpem, non ſecus ac Credentium Patriarcha Deum pro conſiliis ſuſcitaturum patronos, a quibus ſuſciretur: ideoque in hoc periculo non minor viſus eſt Moyſe, ubi vidit populum univerſum contra ſe, licet Deum unum haberet, qui illum tueretur.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, ac Sententiæ Sanctorum Patrum, quæ huic loco poſſunt congruere.

Vir obediens non attendit quale præcipitur, hoc ſolo tenemus, quia præcipitur. S. Bernard. de Præcept.

Vera obedientia non præceptorum intentionem diſcutit, nec præcepto diſcernit; neſcit judicare, quiſquis perfecte didicit obedire. S. Gregor. l. 2. in 1. Regum.

Bonus obediens verbum non expellat, ubi de voluntate Superioris conſtiterit. Illum ergo optimum obedientiæ gradum dixerim, cum eo animo opus recipitur, quo injungitur, ideoque ex voluntate jubentis intentio pendet exequentis. S. Bonaventura c. 4. Specul.

Perfectio obedientiæ eſt maxime in obediente indiſcreta; hoc enim non diſcernere quid, vel quare præcipitur, ſed ad hoc tantum niti, ut fideliter, & humiliter fiat, quod a majore præcipitur. Idem de vita ſolitaria.

Hilaritas in vultu, dulcedo in ſermone multum decorant obedientiam ſubſequentis. Idem ſerm. 28.

Verus obediens neſcit moram, mandatum non procraſtinat, ſed ſtatim parat oculos viſui, manus operi, pedes itineri, & totum ſe ingerius calligit, ut imperantis fiat voluntatem. S. Bernard. de virtut. Obedientiæ.

Ut obedientia Religioſi ſit acceptabilis Deo, debet eſſe prompta ſine dilatione, devota ſine dedignatione, voluntaria ſine contradictione, ordinata ſine deviatione, jucunda ſine turbatione, & univerſalis ſine exceptione. S. Bonavent. 7. Collat.

Prima vox gratia eſt celeritas ſolutionis, hinc Abrahæ juſſus filium ſuum offerre ad Holocauſtum non poſt dies, ut Cain, obtulit, ſed exurgens mane ſtravit aſinum. S. Ambroſius de Cain.

Pro omnibus mihi rationibus ſufficit, quod ille Dominus eſt, & ego ſervus, ille ſapiens corde, & fortis robore, ego rudis, & imbecillis ingreſſum, & egreſſum noſtrum. S. Auguſt. in Geneſim.

O felix, & abundans gratia, in obedientia ſumma virtus claſſa eſt, nam ſimplici ingreſſu hominem ducit ad Chriſtum. S. Hieronym.

Hæc in nobis ſumma & ſola virtus obedientia eſt. Si jejunaveris dibus, ac noctibus, orationemque feceris, ſi in ſacco, vel in cinere, & tibi viſus fueris quaſi ſapiens: & obediens Patri tuo non fueris, omnes virtutes perdidiſti, una obedientia plus valet, quam omnes virtutes. S. Auguſtinus de obedient. & humilit.

Per alias virtutes noſtra Domino impendimus, per obedientiam noſmetipſos exhibemus. Gregor. 35. moral.

Victima ſunt obſequia obedientium, quia cum hominibus pro Deo ſubjicimur, ſuperbos ſpiritus ſuperamus. Idem in l. 4. Regum.

Nihil arduum humilibus, nihil aſperum mitibus, & facile omnia præcepta veniunt in effectum, quando gratia præcedit auxilium, & obedientia mollit imperium. S. Leo.

Non dura tibi neceſſitate ſervitur, ubi diligitur, quod jubetur. Idem.

Obedientia ſola virtus eſt, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertaſque tuſtodit. S. Gregor. in 1. Reg.

Obedientia eſt ſpontaneum & rationabile propriæ voluntatis ſacrificium. S. Bonaventura.

Diſcretionis locum in vobis ſupplent virtus obedientiæ. S. Bernard. de vita Solitaria.

De S. Mauri obedientia Quid de hac virtute docerant Theologi.

Pro aliis virtutibus hujus Sancti proprils Loci Invenientur in Bibliotheca Concionatorum ſub titulis, in quibus de iiſdem agitur.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia ad hoc Argumentum deprompi poſſit.

CUm Deus in Synagogæ ruderibus Eccleſiam ſuam inſtituerit, poſuit fideles tanquam novas creaturas in Jeſu Chriſto, & recentem creationem hanc ſuper obedientiam fundavit. Sed illi non ſufficit, ſi eidem tantummodo obedierimus, vult etiam ad exercenda obſequia noſtra, ut ipſi in hominum perſona pareamus: Utque potentius nos huic muneri ſubjiciat, ao obedientiam ipſam præbeat ſuciliorem, duo regiminis genera inſtruit, politicum, & ſpirituale; ſiamque auctoritatem in Principum, ac Magiſtratuum perſona depoſuit. Quod autem pro politica rerum publicarum regimine fecit, illud ipſum fecit pro ſpirituali Eccleſiæ, & Religioſorum Ordinum regimine. Se ipſum in Superiorum perſona conſtituit, & obedientiæ inferiorum corda diſponit, ſignificans illis obſequia, & honores, quos Vicariis ſuis impenderint, eidem impendi, Hoc Religionis ſenſu S. Maurus vitam Cœnobiticam ingreſſus eſt, obedire inciptens ſtatim ac illam amplexus eſt. Et ſane apparuit in illo

illo duplex hæc impreſſio intus, & extra ipſum, quia Deum in S. Benedicti perſona reſpiciebat, & hunc audiebat tanquam Deum, ut liquet ex inſigni illo actu obedientiæ, quam præſtitit Sancto Patriarchæ, quam nemo ignorat, cujus alibi meminimus.

Duæ ſunt cæcæ virtutes, fides, & obedientia; & harum meritum habet alterius.

Patres vulgo virtutes duas nobis cæcas exhibent, fidem, & obedientiam; & earum præſtantiæ modus eſt ipſius cæcitatis magnitudo. Fides cæca eſt; quoniam ubi nobis perſuaſum eſt de revelatione Dei, ita hunc principio adhæremus, ut oculos obſtruamus quibuſcunque rationibus, quas proprius amor poſſet nobis in oppoſitum ſuggerere, & ut mens noſtra repellat lumina, quæ hinc poſſent adverſari. Satis Deum aliquid dixiſſe, ut quæſcamus. Ita obedientia fidei cæcitatem imitatur, quis cum certo ſcimus Deum loqui per os Superiorum; ſtatim parati ſumus ad ſpecioſas quaslibet rationes, quæ præceptis eorum objici poſſent, rejiciendas. Hoc ſatis eſt, Deus id præcepit per os Superiorum: hoc ſufficit, ut ſilentium indicatæ rationi, & propriæ voluntati, licet in oppoſitum aliquot habeantur difficultates.

Obedientiæ meritū ſuper virtutes cæteras.

Licet tanta in luce non fulgeat Obedientia, quanta reliquæ virtutes, non ideo minus illi meritum ineſt. Nam præterquamquod earum mater, & altrix eſt, eaſque cuſtodit, videtur etiam virtus eſſe generalis, quæ cum cæteris concurrit, eaſque continet, ita ut ad eorum poſſeſſionem habendam ſufficiat habere pœnitentiam. Quemadmodum quodvis peccatum eſt rebellio quædam contra Deum, qualibet virtus eſt ſubmiſſio voluntati illius. Quapropter S. Gregorius ait, Obedientiam ſecum virtutes omnes conferre in animam, eaſque ibi tueri, donec permanet illæc. Ipſam fidei meritum habere, & quicunque amittit illam, infidelitatis convictum eſſe, quamvis in ſpeciem fidelis adhuc videatur:

Moral. lib. 35. c. 10. *Obedientia ſola virtus eſt, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſeritasque cuſtodit &c.* Præterea aliis etiam virtutibus tdeo præſtat, quia eſt univerſale ſacrificium, quod hominem totum immolat Deo. Singulæ virtutes ſunt ſacrificium, quod in nobis aliquam nanciſcitur victimam ad Dei juſtitiam flectendam. Eleemoſyna, & voluntaria paupertas offerunt Deo bona noſtra, ac nos ſenſim, & ſine ſenſu divellunt ab iis per quæ terræ hærebamus. Virginitas illi conſecrat corpora noſtra. Pœnitentia hoc ipſum immolat corpus per mortificationes. Fides eſt mentis ſacrificium, cum quippe cogit ad eas credendas veritates, quas aliequi nequit, *captivandæ intellectum in obſequium fidei*. Amor immiſcetur Deo noſtram immolat memoriam per oblivionem injuriarum, quibus affecti ſumus. Charitas Deo noſtram ſacrificat voluntatem, illum enim amantes, non aliam quam ipſius voluntatem habemus. Sed præterquamquod cum charitate hujus ſubmiſſionis meritum pariatur, & eſt propriæ voluntatis ſacrificium: *Obedientia eſt ſponsaneum, & rationabile propriæ voluntatis ſacrificium*: eſt etiam ſacrificium generale omnium bonorum noſtrorum, omnium corporis noſtri partium, omniumque facultatum animæ; & quicunque Deum placere vult, S. Gregorius inquit, ſubigat neceſſe eſt liberi arbitrii ſui ſuperbiam, ſeque jugulet gladio obedientiæ: *Tunc Deum quiſque citius placat, quando repreſſa arbitrii ſui ſuperbia, gladio præcepti ſe immolat. Hæc a nobis pauca dicta ſunt per occaſionem obedientiæ S. Mauri. Qui plura hujus argumenti voluerit, conſugere poterit ad Concionatorum Bibliothecam, titulo, Obedientia.*

2. Cor. 10.

De vita abſconditā S. Mauri.

Vulgo non ſatis æſtimantur merita abſconditæ vitæ Salvatoris; eaque tantum habentur in pretio quæ verſata eſt in operatione miraculorum, convectionis, vel Redemptionis Mundi. Verumtamen cum tres tantum annos impenderit publicis hujuſmodi occupationibus, annos triginta manſit in ſilentio, & caligine; licet perſonæ ipſius dignitas, & gloria, quam Patri ſuo procuraturus erat, eum cogere videbantur, ut in hominum lucem prodiret. Hunc ſtatum abſconditum Apoſtolus conſtituit tanquam exemplum Sanctitatis Fidelium, cum hortatur illos ad abſconditam vitam ducendam in Deo cum Jeſu Chriſto. Hæc in illo abſcondita eſt per baptiſmum, in quo ſepulti ſumus cum Salvatore, & ipſi conſepulti ſumus cum Domino; & abſcondimur cum ipſo alio modo per imitationem ſolitudinis, & humilitatis ejus. Sed quod Apoſtolus de Chriſtianis omnibus dixit, nos dicere poſſumus de S. Mauro in Religionis ſtatu, ubi perfunctus eſt munenibus Sepulturæ Baptiſmi. Poterat ille certe in mundo niteſcere. Illuſtri natus erat loco; & præclaræ animi illius dotes cæteraque naturæ bona fortunæ ipſius magnitudini reſpondenti, magna illi polliceabantur, ut expleteret hanc nitendi libidinem, quæ ſublimibus ingenis eſt ingenita. Tamen horum luminum aſpectum puer adhuc mundo vale extremum dixit, antequam per ætatem illum deguſtare, & cognoſcere potuerit, ut Religionis ſtatum amplecteretur.

De meritis vitæ abſconditæ.

Virtutis abſconditæ privilegium, eſt, non quærere, ut ab aliorum, quam Dei, oculis videatur, eumque reſpicere tanquam ſolum judicem, & atorirum actionum ſuarum. Virtutes, quæ nitent, & hominum oculos teſtes habent, pati queunt aliquam immixtionem, & poteſt oboriri aliqua ſuſpicio gloriæ earumdem contumelioſa, ex quo nitent. Sed cum Sanctus ſolus eſt ſeorſim, & in ſolitudine, magnum eſt puritatis, virtutiſque ejus argumentum, ipſum Deum unum reſpicere, & uni illi placere velle. Quæcunque ratio S. Maurum impulerit, ut ſeceederet, & abſconditam vitam duceret; non ne hoc ſanctitatis miraculum eſt, vitam tanto habendam in pretio damnaviſſe adeo caliginoſa ſolitudine, ita ut de primo hoc ſtatu, in quo tandiu verſatus eſt nihil dicere liceat, niſi quod vita ejus ſepulta, & abſcondita fuerit.

Duplici ſanctitatis generi Deus miraculorū facultatem concedit.

Ad juſtitiam Dei pertinet in Sanctorum remuneratione modum ſervare. Hanc ſemper ſervat inter qualitates gloriæ quam illis largitur, & charactéres ſanctitatis, quos exercuerunt. Huic inmixi principio Scripturarum Interpretes animadvertunt Deum dare conſueviſſe poteſtatem miraculorum patrandorum in remunerationem duorum generum ſanctitatis; humilibus, qui vitam ducunt abſconditam in oculis mundi, & pœnitentibus, qui ſeveriſſimis auſteritatibus corpus ſuum mortificaverunt. Tribuit hanc facultatem Sanctis abſconditis, ut in hac ipſa vita glorioſe fareiat, ac reparet ſenſibili, & externa luce tenebras vitæ quam duxerunt. Tribuit hanc etiam pœnitentibus, ut per hos ſupernaturales uſus honore aliquo afficiat corpora, quæ illi pee pœnitentiam mortificant, atque hoc omnipotentiæ ſuæ dono teſtatur ſibi acceptas fuiſſe eorum auſteritates. Admirabilem Dei juſtitiam quam eximie in perſona S. Mauri exequitur. Hic ducit vitam humilem, & abſconditam in Cœnobii caligine, ultro abrenuntiat gloriæ, quam eximiis dotibus ſuis poſſet adipiſci; Quid igitur Deus humilitatem hanc remuneraturus? Confert eidem hanc miraculorum patrandorum facultatem, ac ſatis ſuperque gloriam, quam promeritus fuerat, illi retribuit. S. Maurus mortificat corpus ſuum per auſteritates, atque jejunia imminuit bonam valetudinem, ac vitam ſuam deſtruit? Quid autem Dei noſtri bonitas? mortale corpus hoc in miraculorum ſuorum inſtrumentum convertit. Oculi ejus lacrymas effuderunt; ipſe cæcis aciem oculorum reſtituit: valetudinem ſuam jejuniis ſtrrivit, ægrotantibus bonam valetudinem reddit: membra ejus ſemimortua ſunt; erant publici vitæ fontes. Deus ita remuneratur humiles, & pœnitentes in hoc quoque mundo in toto ipſorum, & in partibus.

S. Maurus licet integerrimus, tamen pro ſuo more neceſſarium ſibi in ſe auſteritatem exercet.

Admirabilius eſt videre ſanctum, qui ſceleris expers puram duxit vitam, graviſſimus ſe ſe exercere mortificationibus; quam videre ſanctum, qui antea gravis peccator exiterit, patraturum ſcelerum agere pœnitentiam. Sancti enim qui inter flagitia verſati ſunt, in anteacta vita cauſas æquiſſimas nanciſcuntur ſemet ad pœnitentiam excitandi; idque præſtare tenentur ex juſtitia, ut ſua expient delicta. Efficere debent ut gloriæ Dei ſerviant membra, quæ iniquitati ſervierunt, juxta illud Apoſtoli teſtimonium: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra &c.* Sed cum videmus Sanctum, qui Angelicam puritatem ſervavit ſartam ac tectam, immodicis auſteritatibus, ut ita dicam, in ſe ipſum ſævire, quaſi nequiſſimus extitiſſet peccator, quamvis ejus innocentia ipſum x tot pœnis diſpenſare videatur, &, nullam habet cauſam, quæ hanc ab illo juſtitiam expetat, inde poſſumus inferre hoc eſſe gratiæ miraculum, quod admirabilis Filii Dei exempla an Sancto hoc innocente, & pœnitente operatur. Talis fuit pœnitentia S. Mauri in ſui Monaſterii caligine. Ab ineunte ætate ſolitudinem optavetat, & Regularem ſtatum amplexus fuerat; ita ſolitudinis hujus beneficio morum integritatem ſervaverat; tamen ſemper ſummo cum rigore corpus ſuum tractavit exercens jejunia, & mortificationes, quaſi fuiſſet mortalium omnium criminoſiſſimus.

Ad Rom. 6.

Ordinum Inſtitutores, non ſecus ac Apoſtoli debent operari miracula.

Sicut aliqua intercedit ratio inter Apoſtolorum miniſterium, & illud Inſtitutorum Ordinum regularium, videntur eadem cauſæ propter quas Apoſtoli debent operari miracula, inveniri in illis qui deſtinati ſunt ut fiant Regularium ordinum Inſtitutores, vel ut illos latius extendant, vel ut iis in regionibus, in quibus non antea viſi fuerant, ſtabiliant. Apoſtolus ob duplicem finem debet operari miracula, ut credatur Evangelio, ut oſtendatur illum a Deo probari, & hunc velle, ut prædicetur; præterea, ut Fideles ad illum exercendum excitentur, oſtendendo, Deum per cujus omnipotentiam illa operantur miracula, illis præcipere, ut hanc lectionem addiſcant, eadem uſuri, & in praxim revocaturi. Hoc ipſum dici poteſt de Inſtitutoribus Ordinum, quibus & ipſis opus eſt miraculorum ut oſtendant novum hunc ſtatum a Deo probari, & a Spiritus Sancti afflatu proficiſci; ad excitandos eos quos ad illum vocat, eiſque ſpem injiciendam, futurum ut Deus, qui operatur illa per ſervos ſuos ad illius vitæ genus probandum, ſuppeditet quoque vires ad illud amplectendum, & ſequendum, nec non ad ſuperandos obices, quos naturalis infirmitas poteſt objicere huic profeſſioni. Non defuit S. Mauro hoc donum miraculorum, & cum in Gallium miſſus fuit a S. Benedicto ſocus viam tot tantaque operatus eſt, ut nullus eſſet locus, nullus æger, qui per ipſum expectus non fuerit divinæ bonitatis effectus.

Imperium, & obedientia non indicem adverſantur.

Obedientia, & imperium non ita ſibi adverſantur, ut ſimul aliquando non inveniantur. Opus eſt ente ſcire imperata facere, ut recte ſcias imperare. Duo hæc quæ adeo ſibi invicem oppoſita videntur, recte adeo ſibi cohærent, ut ipſi etiam politici unum ex placitis ſuis propoſuerint. Ob hanc cauſam cum Salomon

ad ſolium evectus fuit; a Deo non ſapientiam tantum, quantum obedientiam petiit, & dubitans, utrum regno ſuo eum præfectutus eſſet, niſi ducem ſequereretur Deum, hunc eſt obteſtatus, ut ſibi docilitatem potius, quam prudentiam impertiret. S. Maurus a S. Benedicto electus, ut in Galliam mitteretur ad ibi Ordinis ſui Colonias ſtatuendas, ſecutus eſt hujus Sapientiſſimi Regis Iſrael exemplum. Semper conſuluit Præceptorem ſuum, ut ſapienter regere poſſet filios ejus, & prodigio ſatis novo in Gallia, ut ita dicam, inſtituit regnum ſimplicis Cœnobitæ, qui ſolitarius in Italia vivebat. S. noſter profecit ex omnibus inſtitutis, quæ a S. Benedicto didicerat; ex hoc fonte hauſit media, quibus Religioſis moderaretur. Secum tacitus reputavit oracula omnia, quæ ex ejuſdem ore perceperat, & quorum infidelis eſt memoria, in papyro deſcripſit S. Benedicti Regulam, ut illam, ubi aliqua difficultas incidiſſet, conſuleret. Hoc pacto S. Maurus duo extrema conjunxit, quæ limul ſtare non poſſe videbantur, & alios imperans, non reliquit tamen obedientiæ virtutem, quæ ſemper illi fuerat antiquiſſima.

PARAGRAPHUS VI.

Delectu ex Aſceticis, nuperis Concionatoribus loci hujus Argumenti.

Quis fuerit S. Maurus? Felix ejus educatio quam a puerilibus excepit.

SAnctus Maurus cujus hoc in loco exornamus elogium, erat ex ampliſſimis Romæ familiis. Illius pater æque & honoribus, & meritis reſidebat in domo bonis omnibus affluenti. Ne metuatis, ne inficiatur morum corruptela, quam abuſus harum rerum omnibus his adjeciſſe videtur. Ne trepidetis: divina Providentia peculiari quodam modo illi invigilat; efficitque ut inter hæc omnia pericula inſtitutionem prorſus Chriſtianam inveniat; cum illi, a quibus vitam recepit, quos exemplis, qua monitis injiciant illi ſenſus veræ ſolidæque pietatis; quatenus pati poteſt ætatis ejuſdem infirmitas. Itaque paterna in domo nactus eſt privilegium toto cælo majus, quam quod Iſraelitæ gaviſi ſunt in terra Geſſen; cum Solis luce fruentæa viderunt reliquam Ægypti partem denſa tenebrarum caligine obductam; quippe inter humanas opes vidit ſe immunem a funeſta illa cæcitate, quam illæ in aliorum animis gignunt. Talis erat ſtatus, in quo poſitus erat Sanctus ille, cum de conſanguineorum ſuorum manibus tranſiit in illas S. Benedicti, admodum puer. Deus, qui illum elegerat ab æterno, ut ex eo faceret unum ex primis luminibus ſancti ordinis ejus, feſtinavit, ut cum ſcripturs loquar, illum a mundo retrahere, cujus contagioſus aer fere ſemper ſumjam obtinet vim in animas, quas divina gratia magis immobiles reddit. *P. Marſinean.*

Oraculo recepto ſui hujus pueri.

Jam a ſæculi conſuetudine S. Benedictus exceſſerat, ut ſe totum in ſolitudine diceret Deo, ſed licet omnem curam impenderet, ut hominum oculos fugeret, ſanctitatis tamen ſuæ, ſuorumque miraculorum fulgor quam primum illuc longe plurimos pertraxit, ad videndum Sanctum virum, in quo, & per quem Deus tot tantaque prodigia patrabat. Eo etiam pater S. Mauri ſe contulit cum filio ſuo, non alio conſilio, niſi ut per ſe ipſum cognoſceret, quod rumor jam de recente hoc S. Joanne Baptiſta late evulgaverat. Dei vero conſilium erat ut id ne cogitante quidem patre Maurum perduceret ad ſcitum hunc æternarum veritatum magiſtrum. Et profecto vix S. Benedictus cum ſancto puero colloquius eſt, ut, quaſi alter facti fuiſſent pro altero, ita fortiter ſibi adhæſerunt, ut Sancti Mauri pater ædire domum ſine filio debuerit; vincula enim quæ a pluribus annis efficaxerat natura minus valida erant illis, quæ momento gratia efformaverat. Sanctus Patriarcha Domino gratias egit, quod ad ipſum miſiſſet Diſcipulum eo aptiorem ad Evangelii placita perdiſcenda, quo minus mundi placitis erat occupatus. Singularem capiebat voluptatem illum erudiens; quippe videbat in illo ſummum ardorem in monitis recipiendis & miram illia perdiſcendis docilitatem, ita ut ad excitandos eos, qui in ſancto eo ſtudio tepeſcebant, ob eorum oculos proponeret exemplum hujus admirabilis pueri, quem apud alios non ſatis commendare poterat propter perfectam docilitatem in ſequendis impreſſionibus, quas alius inſigere optabat, & in illis ſumma cum fidelitate adimplendis, *Sermo MS. P. Marſinean.*

Puer ne verti conſtat hæc ſibi.

Quantum ſcientiæ tradebatur in ſchola S. Benedicti, & quomodo intima in animum S. Mauri ſe illa profuderint?

Scientia, quam Benedictus illis tradebat, quos divina Providentia in ſolitudinis ejuſdem locum perducebat, non erat ex illis ſcientiis, quæ magnis ſumptibus addiſcuntur in libris Auctorum profanorum, & quæ plerumque relinquunt in mente quidem ariditatem, in corde vero tumorem. Hæc erat ſcientia, quam æterna ſapientia nobis dedit in Evangelio, & quam fideles omnes, juxta Apoſtoli conſilium, toto cælo debent præferre omnibus illis, quæ in mundo nominis celebritatem gignere poſſunt. Eccleſiis ab ipſis incunabulis nunquam nacta eſt virum qui hanc ſcientiam melius calluerit, glorioſo hoc Occidentis Patriarcha. Sed in puero noſtro admirabiles invenit diſpoſitiones, ut ea puis ejuſdem rudimentis quam maximam perciperet utilitatem. Neque putetis, me illic verba facere de ea facilitate, qua ſancta Præceptoris ſui documenta aſſequebatur, de mentis acumine, & admirabili memoria cæteriſque præclaris dotibus, quas hominum vanitas tantopere celebrat. Maurus iiſdem auctus fuerat a natura; videtur enim natura, vel potius divina providentia obfectura fuiſſe in perſona illius egregium ingenium cum procero corporis habitu conjungere. Sed immortales Deo gratiæ habeantur, ad conſolationem eorum, qui non ſatis abunde id genus dotibus ornati ſunt; hæc omnia talenta ad ſcientias quæ palpant curioſitatem, vanitatem, vel cupiditatem hominis, addiſcendas neceſſaria; talia non ſunt ad eam percipiendam, quæ illum in vias ſalutis adducit. Sufficit habere docilitatem, ut percipiamus docentium impreſſiones, fidelitatem, ut illas tueamur, & conſtantiam, ut illas in praxim redigamus. Tria hæc Sanctum oſtrum ad ſublimem gloriæ, & ſanctitatis apicem adduxerunt. *Idem.*

Nullus unquam Diſcipulus docilior fuit quam Maurus puer in audiendis, faciendiſque Sancti Patris ſui Benedicti documentis. Docilitatem in iis, quæ ad ſalutis ſcientiam pertinent; imminuunt fallacia præjudicia, quibus ſæpe a teneris animi noſtri imbuuntur. Quæ cura adhibenda non eſt, ad miſera hæc auferenda præjudicia, antequam mens fidelium æternis placitis imbibatur? Neque enim latet primas impreſſiones, quæ in puerorum animis fiunt, adeo alte illis infigi, ut eaſdem delere ſit difficillimum. Hoc malum nunquam ſatis plorandum eſt; ſed malum inevitabile iis, qui in nobilitatis fulgore naſcuntur. Quidquid nobilibus circumſtat pueris, conjurat ad ſublimes illis ingerendos ſtatus ſui ſenſus, paternæ domus, ubi nutriuntur, magnificentia, aſſiduitas famulorum ipſis deſervientium, aſſentationes & obſequia eorum quos res, & utilitas illis adnectit; inſtructiones eorum, qui, ut loquamur, quomodo loquantur mortales, debent illis mundi hujus placita ſtadere: omnia hæc illis fidem adſtruunt, eos nativitatis jure acquirere generalem quamdam diſpenſationem ab iis, quæ ipſa non placent, & jus ea omnia faciendi, quæcunque placent. *Sermo MS. Pueris Marſinean.*

Compendium vitæ, & virtutum S. Mauri.

Quiſnam ex Sancti Benedicti Diſcipulis illum propius ſecutus eſt, quam S. Maurus? Virtutes hujus non ſecus ac illæ Magni Patriarchæ inſignes fuere. Dilecto ad patris ſui imitationem, cum ſeverioribus ſe ſe exerceret jejuniis, bis tantum in hebdomada comedere inſtituit. Algebat ille, & ſudra omnem fidem frigoris vi affligebatur: Adeo auſterus erat in corporis ſui cultu, ut ſemper longiſſimo, aſperrimoque cilicio induceretur. Præ cæteris vigilans, prævertebat enim omnes, quoniam nemini contigit videre illum e cubili ſurgentem. At poteſt ne cubile dici parum arenæ, & calcis, ubi quieſcebat? religioni ſibi vertens, ſi per quadrageſimam ibi decumberet, quandoquidem toto illo Eccleſiaſticæ pœnitentiæ tempore ſtans, vel ſedens ſomnum leviſſimum carpebat? Proluxas addebat mortificationibus hujuſmodi preces, & hac in re fratribus omnibus præitans ſpiritualibus hiſce exercitationibus manuum ſuarum laborem addebat. Orationem lectio excipiebat, & ita de una in alteram atque ſanctam orationem gradum faciebat, cum minime vitam producere poſſet ſine hoc ſolido verbi divini alimento. At quodnam exerit, quæſo ſummarum harum virtutum fundamentum? Obedientia nempe illi adhibita, quem Deus illi in patrem tradiderat. *Recens Auctor.*

Eximia S. Mauri virtus, quæ S. Benedictus laudat illum Religioſis ſuis in exemplo proponens.

Quinam dignior habitus eſt, ut tamquam abſolutiſſimum virtutum omnium exemplar proponeretur, quam S. Maurus, quem non ſolum omnes, verum etiam S. Benedictus admirabatur) Quoties Sanctus hic Patriarcha Deo gratias egit, quod tam mitigni dono, tanta videlicet Monachi eum loeupleraſſet, cujus non vulgaris fervor validum erat adminiculum ad alios inflammandos, quibus ille ob oculos admirabilis hujus pueri proponebat exemplum. Miſit nobis Deus, ajebat, Maurum, qui nos rubore ſuffunderet, & edoceret. Æquum ne eſſet, vos virtutibus ſuperari a puero nuperrime ex mundi ceſigine egreſſo, vos inquam, qui ætate provectiores eſtis, & jamprideni æternas veritates meditamini? Humilitas erat velum, quo S. Mauri ſpiritus tegebatur, ita ut ſe ipſum non cognoſceret in imagine; ad vivum expreſſa, quam S. Benedictus altis imitandam proponebat, cum interea omnes illius condiſcipuli conſiterentur, S. Patriarcham ita de puero loquentem, jure eum aliis anteferre. Numquid mirum eſt, ſi anima ſemet vacua, cæleſtibus infuſis illuſtratur luminibus eo uſque ut futurorum tenebras pervadat? Sanctus idem Benedictus id ſenſit; cum enim die quodam cum Mauro locutus diſſiſſet, ſe plurimum laboraſſe in ædificanda Montis Caſſini domo, quæ quamprimum erat diruenda, Maurus ad celebrandum patris ſui ſpiritum, atque conſtantiam dixit illi, Dei mandatis obſequendum eſſe; ab eo nihil fieri niſi cum admirabili ſapientia, & æquitate; dolorem ſuum nihil immutare poſſe ea in re, quæ jam erat decreta; ſed non deeſſe illi præclaram conſolationis locum: eo quod Deus in gratiam meritorum ejus largiebatur vitam omnium, eo in Cœnobio incolentium; ac domum Montis Caſſini poſt excidium, meliorem in ſtatum revocatum iri; Deumque ibi bonitatia ſuæ monumenta relicturum, poſtquam ibi juſtitiæ ſuæ reliquiſſet exempla.

Deus S. Mauro prophetiæ dona tribuit.

Digitized by Google

pla. Utrum potius mirer? Magistrum hæc futura prævidentem, an Discipulum, qui eadem præscius hortatur illum, ne tristibus eventibus se labefactari sinat, & Dei manum adoret, omnia & singula ad nutum disponentis; Non ne hunc alterum diceres Elisæum duplici Eliæ Patris sui spiritu repletum? *Recens Auctor.*

§. Maurus in Religione non assentiendi placita, sed perfectæ conservat spiritûs flatum, ad quem ipsum vocaverat Deus.

Crebro usuvenit, ut viri nobiles mundum relinquentes in Religionem secum deferant nescio quas superbiæ, mollitiei, atque amoris propriorum commodorum reliquias: hæ quippe eorum sunt affectiones in ipsis prævalentes, donec versantur in sæculo. Miseras reliquias, quæ prohibent, ne sequantur ea, qua necesse est, fidelitate, impressiones, quas rectores eorum in ipsis efficere quærunt, & quæ rectoribus ipsis vim faciunt, ut quamdam habeant earum rationem; quæ haberi non potest; quin vis regulæ ipsi inferatur! Nihil tale ut spium in Sancto nostro deprehensum fuit. Israelitis longe sapientior, mundum relinquens, nullum retinuit affectum, qui ad illum posset ultra cor suum convertere; non secus ac populus ille de Ægypto egressus quemdam illius regionis amorem fovere non desinit, propter quem subinde tenebantur desiderio terræ illius, ubi molestissimam experti fuerant servitutem. E contra sentiens beneficium, quo ipsum prævenerat Deus, perfringena catenas, quibus sæculo adhærebat, hanc sibi irrogabat legem ea sequendi, quæ mundi sectatoribus maxime displicerent. Ita quin se vel in re minima dispensaret; sed vor ejus illum rapiebat præter ea, quæ sibi ab Institutore suo præcipiebantur. Et profecto regula quam Sanctus Patriarcha primis discipulis proposuerat, licet austera illis ipsis videretur, qui omnibus cupiditatibus suis emori decreverant, non satis Mauro videbatur austera. Addebat ille, ut didicimus ex testimonio, quod illi perhibebat Sanctus Benedictus in elogiis, quæ detrectare non poterat virtutibus discipuli sui, addebat inquam ea placita, quæ postmodum S. Bernardus applicuit in loco quodam operum suorum, & quæ aptissima sunt ad horrorem ciendum in omnibus suimet ipsius amitoribus; Solitario vivendum esse, quasi corpus suum reliquisset in mundo, & animam dumtaxat suam attulisset in Religionem. *Sermo Manuscriptus P. Martineau.*

Obedientia S. Mauri character.

Virtutibus omnibus idem principium est: ideo intra se adeo conjunctæ sunt, ut a semet mutuo nunquam recedant. Quasi consensione facta in animam justi ingreduntur; ac sese alterutis muniunt auxiliis, ut contra communes earum inimicos sese tueantur. Prudentia nonne esset sine fortitudine imbecillis? Fortitudo sine prudentia nonne temeritas esset; Justitia nimis esset severa, nisi illam moderaretur misericordia; & nimis indulgens esset misericordia, nisi justitia animaretur. Licet Sancti omnes hasce virtutes possideant, non omnes tamen possident in gradu pari. S. Benedictus profecto præcæteris pœnitentiam, & humilitatem diligebat; quandoque tanta cura mundi oculos evitavit, & vitæ genus elegit ita austerum, ut fortissimum quodcunque cor absterruisset; sed solitudinem majori dilectione profecutus est; quandoquidem ab urbibus secessit: & in desertis locis se abscondit. S. Maurus omnes procul dubio virtutes possidebat, quoniam dum viveret tot earum nobis exempla reliquit. Humilitas vero sua omnibus in actionibus ejus remicebat, non secus ac patientia in fratrum sugrum defectibus perferendis. Amor paupertatis ad excessum usque pervasit; quandoquidem peramplo patrimonio, omnique mundi hujus fœ nuntium misit. Sed obedientia dominans virtus fuisse videtur. Hæc illius gloria est, eumque ab aliis Sanctis fecernit. *P. Semault Oratorii.*

Heroica S. Mauri obedientia.

Inde vero persuasum nobis esse debet de Sancti Mauri fidelitate in capessendis magistri sui jussis, quia neminem latet factum illud memorabile, quod Magnus Pontifex Sanctus Gregorius narrat libro secundo dialogorum suorum, & quod omnium sæculorum admiratio fuit. Cum enim unus ex Sancti Benedicti discipulis ad hauriendum aquam se contulisset, casu incidit in lacum prærultum, unde evadere minime poterat. Sancti hujus Monachi periculum aperuit Deus S. Benedicto, qui tunc orationi vacabat, & qui Mauro imperavit, ut fratri laboranti ferret opem. Maurus citato gradu lacum versus progreditur, & sive obedientia prohibuerit, ne videret periculum cui objiciebat se, sive charitas effecerit, ut illud contemneret, nihil hæsitans in aquas ingressus est. Non defuit tanto in discrimine illi Deus; namque miraculo simili illi quod in gratiam Principis Apostolorum operatus est, consolidavit aquas sub pedibus sancti hujus Monachi ita ut fratrem semisubmersum aquis, ea mortis faucibus eripuerit, cui adeo generose se objecerat. Omnes illi plausere fratres; Monachus vero cui tanta cum charitate opem tulerat factum hoc memorabile evulgavit, & Sanctus Benedictus palam commendavit virtutem, quam cælum insigni hoc prodigio probaverat.

Fervens e. Mauri mortificatio.

Sed per modestiam æque ac miraculum ipsum admirabilem, Maurus admodum remotus a jactantia eorum, qui in ipsis etiam nugis magnos de se fovent conceptus, & tument fictitiis meritis, quæ nemo cognoscit; Maurus inquam semper celabat hoc meritum, quod in omnium oculis effulgebat, seque contemptu dignum tantummodo reputabat, cum sibi omnium admirationem fuisset adeptus. Nam licet liqueret, in obedientiæ ipsius gratiam Deum miraculum illud operatum fuisse; illud tamen acceptum referebat sanctitati illius, cujus imperata fecerat, sibi nihil reservans, quam gloriam illi parisse ea fidelitate, qua fieri poterat maxima. *P. Martineau Sermo MSS.*

De magna S. Mauri obedientia, argumenti. S. Bernard. Tract. de vita solit.

Docet Bernardus illum, qui vere obediens est, stultum esse oportere, ut sapiens fiat; ejusque discretionem in eo positam esse, ut nullam habeat omnino. *Stultus fiat, ut sit sapiens; & hac omnis ejus discretio, ut nulla sit ei discretio.* Innuebat autem obedientiam discretionis locum tenere, & Monaco petenda non esse prudentiæ lumina, sed obedientiæ cæcitatem. *Discretionis locum in vobis supplens virtus obedientiæ.* Itaque Sanctus Maurus crebro dicebat Sancto Benedicto, quem tanquam locum tenentem Dei in terris considerabat: *Jube, quod vis.* Quodcunque jusseris, imperium tuum mihi lumen erit, & mihi speraudum est, quemadmodum per os tuum Deus mihi suas explicat voluntates, ita per tuas manus suas mihi conferat gratias, ut adimplere valeam quidquid tibi placuerit imperare mihi: *Jube, quod vis*: Ita cæca est obedientia mea; & apud me locum tenet rationis, luminis, & prudentiæ, & ego cæcus, & insipiens esse volo, ut sapiens fiam. Quam sanctus est hic affectus? Nonne diceres per hunc omnem peccandi facultatem auferri? Qui enim semper suo paret superiori, sequitur semper motus Spiritus Sancti. Inferri hinc igitur potest, Sanctum Maurum nonnisi ad S. Benedicti nutum agentem, nullatenus in hoc peccasse, cumque Magistro suo perfecte obsequeretur, omnes actiones ejus magnis meritis fuisse cumulatas. Si mores illius erant integerrimi, & omni labe vacui; alia ex parte emitebat, quia semper Dei voluntatem exequebatur, donec Sancto Patriarchæ obtemperabat; & hac etiam in re similis erat quodammodo Cælitibus, qui felicitatis cumulum attigerunt Omnipotentia Dei mandata facientes. *P. Semault Oratorii.* Ibid.

§. Benedictus discipulos suos per vias abscindit & laudes sanctitatis.

Sicuti Spiritus Patriarchæ S. Benedicti spiritus erat recessus, & humilitatis, ita in puerile cor Mauri adolescentuli jecit primitias ejusdem spiritus solitudinis, & humilitatis. Hic primus fuit filiorum ejus, & præ cæteris in partem accessit studiorum patris sui. Primus fuit discipulorum illius, & pariter maximum retulit fructum ex lectionibus, & exemplis ejusdem: & ubi intueor Sanctum Maurum ad Sancti Benedicti pedes provolutum proferentis prima regulæ suæ rudimenta; mihi jam videtur puer hic affecutus doctrinam ejus, callere jam divinæ hujus scientiæ præcepta. Non deest ars in mundo nitendi; sed Sanctus noster in Religione nactus est artem latendi, & non contentus eo quod consanguineorum suorum, & mundi totius oculos fefellisset, invenit modum demittendi se ut ira dicam in nihilum suum, ac profunda sese humilitate coopcriendi; ut suas celaret perfectiones, & Deum unum videret, & nonnisi a Deo videretur. Hæc magna virtus est, S. Bernardus inquit, toto inspectante mundo operari miracula, & nescire hæc a se fieri; & virum, cujus virtus illum omnibus celeberrimum efficit, a semet uno ignorari. *Magna virtus est, ut magna licet operetur miracula, se esse eorum, & manifestum omnibus, se solum sibi latere.* Hæc vera est Sancti nostri tabula, qui operatus prodigia omnibus manifesta, artem invenit se ipsum sibi abscondendi. *Bivas.* Lib. 2. de Consider.

Missio S. Mauri in Galliam a S. Benedicto.

Nonne magna interest similitudo inter S. Mauri, & Sanctorum Apostolorum missionem? Hi a Jesu Christo missi, ut mundum universum converterent, illius jussa, & præcepta acceperunt observanda ab illis omnibus, quotquot Christianam Religionem profiterentur: *Docentes servare omnia quæcunque mandavi vobis.* S. Maurus ad Episcoporum preces mittitur in Galliam ædificaturus fideles virtutibus suis, ibique orditus sui monasteria instituturus. S. Benedictus dedit illi regulæ librum, maru sua exaratum etiam, atque etiam commendans ut strenue cooperaretur ad animarum salutem, & majorem Dei gloriam. Sed quinam fuit novi hujus Apostoli successus in Gallia? Deus illum tot benedictionibus cumulavit, ut Rex Theodebertus, cui perlata fuerat fama eorum miraculorum; quæ ille frequenter in Andegavensi provincia operabatur, illum adierit, & ad illius pedes provolutus ab illo benedictionem petierit, eamque summo cum obsequio receperit. Quem vero peperit effectum hoc Regis exemplum? Aula tota S. Mauri virtutem reventa est, eo usque ut *Flore*, unus ex principibus Regis maxime familiaribus mundo nuntium miserit, & ex Sancti nostri manu Monasticum indumentum acceperit. Non secus ac Apostoli adeo fervens erat pro animarum salute, ut libenter sanguinem, vitamque suam effudisset pro iisdem ad Jesu Christi imitationem. Quoddam magni hujus eventus extitit principium obedientia: qua propter Deum obediens hominibus, prædam auferet ex Angelis tenebrarum, & victor evadit. Dicere cum S. Gregorio possumus; virtutum cæterarum esse dæmones impugnare, obedientiæ vero characterem proprium esse illos vincere, & superare: *cæteris quidem virtutibus dæmones impugnamus; per obedientiam vincimus. Ex Meditationibus P. Nouet.* In lib. 4. Reg. c. 4.

Deus, qui semper Electorum suorum invigilat incolumita-

Quomodo S. Maurus vocatus fuerit in Galliam.

mitati, iisque tot aperit vias, ut in cælum adducat, Patriarchæ S. Benedicto injiciebat desiderium instituendi ordinis sui Monasteria extra Italiam, ubi plurimi jam regulam ipsius receperant. Ita licet solitudinis amor sanctum hunc virum a sæculi impedimentis secreverit, charitas, qua flagrabat, cogebat illum, ut nonnunquam converteret oculos ad eos, quos in mundo reliquerat. Cogitare non poterat de periculis, quibus illi erant obnoxii in mari tot procellis infami, quin sensu Christianæ miserationis afficeretur. Sed ex omnibus terrarum plagis Gallia erat illa pro qua divina Providentia, quam satis digne celebrare non possumus, illi majorem charitatem, ac zelum injiciebat; sive gloria ejus imperii, quod jam tantam in mundo obtinuerat celebritatem illius potissimum curas mereretur; sive Deus illi præmonstraret Ordinem suum ibi felicem eventum habiturum, quam polleriora sæcula admirata sunt. Dum Sanctus de Gallia cogitaret, in Gallia de illo cogitabatur; nam licet omnem adhibuerit curam ut sese hominum oculis absconderet, fulgor virtutum illius, ac miraculorum fama illum omnibus terris notum præbebant. Cænomanensis Episcopus cælesti lumine afflatus consilium inierat extruendi Cœnobium, ubi Sancti Benedicti regula observaretur, quem ad finem legatos misit ad Sanctum hunc viros duos, ut ab eodem peterent eum ea numero omnium discipulorum ejus, quem aptiorem huic tanti momenti institutioni cognosceret, quæ in magnam tanti Regni utilitatem cessura videbatur. Sanctus Patriarcha summa cum alacritate eam accepit legationem, quæ locum præbebat illi sperandi, felix illud momentum quod pridem concepierat quum primum adfuturum; neque hæsit in electione illius, cui tanta illa provincia erat demandanda. Jam nostis; ille oculos conjecit in Maurum; hoc intelligite. Nihil ultra requiritur ad probandum Sanctum nostrum dignum fuisse S. Benedicti Vicarium. Quomodo enim credibile est, illum, cui Deus aperit quid quid in futurorum caligine maxime latet, ignorare posse studia & affectiones illius, qui sub oculis ejus versabatur, eximias dotes, quæ illum hoc statu dignum constituebant? *P. Marrinon.*

Perfecutiones quas in fine ita fortunæ S. Maurus cum plurimis in Galliam pellit.

Nunquam existimandum est, licet Rex, & Optimates Galliæ benigne S. Maurum exceperint, qua de re superius verba fecimus, illi magnas, & graves persecutiones defuisse. Nam statim ac Maurus accessit, cælum absolvit illi viros duos, in quibus maxime confidebat, videlicet S. Benedictum, & Cœnomanensem Antistitem, qui eum seorsim curas impendissent suas, ut Sanctum hunc Ordinem in Gallia constituerent, fato functi sunt re adhuc infecta. Maurus priorem illum tanquam oraculum habebat, quod sibi proponebat consulendum in omnibus difficultatibus, quas tanto in opere verebatur; alterum vero tanquam patronum sine cujus præsidio nihil se profecturum esse sperabat. Nec aliquid ultra requirebatur ad disturbandum Cœnobitam, qui ab incunabulis consueverat sui suavitate contemplationis in tranquillo, tutoque recessu. Tamen animum non abjecit. Verum est, quod cum ipsi persuasum esset de sanctitate S. Patriarchæ, qui decesserat, non dubitavit quominus adeo pius pater de cælo sibi suppetias ferret æque valide ac fecisset si adhuc in terris versaretur; sed frustra conatus est Episcopi Cœnomanensis successorem hortari, ut illum in clientelam suam reciperet. Recens enim Præsul, qui præter propter erat ejusdem charactéris, cujus sulci quidam Antistites, qui non admodum laborant, ut Regnum Jesu Christi provehant, & ad majorem Dei gloriam omnia referant, crudeliter Sanctum nostrum deseruit. Quid ipsi fecissemus, Christiani, in adeo tristi occasione, nosmet intuiti in aliena terra, & ignota; carere quocunque subsidio, quod sperabamus, sine protectione, sine re, sine spe? Procul dubio ignavia nostra, dejectio animi nostri nobis persuasissent, nil consilii capi posse, nisi reim legendi itinerum, ac deserendi opus, cui Deus parum favebat; immo cui sese objicere videbamur. Sed non deerat Mauro constantia, & fortitudo, ut animum desponderet, immo contra infortunium suum, in Deo confidit, speravit contra omnem spem, & irrita non fuit spes illius. *P. Martineau. Sermo Manuscriptus.*

Idem argumentum aliter pertractatum.

Neque putetis Sancto Mauro tristia defuisse infortunia, ubi venit in Galliam. Virtus ejus cui elementa, & natura parebant, nacta est plures in hominibus obices, atque oppositiones, ut alius quilibet succubuisset. Humiliationes æque ac gloriam invenit; contumelias æque ac laudibus affectus est, & eguit ope virtutum omnium, ut superaret obices, qui illius consilius adversabantur. Cum enim in Galliam pedem intulit, nuntiatum illi fuit Cœnomanensem Episcopum, a quo ea Italia fuerat evocatus, ad plures abisse, & successorem illius fortasse decessoris pietate, ac zelo destitutum esse, ac illius mentem implere nolle. Ubique moras, & obices invenit, & ille, cui elementa, dæmonesque parebant, nullum vel apud sæculares, vel apud Ecclesiasticos aditum habuit. Hospes hic ab universi Galliæ vexabatur. Qui minus erant iniqui, contempserunt illum, qui iniquiores illum damnarunt, atque tot inter difficultates, unam habuit obedientiam, quæ illum sustinuit, consolata est, eumque defendit. Vobismet persuadebitis fortasse tot procellas adversus unum hominem excitatas, illum dejicere potuisse, vel diffidentem de prudentia Superioris a quo missus fuerat, saltem contra institutum ab eo rationem obloquentum fuisse. Verum non ita, hæc omnia ille callebat, obices illi ejus spem magis magisque commendarunt, confirmarunt ejus constantiam, fecerunt que ut non ambigeret quominus inceptum opus illi optime verteret. Tunc vidissetis in Sancti nostri persona revivisscere magnum Hebræorum legislatorem; tantam ille præfetulit insopinatis adversis fortitudinem. Cum Moyses de Ægypto egressus vidit se mari septum, & a Pharaone persequente lacessitum, magnum quidem timoris, atque fortitudinis argumentum nactus est, verum sciens illum, a quo illud sibi iter imperatum fuerat, Deum esse maris, ac terræ, nunquam plus vitium babuit, quam in hac occasione; & tantum abfuit, ut de Israelitarum salute desperaret, quin immo spem nactus est, se de Ægyptiis victoriam esse relaturum. Talis visus est Sanctus Maurus inter persecutiones. Quamvis a patria procul abesset, omnibus destitutus auxiliis, quæ a Sancto Benedicto sibi pollicerí potuisset, a Cœnomanensi Episcopo derelictus, exagitatus, & contemptus a populis, & tanquam inutilis habitus, tamen non abjecit spem fore, ut tot licet ipsi adverfarentur, omnes hasce difficultates superaret, ac tandem summum votorum suorum consequeretur. Profecto omnes illæ procellæ quieverunt, & Mauri sanctitis omnino comperta, atque explorata fuit. Quisque ad bonum sensum rediit; omnibusque absolutis tempestatibus, plurimi Regni principes nihil habuerunt antiquius, quam ut opem ferrent S. Mauro. Eum in cœptis omnibus confirmarunt, & Rex ipse sibi persuadens futurum ut Sanctus iste Regno ingentem parere posset utilitatem per institutionem, quam meditatus erat, illi eas omnes concessit necessitates, quibus opus erat ad eundem finem. Domos ædificavit, recepit Religiosos, & factus fuit Abbas secundi monasterii Ordinis sui. *P. Senault Oratorii.*

Nonnihil attigimus de Sancti nostri persecutionibus, deque illius patientia in omnibus objectionibus, quæ illi sustinendæ fuerunt. En vobis actus satis insignis lenitatis, ac bonitatis ejus erga calumniantes sibi, ut nullo pacto possit præstermitti. Tres homines maligno spiritu obsessi maculam offundere conati sunt nomini S. Mauri teterrimis calumniis. Illos patienter sustinuit, benevole excusavit, ac ferventer pro illis deprecatus est. Deus vero, qui volebat eos proponere in exemplum justitiæ suæ, in eos acriter animadvertit. Unus in scelere suo obiit, cumque nullum testatus esset dolorem facti, reliquit homines in salutis ipsius desperatione. Alii duo se ipsos discerpebant invicem, & facti divinæ justitiæ ministri contra semet adeo atroci supplicio figniscabant, servos Dei nunquam impune affici contumelia. Sanctus miseratione ductus Cælum precibus, atque suspiriis fatigavit; malum deprecatus est, & pro inimicis Deum exoravit. Mortuus revixit, ac vitæ rationem mutavit, atque liberatoris sui innocentiam evulgare non desit: Duo furentes mansuefacti sunt, & miseri illi, qui in scipsos adeo crudeliter sæviebant, quia per tantum facinus Sanctum contumeliis affecerant, laudibus injuriam reparaverunt. Sed quod Sancti nostri humilitas ferre non poterat irreprehensibiles gloriæ suæ restes, eos rogavit, ut solum verterent, in alias sese conferrent terras, ubi neque crimen ipsorum, neque supplicium cognosceretur, nec id, quod placuerat Deo operari se ministro. *P. Senault Oratorii.*

S. Maurus quodam modo sensu appellari potest Galliæ Apostolus, eo quod primus de Religiosa statu instituerit.

Ne putetis hanc nimium esse pauperis Cœnobitæ laudem, eum Apostoli nomine celebrare, licet hoc nomen peculiariter pertinest ad primos Ecclesiæ Jesu Christi institutores, quos ille immediate delegit, ut in extremas terrarum plagas ad nomen illius prædicandum secederent. Vere dicere possumus Deum per intervalla delegisse quosdam Sanctos, qui in eorum succederent ministeria, & quibus per extensionem gloriosum hunc titulum communicaret. Et sicut videmus S. Bernardum Apostoli titulo S. Malachiam decorantem, eo dumtaxat quod Apostolico muncre repletus erat; cur non eodem titulo Sanctum Maurum insignire possumus, qui data patrate illud ipsum pro Religioso statu præstitit, quod Apostoli pro Ecclesia fecerunt? Nam sicuti Salvator postquam per se Ecclesiam constituit suam, misit Apostolos ad eam propagandam, atque apud externas nationes instituendam: ubi Religiosum statum voluit instituere, usus est S. Benedicti opera, ut illum in Occidente sufus proferret, eique addidit Maurum coadjutorem, ut eundem perferret in Galliam. Æque ac dici potest S. Dionysius propte esse Galliæ Apostolus, quia ibi Jesu Christi Ecclesiam instituit, ita asserere possumus S. Maurum alio in sensu Apostolum esse propter Religiosi status institutionem. Alter quidem attulit Evangelium, alter vero Spiritum Religionis, qui a S. Gregorio Nazianzeno Evangelii plenitudo appellatur. *Bivar.*

S. Maurus abdicat se Cœnobii regimine, ut sese sacrati præparet.

S. Maurus quotquam omnes adhibuisse curas, ut in Gallia religiosum statum institueret, postquam voti reus factus fuit, ac illum confirmavit, solidavitque, in id unum omnes transtulit cogitationes suas, ut se se ad mortem disponeret. Oppetiebatur felix illud momentum sancta cum impatientia; & cum plures annos suo præfuisset

fuiſſet monaſterio, arbitratus eſt ſibi duos extremos vitæ ſuæ maximi hujus momenti negotio eſſe impendendos, & feceſſit in ſemotam ſolitudinem, ubi non aliam quam cum Angelis habens conſuetudinem, videbat ſe quotidie mori, ſeque ſubjiciens decreto, quod protulit Deus contra mortales omnes, voluit imitari Salvatorem, factus obediens uſque ad mortem. Quam ſancta fuit hæc mors, quandoquidem æquiſſimo, ac libentiſſimo animo ſuſcepta! Quam acceptum Deo fuit hoc ſacrificium, eo quod corde puriſſimo, ac libera voluntate perfectum! Quam placuit divinæ Majeſtati ſancta hæc diſpoſitio, quippe quæ tanta cum obedientia, & amore conjuncta! Verum cum ille arbitraretur ſinciſſimam mortem illam eſſe, cui accederet noſtra plena, & integra voluntas; Diſcipulis præcepit ſuis, ut maturato ſe ſe ad illud momentum diſponerent, ne mors illis inopina contingeret, ubi placeret Deo illos evocare; & poſtquam habuit ardentem cohortationem apud Diſcipulos ſuos, beatam efflavit animam, atque, ut ita dicam, *jubente Domino*, non ſecus ac vetus ille legislator occubuit. Hæc glorioſi S. Mauri mors certe in conſpectu Domini fuit pretioſa, quandoquidem ſimilis fuit morti Jeſu Chriſti, qui cum obſecerit ſe morti per obedientiam, imitatorem habuit præclarum hunc Religioſi ſtatus Apoſtolum in Gallia, ita ut de illo dici poſſit, obedientiæ virtutem, quam ſemper inter vivos amaverat, eum ad tumulum uſque fuiſſe ſubſecutam. *P. Sonault Oratorii*.

Elogium S. Mauri.

S. Maurus conſiderandus non eſt neque tanquam ſimplex Religioſus, neque tanquam unus tantum ex Sancti Patriarchæ Diſcipulis. Hi tituli inſignes profecto ſunt; atque efficere poſſunt encomii ejuſdem fundamentum, etiam ſi ſeorſim pertractentur. Sed majora ſuperſunt: Quippe S. Maurus vere fundator eſt celeberrimi hujus Ordinis, qui hodierna die factus eſt gloria, gaudium, & Eccleſiæ ædificatio, & pietatis odor, quem undequaque tot Sancti Cœnobitæ illum conſtituentes effiant, bonum eſt, quod in Gallia ſatis æſtimari non poteſt, quæ illud magno huic Sancto acceptum referre debet. Poterant ne illi glorioſiorem habere inſtitutorem? & non oe beati eſſent, ſi propius imitarentur Sancti hujus noſtri virtutem, quemadmodum ipſe vivens S. Benedicti virtutes imitatus eſt? Verum ſolis ne Ordinis ſui Monachis proponendus eſt tanquam abſolutiſſimus omnium virtutum prototypus? Nonne in vita ejus plures ſunt circumſtantiæ, quas mundi mortales valeant imitari? Nonne ab illo negotioſi homines diſcere poſſent tempus ſibi eligere, ut ſubinde ſe ſe reciperent, ac ſerio de ſalute ſua cogitarent tanquam de unico negotio, quod unicum majorem exigit attentionem, quam omnia ſimul mundi collecta negotia: quandoquidem S. Maurus ad biennium antequam extremum obiret diem, poſtquam quadraginta annos Monaſterii ſui regimini præfuiſſet, feceſſit ut magis vacaret Deo, & uni illi tantum vacaret? Quid dicent poſt hoc exemplum illi, qui non ſolum, ut Martha charitatis officiis ſe exercent; ſed qui ita diſſipati ſunt per mundi commercium, ut ſumet ipſorum, ſuæque ſalutis obliviſcantur, ut fere ſemper ab eorum oculis Deus, ejuſque terribilia judicia evaneſcant? Vulnera ſua minime ſentiunt, non norunt imminentem ſibi calamitatem, ac tuto dormiunt, quia negotiorum multitudo injicit illis ſtuporem. Quæniam illos urget neceſſitas, ſaltem per intervalla ſe ſe colligendi, & de fine ſuo extremo cogitandi? *Auctor Recens.*

Adhortatio ad S. Benedicti Monachos ad imitationem S. Mauri.

Quam impreſſionem tanti hujus Sancti memoria non debet efficere in animum eorum, qui totam gloriam ſuam in eo conſtituunt, ut ſint filii Sancti Benedicti, & magnum hunc Patriarcham eadem fidelitate imitentur, qua Sanctus Maurus, ejuſque regulam ſequantur tanto ardore, quanto horrore perſequuntur quidquid illi teporem poſſet immittere. Sanctus Maurus in monaſtica implicitus vita unum illud ſapavit, ne ſe ſatis fidelem præberet regulæ adeo ſanctæ. Illiorum munus eſt efficere ut pater ſuus in ipſorum perſona reviviſcat, hodierna igitur die pater agnoſcatur in filius, & magiſter in Diſcipulis; ut Gallia, quæ illos cum amore excepit, & quos modo cum lætitia intuetur, pergat virtutibus illorum ædificari, præcibuſque eorum fulciri. *Auctor Recens.*

PRO SANCTÆ SCHOLASTICÆ SORORIS SANCTI BENEDICTI, PANEGYRICO.

MONITUM.

Sancta Scholaſtica, cujus feſtum dium recolit Eccleſia, & cujus Panegyrica Oratio in pluribus Religioſis domibus habetur, profecto non eſt argumentum ſatis præclarum, & amplum Concionatori laudes illius celebranti; quia de Sanctæ hujus vita nihil conſtat, niſi quod ab ineunte puritia ſeſe devoverit Deo, & Sanctum Benedictum Fratrem ſuum imitata in difficillimorum Evangelii conſiliorum praxi, duplici jure illius ſoror fuit, ſed multo magis morum ſimilitudine, & animæ dotibus, quam ſanguinis, naturæque vinculo.

Hæc tamen ſimilitudo uberem ſuppeditare poteſt dicendi copiam; neque enim Sororis elogium ſeparari poteſt ab elogio fratris: præſertim vero ſi hujus morum, ſtudiorumque conformitati, accedat altera conſiliorum, factorumque. Sicut enim S. Benedictus primus extitit Monaſtici ordinis in Occidente Inſtitutor; Sancta Scholaſtica prima fuit Inſtitutrix Monialium, quæ in Religioſa vita ſeſe devoverunt Deo; neque hunc illi titulum detrectare aliquis poteſt poſt argumenta probatiſſima Eruditorum, qui teſtantur illam vere Religioſam vitam fuiſſe profeſſam, & ſuſcepiſſe regimen Sanctimonialium, quæ temporum decurſu in magnam excrevere multitudinem in Ordine S. Benedicti, ex cujus nomine appellantur, & quæ Matrem ſuam norunt S. Scholaſticam dignifſimam ſororem illius.

Quod attinet ad perſonales virtutes, quæ Sanctam hanc commendarunt, quemadmodum illa vitam ſuam tranſegit in ſolitudine; in illa celebrari, ac laudibus efferri poteſt mundi fuga, voluptatum, & honorum contemptus, humilis & prudens ſimplicitas in tota vita, ſenſuum omnium mortificatio, juge cum Deo commercium, perfecta obedientia monitis illius, quem tanquam fratrem diligebat, & tanquam Præceptorem audiebat.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti Syſtemata.

Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Pſalm. 54.

I. Spiritus Sanctus prævidens fieri poſſe aliquando, ut S. Scholaſticæ elogium a nobis eſſet extruendum, quæ tanta cum humilitate mortalium oculis ſubtraxerat præclaram vitam ſuam, quam eum Jeſu Chriſto abſconderat, ut loquitur S. Paulus; voluit ſub extrema vitæ illius ejuſdem texere elogium, ejuſque nobis proponere imaginem, eum ſpecioſam illius animam in ipſo mortis articulo traduxit ab oculis Fratris ſui Benedicti in formam columbæ. Qua in re voluit etiam nobis oſtendere, Sanctam hanc Virginem imitatam fuiſſe incomparabiles perfectiones Sponſæ Canticorum Deo ſuo adeo dilectæ, ac toties columbæ nomine nuncupatæ: *Veni columba mea.* Hanc igitur conſiderabimus tanquam columbam volantem in hoc Sermone, ut in eordibus noſtris oboriatur generoſum illius ſequendi deſiderium pro ſingulorum ſtatu, & conditione. Tres volatus, vel tres ad volandum impetus partientur elogium illius. Canina

Primus hujus columbæ volatus ille eſt, quem exprimit Propheta per verba, quæ immediate ſequentur illa textus mei: *Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſoli-*

solitudine. E mundo evolsvit, ut in solitudinem se reciperet.

Secundus volatus ille fuit, quem nobis S. Paulus indigitat, cum ait veros fideles se se attollere super omnia terrena, eorum in cælis esse conversationem: *Conversatio nostra in cælis est*. Ad Philipp. 3

Tertius volatus, quem memorat S. Benedictus frater illius, cum vidit eam sub columbæ specie in Cælum currus. *P. Texier.*

II. *Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*. Ad Coloss. 3. Quod S. Paulus generatim de Fidelibus dixit, ut ostenderet quanam esse debebat vitæ illorum sanctitas, hoc dicere possumus de Sancta Scholastica hac die, qua Ecclesia ejus triumphum concelebrat; & asserere possumus, divinum amorem non secus ac profanum suam habere lucem, atque caliginem; & non minus esse amare Deum, propter illius amorem delitescere, quam ad gloriam ejusdem prodire. Sancta Scholastica duplicem hanc assecuta est prærogativam. Delituit pro gloria Dei, & propter eandem inclaruit.

1. Abscondita fuit in oculis hominum, ducens vitam obscuram in terris, & in solitudinem sese recipiens ut Deo uni placeret.

2. Enituit in oculis Dei, toto vitæ suæ curriculo, contemplationi cælestium occupata, & vitam ducens magis divinam, quam humanam. *Bivar.*

III. Ubi S. Scholasticæ sermo habeatur coram Sanctimonialibus Benedictinis, proponi illis potest exemplum, & regula præclaræ parentis ejusdem, pro textu assumptis verbis illis Proverbiorum 1. *Ne dimittas legem matris tuæ*; ejusque ob oculos ponere omnia vitæ ipsius lineamenta. Ostendi potest Salvatoris Crucem ab ipsa pueritia complectens, pompis, & facult delicis fugiens, sicque in patris sui domo domesticam instituens pœnitentiam, in qua se mortificationibus, omnibusque pœnitentiæ austeritatibus exercuit. Secundo ostendi potest unjuum se prope Montem Cassinum recipiens, ibique insignem virginum numerum congregans, ac parti ns cum Fratre suo S. Benedicto totius mundi victorum, & cum eodem Monasticæ vitæ fundamenta in Occidente constituens. In dupleti hoc statu illam hodie vobis exhibere possumus, & in patris sui domo, & prope Montem Cassinum.

1. In Patris domo, ubi cum sibi solitudinem posuisset, ex tunc omnibus sæculi pompis abrenuntians, vacabat omnibus mortificationibus, ac austerissimæ pœnitentiæ severitatibus se se torquebat.

2. Apud Montem Cassinum, ubi Domino consecrans virginitatem suam, quali mater futura tot Sanctarum Virginum, insignem earum collegit numerum, easque in Religiosi institutis vitæ, verbis, & exemplis inspirans virtutes omnes ad istum hunc pertinentes. *Sermo MS.*

IV. Pro argumento, ac partitione sermonis considerari potest S. Scholastica tanquam soror, & Discipula Sancti Benedicti.

Primum tanquam Soror hujus Sancti Patriarchæ, illi omnino similis extitit. 1. In genere vitæ, quam amplexata est, quandoquidem ut ille solitariam duxit vitam ab ineunte adolescentia, primo quidem in domo patris sui, omnino a Mundo recedens, & unice cultui Deo inserviendi occupati; mox vero ad Fratris exemplum omni cum mundo consuetudini abrenuntians, propriæ tantum deinceps saluti vacatura. 2. Se illi similem præbuit in vitæ modo, imitata austera fratris jejunia, aspero induta cilicio, & ubique illius exemplum secuta in pœnitentia, & vitæ austeritate. 3. Illa eidem perfectius similis fuit in consilio imo, monasticum videlicet Ordinem instituendi sui sexus, per formam vitæ regularis; videlicet in quo eadem servaretur regula, quam Fratre suus semperat illis, quos Deus per singularem vocationem ad ejus Ordinem evocat.

Secundo si magnam hanc Sanctam consideremus tanquam primum S. Benedicti Discipulam, qui maximus est asceticæ, ac Religiosæ vitæ Magister; dubio locus non est, quo minus sub illius disciplina hauserit præstantissima Evangelii placita, non ea solum, quæ sunt de præcepto, sed potissimum etiam Consilia, quasi universalem rerum omnium abdicationem: cum enim abrenuntiato quo frater suus prius omnibus sæculi bonis nuntium miserat, illam constituisset bonorum ejus hæredem, maluit ejus exemplum sequi, ac ut ille fecerat abrenuntiare. 2. Ex eo didicit exactissimam Regularium Monasticæ vitæ observantiam, tanquam medium ad altissimum perfectionis gradum perveniendi. 3. Funditus edocta fuit qua ratione regeret puellas, quæ se se illi traderent instituendas, ut illas tandem faceret Sanctas, perfectasque Sanctimoniales.

PARAGRAPHUS II.

Fontes ex quibus hauriri copia potest ad propositas Sermonum structuras exornandas, & Auctores de hoc argumento eruditos.

PRimus, idemque vetustissimus auctor, qui verba fecerit de Sancta Scholastica S. Benedicti sorore, est S. Gregorius Magnus libro secundo dialogorum, ex quo ea didicimus, quæ sunt certiora. Qui Sanctæ Scholasticæ primi vitæ scriptores, quibus eo-logium cō-cinnarunt.

Quicunque Sancti Benedicti vitam ediderunt, temperare non valuerunt quo minus de illustri ejusdem sorore verba facerent, tanquam de virgine arcto necessitudinis vinculo cum eodem conjuncta, non solum propter sanguinis propinquitatem, verum etiam propter conformitatem morum, officiorum, & sanctitatis, ita ut omnia documenta, quæ hinc illa recipit, constituunt unam ex præclarissimis circumstantiis vitæ sancti hujus Patriarchæ.

Omnia quæ eatant Martyrologia cum vetera, tum recentia, illam cum laude celebrant tanquam veram Sanctimonialem, magistram, & institutricem plurium virginum, quæ sub ejus moderamine in communitate vixerunt. Alia vero de illa solum loquuntur tanquam de Virgine sancta, & ab omni mundi consuetudine remota, fraterno patris imperio.

Adest vita S. Scholasticæ fusior ab Anonymo Benedictino conscripta, quæ prolixe a Bolando relata fuit ad diem decimam Februarii.

P. Mabillon in præfatione in primum tomum de Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti compendiosam habet Sanctæ hujus vitam; ubi ea tantum refert, quæ a S. Gregorio Magno scripta sunt, tanquam ea, quæ certiora possunt afferri, & tanquam scitissimus Censor ea rejecit, quæ nulli insistunt argumento.

Idem alibi etiam in opere illo agit, lectoremque remittit ad ea, quæ uberius ab ipso dicta sunt in præfatione.

Idem prolixam habet dissertationem de professione vitæ Religiosæ S. Scholasticæ, ubi probat invictis rationibus, atque auctoritatibus, illam vere Religiosam fuisse, & a strictam regulæ, & observantiis Religiosi status; clausura excepta. ita ut temeritatis nocam non effugiat, qui velit oppositum partem asserere. Caterum cum liquet S. Benedictum Religiosis viris, æque ac Sanctimonialibus præfuisse, non ne credendum est, illum curas suas cum sorore partitum fuisse, quæ particeps consiliorum illius instituerit, & cum illo, & sub illo præfecta fuerit communitati puellarum vere Sanctimonialium, quæ de sæculo in sæculum, non secus ac S. Benedicti Cœnobitæ se se perennarunt?

Huic sententiæ subscribit Bolandus, qui adeo accurate collegit, & ad eamen vocavit quidquid scriptum fuit de sancta hac, iisdem rationibus, atque auctoritatibus innixus.

Sancti aliqui, & summi viri ex Ordine S. Benedicti ediderunt Sermones, & homilias in Sanctam hanc, qui videri possunt apud eosdem Patres Mabillonium, & Bolandum. Nuperi concionatores, & Auctores, qui eo hoc argumento locum sunt.

Bivar tomo primo Panegyricorum unum habet Sanctæ Scholasticæ.

P. Senault Oratorii in primo tomo Panegyricorum.

P. Texier unum tomo 2.

In Elogiis Historicis unum hujus argumenti reperies.

Bulteau, qui in Gallicum Sermonem transtulit Dialogos S. Gregorii Magni; ubi sermo est de Sancta Scholastica.

Baillet habet Sanctæ hujus vitam tomo primo de vitis Sanctorum.

P. Novet in Vita Jesu in Sanctis suis meditationem habet pro die festo Sanctæ Scholasticæ die 10. Februarii.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Figuræ, Applicationes Biblicæ huic argumento.

Loci, qui convenire possunt virtutibus, & præclaris factis Sanctæ hujus.

Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Psalmus 54.

Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus. Osee 2.

Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Psalm. 54.

Beatus qui tollit jugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit, quia levavit super se. Tren. 3.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Psalm. 30.

Dele me facere voluntatem tuam. Psalm. 143.

Meditabor ut columba. Isal. 38.

Quasi columba meditantes gemimus. Idem 59.

Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ad Coloss. 3.

Nostra conversatio in cœlis est. Ad Philipp. 3.

Vide

Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus. Ad Galat. ii.

Effoeta simplicitas sicut columba, Matth. x.

Si quis videtur in vobis esse sapiens in hoc mundo, stultus fiat, ut sit sapiens. 1. Corinth. 3.

Audi filia, & vide, & obliviscere domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. Psalm. 44.

Deus docuisti me a juventute mea. Psalm. 7.

Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ad Galat. vi.

Exemplo, & Figura ex Scriptura ad hoc argumentum depromptæ.

§. Scholastica comparata mulieri Apocalypticæ in deserta fugienti.

NOnne Sancta Scholastica Roma sefugiens, ut conscenderet in solitudinem semetipsam Deo consecraturam, comparari potest cuidam Apocalypticæ feminæ, quæ septa fulgore solis, lunæ, ac syderum, cælum relinquebat ut fugeret in desertum ibi asylum quæreret contra draconem, qui ad eam vorandum parturientem erat? Romæ profecto sane florens erat Sanctæ Virginis nostræ ævo, ita ut tanquam terræ paradisus haberetur, nihilque ibi deesse eorum, quæ palpare possent puellam nobilem, cui non deessent studia vanitatis, & ambitionis. Altera ex parte nihil deerat S. Scholasticæ, ut mortalium omnium in se animum, atque æstimationem converteret. Ex nobili erat familia: bona illi erant, veneres, & satis superque abundabat iis dotibus, quæ mortalium oculis placere consueverunt. Tamen cum illa sibi persuasisset eo inferorum lapsum esse, quo de majori altitudine ruimus; & quo magis fortuna favet, eo magis timenda esse tentationes, quæ a dæmone ingeruntur, draconi in scripturis comparato jucundissimum Romæ domicilium deseruit, ut in solitudinem sese reciperet. Neque præstolatur, quod plerique mortalium faciunt, ut adversa fortuna, vel inopinatus casus aliquis illam adigat; omnia deserit, omnia æquo, alacrique animo derelinquit, cumque posset in mundo enitescere, de illo triumphat per contemptum & fugam illius Deo uni placere studens.

§. Scholastica ab omnibus abstrahens Deo illa solo gaudere cupit, hæc Christo adhærentur.

Uti liquet, S. Benedictum vidisse Sanctæ Scholasticæ animam in Cælum sub columbæ specie evolantem; Auctores omnes qui Sanctæ hujus vitam conscripsere inde occasionem arripuere illam comparandi cum columba; cum qua re ipsa multa similitudinis ratio intercedit. Et nonne vobis videre videmini columbam illam, quam diluvii tempore emisit Noe de Arca, ut inde cognosceret, utrum aquæ de terra defluere inciperent, quæ cum non facile mundum invenisset locum, ubi pedes defigeret, ad Noe in Arcam reversa est? Magna hæc virgo aliud ne est a columba, seu per puritatem suam, seu per contemplationes, seu per solitudinem, seu per gemitus, seu propter amorem? Aliudne est, quam columba a Deo in terras missa, ad videndum utrum aquæ diluvii jam defluxissent; videlicet, utrum vitus, & animi pertubationes locum fecissent virtuti atque innocentiæ? Ecce igitur illa super terram, sed cum in tanta sæculi corruptione minime potuerit vel unum inventu locum, ubi pedes ejus requiescerent, cor, & affectus ejus; ad Noe in Arcam redit, videlicet ad Salvatorem, & in desertum, ut ibi pacem, & requiem invenirit.

Conjunctio S. Benedicti cum S. Scholastica comparata cum illa S. Gregorii Nazianzeni, & S. Gorgoniæ.

Quod olim contigerat inter Magnum Episcopum Gregorium Nazianzenum, & Sanctam Gorgoniam sororem illius, inter S. Patronium, sororemque ejus in Superiori Thebaide, ubi sibi receſſus ædificaverant, & ubi Eremiticam vitam duxerant; hoc ipsum deinceps usuvenit Patriarchæ S. Benedicto, sanctæque sorori illius Scholasticæ in Occidente. Frater de Subiacensi egressitus specu, ut in Montem Cassinum migret; Soror ejus sequitur illum, & in finitimi montis ejusdem se recipit, ut ab illo eruditur viæ salutis, atque secum trahat quamplurimas animas, quæ illam subsecutæ sunt in odorem virtutum ejus, ut adeo pium consilium amplecterentur.

Scholastica comparata Mariæ sorori Aaron.

Si constat, quod superius dictum est, S. Scholasticam non solum similem fuisse in omni virtutum genere S. Benedicto fratri suo, verum etiam illi veluticatam fuisse in consilio, quod de illo fovebat Dominus, illum videlicet constituendi primum Ordinis Monastici in Occidente Institutorem: Quod hic fecit cum maribus, quos de Ægypto eduxit, ut eos in Religionis desertum transferret, eisque leges præscriberet, ut in societate viverent, & sub ejus ductu vitam prorsus sanctam agerent: illa, videlicet S. Scholastica, cum puellis egit, & gloriosum hoc facinus cum fratre partita est, eo quod ad ejusdem exemplum delectam virginum manum assumpsit, quæ regularem vitam sub ejus regimine amplecterentur. Hinc fit, ut hæc valeat comparari cum Maria Prophetissa Aaronis Sorore, de qua in Exodo sermo est, quæ ubi vidit Dei populum de Ægypto egredientem, ac in desertum permeantem, postquam hieco pede rubrum mare transiverat, præivit omnibus mulieribus, ut canerent laudes Dei; & sicuti Aaron frater ejus institutus fuerat, ut cultum Domini in Deserto moderaretur, qua transeundum erat, ut populum hunc in terram promissam introduceret; pia hæc soror non modico illi fuit in obeundo Religionis muneribus adjumento. Hæc allusio est, vel si mavis exemplum conjunctionis, & similitudinis inter fratrem, sororemque in adeo præclaro opere, quale fuit institutio Vitæ monasticæ utriusque sexus ea in mundi parte, in qua vivemus.

Quod S. Augustinus & soror ejus fecerint in Africa, id S. Benedictus, & S. Scholastica fecerunt in Italia.

Sancta Scholastica non unum est Exemplum, quod Ecclesiastica nobis suppeditet Historia Sanctarum, quibus Deo placuit uti, ut aliquid conferret maxime necessaria operibus gloriæ suæ. Ita cum S. Augustinus instituisset communitatem Ecclesiasticorum, cum quibus degebat, scripsit Regulam pro Communitate Sanctarum Virginum, quibus tanquam caput præfecit Sororem suam, ut illas deduceret in perfectionis viam per orationem, cælestium meditationem, aliasque exercitationes. cum interim ipse diœcesim suam moderaretur, oppugnaret Hæreticos, omnibusque viribus suis pro Ecclesiæ gloria, & defensione laboraret. Quod autem fecit per se, sororemque suam in Africa Augustinus, hoc præstitit S. Benedictus cum Sancta Scholastica in Italia, quorum fructus pro utriusque sexus commodo late in Omnem Occidentem se effudit.

§. Scholastica usa est consilio Salvatoris, ut relicta columbæ simplicitate & serpentis prudentiam.

Quantumvis obiter spectetur S. Scholasticæ vita, illequebit illam in instituta vitæ ratione; quantum fieri potest columbæ simplicitatem cum serpentis prudentia conjunxisse, quarum utramque etiam, atque etiam commendat Evangelium. Docet experientia hoc animal tribus artibus uti ad semet tuendum triplici in occasione. Prima est aures sibi obstruere contra incantationes. Altera est tueri caput, & totum corpus ad illud tuendum objicere, novit enim ibi vitæ sedem esse. Tertia repurascere veteri cute deposita. S. Scholastica ad unguem exacta est hæc prudentiæ præcepta, obstrinens aures suas blanditiis sermonibus sociarum ejus, ut eam a proposito mundum relinquendi consilio deterrerent. Operuit caput suum, videlicet rationem suam servavit vertens terga mundo, & Deum unum prospiciens; & repubuit exuens veterem hominem induens novum, videlicet Jesum Christum per omnimodam, integramque omnium affectuum, & cupiditatum suarum abnegationem. Imitata est etiam columbæ simplicitatem, deserens mundum ab infantia: & antequam illum cognosceret, nunquam misceri voluptatibus, ut totum vitæ suæ spatium traduceret in laboribus pœnitentiæ, & mortificationibus, a mundo fugiens, ut sese in solitudine sepeliret, & abrenuntians copibus, ut omnes paupertatis angustias perferret, & gustaret omnes amaritudines vitæ sustentissimæ, atque pœnitentis.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, ac Sententiæ quorundam Sanctorum Patrum, aliorumque Auctorum de vita solitaria, deque postilude Sancto hujus virtutibus.

CUi propter Christum mundus totus Crucifixus est, & ipse Christo, qui non possit amplius pariter eorum esse, qui in mundo sunt. S. Basilius quæst. 8.

Simplex erio si te mundo non implicaveris, sed explicaveris; explicando enim te a mundo, simplex, implicando, duplex eres. S. August. homil. 2. super sermonem.

Omnibus in conversionis idiotis, nulla virtus magis necessaria est, quam simplicitas humilis, & gravitas verecunda. S. Bernard. in quodam sermone.

Nil æque facit in virtute crescere, atque cum Deo versari, & colloqui, S. Chrysost. in Psalm. 7.

Hæc est gratia devotionis, & unctio, quam experitur novit, inexpertus ignorat, quoniam nemo scit, nisi qui accepit. S. Bernard. de vers. Apost. Petri: Ecce nos reliquimus omnia.

Solitudo quædam necessaria est menti nostræ, ut videatur Deus; turbo strepitum habet, visio ista secretum desiderat. S. August. tract. 17. in Joann.

Oppidum mihi carcer est, solitudo Paradisus. S. Hieronym.

Solitaria vita cælestis doctrina schola est, ac divinarum Artium disciplina. S. Basilius de laudib. vitæ solit.

Eremus sanctarum mentium deliciatio, ac animi gaudium inexhaustum dulcedo. Idem ibidem.

Pergit in solitudinem, ut ab aula mentis possit divina videre sapientia, ubi omni strepitu terrenarum silente curarum, in meditationibus sanctis, & in dulcibus latetur æternis. S. Leo serm. 8. de decimi mensis jejunio.

Vere nonit recte vivere, qui oculo novit orare. S. Augustinus homil. 4. ex 50.

Volens in templo orare, sic ore ora, & ita ego semper, ut Dei templum sis; ibi enim Deus exaudit, ubi habitat. Idem lib. de vera innocentia.

Non parva res est, quod Spiritus Sanctus dicit nos gemere; insinuat nobis, quia peregrinamur, & dicit nos in patriam suspirare; quando propter hoc gemimus. Idem tract. 12. in Joannem 6.

Multi gemunt in infelicitate, non gemitu columbæ, quia non amore Dei, non spiritus gemunt. Idem ibidem.

Appli-

Applicationes nonnullarum Scripturæ locorum huic argumento.

1. Scholastica videtur se in mundo delectasse solitudine, ut ex his Scripturæ locis colligitur, quæ de illa firmum constituit.

Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Psal. 54. Ubi animus advertitur ad eam difficultatem, qua salvari possumus in mundo, & eorum ad facilitatem, quæ in solitudine inventur, non laudare non possumus Prophetæ consilium, & optandum esset, ut omnes dicere possemus cum illo hæc eadem verba: *Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine.* Hoc autem contigit Sanctæ Scholasticæ, cujus memoriam hodierna die recolit Ecclesia, & quæ longe fuit, quam ipse Propheta beatior. Vix enim mundum conspexit, cum ab eo fugam corripuit; vix cognovit illum, cum illum ignorare voluit; vix illius delicias delibavit, cum illi nuntium misit, ut in solitudinem se reciperet, ut ex consensu Benedicti fratris sui faceret magni illius Ordinis fundamenta, qui sæculorum decursu de Ecclesia adeo bene meritus est. Quam beata est, quod præclare nominis sui significationem expleverit, & sese sæcularibus negotiis noverit expedire, ut ad pedes cælestis sponsi discumberet, qui discipulis suis præcepta non tradit, qui ad cor sponsarum suarum non loquitur, nisi eas seorsim, & in solitudinem abduxerit.

Ibi fidem fuit, ut mi Deo vacaret.

Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus. Osee 6. Spiritus Sanctus Columbæ comparat Sponsam Canticorum; avis hic enim in solitariis locis versari oblectatur, & ubi sociam amisit, in rupes ac petrarum scissuras se recipit, ibi de illius interitu questus suos editurus; & Propheta David optime in hanc congruit sententiam, eum ait: *Quis mihi dabit pennas, sicut columbæ, & volabo, & requiescam?* Et nonne hoc inquit Spiritus Sanctus, Sponsam videlicet suam, fidelem animam in antra & specus concessisse, ibique complacere sibi? *Columbæ meæ in foraminibus petræ?* Profecto S. Scholastica imitata solitarium columbæ ingenium eligere non poterat locum vel sibi utiliorem, vel cælesti Sponso jucundiorem, quam deserta. Oblectatur enim Deus gratias largiri, subditis suis leges irrogare, docere discipulos suos, ac sese fidelissimis famulis suis aperire. In desertis atque in vertice montium sese transfigurat, ac se amantes animas transformat, efficiens, ut illæ beatam jactaturam patiantur earum rerum omnium, quæ in illis erant corruptibilia, & mortalia.

Psalm. 14.

Genes.

Collectio interna animæ in solitudine, ad Rom. 14.

Regnum Dei intra vos est. Luc. 17. Regnum Dei intra vos est, dicebat Dominus, & regnum hoc, addit S. Paulus, pax est, & gaudium in Spiritu Sancto. Interior nostrummet collectio statuit nos in Regni hujus possessione; efficit enim, ut ad nosmet revertamur. Dei Regnum in exilio Dei præsentia constituit, & felicitatem, qui Sancti omnes possident illum. Dei vero Regnum in terris est Dei in nobis præsentia, & felicitas, qua gaudemus illum contemplantes, & quodammodo illum possidentes. Collectio fuimet ipsius duo continet, jugem, aut frequentem attentionem ad Deum, nec non jugem, aut frequentem ad nosmet ipsos attentionem; attentionem quidem ad Deum, ut Deum semper inspiciamus, gloriam ejus constituamus finem omnium nostrarum actionum ut Deum semper consulamus, & lumine ejus, vitæ nostræ, normam constituamus, ut Deo uni confidamus, & omnem spem nostram collocemus in ejusdem auxilio opportuno, & unico gratiæ ipsius fundamento. Altera collectionis pars sit, attentio ad nosmet ipsos, ut observemus vias nostras, ut invigilemus fecentis naturæ, sensuumque nostrorum motibus, qui assectentibus quidem gaudent, pluribus humanis rationibus, quæ actionibus nostris se immiscent, & infinitis prope recursibus, sed fere assiduis philautiæ nostræ ad moderandam vim omnem instruxerunt, ut jus ad ingenii nostri impetus cohiberemus. Huic negotio incessanter implicita erat Sancta hæc, quæ ubique Deum invenirebat in Cælo, & in se.

Pſalm. 45.

Deus, docuisti me a juventute mea. Psal. 70. Ab hoc divino Præceptore, ab inexhausto hoc Sapientiæ fonte S. Scholastica hauriebat quotidie dogmata in Solitudine. Duplicem habebat Magistrum visibilem altrum, alterum invisibilem; verum quid illam duo hi magistri docebant? Duas maximi momenti veritates illi tradebant, quæ compendium essentiæ Sanctorum complectuntur; cognitionem Dei, & sui ipsius? Ubi in deserum ingressa est, tota animæ illius occupatio fuit orationi vacare, ita omnia illam extulerant ad Dei sui contemplationem. In admirabili hac solitudine dicebat illi Spiritus Sanctus: *Vacate, & videte quia ego sum Deus.* Mea sola magnitudo meretur obsequia tua, immortalis pulchritudo mea digna est, ut me ardentissima corda tui Charitate diligas. In hac schola felix ista discipula omnes impendebat cogitationes suas, ut meditaretur magna, & ineffabilia mysteria Dei pro salute nostra hominis facti. Nihil in oculis habebat nisi Crucifixum, ut cum S. Paulo dicere posset: *Arbitratus sum me nihil scire, nisi Christum Crucifixum.*

2 Cor. 2.

3. Scholastica ad imitationem Sanctorum semper fuit homini ofiosa,

Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus. Psalm. 44. Minum esse non decet, si non Sancti solum quærunt vitæ absconditæ, atque interioris secretum; verum etiam si Deus ipse in tenebris, atque in obscuritate retinere gestit quidquid in illo maxime laudandum est. Licet ostendat in Thaumaturgia potentiam suam, in iis videlicet, qui plurima edunt miracula, Sapientiam in doctoribus, zelum in Apostolis, virtutem in Martyribus; voluit tamen animam, ac principium magnarum actionum sibi uni esse exploratum: & certissime liquet nos in Sanctis ea tantum cognoscere, quæ in personis eorum minus insignia sunt. Nunquam ne animadvertistis, plerasque similitudines, & parabolas, quibus utitur Scriptura, ut animæ excellentiam, ac meritum ob oculos nostros objiciat, desumi ab iis, quæ sunt magis abscondita; thesauro in agro latenti; semine terræ credito; lapide pretioso, margarita quæ nonnisi in marium imis partis invenitur? Natura, adeoque magis gratia pulcherrimorum operum suorum tanta flagrant zelotypia, ut etiam ea ad perfectionem perducant. Non est igitur cur miremur, si Sancta Scholastica cum ex hoc esset numero fuerit, ut Spiritus Sancti verbis utar, filia abscondita Patris cælestis, qui illam tanquam alienigenam, incognitamque hominibus reddiderat, & solus cum illa colloqui oblectabatur. *Filia abscondita Patris.*

Eccli. 42.

Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Galat. 6. Quid sibi volunt inauditæ id genus loquutiones? Hæc eximia est vitæ Religiosæ, ac status imago; ubi se ipsam nacta est S. Scholastica, domui parentum suorum vale dicens extremum. Hactenus, mundum licet non diligeret, a mundo diligi poterat; quamvis mundum non quæreret, ab eo poterat quæri; etsi mundi bonis non perfruebatur per nostram adhæsionem; illis uti poterat jure, quod ipsi erat permissum. Igitur erat mortua mundo, illi erat crucifixa; sed mundus ne illi mortuus erat; illi erat crucifixus? Mundus, qui improbat, qui damnat; qui pro viribus facit vocationes ad vitam Religiosam, mundus hic, qui palpat, qui allicit, & ferre nequit, se deseri, se derelinqui? Haud illa. Illa nondum mundo mortua est, nondum illi est crucifixa. Nullam habet amplius partem in actibus civilibus, non est amplius ex numero puellarum sæculi: Familiæ decor, cœtus voluptuarii; jus acquirendi, permutandi, possidendi, omnia illi mortua, & crucifixa sunt; ipsa vero omnibus & mortua, & crucifixa.

Mundus cum suo ſplendore crucifixus eſt, mortuique Sanctus cum mundo.

PARAGRAPHUS V.

Quid hauriri possit ex Theologia Fontibus hoc in argumento.

Abſconditæ vitæ bonæ.

Videtur abscondita nonnullorum Sanctorum vita, non admodum profuisse gloriæ eorum, ac velamina, & tenebræ, quæ, ut ita dicam hominum oculis eorum sanctitatem furtipiunt, non satis aptum fuisse admirationi, ut virtutes illorum cognoscerentur, & mortales eorum sequerentur exempla. Fatendum est nihilominus, momenta harum vitarum abscondituram eo Deo esse gloriosiora, quo magis hominum oculos fallunt. Sancti, qui Dei gloriam annuntiant, non semper eadem ratione hoc consequuntur. Est sanctitas insignis, quæ extrinsecus magnifice prodit, tanquam Apostolorum, qui Gentium conversioni operam locarunt, & Martyrum, qui equuleos ascendunt; verum non deest sanctitas solitudinis, & recessus, quæ in hoc posita est, ut lateat, ut mundi lucem pathoreſcat, ut in deserta loca concedat, & in solitudine tegat omnia lumina quibus septa est; & hoc non minus est amare Deum, & propter illum delitescere, quam propter illius gloriam nitere. Sancta Scholastica duo hæc privilegia consecuta est; propter Dei amorem fefellit oculos hominum; sed voluit etiam Deus illam ad majorem sui nominis gloriam profetre.

Particularis vitæ abſconditæ bona.

Sanctitas latens habet peculiare quodpiam privilegium, quo commendatur. Nam præterquam quod singulari afficit honore absconditam vitam Filii Dei, qui ut plurimum pauciores invenit exemplorum suorum imitatores; Deo etiam reddit gloriam pariorem, ac minime obnoxiam periculo amoris proprii, a quo omnia semper sunt metuenda. Etenim in actionibus Sanctitatis, ubi insignes sunt, atque publicæ, & testes habent oculos hominum, inventur semper aliquis gloriæ radius in eum redundans, cujus sanctitas palam cognita est, sed ubi virtus est secreta, & Deum unice testem habet, hæc ut ita dicam omnes habet spinas, omnesque difficultates, nihil ab hominibus recipiens, quod aliquid solatii ei valeat afferre. Puriot quidem est; quia ut S. Hieronymus inquit; *Virtus secreta Deum solum judicem respicit.* Cum aliquid palam bene facimus, non deest aliqua commixtio, & humilitas ipsa quantumvis fevera cum hominum oculos testes habet, faeere nsquit, quominus animum aureſque præbeat intuentibus se. Sancta nostra absconditam habuit sanctitatem, & unice propter Deum omnia huic præstitit obsequia.

Quo in ſtudio deſit homines ſanctos remunerando eſſe mortuos?

Communis est sententia, solitudinem adeo perfectam esse mortis imaginem, ut qui ibi vivunt, dici possint in antecessum mortui, quia omnis vita eorum abscondita est in Deo cum Jesu Christo; & nullam habent amplius cum hominibus similitudinem. Re ipsa mortis similes nullam jam habent cum viventibus necessitudinem, illos non vident amplius, cum illis non colloquuntur, nullius in negotiis, aut voluptatis partem accedunt. Mundus illos in ipsorum recessu consideratmortuos in ci-

in cinerem redactos, & ipſi viciſſim conſiderant Mundum, quaſi traductum per hoc incendium generale, quo aliquando erit comburendus. Sed inter ſolitarios mundique ſectatores hoc diſcriminis intereſt, quod horum vitæ finem facit mors plena tumultus, atque amaritudinis. Mortuntur in procella, S. Job inquit, tanquam ii, qui nunquam de morte cogitarunt, niſi cum inevitabilis fuit; cum e contra mors illorum, qui receſſu, & ſolitudine ſeſe præpararunt, non tam bona mors eſt, quam ſuavis ſomnus, qui illos ab hac vita ad aliam traducit beatiorem, cujus felicitas non alios habitura eſt terminos, quam æternitatis.

Hæc Apoſtoli verba. noſtra Converſatio in Cœlis eſt, pertinent ad eos, qui a mundo ſe ceſſerunt. *Ad Philip. 3. Ad Cor. 4. 5. Ad Coll. 3.*

S. Thomas interpretatus hæc S. Pauli verba: *Noſtra converſatio in cœlis eſt*; ait Sanctorum in Cœlis converſationem triplici modo haberi; *per contemplationem, per affectionem, per operationem*. Per contemplationem quidem: quia pro objectis ſenſibilibus oculos non habent. Hi ſunt, de quibus loquitur Paulus, qui non vident viſibilia, ut inviſibilia tantum contemplentur, quia viſibilia tantummodo temporalia ſunt, & inviſibilia æterna? *Non conſiderantibus nobis ea quæ videntur, ſed quæ non videntur*. Sunt in Cœlis per affectionem; quia cor illorum non appetit, niſi cœleſtia, & ſupernaturalia. Ibi ſunt etiam per operationem quia tota eorum vita imago eſt hominis cœleſtis, & cum S. Paulo dicunt, *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis*. Dubitare non licet Sanctam Scholaſticam hoc pacto in Cœlis converſatam fuiſſe; etenim poſtquam reliquit quidquid illecebrarum illi offerre poterat Mundus; poſtquam Romæ opibus valedixit credibile eſt illius amorem nequaquam adhæſiſſe deſerto, ſed illam ſolitudine uſam fuiſſe tanquam gradu, ut attolleret animam ſuam in Deum, non ſolum pea juges preces, & affectus, ſed per operationem, intimamque unionem cum divina majeſtate, non aliud in omnibus actionibus, conſiliiſque ſuis ſpectantem, quam ut ſupremæ bonitati placeret.

Totius ſeculi noſtri navamus operam in ſolitudine quam inter ſeculi turbas.

Quamvis Patrum, atque Theologorum ſententia communis ſit, ut ſalus noſtra in portum adducatur, mundum eſſe relinquendum; verum nihilominus eſt, mundum vinci poſſe, ibique licet raro, animas inveniri ſatis generoſas, quæ omnibus reſiſtant illecebris, quas ille poteſt offerre ut nos alliciat. Sed fatendum eſt, & hæc S. Auguſtini ſententia eſt, pro ſingulis, qui in mundo de mundo triumpharunt millenos inveniri, qui corruant; *Continua pugna, rara victoria eſt*; inquit hic S. Pater. Jugis objectorum præſentia, converſatio ſæcularium, quorum conſilia fere tendunt ad corruptionem, efficiunt in mentibus noſtris aeres adeo impreſſiones, ut arduum omnino ſit iiſdem non decipi. Solitudo una nos a naufragio poteſt eripere; ac nos ſemovens a periculoſis id genus converſationibus, æque ac a funeſtis objectis, efficit, ut citra periculum, & etiam fere ſine pugna triumphemus. Hæc eſuſa impulit Scholaſticam, ut ab ipſa puertitia a mundo recederet; & effecit ut hujuſmodi ſolitudine non contenta, quia intus in animæ noſtræ generalibus ſrui poſſumus inter ipſos honores, & ſæculi impedimenta, ipſa vellet frui omnibus vitæ ſolitariæ bonis, quæ in deſertis agitur.

In Chriſtiana Religione licet in eo quod ad virtutem, & ſanctitatem pertinet feminæ ſæpe viris non cedant: ſunt tamen exercitia pietatis, zeli, & charitatis ita unius ſexus propria, ut alteri minime conveniant. Verum pleraque utrique ſunt ita communia, ut utriuſque ſexus erga Eccleſiam merita ſint æque maxima, & graviſſima. Id genus eſt Religioſarum Communitatum Inſtitutio. S. Benedictus proculdubio primus eſt in Occidente, qui inſtituerit hoc vitæ genus, quæ profitetur ad perfectionis apicem Evangelii placita obſervare. Sed ideo Sancta Scholaſtica quoque prima eſt, quæ virginibus præbuerit exemplum vitæ ejuſdem in hac mundi parte; & ſi minus magna Virgo hæc adimplevit nomen Sanctimonialis ea acceptum in ſignificatione, quæ vulgo huic nomini traditur; quæ illius exempla ſecutæ ſunt, non niſi aliquot adjecere cæremonias primæ huic inſtitutioni, quæ de ſæculo in ſæculum perennis extitit in Ordine, qui ex ejus nomine appellatur, ejuſque regulas ſervat.

PARAGAPHUS VI.

Deſumitur ex Afectibus, naperiſque Concionatoribus loci ad hoc argumentum ſpectantes.

Nobilis ſanctus. & ejus mirx dotes S. Scholaſticæ.

SI quæ unquam fuit, in qua Deus conjungere voluerit duplicem hanc qualitatem perſonæ nobilis, & abſonditæ, hæc ſane fuit incomparabilis Scholaſtica. Nobilis erat propter virtutum ſuarum nitorem, & quod ſoror erat Sancti adeo nobilis, qualis S. Benedictus extitit. Tamen Deus paſſus non eſt, nobis non niſi pauciſſima de eodem comperta eſſe, & explorata; ac de illa jure dicere poſſumus, quod in Scripturis eſt. *Ambulavit cum Deo, & non apparuit*. Itaque licet nihil nobis ſuppeteret, quod diceremus de inſignis hujus Sanctæ virtute, niſi hanc in Deo ſolum, & propter Deum abſconditam fuiſſe, ſatis uber nobis pateret laudum illius campus; & vitæ ejus caligo ſatis luminis noſtro afferret ſermoni. Non deerant illi procul dubio merita; quæ in ingentem lucem illam producerent, eamque in mundum prodeuntem commendarent. Genus nobiliſſimum erat fortita, quandoquidem ex vetuſtiſſimis Romæ familiis duxerat genus ſuum. Eximio ornata erat ingenio, cujus magnitudinem ipſum quo vocabatur, Scholaſticæ nomen fatebatur, a Scholis, & Scholaribus Magiſtrorum ſcientiam habentibus. Natura illi oris ſpeciem largita fuerat, quæ totius mundi oculos alliciebat. Nihilominus cum inter tot ridendi occaſiones abſcondi voluerit, & perpetuis exercitiis damnaverit libertatem, quæ alias plurimas lucrari potuiſſet; quod in Cœnobii unius caligine ſub Religioſi ſtatus integumento celare voluerit dotes adeo præſtantes, atque ſublimes hoc manifeſtiſſimum eſt argumentum amoris, quo illa Deum, ac Deus illam proſequebatur. *P. Texier, & Binet.*

Primi receſſus animique dotes S. Scholaſt. c. 2.

Fingite vobis puellam ex illuſtri familia ſumma cura a parentibus inſtitutam, ſed a Spiritu Sancto prævenitam, & Domino ab ipſa infantia devotam, S. Gregorius Pontifex inquit. Statim ac auribus ejus accidit fratris ſui Benedicti receſſum, a genitoribus facultatem obtinuit ſe ſe velo tegendi, qui tunc mos erat puellarum, quæ ſæculi bonis, ac voluptatibus nuntium mittere vellent. Non parum erat jam in ipſo mundi centro deſerum ſibi inveniſſe; ſed hoc nondum ſatis erat animæ, de qua fovebat Deus tot, tantaque conſilia. Hæc puella audit vocem Spiritus Sancti, qui cum illam fuiſſet allocutus per fratris exemplum, in penition corde ei dixerat, ut ſe ſuper omnia, & ſuper ſe ipſam extolleret. Præcipienti ſine mora formoſa hæc anima parere contendit; volatum extendit, mundi commercium horret, fratremque ſequitur in deſerum. Credibile eſt, S. Benedictum non nihil contuliſſe, ut ſoror immitteret hanc ſecedendi mentem, & primum illius documentum proculdubio fuiſſe illud ipſum, quod idem exercuit, injiciens illi ſpirtum ſolitudinis, ac votum vitam abſconditam ampleſtendi. Ita ſi paullo attentius adverteritis animum ad Sanctæ hujus eximia facta, in illius perſona generalem videbitis mundi damnationem, ſæculi hujus celſitudines confuſas, deſertas opes, voluptates, ac illecebras contemptas; ac placita reprobata. Videbitis e contra in Sancta hac anima ſolitudinem ſine moroſitate, pœnitentiam ſine crimine, lenitatem ſine imbecillitate, ſeveritatem ſine rigore, & ad tot virtutum cumulum virginitatem ſine oſtentatione, & ſine phiaucia. *Ex P. Texier, Binet, & MS.*

Quinam fuerint S. Scholaſticæ Magiſtri in deſerto: & quam illi ſcientiam tradiderint.

In Deſerti ſchola totam vitam ſuam traduxit Sancta Scholaſtica, ibique Scholaſticæ nomen per antonomaſiam meruit eſt, videlicet ſcholaris, atque diſcipulæ. Verum cum mirum ſit ſolitudinem fuiſſe ſcholam ubi illa ſtudius vacavit, quæri poſſet tum quinam illius fuerint Magiſtri, tum quam ſcientiam fuerit edocta? Sancta hæc diſcipula duos habuit Magiſtros, alterum viſibilem, alterum vero inviſibilem. Viſibilis fuit S. Benedictus frater ejus; inviſibilis Spiritus Sanctus. Cum igitur amabilis hic frater attraxiſſet ſororem ſuam prope Montem Caſſinum exemplis ſuis, & fortaſſe etiam epiſtolis, quotannis diem unum in illa erudienda impendebat. O Deus! Quis Magiſter! Magnus hic Vir, qui triennio in cava rupe delitescens, ſepultus quodammodo fuit in Dei ipſius ſinu, ut ex eo nitidiſſima hauriret lumina, ac profundiſſimas cognitiones. Magnus hic Vir, qui ex divina hac ſchola egreſſus, prodit tanquam Doctor Eccleſiæ totius. Epiſcopi diœceſes ſuas deferebant, ut ab hoc Anachoreta perciperent earum regendarum ſcientiam. Ita ſane. Patres illi fidelium, atque Magiſtri, ſe hujus Solitarii filios, diſcipulosque præbebant; & nullus in Italia Præſul erat, qui non ſe beatum putaret, ſi poſſet conſulere oraculum hoc deſerti de iis, quæ accidere poterant in ſpiritali regimine populi ſui. Principes, & Magiſtratus de ſuis ædibus egrediebantur, ut a S. Benedicto veram addiſcerent politiam videlicet artem ſubditos regendi ſecundum Dei legem. Hic autem ſummus ſcientiæ Sanctorum miniſter, ſublimis hic myſticæ Theologiæ doctor, ſi operam, induſtriamque ſuam navabat, ut alienos doceret, ſuis dicendo aſſequi poteſt curam, & ſollicitudinem ejus in ſorore erudienda? Quænam transfuſio luminum ſpiritus ejus in animum ſororis? Quænam effuſio cordis S. Benedicti in cor Sanctæ Scholaſticæ! O Deus! Quam jucundum ſpectaculum videre Sanctum hunc fratrem de Dei magnalibus diſſerentem; & Sanctam ſororem bibulis auribus dicta excipientem! Fratrem hunc, e cujus ore effluunt Doctrinæ cœleſtis theſauri, & ſororem hanc avide illos recipientem, & ſumma officii fide ſervantem! *P. Texier.*

Varia Annotanda quæ Deus contulit Sanctæ Scholaſticæ in deſerto.

Fingere nobiſmetipſis poſſumus, quas delicias guſtavit S. Scholaſtica in ſolitudine, quas ibi gratias recepit, quas didicit veritates, quos concepit ardores; quoniam in ſolitudine gaudet Jeſus Chriſtus familiaritas cum ſanctis animabus ſponſis ſuis converſari. Hinc licet conjicere quantam ſolitudo hæc illi pepererit voluptatem; ibi enim adepta eſt matris dignitatem, quin virginitatis jacturam faceret. S. Ambroſius animadvertit Sanctiſſimam Virginem recepiſſe glorioſas dotes, quibus ſupra omnia creata attollitur, in ſolitudine, ab Angelo ſalutatam fuiſſe in ſuis penetralibus; Spiritus Sancti vi illic fecundatam fuiſſe, ipſamque ibi concepiſſe Verbum Incarnatum,

Gen. 5.

tum, & Mundi salutem fuisse opetatam. De filia dicemus, quod Sanctus hic Doctor de matre dixit; dilectus ipsi de ancilla, quod ille de domina. Scholastica in desertum concesserat, & conclusa erat in cellula cum electa sua Jesu Christo in Sponsam, cum inita consilium Ordinis sui instituendi, cum Mater facta est tot Virginum, & cum tantum contulit ad salutem tot animarum sanctarum, quæ ea ejusdem exemplis profecerunt. *P. Senault Orat.*

§. Scholastica divinitus obtinet ut frater proficiat visitatione sua.

Licet Sancta Scholastica non nisi a fratre suo erudiretur, tamen hic illam semel quotannis invisebat, & dies una principium, finemque affectebat visitationi. Dei beneficia unicum erat eorum colloqui argumentum. Verum eum quondam pia soror se se intus inflammari deprehenderet sermonibus fratris sui, eum cogere voluit, ut & in diem alterum visitationem proferret, pulata pia conversatione, diutius erat fruitura purissima flamma, qua vorabatur. Sanctus Patriarcha ad rectum finem sanctus fororis suæ obstitit desiderio, atque ut cœnobitas suos doceret utilissimum quodque commeteium, ubi diutius pertraheretur; suspicione carere non posse, voluit se se in soum recipere Monasterium, dixitque ei ut olim veteris Testamenti Angelus Jacob: *Dimitte me*, ut eo pergam, quo me meum vocat officium. Sed eum Sanctus obfirmato animo negare sorori pergeret, quod Patriarchæ Jacob concesserat Angelus, Scholastica divino amore acta illum obtestata est per ea, quæ in Religione sacerrima sunt, eumque non magis illum moveret lacrymis, quam precibus, ad orationem confugit, & Salvatorem deprecata est, ut retineret fratrem, qui omnibus conatibus ejus resisteret. Via illa se se ad orandum collegerat, accidit ut ser, qui serenus erat, totus repente nubibus tegeretur, micarent fulgura, imbres effusissimi dissiluerent, circumstreperent tonitrua, ita ut Frater cedere coactus, sanctæ sorori suæ vim sibi invito factam suavissime eaprobaret: *Parcat tibi Deus omnipotens, soror: quid est, quod fecisti?* Hoc prodigio a Deo Sanctimonialis in ictu oculi impetravit, quod effusis precibus lacrymisque a fratre obtinere nequsquam potuerat. *P. Senault Oratorii.*

Quomodo parentes qui in seculo peccarunt per sanctam Scholasticam salutem operati sint.

A Sancta Scholastica discite, posse vos, quin a parentibus vestris secedatis ope gratiæ vitam cum Jesu Christo in Deo absconditam ducere, ut Sancta hæc, ita ut in mundo viventes totæ Dei solius esse valeatis. Verum quidem est non esse adeo facile salutem operari suam in variis mundi hujus negotiis, & qui putant, se, modo gravia vicent crimina, esse in salutis via, & extra quodvis periculum, errant gravissime. Ne credatis posse vos facile innocentiam vestram tueri in quodam vitæ genere non solum non abnormi, verum etiam honesto, quod vobis non videtur e vestigio Evangelicis institutis oppositum. Hic laqueus est exitus, quæ periculo propiora nectere vobis dæmon valeat, & versutissimi est proprii amoris illusio. Quomodo igitur vosmet sanctificabitis? Hoc fiat si in mundo vixeritis, ut olim Sancta nostra, cum a illuc apud parentes suos morabatur; quin secundum Mundi spiritum viveret: si ad Domini opem confugeritis in assidus fere tentationibus, ubi tot pessum, diffidentes de plurimis mortalibus callidissimis qui suo simulatæ virtutis specie, tamen sunt gravissimia obnoxia flagitiis; discedentes a societate mundanarum puellarum, quarum conversatio mentem, & eor vestrum facillime corrumperet: vobismet etiam in paterna domo ædificantes solitudinem, cum Sancta Scolastica, quo fecedere valeatis, & interiorem exercere solitudinem, quotiescunque periculum adesse senseritis; vel variis tentationibus labefactabimini, quibus plerumque affligitantur, qui Deo volunt adhærere. *Ex Elogiis Historicis.*

Tradito modo S. Scholastica tradit Regimina.

Licet Sancta Scholastica adeo fratri suo hæreret, ne putetis tamen visitationes eorum frequentiores fuisse: *Semel per annum venire consueverant.* S. Gregorius ait, *Semel.* Quinam erant illis prætextus speciosi frequentius conveniendi? Nonne dicere poterant, quod vulgo: Hæc mea soror est, hic frater meus, hic vector animæ meæ! Verba non facimus nisi de conscientiæ negotiis, ac regiminе Monasterii. Nihilominus unica illis quotannis satis erat visitatio, *semel per annum*, & quæ visitatio? Procul hinc aberant sæculi visitationes, circuli vanitatis, in quibus dies teruntur integri sermonibus inutilibus, & alia quavis re, quam iis, quæ ad salutem pertinent, dummodo aliquid non adsit deterius. Sed quamam hodierna die sunt visitationes, quæ obeuntur apud eas, quæ in claustris versantur? Sermo illic habetur de Mundi negotiis ab iis, quæ eum reliquerunt. Coram illiabus Sion ollentantur vanitates, & luaus Babylonis, atque ut vellificetur dæmoni conanti efficere, ut illæ teneantur desiderio cepatum Ægypti seacentæ illis proponuntur deliciæ, quibus locā illius incolæ perfruuntor. Quamam sunt tandem hæc religiosarum virginum adeo frequentia, & secreta colloquia? Ibi sæpe vel sub speciosо miserationis, & charitatis titulo, de aliis obtrectatur: eorum noxæ amplificantur sub excusationis simulatione, fibique virtuti vertunt pie aliorum famam proscindere. Benedictus, atque Scholastica de Deo tantum, deque illius magnalibus, bonitate, illius amandi voluptate, ac possidendi felicitate loquuntur; *eorum in Dei laudibus, & colloquiis sacris docentes*, S. Gregorius ait. Ita Deus Sanctis hujusmodi viris contulit gratiam honorandi eorum conversationem miraculo, quemadmodum alibi diximus, & profecto æquissimum videbatur, ut Cælum se se huic rei commiscereet; quia Sanctæ Scholasticæ cum fratre conversatio erat omnino cælestis. *Sermo MS.*

Eadem gratiæ benedictiones æque fuerunt pro fratre, ac sorore.

Quam utiles mihi habendæ essent animadversiones de integritate fratris, & fororis hujus, de Sancto hoc Patriarcha, & S. Scholastica, de fidelitate, qua omnibus gratiæ consiliis uterque respondit, de perfecta bonorum abdicatione, quibus ab initio vocationis suæ nuntium miserunt Mundi honoribus, atque voluptatibus, de status electione, ubi longius abessent pericula, uberiores essent benedictiones, lapsus infrequentiores, beneficia magis singularia, virtutes firmiores, ac solidiores. In aliis familiis passim de duobus videmos, alterum quidem gratiam Dei in lucro ponere, & ea credito sibi talem fructum percipere, alterum vero Dei beneficiis abuti; sicuti videmus in Abel, & Cain, in Isaac, & Ismael, in Jacob, & Esau; quorum alteri Cælestibus gratiis, ac Dei benedictionibus usi sunt, alteri vero illas neglexerunt, vel illis abusi sunt. Non hoc accidit Sanctæ Scholasticæ fratrique illius; pro utsoque sunt eadem benedictiones, quoniam uterque illis præclare uti noverunt. Ita eadem gratiæ protectionis, fecunditatis, solitudinis, fecessus; eadem felicitas mundum depopulandi ad deserta populanda, eaque, ut inquit Propheta, suavia, atque jucunda efficienda. *Elogia Historica.*

Elogium peculiare duorum Ordinum.

Sancta Scholastica gregem sibi divinitus creditum agit, Ordinemque suum non scriptis, ac peculiaribus regulis firmat, sed divinis lectionibus, sanctisque exemplis. Hæc non nisi Fratris sui consilio regulaque vult uti, regula, quam Patres, atque concilia toties regulam regularum appellarunt; sanctam in exercitiis, brevem in placitis, suavem in officiis, justam in præceptis. Hæc eadem regula est, idemque spiritus, quo duo isti Ordines reguntur. Fuerunt illi tanquam duo Ecclesiæ Candelabra in Ecclesia, ut sexuum duorum mortalibus ad perfectionem tendentibus facem præferrent. Uterque juvit, ut fideles de præstantissimis Evangelicis Institutis erudirentur. Filii Patriarchæ S. Benedicti a primis usque primordiis maxima eum Ecclesiæ utilitate laborem, operimique impenderunt; fidemque ad Saxones pertulerunt. Eam etiam tulerunt in Angliam Regnum felix, si eandem tueri cognovissent. Sanctimoniales Scholasticæ filiæ se se in universam terræ faciem effuderunt, ac optimo virtutum suarum odore totum orbem repleverunt. Benedicti Filii tantam sibi sanctitatis famam pepererunt, ut eorum complures ad S. Petri Sedem, sastigiumque evaserint, & pluribus sæculis Ecclesiæ præfuerint. Filiæ Scholasticæ fidei, ac disciplinæ integritatem servarunt. Filii Benedicti studiis operam navantes primorum temporum caliginem persoderunt, & Occidentis Ecclesiam pretiosissimis Græci Sermonis monumentis locupletarunt. Denique pluribus, iisque ingentibus opus esset voluminibus ut referre possemus fructus insignes, quos Deo isti Ordines Ecclesiæ pepererunt, præsertim vero primis illi temporibus, & quibusdam sæculis posterioribus, quibus omnes scientiæ a Christiana Religione eaulare videbantur; & vitia, non secus ac ignorantia sola videbantur in partem cessisse eorum, qui incolebant Europam.

Mors hujus Sanctæ pretiosa.

Postquam Sancta Scholastica sancte vixit in solitudine, corpore tenus habitans in terra; formosa tandem illius anima carneis expedita vinculis, & beatam hanc possidens libertatem, ad quam S. Paulus summo eum ardore anhelabat; formosa, inquam, illius anima apparens oculis fratris sui sub columbæ specie, e mundo egressa est, ua Cælum ingrederetur, deseruit carcerem corporis sui in Dei sinum evolatura. Silentio prætermittamus gloriam, quam Sancta hæc possidet in Cælo; verba nostra nimis exilia, ut illam explicare valeant; sed nosmet convertamus ad ea, quæ Sancta hæc potius requirit ea nobis, ut videlicet pro viribus illam imitemur. Et utinam ad illius imitationem vellemus nosmet a terra divellere, & affectus nostros a bonorum eaducorum, & perniturorum amore eapedire, ut corda nostra ad cælestia attolleremus. Non omnes quidem possunt se se in clausura recipere, ut ibi vitam ducant absconditam; quoniam plurimi in hac mundi luce propter statum, & conditionem suam remorari tenentur. Sed ipsi Sanctam nostram imitari possumus ab impiorum consuetudine receedentes serio evitantes occasionem lædendi Deum, semper illius præsentiam servantes nobisque in cordibus nostris paranres solitudinem, ubi licet hic perturbationum animi, mundique tumultus insremat, nobismet vacemus, & illi uni animum intendamus, quod porro unum in Evangelio necessarium appellatur. *P. Texier.*

Quæ in re religiose S. Scholastica valeat imitari.

Necessitas imitandi Sanctam Scholasticam ad vos præsertim pertinet Animæ Religiosæ. Jam non parum profecitis, cum in exercitori hac solitudine vitam ducatis: verum addenda quoqoe est interior solitudo, cordis solitudini, homo hic absconditus, de quo verba facit Apostolus. Hic hujus Sanctæ Spiritus est, Inter cujus filias tanto cum honore adlectæ fuistis. Opus est, ut vos quoque spiritum illius imitemini, spiritum hunc interioris, exteriorisque solitudinis viventes non solum in clausuris

eorpo-

eorporis incluſæ, ſed avellentes corda veſtra ab omnibus affectionibus ſæculi, ſemoventes cogitationes veſtras ab omni oblectamento, quo affici poſſitis ſub ſexcentis inanibus prætextibus, quos inimicus nimis crebro ſuggerit iis etiam, qui ſunt ſemotiſſimi, attollentes deſideria veſtra in Deum, nunquam flectentes oculos a divinæ majeſtatis ejus conſpectu, a qua exſpectare meritò poteritis eaſdem remunerationes, quibus in Cælo fruitur pia, & incomparabilis mater veſtra Sancta Scholaſtica. *Rocens Auctor.*

PRO SANCTÆ CATHERINÆ SENENSIS. PANEGYRICO. MONITUM.

Uemadmodum in vita, & Sanctæ hujus actibus omnia ſunt inaudita, ac miraculo proxima, ejus jejunia, auſteritates, extaſes, gratiæ eidem a Salvatore conceſſæ, ejus apud Deum auctoritas, denique, ut verbo omnia complectar, quidquid de illa nobis compertum eſt, prodigium ſapiat: primum illud, quod mea quidem ſententia faciendum eſt Concionatori, Panegyricam orationem paranti, eſt abhorrere a recentiorum querumdam criticorum ſententia, qui ambigunt de iis rebus omnibus, qua in ſenſum eorum non ingrediuntur eo uſque, ut miracula ipſa negent, & ea omnia, qua in Sanctitatis argumento illis videntur admirabilia; & qui ideo locum præbent, credendi in Religionis canſa fidem eorum ſuſpicione vacuam non eſſe.

Alterum illud, eni inſiſtendum opinor; quo magis Sancta hujus facta admirabilia ſunt, & gratia, quibus ancta fuit, ſingulares, atque eximia: eo magis voluiſſe Deum ad ſui nominis gloriam ea eſſe manifeſta, publica, ac maxime authenticis probata teſtimoniis, ut ex actibus Canonizationis ejus innoteſcit.

Tertium denique, quod ad Concionatorem pertinet, illud eſt, quod in enarratione mirabilium factorum, qua omittere nequit, quin prætermittat quidquid eſt potiſſimum, aptiſſimumque ad magnum Sanctæ hujus conceptum aſtruendum; Deo acceptam referat gloriam omnem geſtienti gratis, favoribuſque cumulare illos, qui ſibi fideliter adhærent, & qui ſine ulla exceptione ſe illi devovent, quod præſtitit incomparabilis Catherina Senenſis.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Synopſis.

Dilectus meus mihi, & ego illi. Cant. 1.

I.

Eſcio, utrum ex hiſce verbis incomparabilis Sanctæ Catharinæ imaginem comprehendatis; ſed mihi dicere fas eſt inter Virgines omnes, quæ ſaſe Deo devoverunt nullam inventum iri, quæ illum ardentiori charitate dilexerit, quæ magis divino huic adhæſerit objecto, quæ conſtantius, ac fidelius ſponſum hunc mutuo amore fuerit proſequuta, quæ demum ſe ſe dilecto ſuo magis mancipaverit. Verum ex alia parte adjicere auderem nullam extitiſſe, cui Deus plura conceſſerit adhæſionis mutuæ monumenta, ſi hoc vocabulo uti fas eſt, cum non aliud inveniam, ut ſignifirem Salvatorem totum illius fuiſſe; quandoquidem illam dilectam ſuam vocavit, illam ſibi in ſponſam aſſumpſit, quia eor cum illa commutavit, quia in illa vulnerum ſuorum cicatrices impreſſit arrham amoris ſui, quia illi ſua lumina, & maximi momenti ſecreta communicavit, ac tandem quia in illius perſona congeſſit peculiares gratias, quas alus diſtribuit, quod efficit, ut iterum dicam

a. Illam totam fuiſſe huic dilecto cordis ſui; a. Sed ſpecie quadam viciſſitudinis mutuæ Salvatorem Mundi totum illi fuiſſe: *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

Cum hæc ergo ſemet neceſſaria quadam illatione conſequantur, utrumque probabimus in admirabili S. Catherina, quæ abſolutiſſimum eſt exemplar animæ inviolabiliter adhærentis Deo, quæ illum unum ſemper amavit, & conquiſivit; quod in priori parte videbimus. In altera vero oſtendemus, quemadmodum Filius Dei, ea charitate, ac prædilectione, cujus pauciſſima extant exempla, totus videtur fuiſſe illius per eximios favores, magiſque intimas communicationes, quas ulli uſpiam Sanctorum conceſſerit. Hæc tota erit hujus Sermonis partitio.

II. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Cant. a. Ad rexendum illuſtris S. Catherinæ Senenſis Panegyricum oſtendere poſſumus, Jeſum Chriſtum ſe ſe illi ita tradidiſſe per intimas, atque admirables communicationes, ut illa peculiari prærogativa dicere poſſit, *Dilectus meus mihi.* Hanc ſexennem benedictionibus ſuis Dominus cumulavit, eamque adeo propria dignatione prævenit, oſtendens ſemet illi videndum in gloria Aſcenſionis ſuæ; ut illa *sui* hujus memoriam toto vitæ ſuæ ſpatio ſervaverit, & ex eo tempore omnes cordis ſui affectus eidem devoverit. Eodem temporis articulo communicavit illi donum oarionis in gradu ita ſublimi, ut ſpiritus ejus jugiter fere elevatus eſſet in Deum, & infimis ejus perfectionibus ita penetratus, ut magna hæc anima nullam alium cogitationem poſſet excipere, & minus adhuc altesi cuipiam objecto ſuum affectum impendere. Ille huic ſpineam dedit coronam, quam omni pretioſo lapidi prætulit. Impreſſit vulnerum ſuorum notas in pedibus, manibus, & corde Sanctæ hujus, quæ graviſſimum illi ſenſum pepererunt, & quorum dolorem omnibus mundi delicis anteculit. Dei Filius illi cor ſuum tradidit, & adeo admirabili commutatione cor ejus accepit, ut jure dici poſſet, cor Jeſu Chriſti, cor eſſe Catherinæ, & viciſſim Cathenæ cor, eſſe cor Jeſu Chriſti. Denique ſe ipſum illi ſine ulla exceptione dedit quatenus Sponſum; illam dignatus identidem viſitationibus ſuis adeo crebris, & familiaribus, ut illius vita in juges eataſes, & raptus tranſacta videatur.

Pro puncto altero oſtendere poſſumus, S. Catherinam ſe ſe omnino totam Jeſu Chriſto dediſſe per adeo fidelem gratiæ correſponſionem, ut tuto dicere poſſet, ego quoque viciſſim tota ſum dilecto meo. Ex corde ſuo ſacellum, & Aram conſtituit, in qua jugiter ſemet ad majorem illius gloriam immolabat, tanquam victimam, quam divinus amor penitus abſumpſit; ſexcentis agitata fuit tentationibus, & ſævum indixit bellum corpori ſuo. Tanta erat illius abſtinentia, ut ſtomachus eſcis ali non poſſet. Omnes hæ pœnæ purgatorii loco ipſi erant, ſed per arctiſſimam unionem, quam habebat cum Cæleſti Sponſo, in anteceſſum delicis perfruebatur, perinde ac ipſa non ſolum induiſſet Jeſum Chriſtum, quemadmodum loquitur Apoſtolus, ſed fuiſſet in illum aliquo pacto tranſformata. Hinc alia aliquando apparuit Confeſſario ſuo ſub forma Filii Dei, ut ille intelligeret ad quem conformitatis gradum perveniſſet perfecta vitæ ipſius imitatione.

In tertio orationis puncto poteſt oſtendi, quo pacto incomparabilis hæc Virgo pervenerit ad arctam adeo communicationem, & ſimilitudinem cum Salvatore. Pervenit autem 1. per rectum gratiarum uſum quæ eo uberiores evadebant, quo præclarius iis utebatur. a. Per jugem omnium ſenſuum ſuorum, omniumque facultatum animæ mortificationem. 3. Per accuratiſſimam regularum obſervantiam, perfectamque ſuperioribus ſuis obedientiam. 4. Per virtutem, qua ſemetipſam ſuperabat omneſque naturæ ſuæ niſus; eo uſque ut aquam biberet, qua ægrotantium ulcera ablueraf. 5. Per altiſſimam humilitatem, cujus ipſe Dei Filius eximium nobis documentum propoſuit, cum die quadam illi apparuit, eaque dixit, ſe eſſe ſubſtantiale Verbum Patris ſui, ſemel tantum loquentis: Sed ſe illi duas veritates traditurum, quæ, ſi ipſa aures vellet adhibere, eam beatam efficerent. Prima fuit: *Ego ſum ille, qui eſt*, dixit illi. Altera vero: *Tu illa, quæ non eſt.* Ego ſum omnia; & tu nihil. *P. Novet in Meditationibus.*

III. Ad concinnandum elogium, quod deceat gloriam illustris S. Catherinæ Senensis, quam colit Ecclesia hoc triumphi sui die redeunte, credidi illam posse considerari sub triplici aspectu;

1. Tanquam objectum maximarum curarum divinæ providentiæ.

2. Tanquam subjectum gratiarum, ac beneficiorum illius.

3. Tanquam instrumentum insignium miraculorum ejus.

Hæc vobis perfundebit sola recitatio eorum, quæ Auctores fide dignissimi testantur, & qui ipsi quoque Sancti fuerunt, de hac incomparabili Virgine. Hic mihi dumtaxat præcavendum est, ne me nihil dicentem, nisi ea quæ oculati, ac fide dignissimi testes judice testati sunt, & quæ probavit Ecclesia, infimuletis, quod Sanctæ hujus elogium extruam super ea, quæ incerta sunt ficta, & quæ admirabilia sunt magis, quam vero similia; & quin vobis proponam virtutes ad imitandum, miracula ad admirandum exhibeam. Corrigite, si vobis lubet, fallacem conceptum hunc. Hæ virtutes has illi tam peculiares gratias promeruere, neque ad eas imitandas validius exhortari possum, quam ostendendo singulares virtutes, quarum eadem præmium extiterunt. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

IV. Cum paucissimi ignorent, Dei Filium oblectatum fuisse, corpori eximiæ Sanctæ Catherinæ sacra sua stigmata imprimere; facile est sibi persuadere, sacrorum horum vulnerum instaurationem in Sancta hac Virgine tres diversas impressiones fecisse, respondentes tribus admirabilibus, quæ in Salvatoris passione continentur; videlicet magnitudini amoris ejus, magnitudini doloris, & magnitudini triumphi ipsius. Hæc igitur incomparabilis Virgo per communicationem vulnerum Filii Dei, recipit,

1. Charitatem respondentem infinito amori Salvatoris crucifixi, quæ Sanctam hanc impulit non solum ad amandum Deum toto eo animi ardore, cui par erat anima ipsius; verum etiam ad proximum suum diligendum ita ut nullus esset peccator, pro cujus conversione minime preces effunderet; nec æger, cui opellam suam non commodaret.

2. Ardens desiderium patiendi ad exemplum Filii Dei, cum omnibus uteretur pœnitentiis, mortificationibus, austeritatibus, ut se huic Sponso sanguinum præberet quam simillimam.

3. Virtutem, ac robur, quod illam accessivit in partem gloriosi triumphi Salvatoris; cum nulli extiterint a suis consanguineis obices, vel contradictiones, nullæ a mundo calumniæ, quas invicta constantia non superaverit; neque opus licet difficillimum, quod Deo juvante ad optatum finem minime perduxerit. *Specimen Panegyricorum.*

V. *Sponsabo te mihi in fide.* Cum S. Catherina Senensis ab omnibus agnoscatur, tanquam una ex Virginibus, quas majori charitate sibi desponderit; facile est intelligere, ipsum illam tenerrima dilectione complexam fuisse, & dicere possumus non defuisse huic amori tres qualitates, quas exigit Deus a sanctis animabus, quas gloriosa hac qualitate dignatur.

Primo. Non solum unicus fuit, sed fidelis; in præstantissimo gradu; cum hæc anima magna abrenuntiasset omnibus vanitatibus, omnique spei hujus sæculi, quæ illam posset allicere, ut Deo unice hæreret.

Secundo. Amor fuit ardens, cum nihil missum fecerit, in quo Dei gloriam promoveret, per peccatorum conversionem, fidei propagationem, & Ecclesiæ pacem &c.

Tertio. Zelus strenuus, ac fortis, qui effecit, ut cuperet se tota vita sua pati, ut se redderet magis Salvatori suo similem, & ut aggrederetur pœnitentiam adeo austeram, ac rigidam, quæ eum antiquis Martyribus valeat comparari. *Auctor Recens.*

VI. *Circumdedit me quasi sponsam ornatum monilibus suis.* Isaiæ 6. Cum loquor de sponsalibus Sanctæ Catharinæ Senensis cum Salvatore, ne puteris hæc esse nuptias mortalium, qui sæculo devoti simt, ac dediti his Mundi voluptatibus. Procul istæ profanæ cogitationes, impuri sensus, eraitæ creaturarum ideæ. Nobis per vos liceat summa cum mentis puritate contemplari divinam hanc Sanctæ hujus nostræ unionem cum Jesu, quin aliqua terrena imago se se mentibus nostris objiciat. Hæ nuptiæ vobis omnino cœlestes videbuntur, si vobis considerandam proposuero.

1. Unionem earumdem studiorum in corde Catherinæ, & in corde Filii Dei, tendentium ad majorem Dei gloriam, & proximi salutem.

2. Unionem earumdem cognitionum in mentibus, quandoquidem Salvator oblectatus est per se edocere magnam hanc animam mysteria, & secreta humanæ menti prorsus impenetrabilia.

3. Unionem earumdem passionum in corporibus; cum Sanctæ nostræ satis non fuerit gratis, quam Salvator contulerat illi sacra imprimens stigmata, sed cum ipsa se se tradiderit austerissimæ pœnitentiæ, ut eo dignior his cœlestibus esset nuptiis, quo esset Jesu Christo similior. *Ex Specimine Panegyricorum.*

VII. *Sponsabo te mihi in fide.* Oseæ 2. obtinuit vulgo apud gentes omnes consuetudo, ut cum duo simul contrahunt Matrimonium, utriusque bona evadant communia; unde facile innotescit, Dei Filium cum sibi Illustrem Catherinam Senensem desponderit; eamdem admisisse in communionem bonorum omnium, quæ illi sunt propria tanquam & Verbo Dei, & Homini Deo. In Æterni Patris sinu quatenus splendor gloriæ ipsius, & in splendoribus Sanctorum genitus, ipsa puritas est; *Candor lucis æternæ:* Quatenus vero homo, ortus est ex utero matris Virginis purior, quam radii solis. Præterea quatenus Verbum Divinum est æterna Sapientia, & quatenus Homo-Deus possidet Sapientiæ, ac scientiæ thesauros: *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ reconditi.* Denique quatenus Homo-Deus factus est vir dolorum, & sponsus sanguinum propter salutem hominum. Hæc bona sunt, in quorum partem arcessivit Sanctam Catherinam, ut illam sibi sponsam assumeret. Sap. 7. Coloss. 2.

1. Salvator illi puritatem suam præciputm ipsius bonum communicavit: *Candor lucis æternæ;* itaque hac virtute enituit inter Virgines omnes Deo sacras; quod colligi potest ex eo quod cum omnibus prædita esset sexus sui perfectionibus, ideoque a pluribus ad affinitatem conquisita, illa semper spectatissimas quaslibet nuptias rejecit, cumque in re hac a dæmone esset gravissimis tentationibus lacessita, semper victrix permansit, adhæsitque Filio Dei cui dederat fidem explicito voto ab ultima pueritia.

2. Filius Dei suam illi communicavit scientiam: *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ reconditi,* cum illam tot luminibus repleverit, ut eruditissimi quilibet Doctores illam de difficillimis, obscurissimisque argumentis consulerent.

3. Vocavit etiam illam in partem passionum suarum, quæ illi sunt propriæ tanquam Homini Deo; *sponsus sanguinum mihi es,* quandoquidem illi sacra stigmata impressit; & Sancta hæc Virgo crucifixit carnem suam austeritatibus, & mortificationibus maxime admirabilibus, ut se cœlesti Sponso præberet similiorem. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

VIII. Illustris Sancta Catherina sub triplici ratione spectari potest, tanquam gradibus, per quos ad tantum perfectionis apicem pervenit.

1. Tanquam S. Dominici filia; juxta quam qualitatem particeps est spiritus Ordinis ejusdem, qui spiritus est charitatis, & ignis amoris divini, ad extendendam Salvatoris gloriam, & ad Ecclesiæ incrementum.

2. Tanquam sponsa Salvatoris ejusdem, particeps spiritus, sensuum, & passionum illius.

3. Tanquam Mater plurimorum Fidelium, quorum conversionem procuravit, & quos traxit ad Deum precibus, & vehementibus hortationibus suis cum hoc pacto cooperata quodammodo fuerit Redemptioni eorum, quos de abyssu flagitiorum eduxit. *Binet.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde hauriri copia potest ad propositas sermonum imagines exornandas, & Auctores, qui de hoc argumento loquuntur.

Quo Sanctæ viram scripserunt.

SAnctus Raymundus Capuanus ex Ordine S. Dominici Sanctæ nostræ Confessarius, & mox Ordinis sui Generalis, eminentis virtutis, ac altissimæ eruditionis vir, qui coram Deo profitetur, se nihil scripsisse in vita S. Catherinæ Senensis miraculis refertissima, quod ille vel ex ipso Sanctæ ore non audierit, aut ipse testis oculatus non viderit, vel a personis omni exceptione majoribus, ac fide dignissimis non acceperit. Fusior est hæc vita, & de verbo ad verbum a Bolando descripta, & a Surio in compendium redacta ad diem tertium Aprilis. Qui Sanctorum vitas scripserunt veluti Ribadeneira, Baillet &c. non nisi primum hunc Auctorem consuluerunt, vel exscripserunt.

Accedo. P. Novet in vitæ Jesu Christi in Sanctis suis insignem habet hujus argumenti meditationem ad tertium Aprilis diem.

Granatensis in altera parte Catechismi, ubi agit de miraculis, de illis Sanctæ hujus verba facit.

Idem in tractatu de amore Dei præclarum habet hujus Virginis elogium.

P. Saint jure sub finem libri quarti de cognitione, & amore Domini nostri loquitur de ardenti Sanctæ hujus nostræ erga Deum charitate.

P. Croiset in Asceticis exercitat. pro Mense Aprilli pulchrum habet compendium vitæ, & actionum Sanctæ hujus.

Conciliatores recentiores. In tomo altero Speciminis Panegyric. tria sunt Sermonum compendia hujus argumenti.

Abbas de Mirue inter Sermones habet Sanctæ hujus Panegyricum.

Binet tomo 2. Panegyricorum.

P. Senault Oratorii tomo primo Panegyricorum. Auctor Sermonum in omnia argumenta in tomo 2. Panegyricorum.

PARA-

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Figuræ, Applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci, qui convenire poſſunt virtutibus, & præclare factis Sanctæ hujus.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere domum Patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum. Pſalm. 44.

Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Pſalm. 50.

Mirabilis facta eſt ſcientia ſua ex me. Pſalm. 138.

Super decantes me inteſlexi. Pſalm. 118.

Guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. Pſ. 33.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Pſal. 30.

Doce me facere voluntatem tuam. Pſal. 142.

Deus docuiſti me a juventute mea. Pſal. 7.

Beatus, qui tollit jugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia levavit ſuper ſe. Thren. 3.

Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus. Oſee 2.

Noſtra converſatio in cœlis eſt. Ad Philipp. 3.

Mihi Mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Ad Galat. 6.

Vulnerata Charitate ego ſum; & ordinavit in me charitatem. In Cantic.

Dabitur illi fidei donum electum. Sap. 3.

Mirabiliter me eruciat. Job 10.

Stigmata Jeſu Chriſti in corpore meo porto. Ad Galat. 6.

Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Ad Galat. 2.

Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Ad Coloſſ. 3.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & ſequatur me. Luc. 9.

Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Joann. 12.

Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo. 1. Corinth. 9.

Mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 1. Corinth. cap. 4.

Præbe, fili mi, cor tuum mihi. Proverb. 23.

Dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2.

Exempla, & Figuræ ex ſacris Bibliis excerpta.

Amor, quo S. Catherina Senenſis eſpleta eſt Salvatoris, quandoquidem præfecendus eſt amor ſponſæ Canticorum.

AMor Sponſæ Canticorum olim flores poſcebat: *Fulcite me floribus, quia amore langueo*; ſed amor Sanctæ Catherinæ Senenſis poſtulat ſpinas; eumque Salvator altera quidem manu auream offerret coronam, & ſpineam altera, ut utram mallet, eligeret, non hæſit in electione facienda. Illa enim ſuopte ingenio, & ratione ipſa inconſulta, præcipiti feſtinatione manum ad ſpineam coronam extendit, quæ plurea habuit ad eamdem movendam illecebras, quam auri, ac lapilliorum nitor ad illas ciendas, quæ maxime mundi hujus bonis udhærent. Sibi delegit illam, quæ humanæ profuit ſaluti, & objecit eam, quæ crebro ad eorum damnationem, exeidiumque contulit; prætulit doloria inſtrumentum inſtrumento faſtus, ac pompæ, eumque acceptare poſſet partem, quæ profuit ad hoc, ut mundi eriminu expiarentur, nullam habuit rationem illius, quæ effeeit, ut plurima peccata committerentut ... Tu geſtaviſti, o Deus! exclamat hæc inſignis Sancta, ſpineam hanc coronam; & hæc fuit tuarum paſſionum tuique umoria diadema: nunquam mihi integrum eſſe poteſt eligere, ac ſtatuere utra pretioſior ſit? Rex gloriæ prior pertulit hoc doloris diadema; heu numquid ex hoc faltem loco illi ſimilia eſſe potero! Jampridem erubeſco, quod ſim membrum nimia delicium ſub capite ſpinis coronato. Hæc dicens de manu Filii Dei coronam iſtam recipiena, eam ſuo capiti imponit, infigitque, quantacunque vi poteſt, majori affecta gaudio ex dolore, quem ſpinarum cuſpides afferebant, quam ſi coronam florentiſſima Terrarum Imperii geſtaret.

S. Catherina ſpineam aliqui coronam Salvatoris exemplum ſecuta. *Ad Hebr.* 12.

Pater Æternus offerens Filio ſuo duas longe diverſas coronas, ut vel honore redimitus viveret, vel ut ſpinis coronatus incederet, Salvator, ut Apoſtolus inquit, Crucem, atque dolores deliciis prætulit: *propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem.* Ad hoc ipſum Salvatoria exemplum imitandum, ſancta noſtra generoſo animo auream rejecit coronam, ejque inhærentem gloriam, ut ſpineam eligat per amoris ejuſdem ſympathiam. Salvator mi, cui illa, caput tuum mihi nimis charum eſt, nec patiar illud ſolum tot dolores perferre; meum vero nimis eſt nocens, ut gloria valeat coronari. Nimis parum eſt, tenteræ Sanctæ hujus chantati, participem fieri velle exleſtia Sponſi deliciis, & floreis ſertia redimiri; in partem accedere vult dolorum, & fitis ardens patiendi ad ipſius imitationem, efficit, ut non ſolum ſpineam coronam deferre geſtiat, verum etiam in partem accedere velit omnium tormentorum, quæ ille in ſacro corpore perpeſſus eſt. Num mirum videtur, ſi poſt adeo prudentem electionem non alia habet vota, quam in omnibus corporis ſui partibus pati? Si cogitat, cogitat de divini hujus ſponſi doloribus; ſi loquitur, non loquitur niſi de ſupplicits, ac pœnis, quas ille ſubiit; ſi agit, ſanctum, tenerumque cor, quod principium eſt omnium actionum ejus, videtur ſemper lancea, ut cor Salvatoris, tranſverberatum.

Dei Filius mujus operatur prodigium ut Catherinâ alat, quam quod operatus fuit ut aleret prophetas, & populum Israel.

Dei Filius amantiſſimus ille animarum noſtrarum ſponſus, ſimulque parens credidit adhuc ſe inſigni huic Sanctæ nimia parum contuliſſe, niſi inaudito miraculo illam ſatis diu aluiſſet; non quidem eſcam, ut olim nonnullia Prophetarum, demittena, ſed per ſe ipſum; atque dapibus longe pretioſioribus, quam quibus populum ſuum aluerat in deſerto. Quo autem pacto id contigerit, referam. Cum inſignis hæc Virgo per inediam, atque jejunia eum redacta fuiſſet in ſtatum ut nullum umplius perferre poſſet cibum, cum nihil poſſet amplius in illius ſtomacho permanere: tudem eſca, quæ animam ejus alebat, die ipſum aluit corpus, & per prodigium, cujus nullum extat exemplum, magnam vitæ ſuæ partem tranſegit ſine alio cibo præterquam adorabili corpore Salvatoria, quo diebus ſingulis paſcebatur. Hoc quodammodo erat vivere de Deo, quemadmodum peo illo tanium vivebat. *Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Chriſtus.* Ita loquebatur Sanctus Paulus, ita loqui poterat etiam Sancta Catherina: ſi enim Sancti Patres affirmant per unionem cum hoc adorabili corpore, Salvatorem noſtrumet partem efficere, non ne dici poterat Sanctam hanc ea eo totam conſtare, & Chriſtum non poſſe magis hujus fieri, quam cum illius factus eſt alimentum? Ita vita hujus jugæ eatitit miraculum providentiæ magis quam ſupernaturalis. Sæpe etiam Salvator illam propria manibus communicabat, ne quis cum ipſo partiretur curam ſervandi vitam, qua nulla eidem antiquior erat, atque jucundior. Galat. 2.

Quemadmodum ſpiritus Sanctus Apoſtolos docuit, ita Sanctus ſe eſſe vellet Sanctæ Catherinæ Magiſtrum.

Dei Filiua non valuit adhuc eaplere exceſſum amoris ſui erga Sanctam hanc, eam propria nutrnena ſubſtantia, & hoc portento teparans vires corporis magnæ hujus animæ. Sed ſicut Spiritus Sanctus docuerat Apoſtolos; Filius Dei hanc ſibi depopoſcit provinciam docendi illam, quandoquidem illam non alium habuit ut quam inſtituiorem. Sed in hac ſchola, illam quæ vix legere didicerat, brevi parfacta eſt eruditndis maximis Doctoribus, enodandis difficillimis quæſtionibus, ac edocendis Theologis celeberrimis. Quomodo autem fieri poteſt, ut rudis virgo, ſine litteris, ſine magiſtro, quin ſe ſe unquam non niſi pietate eacoluerit, habita fuerit tanquam perſpicaciſſimum ſæculi ſui ingenium, & libros ſcripſerit ſcientia prorſus divina cumulatiſſimoa, abſque eo quod idem Spiritus Dei, qui olim Apoſtolos edocebat, huic ſe ſe negotio immiſceret? Sed ſicuti hæc ſcientia erat infuſa, & doctrina omnino cxleſtis, tantum abfuit, ut illius eor, mentemque inflaret ea ſuperbia, quæ Doctis, præſertim vero ſequioris ſeaus eſt ingenita, ut humilitas, & obedientia longe admirabilior eſſet, quam ſcientia, ſubjicientia omnia lumina ſua ſententiis eorum, qui ejuſdem regimini præerant, qui in ſemetipſis nihil tutius inveniebant quam quod ex illius reſponſione percipiebant. Ita Vitæ ujus hiſtoria animadvertit, illam nunquam tædio affectam fuiſſe, ubi de Deo verba fieri audiret, & quemquam eruditiſſimum ab illa didiciſſe, quod in libria invenire, & quod ex ſemet profetre non poterat. Eternim quin loquamur de Prophetiæ dono, quod eminenter poſſedit, cordium ſecreta cognoſcebat; præverteba cogitationem loquentium; rimabarur ſtatum conſcientiæ illorum, & quaſi Dcus illi omnia revelaret arcana, inter cellæ ſuæ anguſtias collecta, detegebat omnia, quæ in mundo fiebant; admonebat Summos Pontificea de imminentibus Eccleſiæ malis, aliaſque Principes de calamitatibus, quibus eorum ditionea erant opprimendæ. Sancta hæc erat tanquam Oraculum univerſale, quo bona, & mala prænuntiabantur per hanc ſcientiam, quæ a Propheta dicitur admirabilis, & quam Deus non niſi familiatibus ſuis elargitur. *Mirabilis facta eſt ſcientia ſua ex me.*

Deus raro uſus eſt miraculi operis in magnis negotiis, ac præſertim politicis.

Licet feminæ vulgo u Divina Providentia nequaquam adhibeantur ad populorum incolumitatem, ac ditionum conſervationem procurandam; neque illæ evocatæ fuerint unquam ad ea negotia, quæ ad Eccleſiam pertinent; iis tamen aliquando uſus eſt Deus, ut vinceret, ac faceret, ut populus ſuus triumphum referret de inimicia nóminis ſui, quemadmodum videmus in Judith, & Debora. Mulietea multo magis arcentur ab Evangelii prædicatione, & Sanctus Paulus teſtatur, in nova lege illis negatum eſſe in populo loqui. Tamen Salvator uſus eſt Samaritana mulieru, ot Samariam incolentibus nomen ſuum annuntiaret. Mulierea ad magna negotia nequaquam natæ eſſe videntur: veruntamen placuit Deo un opera illuſtria Catherinæ Senenſis pro maximis Eccleſiæ negotiis, & jure illi tribui poteſt auctoritaa, quam ſibi delatam Sanctus Paulus teſtatur, cum ait: *Pro Chriſto legatione fungimur.* Sumus legati Jeſu Chriſti. Sancta noſtra duplicem ſubiit legationem in Eccleſia; alteram quidem, ut finem faceret maximis negotiis, de quibus tunc temporis agebatur; alteram vero pro peccatorum converſionu, & reconciliatione, quas illa ſuſcepit per zelum inauditum, quo

Sed S. Catherinamaximis Eccleſiæ negotiis interfuit.

flagrabat, gloriæ Dei; & per ardentiſſimam charitatem pro ſalute populi. Utraque legatio eſſit e ſententia; compoſuit lites, quæ erant in Eccleſia, atque tot peccatores converſi, ut eligendi fuerint tres Religioſi ad audiendas converſiones illorum, qui ad illam ſe conferebant, ut converterentur.

§. Catherina Senenſis obiit omnia muliebria ſexûs officia.

Si quæ unquam omnia obiit officia, quibus defuncta nobis exhibetur mulier fortis in Scriptura: hæc procul dubio fuit incomparabilis Sancta Virgo Catherina Senenſis. Triplex genus actionum in hac muliere deprehenditur a Spiritu Sancto memoratum; primum quod non dedignaretur humillima quævis officia; ſed ſe illis accurate immiſceret; *Digiti ejus apprehenderunt fuſum*, quæ ſcaus illius eſt exercitatio. In hoc Sancta Catherina ſe exercuit cum admirabili humilitate in domo paterna. per obedientiam ſeſe ſubjiciens ſtatui ancillarum in iis omnibus, quæ ad rem œconomicam pertinebant, licet alias habseret ſorores, quibus munus illud poterat deferri. Alterum munus mulieris fortis eſt, magna ſtrenue operatam fuiſſe; *Manum ſuam miſit ad fortia*, quod pariter præſtitit Sancta noſtra, curam ſuſcipiens non ſolum familias concitandi, quæ jamjam in mutuum exidium erant conjuraturæ, verum etiam invicto animo pro Eccleſiæ utilitate adlaborandi; veluti in Summo Pontifice Romanæ Sedi reſtituendo, quin verba faciamus de muneribus aliis, quæ non minorem exquirebant curam, & fortitudinem, ea, qua hæc incomparabilis Virgo pollebat. Tertium munus nihilo ſecius a Sancta Virgine adimpletum ſuit; videlicet illam prorſus heroicâ ediduſſe facta. *Corroboravit brachium ſuum*. Qua enim opus fuit conſtantia, ut omnes ſuſtineret oppoſitiones pus conſiliis ſuis, conſanguineorum contradictiones, injurias, & calumnias eorum, de quibus per quam optime fuerat merita, quam numerosmus quamplurimos heroicæ charitatis actus, qui mundi totius admirationem promeruerunt?

Prov. 31.

Ibidem.

Applicationes quorumdam Scripturæ locorum huic argumento.

§ Catherina Senenſis pulcherrime deſcripta ex verbis Dei, ut noſtri ex parte hactenus tetigere.

Dilectus meus mihi, & ego illi, Cant. 2. Spiritus Sanctus, qui mutuari dignatus eſt linguam perdiliſſimi Amaſii ad inruendam ſummam vim charitatis ſuæ erga animas noſtras, quas Dei Filius tanquam ſponſas induetur, & quas tanquam ſanguinis ſui pretium æſtimat; Spiritus Sanctus, inquam per hæc verba declarat, quid viciſſim eatgat ab illis; videlicet intemeratam in cultu ſuo fidem, quæ nullam exceptionem patiatur, vel diviſionem; fidebitatem, quæ nullis unquam periculis valeat labefactari, cor omni amore proprio vacuum, quod perfecta, integerrimaque devotione illi ſacrum ſit. Itaque ubi Deus animam invenit hujus vitæ, tunc dici poteſt, nullum erga illam ſervare modum; ipſum ſeſe illi tradere; nullaſque gratias eſſe, favores, beneſacta, illecebras quibus non cumulet eam, & quas in eam non profundat, ut illi teſtatum faciat amorem ſuum.

Deus ſe communicat animabus ? quæ præcua ſunt omnibus creatis obſtacula, ut videamus in Catherina ſequenti.

Ita tota erat Deo ſuo ut vere videretur vita Dei.

Dilectus meus mihi, & ego illi. Cant. 2. Totum eſſe Deo, duplici Verbo rdem eſt, ac ſupremum ſanctitatis, & perfectionis obtinere gradum, ad quem anima in hac vita poſſit pertinere. Eſt virtutes omnes in uno ſubjecto complecti. Eſt de ſpiritu Dei ipſius agere, & de vita illius quodammodo vivere. Itaque eum dico Sanctam Catherinam hoc pacto totam fuiſſe Deo ſuo, vobis oſtendere volo effectu abdicationis ſuimet, maximam a creaturis omnibus ſeparationem, auſtenſiſſimam, & maximam corporis ſui mortificationem, quæ fuerit unquam in quopiam viſa: quia hæc omnia ſunt omnino neceſſaria, ut quis totus ſit Deo ſuo, qui nunquam replet cor, niſi quatenus reliquis omnibus evacuatur; ut docet Bernardus. Inde feretis de re hac judicium, ea eo quod animæ faciendum eſt, ut ad ſummum Sanctitatis apicem perveniat; quod non aliud foveat deſiderium, quam ſervienti Deo, quod omnem aliam ex animo curam ejicrat præterquam Deo placendi. quod divinia ſemper intenta ſit perfectionibus; ſemper occupata meditatione megnalium ejus, & denique ſempes de gloria illius ſit ſollicita per ardentem zelum, quo efficiat, ut ab omnibus agnoſcatus, & diligatur. Hoc vos in Sancta Virgine admirabimini, ſi conſideraveritis, ad hoc ut alijuis totus ſit Deo, huic reliquis omnibus eſſe nuntium mittendum: quia hic ille eſt theſaurus abſconditus, de quo loquitus Evaſigelium, quem qui poſſidere cupit, omnia debet vendere ad illius comparationem. Si enim Mundi Salvator tanquam potiſſimam conditionem requirit, ut quicunque illum ſequi voluerit, ſemet abneget: ſatiſne eſſe potent, eum, qui ſe totum illius eſſe velit, adhuc criminoſo aliquo vinculo mundo inhærere?

§. Catherina vixiſſe videtur vita naturali Dei, atque corporis eſcie ac omnino præſentiam in Sacra conjunctione.

Vivo ego, jam non ego: vivit vero in me Chriſtus, Gal. 2. Cum Apoſtolus air ſe vivere vita Jeſu Chriſti, de morali vita loquitur, non naturali. Sed S. Catherina vixit quodammodo vita naturali Salvatoris. Sæpe ad ſacram accedebat altaris menſam, ut non animæ ſolum, verum etiam corporis alimoniam ſumeret. Sacrata caro hæc, quæ indigne comedentibus mortem infligit, vitam animæ imperut Sanctæ huic Virgini ſemper digne comedenti. Per arctam hanc unionem cum Deo talıter voluntatem ſuam cum Dei voluntate conformem reddidit, ut huic vellet (Tertulliani verbis utar) ad aſſentationem uſque complacere. *Non ſolum vult Deo obſequi, ſed & adulari*. Diſcite animæ ſanctæ, tanquam perfectæ ſponſæ divino ſponſo veſtro adulari. Diligenti examine excutite, quid illi placeat. Zelotypus eſt; avellite cor veſtrum ab iis rebus omnibus, quæ illius affectus valeant imminuere. Satis eſſe, ne putetis, illius obſervare præcepta, ejus ſequimini conſilia; ſtudia ejus inquirite, ut illis voſmet accommodetis: dicite illi cum Propheta: *Oculi mei, ſicut oculi ancillæ in manibus Domine ſuæ*. Domine, ecce me tuis voluntatibus ſubjectam, veluti ancillam, cujus oculi ex heræ ſuæ oculis inquirunt, quod ipſa a ſe fieri velit, ut mandata præverat. Si id unum facis, quod debes Deo, quid ille debebit tibi pro opella tua ſibi præſtita? Ita ne tecum egit?

Deus videtur eſſe animarum quarumdam zelotypus.

Dominus zelotes nomen ejus, Exod. 24. Sunt animæ, quas Deus, ut ita dicam, zelotypiæ amore complectitur; videtur enim, quod licet aliis, his eſſe nefas; atque has in amabili captivitate contineri vinculis amoris ſancti, ferre non ſuſtinentis, ut cuipiam præter ſe unum adhæreat. Quemadmodum ſuas delicias putat, cum illis eſſe; vult, ut illæ delicias ſuas in eo collocent, ut cum illo ſint; & ſi accidit, ut illæ aliquam nimis naturalem inveniant oblectationem, res ita diſponit, ut illæ nonniſi tædium, ac nauſeam inveniant. Diceres creata, quibus adhærere cupiunt, eas propulſare, & ad Creatorem repellere, ut ibi inveniant, quod quærunt. Sed præterea quædam naturæ bonitas hominem impellit, ut Deum ſequatur ita ut alibi ubique ei male ſit, ubi non eſt Deus. *Tam bonam fecit Deus hominis naturam, ut male ſit ei non niſi cum Deo*. Quod aſſero, palam in Sancta Catherina deprehenditur. Prævenit illam Deus amore, & in ea ſibi bene complacuit, eamque ita ſibi conjunxit multitudine gratiarum, quas illi conceſſit, ut deincepr ſanctæ Virgini placuerit nihil niſi Deus, & præter hunc contemſerit, ac faſtidiverit cætera.

Deus ſe communicat animabus ? quæ præcua ſunt omnibus creatis obſtacula, ut videamus in Catherina ſequenti.

Dilectus meus mihi, & ego illi. Cant. 2. Hæc veritas eſt a nemine in dubium revocanda, ut toti ſimus Deo, nobiſmet ipſis eſſe abrenuntiandum, & cor noſtrum divellendum eſſe ab omnibus objectis, quibus repletum eſt. Hæc etiam certiſſima eſt illatio, nunquam deeſſe Deum, quominus ſeſe illis communicet, qui penitus ſeſe illi mancipant, & cæleſtibus donis cumulet illos, prout abjiciunt terrena. Huic inſiſtentibus principio, quod Dei verbis innititur, ratio, qua mundi Salvator ſe geſſit cum illuſtri Catherina Senenſi, videri debet minus admirabilis, ſtec vereor aſſerere, conſideratis gratiis, ac beneficiis, quæ ille incomparabili huic Virgini contulit, ipſum vere totum Catherinæ fuiſſe, quemadmodum Catherina Deo ſuo tota fuit. Si ex me quæſieritis, quomodo? reddam; per applicationem omnium ſenſuum ſuorum, propter teneras amoris ſui affectiones, cum pauci inveriantur, quibus ille majora præbuerit amoris monumenta; ac tandem per communicationem poteſtatis ſuæ fere ſine ullis finibus, & exceptione.

§. Catherina cupit in parem accedere ignominiam ac eum Salvatoris.

Mirabiliter me crucias, Job 30. Divini amoris impreſſio, quam Dei Filius fecerat in corde Sanctæ Catherinæ, ibi peperit impreſſionem dolorum, ſacratorumque vulnerum ejus. Poterat illa quidem uſurpare verba piciſſimi Job: *Mirabiliter me crucias*, Heu! Domine prorſus admirabili modo me torques. Manus, pedeſque mei ſenſunt dolores omnes, quos clavi in pedibus tuis pepererunt, & lrncea quæ tuum cor tranſverberavit mihi fuit, quam tibi crudelior; emiſeras enim ſpiritum tuum, cum tibi fuit inflicta, ego vero adhuc vivens filius omnem cruciatum experior. Verum eſt, paſſiones illuſtris hujus crucifixæ admirabiles eſſe; ſed dolores, & humiliationes in Salvatoris paſſione junctæ ſimul fuere; Sanctæ hujus humilitas in corde ipſius eumdem obtinet gradum, quem amor paſſionum. Scit, plagas Salvatons, quæ illi fuerunt opptobrio, ſibi gloriæ futuras, ſi ſtigmata in perſona ſua viderentur, non vult autem cicatrices, quæ in perſona Filii Dei ignominia refertæ fuerunt, in ſua impreſſas, glorioſas fieri. Ut cæleſti ſponſo fieret magis conformis, optaret illa; ut crucifixionis ejus ignominia in ſemet effunderetur, eodem tempore, quo dolore conficitur; ſed cum minime poſſit contumeliam cum paſſione conjungere, a Salvatore expetit, ut dolorum ſuorum in ipſa ciens ſenſum, non permittat, ut ſtigmata ab ullo conſpiciantur.

Filia, præbe cor tuum mihi. Prov. 23. Charitas, quam creaturæ habere debent erga Jeſum Chriſtum, ſenſibilis eſſe deberet. Omnia flagitant, omnia exigunt amorem noſtrum. Salvator non ſine exceſſu nos amavit; numquid in præſentiarum non minus diligit? Numquid imminuta eſt Charitas ejus? non aliam a nobis mercedem poſtulat, quam cor noſtrum. Se nobis parum feciſſe putet cum ſe ipſum pro nobis conſtituerit cautionem, redemptionem, ducem, ſe ipſum nobis tradit in eſcam, eſſe vult merces noſtra. Quid vobis videtur? Numquid abunde ſuam in nos teſtatus eſt benevolentiam? Sed

hæcci-

hæccine satis sunt ad nos permovendos, ad flectendum cor nostrum? Sed si ita se gerit Salvator cum omnibus generatim; quem dilectionis excessum reflatus non est incomparabili Catherinæ Senensi? Hoc silentio præterire nequeo; verum credetis ne? Accipit ille sibi sanctæ hujus Virginis cor, eique suum præbuit, simul dicens: *Ecce, filia mea, habes pro corde tuo cor meum.* Infigne hoc factum amoris Dominici fortasse fidem superare videbitur illis, qui infinitos excessus divinæ bonitatis ignorant: sed ubi serio animadverterint, Salvatorem carnem factum, non cor tantum, sed naturam quoque humanam induisse, triginta tres annos cum ingratis, noxiisque hominibus conversatum fuisse; pro illis justitiæ Patris sui per sævissimos cruciatus fecisse satis, post hæc nulla superesse poterit de iis, quæ dicimus, dubitatio. Cæterum alibi verba fecimus da modo, quo hæc fieri potuerunt.

PARAGRAPHUS IV.

Loci Sanctorum Patrum, aliorumque Auctorum, qui huic argumento conveniunt.

Solitaria vita calestis Doctrina schola est, ac divinarum artium disciplina. S. Basil. lib. de laud. solit. vitæ.

O Eremus! Sanctorum mentium delectatio, & intimi gustus inexhausta dulcedo. Idem ibidem.

Volens in templo orare, in te ora, & ita age sempes, ut Dei Templum sis. Ibi enim Deus exaudit, ubi habitat. S. Augusti. lib. de vera Innocent.

Cui propter Christum mundus totus crucifixus est, & ipse Christo, qui possit amplius participes esse eorum, quæ in mundo sunt? S. Basilius quæst. 8.

Hæc gratia devotionis, & unctio, quam experta novit, inexpertus ignorat, quoniam nemo scit, nisi qui accipit. S. Bernard. de verbis Apostol.

Nihil æque facit ad virtutes crescere, atque cum Deo versari, & colloqui. S. Chrysost. in Psal. 7.

Pone me tolum, quadem nunc vides, ut signaculum supra cor tuum, ut signaculum supra brachium tuum, ut omnibus cogitationibus cordis tui, in omnibus operibus brachii tui, mihi qualis, & ut tu vides, signate possit inveniri. S. Bernardus de passione Domini.

Quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit mentis? S. Gregor. lib. 3. moral.

Sic vivere jam in æternitatis vita pacem habere est. Idem lib. 6. Epist. 26.

Adhuc illud in terra positis vita vivitur non præsentis sæculi, sed futuri. S. Cyprian. lib. 2. Epist. 4.

Spiritus Sanctus propterea sedem habet solitudinem. S. Chrysost. homil. 3. In Evangel. S. Marci.

Eremus digna Spiritui Sancto habitatio, ipse enim & secretum quærit, & solitarium locum diligit. S. Eucherius.

O solitudo sanctarum mentium delectatio, & paradisus deliciarum. S. Basil. lib. de laudibus vitæ solitariæ.

Ille in charitate Dei perfectior est, qui ad ejus amorem plures converit, gratissimumque Deo sacrificium zelus est animarum. S. Augusti. in cap. 3. Joannis.

Nescio an major possit homini beneficium a Deo conferri, quam ut per ejus obsequium; alii consequantur salutem. Richardus a S. Victore.

Nolo vivere sine vulnere, cum te video vulneratum. Sanctus Bernardus.

PARAGRAPHUS V.

Quid in Theologia in hoc argumento valeat deprimi.

Quomodo intelligendum sit, Jesum Christum cor ejus Catherinæ commutasse?

Historicus, qui S. Catherinæ vitam scriptis edidit, gestatur Salvatorem die quadam Sanctæ huic apparuisse, eique primum illius cor abstulisse, ac statim in prioris locum aliud inferuisse, dicens, hoc suum esse cor, atque ut mutationis hujus pateret veritas, cicatrix in pectore permansit. Favor hic Sanctæ Virgini collatus, & qui nulli secundus est eorum, quos alius contulit sanctis, triplici ratione potest explicari. Primo dici potuit id per visionem contigisse, quæ sub hac sensibili figura ostendebat moralem cordis sui mutationem, quam gratia in illa operata est; videlicet cælestem sponsum illi hoc pacto omnes ademisse naturales sensus amoris proprii, ut illi sensus immitteret, qui eam Deo penitus devovent, ita ut cum Apostolo dicere posset: *Vivo ego, jam non ego; vivit vero in me Christus.* S. Cyprianus de Baptismi gratia loquens, ait, hanc gratiam efficere novum quodammodo hominem: *in novo enim homine, novitatem formula reparatio.* Secundo explicare possumus de cordis sacramentali permutatione; si ita loqui mihi fas est, quam Salvator in illa operatus est per crebrum usum Eucharistici Sacramenti: hoc est, hunc animarum magnarum sponsum invisibili ratione appliquisse cor suum cordi Sanctæ Virginis hujus. Beatus Algerus ait, Christianos communicantes confundi cum Jesu Christo. *Confusi in Christo*, & innuit, tunc cum participes facti sumus Corporis, & Sanguinis Domini, fieri nobis tanquam transmutationem cordis, & affectuum unius in alterum per frequentem usum divini hujus sacramenti. Hoc autem Jesus Christus operatus est in Catherina. Tertio dici potest, Filium Dei re ipsa cor Sanctæ Catherinæ abstulisse, alterumque prorsus novum creasse, illudque in prioris locum substituisse: veluti cum cæcos sanabat, illis miraculosos oculos tribuebat; & cum ita in recens hoc Sanctæ nostræ cor sensus, studiaque sua immiserit, dici quodammodo potest, ipsum illi cor proprium dedisse. Sed quomodocunque hæc admirabilis permutatio, nonne dicere possumus, hoc inauditum fuisse privilegium amoris, quo Salvator illam prosequebatur, & prævalentem amoris motum, quo illa Dei Filium complectebatur?

Quosque licuerit parentibus probato Filiorum suorum vocationem ad statum. Regularem sumpta occasione eorum quæ fecerunt S. Catharinæ parentes, ut illam a Religione abhorrerent.

Haud ignoro, parentibus jus esse periculum faciendi de filiorum suorum vocatione ad quemcunque, & præcipue regularem statum evocentur; & certo sciendi voluntatem Dei hac in re, quam magni momenti consequuntur effecta: ne finant eos temere statum amplecti, ad quem certi non sunt, eos a Domino evocari. Sed hæc probatio suos habet cancellos neque illis unquam concedendum est, ut absoluta auctoritate prohibeant, vel cogant, ut ea pietatis semina amittant, quæ jecit Deus in eorum animas. Tandem enim si illis reddendi est ratio de eorum excidio, quos per vim, ac metum ad religiosum statum compellunt; si ita innocentes animas familiæ suæ cupiditatibus mactant; illi profecto culpa non vacant qui illas deterrent, vel qui per vim alium ingredi statum jubent ab eo, quam vult Deus. Hic enim conatus est contra sanctissima Dei jura; & cum acquiescent illi divinæ voluntati, eas inter claustra evocanti & ad Dei gloriam illum ex filiis suis offerent, quem majori dilectione prosequuntur, si vocatus a Deo fuerit, Deus pollicetus, omnia in gloriam quidem sum, eorum vero utilitatem cessura: præterquam quod parentes propriæ eorum saluti conferunt, eum quidquid in ipsorum potestate est, conferunt saluti filiorum suorum; quemadmodum in Sancta nostra innotuit, cujus mater sine filiæ suæ precibus æternis ignibus damnata fuisset; pater vero minus rebellis voluntatibus Dei ope illius obtinuit liberationem a pœnis, quas peccata sua in altera vita fuissent promerita nisi eorum filia Deo sese obtulisset pro illis easdem in vita hac subituram, exemplo, quod probat, filios nonnunquam posse parentibus suis plus reddere, quam receperunt ab illis: quandoquidem a Deo illis salutem æternam possunt impetrare.

Præstantia divinæ naturæ exigit a creatis, ut saltem tota sua ipsius.

Hoc sine minimum illud est, quod exigere valeat Deus a rebus creatis, ut videlicet totæ sibi sint, postquam se totum illis dedit. Verum si jure Deus tanquam creator hoc ab omnibus exigit generatim, dubitandum non est, quominus Religiosæ animæ teneantur officio magis arcto, & ineluctabili, ut eo magis Deo adhærescant, quo magis cum illo conjunctæ sunt: Quonism illæ potiori jure, quam hominum cæteri, illum in sortem, & unicam sibi hæreditatem delegerint. Præstantia, & natura Dei, titulus Creatoris, absolutumque dominium, quod illius essentiæ proprium munus est, tantum eidem conferunt jus in omnia creata, ut licet omnes homines, omnesque Angeli sese extenuarent ad gloriam illius magis, magisque excolendam; essent adhuc in re hac nimis glorioli, neque illi redderent, nisi quod debent. Hæc tamen ratio non est, qua cum hominibus utitur Deus. Maluit eos per amorem sibi lucrari, ac beneficiis delinire, & etiam illis per intimam unionem conjungi, quo magis illi arctius per fidem eidem se adhærescere ostendunt. Hinc duo hæc talem inter se nexum habent, ut ab invicem separari minime possint, & altera alteram consequatur; Deus totus illis est, qui sese totos Deo tradunt, eo usque S. Augustinus ait, ut cum nostra remuneratur merita, semper sua coronet beneficia: quod minime prohibet, quo minus in Deo sit amor, per quem amat id, quod ipse amore dignum effecit: ita ut quicunque se sine ulla exceptione dat Deo, in Deo invenist non solum amorem, qui nos prævenit, sed qui amorem nostrum remuneratur quadam gratitudinis specie, sine ullis exceptione se tradenti illis, qui sese omnino ei devoverunt. Hoc videre possumus in exempso Sanctæ Catherinæ Senensis, quæ eum ab extremis pueritiæ se totam devovisset Deo, ab hoc tot beneficiis se prævenitam vidit, ut pusillissima extent eum in veteri, eum in novo Testamento tanti amoris exempla.

Amor est unius personæ in alteram affectus, reciprocus ejusdem alterius in illam complacentia.

Mysticorum Theologorum effatum est, altissimum perfectionis apicem in Dei amore consistere, & alterum sine altero esse non posse. Nam quemadmodum S. Augustinus, inquit, *initium perfectionis est initium amoris.* Uterumque eadem habet incrementa; & perfectus amor, est consummatio perfectionis. Verum dici etiam potest hunc eumdem amorem fieri quodammodo medium ad perfectionem acquirendam, & vitam, per quam non solum tutius, atque facilius, verum etiam brevius, & compendiosius ad apicem valeat pervenire. Hæc autem est statim admiti ut sacræ Salvatoris personæ adhæremus, & omni nisi illius amorem promereri satagamus: quis amor iste licet inceptus, & imperfectus vulgo ciens fervorem etiam semibilem, efficit, ut superemus fescentas difficultates, quæ sæpe deterrent eos, qui in perfectionis semita incedere inciptunt. Viam hanc amplexa est illustris Catherini Senensis, quæ Salvatori adhærens ab ineunte ætate per gradus tot beneficiis cumulata

mulata sint, ut pauci inveniantur, qui ad hunc perfectionis fastigium evaserint.

Deus sæpe infirmiorum est illuminare ad magna exequenda.

Ad hominum superbiam infringendam, ac ostendendum celebriora facta sua potius potentia, quam humili abjectoque rerum creaturarum spiritu ad finem perduct, oblectatus sæpe Deus est, uti rebus infirmis, ut S. Paulus air, ad humanæ mentis audaciam confundendam. Sed ut in manu Dei pares simus magno cuipiam operi, necesse est intime illa adhærere, cique penitus subjectum esse; quod fieri nequit, nisi a creaturis, & a nobismetipsis penitus avulsi fuerimus. Non agendum est amplius motu humano, sed solis divini spiritus impressionibus parendum est; nostram voluntatem nullo pacto sequi debemus, neque divinæ resistere. Quæ causa fuit, propter quam sæpe Deus usus est sequioris sexus personis, ibi majorem inveniens submissionem, eo mitatem ad consilia sua adimplenda magis idoneam, quam illis, quorum spiritus acer, superbus, ac ambitiosus eos inepiores efficit magnis rebus aggrediendis præ illis, qui majorem præseferunt humilitatem, & docilitatem. Hæc docilitas, perfecta hæc divinis imperiis submissio, hæc intima cum divina majestate conjunctio coegit Deum, absit invidiæ verbo, ut Senensi Catherina ureretur in rebus difficillimis, quibus fortasse alius quilibet omnino fuisset impar propter defectus, qui isdem e vestigio adversabantur.

Qualitas Sponsi Filii Dei Sanctæ Catherinæ collata præstantissima est.

Ex omnibus titulis, quibus Deus animam dignatur, nullus præstantior, ac sanctior illo est, Sponsæ Jesu, quod enim virginum est privilegium. Hæ sequuntur Agnum sine macula, quocunque vadit, deferunt nomen illius, & nomen Patris ejus in fronte descriptum, ut ostendant sa peculiari jure ad illum pertinere. Incessanter in cœlo concinunt Canticum novum coram Dei throno, & nemo dicere potest Canticum illud, nisi animæ illæ, quæ integritati suæ nunquam labem aspersere. Verum non in cœlo tantum Virginitas suas habet laudes; in hac vita ipsa cœlestes gratiæ, dona minime vulgaria Virgines manent: & quamvis Deus sit liberalis cum omnibus animabus fidelibus in quolibet statuum genere, virginitas conferre videtur peculiare jus ad maximas Dei gratias, intimasque cum illo communicationes. Hoc deprehendere possumus in Sancta Catherina, quæ tot ornata sint donis, ac tot a Salvatore gratiis cumulata, ut videatur, excessum divini erga illam amoris fuisse spectaculum mundo, Angelis, & hominibus.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Actalicis, superiusque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Puerilia & ferorum S. Cathe inæ Senensis.

SAncta Catherina Senensis adeo celebris propter ingentes gratias, quibus Deus illam ab incunabulis locupletavit; ab ipsis usque unguiculis zantam præstetulit propensionem ad virtutem, atque studia Christiana, ut quinquennis jam Sancta parvula nuncuparetur. Dixisse illam natam fuisse cum suavissima erga Dei Parentem pietate, & Salvatorem illi ab ineunte ætate immisisse ardeos desiderium, se se eidem devovendi, & non alium præter hunc sponsum admittendi, ut octavum nata annum illi Virginitatem tuam voto dedicaverit. Gratiæ deinceps in hac puella uberiores fuerunt, & visa est quotidie crescentes in virtute progressus facere. Visio quædam qua creditus fuit Salvator illam dignatus, talitter divini amoris igne succendit eam, ut deinceps illi victima exstiterit. Nihil illi sæpe potuit, nisi solitudine, ac oratione conditum. Abstinentia, jejunium, aliæque sexcentæ id genus mortificationes, quas inscii genitoribus exercebat, illi familiares factæ sunt, ac tota in id erat intenta, ut sexcentas excogitaret vias cælesti Sponso placendi. *Ex Actalicis Exercit. P. Croiset.*

Idem se gaudet ar gumento.

Si ab eo, qui esse velit Salvatoris aversa, tanquam potissimum conditionem expetit Deus, ut seipsum abneget, numquid pati poterit illum, qui totum se illi devovere contendens, adhuc levissima ex parte adhæreat mundo? Hinc re adhuc integra initium duxit S. Catherina Senensis: omnibus abrenuntiat, neque enim se dederat Deo, postquam mundi illam pertæsum fuisset; sed favorabili gratia præventa mundo nuntium misit, antequam illum cognovisset, & discutio. Hæc una erat ex animabus illis, quæ ad virtutem factæ sunt, & a Deo studia primus præclara acceperat, odium nugarum omnium, quæ sexui illi ingenitæ sunt, cor tenerum, ac miseriecors erga alienas miserias, tantumque pietatis affectum, ut contemnens omnes dotes, quibus mundo placere poterat, Deo uni placere studeret, qui satis ostendit se, sibi a Catherina omnem fidem polliceri. Vix enim sextum attigit ætatis annum, cum palam ostendit illi Deus, sibi acceptissimam esse oblationem, quam adhuc balbutiens faciebat, se totam illi esse volens, ac semper penitus ejusdem consecrans servituti. Hæc non fuit puerilis promissio; vix illam vovit, cum sibi illam toto pectore adimplendam proposuit. Paternam deserit domum, & consanguineorum societatem, ut concedat in solitudinem, & se recipiat in specum extra urbem positum, ut de uno illo esset sollicita, qui jam omnino cordis illius possessionem adierat. *Auctor Sermonis in omnia argumenta.*

Fuit consilium se devovendi Deo.

Sanctæ nostræ consilium se Deo devovendi, erat quidem puerile consilium; sed deficientibus rationis luminibus, lumina Spiritus Sancti, quibus illustrabatur, ac regebatur, ostendunt illi viam perfectissimam, eamque docent, ad hoc ut vere tota sit Deo, omnibus sibi esse abrenuntiandum. Jam satis habet luminum, ut intelligat quod illi sese dilucido devovere, munus est Deo longe acceptissimum, quam reservare eidem reliquias vitæ in mundi servitio transactæ. Quapropter cum Sanctæ hujus consilium in solitudine vivendi perturbatum, ac retardatum fuisset ab aliis, penes quos vitæ illius erat arbitrium, aliud iniit, non minoris constantiæ, ac fortitudinis argumentum. Fuit autem auferre sibimet potestatem amandi alterum quempiam ab illo, cui jam primitus cordis sui obtulerat, consecrans Deo corporis sui puritatem explicito voto, in Spiritus Sancti schola edocta, hanc esse viam expeditissimam ad eor suum ab omni qualibet affectione liberandum, & adimendam spem mortalibus omnibus ab ea aliquid experendi. Ex eo tempore ardenti flagravit desiderio regularem statum amplectendi, ut perfectius adhuc abrenuntiaret omni terrenæ spei, & Dei tota esset per professionem apertam. Dei Filius, qui ad se pertimere putabat, quodcunque consilii caperet Virgo, quæ jam tota sua erat, non passus est diutius in electione Religionis amplectendæ immorari; Magnus enim S. Dominicus, qui eidem credijtur apparuisse, certam fecit consilii, exhibens eidem Ordinis sui indumentum, utpote illud, in quo minori cum obsequio, & majori cum fervore Deo poterat famulari. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Obstat quæ Parentes ejus fugiunt pia ejusdem consilia.

Sanctæ Catherinæ parentes, quibus mens erat honestas Virgini suæ nuptias præparandi, nihil inausum, atque intentatum reliquerunt, ut generosum puellæ consilium perturbarent, sese penitus Deo devovendi, & ut voleotem, nolentem nuptui traderent in conjugio, quod ut loquitur Apostolus, cor illius parturum fuisset; cumque illi se nactos fuisse arbitrarentur locum satis aptum, ac in finem suum satis utilem, omnia experti sunt a suavitatem, asperitatem, blandicias, minas, ut in mentem suam filiam pertraherent. Non defuit illa, omnemque industriam, ac pietatem impendit, ne a proposito consilio deterreretur; quod ea præstitit constantia, quam nemo satis admirari potest in Virgine illius ætatis, & conditionis. Dici enim potest non pauciora sustinuisse certamina ne permaneret in mundo, quam alias sustinere consueverunt, antequam deserant mundum; utque se dederat voci Dei ipsam appellantis, sibi comam præsecuit, quod erat argumento, abrenuntiare vanitatibus, ac illecebris sæculi. Sed cum in se parentis unusquisque indignationem concitasset, illam noluerunt amplius tanquam filiam, sed ancillam habere, ad abjectissima domi suæ ministeria abjicientes illam, opprimentes laboribus, & contumelione operientes; utque illi tempus auferrent, quo pietatis operibus vacaret, jugiter exercebant molestiis impetus, quæ ut plurimum vires illius superabant. Sancta nostra eorum voluntati obtemperans, cum divinæ minime adversaretur, non ignorabat se in eorum esse potestate, a quibus vitam receperat, nec ea, quæ illis deberet, sed illi ob oculos semper obversabatur Deus, qui primum ipsius esse dabebat objectum, & in susceptio consilio nullum præter illum sponsum admittendi, suam probavit fidelitatem invicta patientia in perferendis ignitæ matris repulsis, & probris patris imperiosi; cæteroque malis, quibus satis diu improbo utrinque ingenio objiciebatur. Omnem pertulit illorum morositatem, omnemque duritiam ea constantia, quæ nullis unquam labefactari potuit persecutionibus, quæ minus obfirmatum animum turbassent; sed videns illa se ab amata solitudine sua divulsam, quam sibi paterna in domo ædificaverat, rationem excogitavit, quæ deinceps fuit documento, & exemplo illis omnibus, qui pervim, ac necessitatem impediti sunt sæcularibus curis, & occupationum suarum numero obruti. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

S. Catherina licet tot exterioribus impedimentis arcta inveniat interiorem sibi solitudinem acquirendi.

Sancta Catherina tot oppositionibus, & contradictionibus oppugnata, a parentibus sine ulla intermissione laboribus occupata, viam tamen invenit sibi interiorem recessum comparandi. Semper se ipsam colligens non minus vacabat Deo, eum genitorum pareret imperiis, quam cum in penetralibus suis erat inclusa, & ad Crucifixi pedes in genua procumbabat. Ex corde suo gestatorium elaboravit sacellum, ac inter ea munera, quibus animus maxime distrahi consuevit, Deo suo ita adhærebat, ut hunc ubique inveniret, eumque in rebus omnibus respiceret, ita ut pietas ejus, quæ minime pendebat a locis, temporibus, occupationibus, semper æquali ardore esset accensa. Frustra illam distrahere conatis, Deum unice cogitat tunc cum magis impendis operam, ut hanc illi cogitationem auferas curis, quibus operatur, vel potius obruitur. Amor, quo Deum complectitur, ignis est, qui in nutrimentum suum convertit quidquid ad illum extinguendum injicitur; flamma ejus viveus, & ardens, semper ad Cælum attollitur, cum ad eamdem suffocandam majores conatus exeruntur. Hæc Virgo tota Deo intenta est, quidquid in oppositum adnitaris;

taris; de omnibus carnis, ſanguinisque illecebris triumphat; de omni impotentia, quæ ad illam abſterrendam adhibetur, & per patientiam ſuperat pertinaciam reniten-tiam, quam generoſo illius conſilio parentes ſui ſtatuunt. Ex eo tempore illa nunquam oculos amovit a Deo; occupationum illius multitudo non ampliùs interpellavit ejus contemplationes. Facies illius ſemper hilaris, ac eidens perfectam cordis ipſius tranquillitatem teſtabatur. Ejus tamen perſeverantia tandem aliquando parentes vi-cit. Pater ejus conſtantiam intuitus in hac ſibi ſemper æquali virtute, non dubitavit, quo minus Deus mentem hanc ſanctæ animæ injeciſſet. Mater vero illecta filiæ patientia, & ſuavitate imit conſilium non ultra refiſten-di voluntati Dei; & uterque illi integrum reliquerunt ſequi motus gratiæ. *Auctores varii.*

Sancta noſtra hanc tandem nacta libertatem, quam eoncupierat per ſuorum parentum indulgentiam, ſe un-dequaque ab omni ſollicitudine vacuam videns, decrevit uti hoc tempore, ut ſuimet periculum faceret auſteræ vitæ præludiis, quam ſibi proponebat ducendam in Con-gregatione puellarum de pœnitentia tertii Ordinis S. Do-minici. Sibi omnino carnis, ac vini uſum interdixit, & in eſcam ſibi delegit herbas crudas ſine pane. Tabulæ duæ tunc illi pro cubili, menſa, & ſede fuerunt. Ca-tena ferrea aculeis præfixa, quam nunquam niſi ex obe-dientia paulo ante mortem reliquit, in rudis cilicii lo-cum ſucceſſit. Lini ſibi interdixit uſum duodeviginti an-nos nata, & vita ejus non aliud fuit, quam juge jeju-nium, & pœnitentiæ prodigium. Corpori ſuo tot mor-tificationibus attrito vix horæ unius ſpatium noctu per-mittebat, & reliquum tempus orationi dicabat; poſtmo-dum Confeſſario ſuo confeſſa, nihil illi ſdeo moleſtum fuiſſe, quam cum ſomni neceſſitate contendere. Ter ſin-gulis diebus ſe loris cædebat, ita ut vix animo aſſequi poſſimus, puellam duodevigeſimum natam annum, imbe-cillimos corporis temperamento adeo graves auſteritates pati potuiſſe. Tota directoris ejus cura erat moderari ardorem, quo ad corporis ſui cruciatus, & pœnitentiæ labores ferebatur. *P. Croiſet in Spirit. Exercit.*

Fidelitas Sanctæ noſtræ quamprimum graviſſimis tenta-tionibus, quæ alias labefactare ſolent, tentata fuit. Per-miſit Deus, ut omnibus modis tentaretur, & infernus omnis in illam vires ſuas evomiſſe videbatur per aenta-ationes maxime importunas, & horribiles, vel Deus dæ-moni facultatem omnem contuliſſe, ut omnes conatus ſuos ad eam vincendam exereret; non ſecus ac olim huic tentatori permiſerat, ua afflictiſſimum, ac mortalium om-nium graviſſimum ſanctum Job excruciaret; hoc tamen cum diſcrimine, quod huic gloriæ ſuæ inimico poteſta-tem contulerat ſolum in corpus hujus patientiæ proto-typi, prohibens ne quid contra illius animam aggredi auderet. Sed cum Sancta noſtra rationem prorſus oppo-ſitam init; omnes dæmonis conatus animam ejus potiſ-ſimum aggrediuntur, & omnia ejus tormenta contra cor illius expediuntur; ſciebat enim ſpiritus nequam, cæte-ra non diu ſuſtinere poſſe impetum ſuum, ubi primum mutuam illius cum Deo adhæſionem perfregerit. Ita quidquid nobis innoteſcit de S. Antonii, & veterum Eremitarum tentationibus, nihil habet admirabilius ita artibus, quas exercuit Satanas ad labefactandam virgi-nis unius conſtantiam, ejuſque vigilantiam fallendam. Pervsdit animum ejus, ut pro viribus cor illius polluat, vel aliquam in mente impreſſionem efficiat, oculis ejus objiciens teterrima ſpectra, & ſuggerens nequiſſimas co-gitationes, quibus illius puritati labem aſſerat. Quod-nam grave periculum non ſubiit fidelis hæc Sponſa Jeſu Chriſti? Cum jam domuiſſet innocena corpus ſuum tan-ta jejuniorum auſteritate; cum illud aſſuefeciſſet, ut dusbus tantum ſomni horis ſuper dura rellure, vel ta-bula contentum eſſet, pollquam in corpore ſuo extinxiſ-ſet, quod efficit, ut alienæ timeamus innocentiæ, dæ-mon, cujus poteſtati ſe traditam vidit, nulla ampliùs inveniens arma, quibus laceſſeret eam, extrinſecus mu-tuatur, ac recentia excogitat, quibus non antea uſus fue-rat. Illa ſine induciis, ſine intermiſſione oppugnata fuit; ſed irrito conatu. De omnibus inferorum viribus triumphat, æque ac de omnibus dolis, & inſidiis; & via hoſtem fugavit, cum trepidans, ac reformidans ſola recor-datione præteritorum, quæ ſuſtinuit, confugit ad Salvato-rem unicum teſtem fidelitatis ſuæ cum ipſo conqueſtura, quod ita ab eodem derelicta fuiſſet, eumque interroga-tura, ubinam eſſet, cum ipſa adeo terribili pugna qua-reretur; cui ille reſpondit, ſe fuiſſe in medio cordis il-lius, ibique ei vires ad reſiſtendum ſuppediriſſe; ex quo colligendum eſt iis, qui velint ſe totos eſſe Deo ſuo, perfectiones, ac pœnas ſibi expectandas eſſe; ne-que enim virtus quæ probata non fuerit, in pretio po-teſt haberi. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Periculum facere voluerat Deus fidelitatis, ſtque vir-tutis Sanctæ hujus Virginis hac tentatione, ut vim gra-tiæ cognoſceret, & gratiæ ejuſdem neceſſitstem; atque ita præparare illam cæli favoribus ſolito majoribus per adeo moleſtas humiliationes. Appartiio beatiſſimæ Vir-ginis, & Salvatoris victoriæ illius merces fuere; om-nes enim teterrimos vapores illos diſſipavit, ac tan-dem priſtinam malaciam revexit. Deincepa nonnisi ex-taſes, revelationes crebras, extrema recepit gaudia. Vi-

Sancta noſtra ubi illi integrū fuit ſequi mo-tus gratiæ, ſtfe aſcerti-tis exercitiis diſpo-nit.

Deus San-ctam noſtri graviſſimis tentationi-bus probat.

Cum triumphum retu-liſſet de o-mnibus in-ferni viri-bus, conce-ſſa fuit gratiis ad-mirabilibus ac interio-ribus conſolationi-bus.

Moudry, Panegy. Tom. IV.

ſa eſt integras traducere dies in hujuſmodi captibus, intimaque cum Deo communicatione. Ejus cum Sanctis converſatio jugia erat; ſed nihil admirabilius erat ſingu-lari ea familiaritate, qua illsm Sanctiſſima Virgo, & Salvator dignabantur. Incomparabilis Virgo noſtra vide-batur ſæpe convenire Dei Filium, ut cum eodem collo-queretur per orationem, & adeo ſublimem contempla-tionem, ut ſemper eſſet extra ſe per admirabilea raptus, qui ſtollebant corpus ejua de terra, omniumque ſen-ſuum operationem inhibebant, cum interea adeo mirabi-libus gauderet communicationibus cum Deo, ut id non precul eſſet a prodigio. Ignorabant homines quodnam ferendum eſſet judicium de luminibus identidem ex il-lius facie emanantibus, ac de illis quibus mens illius erat illuſtrata. Dicunt etiam ſemel per cæleſte donum, in quo aliquid accidit admirabilius, quam in S. Pauli raptu, (qui neſcit, utrum id ſibi in corpore contige-rit, an in anima corporeis expedita vinculis, cum ad tertium uſque cælum elevatus ſuit) ſed Sancta hæc Virgo certior facta eſt, animam ſuam a corpore ſejun-ctam fuiſſe ad quatuor horas, ut Salvatorem in Cælis inviſeret, ubi etiam illum vidit, & ubi didicit admi-randa, quæ enuntiſſet, ſi illi exprimere licuiſſet. Quod natrabat illa de beatorum quidem gloria, reproborum autem ſupplicia tantam in animis gignebaa impreſſionem, ut judicaretur, illa id magis peculiari cognitione aſſecuta fuiſſe, quam homines cæteri. *P. Croiſet, & Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Quomodo ja S. Domi-nici ordinē ingreſſa eſt.

Cum nimiæ auſteritates S. Catherinam ferme ad ex-tremam redegiſſent maciem; mater illius, quæ illam adeo vehementer exercuerat, & quam adhuc præ reli-quis ſororibus diligebat, mœrore confecta eſt; cumque Virgo noſtra ei eſſet profeſſa valetudinem ſuam optime reparatum iri, ſi in tertium S. Dominici Ordinem reci-peretur; illa, quamvis non fatis huic conſilio acquieſce-ret, nihil intentatum reliquit, ut apud Sorores tertii Or-dinis ex S. Dominici familia urgeret, ut quamprimum filiam ſuam Ordinis veſtibus inſigniret. Illas recepit, & cum illis tantam donorum ſupernaturalium copiam, quæ illsm inter inſigniores noviſſimorum horum ſæculorum Sanctas collocaverunt. Omnibus expedita impedimentis, quæ hactenus ſervori, ac pietati illius negotium faceſſe-re non deſierant, ſibi trium annorum ſilentium indixit, quo temporis intervallo non niſi cum Confeſſsno ſuo lo-quebatur, neque e celluls ſua pedem efferebat, niſi ut ſe in Templum conferret. Sibi legem irrogavit in ora-tione traducendi totum noctis ſpatium, quo in choro Sanctimonialea oon aderant. Modicum ſomni quod car-pebat ſuper tsbula, aut humi orationem ejus non inter-pellabat, eaque fervorem ſuum, atque auſteritatem ita protulit, ut ex eo tempore ex concordi hominum ſenſu non ſine jugi miraculo viveret. Reliquis creaturis invi-ſibilis Sancta hæc Virgo per otium ſpiritualibus perfrue-batur ſuavitatibus, quæ ſunt Cæleſtium gaudiorum præ-guſtationes; cum infernus totus irritatus integritate ſanc-tæ hujus animæ, excivit in illius corde teterrimam illam tentationum, turbarumque procellam, cujus ſu-pra meminimus. *P. Croiſet in afſtitis Exercit.*

Salvator nam ſibi in ſponſam aſſu-mit.

Quis crederet, niſi pridem alia viſa ſuiſſent exempla in alteta Catherina Virgine & Martyre, & mox in S. Thereſia; quis inquam crederet, Dei Filium, ut pe-culiarem ſignificaret charitatem, qus Sanctum Virginem noſtram proſequebatur, utque hoc illi ſenſibili monu-mento teſtstum relinqueret, eam ſibi in ſponſam aſſume-re voluiſſe ſolemni ritu, ac illi ſimillimo, qui in ho-minum nuptiis adhibetur, inferendo in digitum illius annulum coram Angelorum Sanctotumque frequentia, ut ei teſtaretur ſe totum illi eſſe velle, quemadmodum iſta tota erat ſibi, atque ut viſibili hoc ſigno arctiſ-ſimæ conjunctionis, quæ inter homines intercedat, eam connotaret, quam invisibili patio contrahere cupie-bat cum anima. Quem incomparabilem favorem, & quam ardentem charitstem non gignebat in corde Ca-thenæ ſœdus hoc? Itaque ex eo tempore unum duma-axat habuit cor cum Jeſu Chriſto, atque in corde ejua nullum invenire locum poterant creaturæ. Ecce tamen id quod nullum habuit exemplum, & quod longe exu-perat gratias, quas anima a Deo valeat ſpetare. Sæpe orabat Jeſum, ut ſibi cor novum daret, quod nonnisi unum illum amare poſſet, & quod minime particeps eſſet infirmitatis, & inconſtantiæ aliorum cordium. Fortaſſe hoc ille moraliter intelligebat, ut videlicet naturalia cordis ſui ſtudia, & affectus immutarentur; ſed Jeſus, qui eam favoribus cumulabat etiam ultra ipſius deſideria, preces audit, & alio modo exaudivit. Re ipſa illi cor ejus abſtulit, & paulo poſt in ejus locum ſuffecit cor ſuum, ac in hujus mutationis monumentum volnit, ut hiatus illius, quem fecerat ut inde cor ipſum educeret, toto vitæ illius tempore cicatrix permaneret. O Beatam com-mutationem! Munus admirabile! Incomparabilem gra-tiam! Aliquidne auditum uſpiam fuit, quod prope ad hoc accedat miraculum? Quidnam deinceps fuerunt ſen-ſus, vota, affectiones Sanctæ hujus in corde Jeſu? Quæ-nam fuerunt occupationes cordis Jeſu in locum cordis Catherinæ ſuffecti? Ne me cogatis, ut hoc vobis My-ſterium evolvam; ne ego quidem illud intelligo. Quid-quid vobis dicere poſſum, hoc eſt, ſi ex corde perfectio-

nes alicujus metimur, quemadmodum ex Bibliis patet Deum, ubi voluit ad Regni solium extollere Saul, dedisse huic cor omnino regium, & regno par: simili pacto dicere possumus, Jesum, ut Sanctam nostram attolleret ad vitæ genus prorsus divinum, divinum quoque cor illi inseruisse, ut ipsum amaret, quantum meretur amari; & vicissim cum Salvator viveret per cor Virginis hujus admirabilis, totum fuisse illi, non secus ac ulla tota erat Salvatori suo: *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Id intelligite quomodocunque vobis placuerit, sed five hæc visio fuerit, seu realis mutatio, five figura sensibilis ad exprimendam unionem, & conformitatem cordis Sanctæ hujus cum corde Dei fui, hoc semper indigitat tantam affectionum & desideriorum similitudinem, ut Sancta illa deinceps professa fuerit, sibi non aliam esse posse voluntatem, quam voluntatem Dei, neque aliud optare, nisi quod Deo suo acceptius ac jucundius esse censeret. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Quo magis S. Catherina humiliationes conquirit, eo magis Salvator illius merita evulgat.

Quemadmodum mundi Salvator curam hanc sibi depoposcerat Sanctæ hujus erudiendæ ad Ecclesiæ totius utilitatem, se ipsum etiam illius adjutorem, ac patronum constituit contra illos omnes, qui eam lacessere ausi sunt; ita ut quo magis illam traducere conabantur homines tanquam libimet præsidentem, & a dæmone deceptam, eo magis efficiebat, ut sanctitas ejus effulgeret. Videbatur quoddam institutum fuisse certamen inter Sanctam hanc Virginem, quæ ab omnibus contemni cupiebat, & Dei Filium, qui eam attollebat. Quo magis illa nominis sui famam sacrificabat, magis Deus ex tenebris lucem, ac fulgorem eliciebat; quo magis illa opprobria, & humiliationes consectabatur, eo magis illi Deus mundi totius obsequia, & reverentiam conciliabat. Senarum urbs plena semper erat magna mortalium frequentia, undequaque affluenti, ut illam videre posset. Ex Italia universa ad illam deducebantur ægri, obsessique, neque illi major delatus est honor post mortem, cum per apotheosim in Cælitum album relata fuit, & miracula ad ejus tumulum in infinitum multiplicabantur, quam cum vivebat adhuc; adeo experta est veritatem effati illius, quod insignis Sanctitate vir protulit, cum nominis proprii cura ex sit, quam omnium postremam Deo sacrificamus; statim ac illam propter ejus amorem deserimus, ipsum illius curam suscipere, tueri, ac latius extendere. *Idem*.

Cum tellegis Christi, vitam duxit crucis-sam.

Nullus scio, an quispiam inveniatur, qui ardentius concupierit, & sollicitus quæsiverit Crucem, & passiones, quas Virgo nostra sustinuit, ex quo tertio Ordini S. Dominici adscripta fuit, ut hac in re Salvatorem suum cruci confixum imitaretur. Excutite omnes hujus Sanctæ sensus, omnes actiones illius explorate; nihil illi placet, nisi aliquod gerat vestigium passionum Filii Dei. Silentium, recessus, praxis, quæ magis negotium fecerit, & austerissimæ Clausurorum mortificationes, hujus desiderii ardorem explere non valent. Morbi licet acutissimi, & gravissimum dolorem afferentes illi delectarum loco sunt; illos enixius flagitat, quam alii valetudine inter vehementissimos febrium accessus deprecentur. Gratiæ ipsæ, quæ innocentem illius animum humiliant, illi accidunt jucundiores præ illis, quæ eam consolantur, & quasi Jesus Crucifixus illi esset charior, quam Jesus gloriosus, de illius tantum morte, ac dolonibus cogitat, deque passionis ejusdem instrumentis, quæ alte adeo in anima insculpta deferebat, ut non loqueretur de alia quapiam re, neque alios fere sermones audire posset, quin nonnisi de cruciatibus Filii Dei vivere videbatur; & hi penitus cordi ipsius inhærebant. *Auctor Sermonum in omnia argumenta*.

Salvator expl ranon potuit desiderium S. Catherinæ Senensis, nisi illi communicans passiones & dolores, quæ impressit illi.

Ad explendum sanctæ hujus Virginis desiderium patiendi, & sese hoc pacto conjungendi cum illo, qui objectum erat omnium cogitationum suarum; Salvator, ut alibi dictum est, illi tormenta sua communicavit, eique sacra impressit stigmata cordis, manuum, pedumque suorum. Jam tandem aliquando voti compos facta es Catherina! Nam quando quidem cupis te totam esse Deo tuo: non video, amorem ardentissimum posse aliquid ulterius optare, quam perfecte illum in hac vita imitari gestando omnia adorabilia humanitatis ejus vestigia. Ecce te crucifixam ad exemplum illius, admirabilis Catherina! & inde cognoscis quam violentus fuerit amor, quo homines prosequebatur, pro quibus voluit dolores adeo savos pati; sed simul ostendis amoris tui magnitudinem, qui vult etiam pro eodem illa subire tormenta, quæ pro te pertulit. Nam sicut ex omnibus cruciatibus, quos mortalis homo sustinere potest, nulli graviores existunt illis, quos Salvator exhausit; dignatus est miraculum operari, ut illos transferret in te, & necesse est, ut mox aliud operetur, ut re in terrimis doloribus sustineat, ac incolumem servet vitam Sponsæ adeo sibi dilectæ, qualis tu es. *Idem*.

Spiritus Sanctus it inspirat Sanctæ nostræ, ut in charitatis operibus se exerceret.

Sanctæ Catherinæ id unum cogitabat, ut in secessu, ac solitudine viveret suo satisfaciens desiderio gravissimas austeritates, & magis sensibiles mortificationes perferendi; cum Deus illi significavit, charitatis exercitia exposcere, ut sese paulo magis in mundi lucem proferret. Se igitur in statum adduxit sequendi hunc Spiritus Sancti motum, ac orsa est diabus pauperibus ægrotantibus ministrare, quarum altera ita lepra erat operta, ut nemo ad illam accedere auderet, & quæ jamjam extra civitatem erat emittenda. Sancta Virgo nostra hanc ab omnibus derelictam conspiciens, illius per se curam gerere voluit, bis illam quotidie invisebat, simulque ad eam afferebat omnia quæ eidem in adeo misero statu erant necessaria. Mulier hæc quin ullas haberet Sanctæ Virgini nostræ gratias, ægre, atque gravate excipiebat eam; & sæpe etiam in illam congerebat convicia, ita ut dici posset Catherinam, quæ fedulo de eadem benemereri cupiebat, illius potius mancipium videri. Tamen hæc illius contumelia tantum abfuit, ut admirabilis Virginis nostræ Charitatem retardaret, ut potius ad mortem usque illi famulata fuerit ea assiduitate, & zelo adeo admirabili, ut illius stipendia mereri videretur. Alia mulier infelix ex Cancro mamillari laborabat, ex quo pectus ita contabuerat, ut nemo fœtorem inde emanantem ferre posset. Primis diebus ad aspectum charitatis Virginis nostræ commoveri, atque confundi videbatur: sed sensim assuefacta ita sui oblita est, ut sibi medentis famam proferret, infinitas in eam, terrerrimasque congerens contumelias, eo usque ut jactitaret illam criminosis nexibus vinciri, & in libidines tempus illud impendere, quo se clam orationi vacare simulabat. Hoc nondum satia erat ad Sanctam hanc Virginem exercendam. Ægrotanti foetam se addidit alia calumniatrix, quæ adeo vivos calores allinere cœpit convictis suis, ut ea non a flagitiosis tantummodo, verum etiam a plurimis honestis viris crederentur. Licet Catherina inde gravissimo affici deberet cruciatu propter calumniam adeo turpem, non solum nullum protulit verbum, ut sese excusaret, sed ægrotanti visitationes suas ingeminavit, eique ardentiori cum charitate deservire non destitit. Immo etiam cum die quadam esset quamdam in ea curanda naturæ repulsam experta, super vulnus illud os suum expandit, ut se ipsam vinceret, & ut terrerimas calumnias recentibus benefactis elueret. Sed permisit Deus, ut miseræ hæ mulieres scelera sua faterentur, pabnodiam canerent, sanctitatem Virginis nostræ evulgarent, quæ minus erat perpetua propter earum calumnias, quam tunc propter laudes earum patiebatur. *Pater Croiset in Assueti Exerc.*

S. Catherinæ Senensis amor erga Dei Filium sese extendebat usque ad pauperes ejus imagines.

Charitas, qua Sancta nostra pauperes complectebatur erat immensa, atque infinita. Ex eo tempore quo erat adhuc in paterna domo, exhausisset fundos, quos in familia repererat, nisi Deus illis divinitus supplevisset. Salvator ipse pauperis personam gerens visus est patientiam, ac liberalitatem ejus exhaurire. Cum enim ab illa peniset; quidquid emendicare poterat, oravit eam, ut daret sibi quoque ea, quæ ad illius usum erant sepolita. Nocte sequenti apparuit illi Dei Filius, eique significavit eo modo, qui maximum eidem peperit solatium, sibi illam hellerna die eroeasse eleemosynam. De omnibus quam optime merebatur, sanabat ægros, afflictis, ac mœrentibus afferebat opem, convertebat peccatores, ac tot operabatur miracula, quot verba proferebat. Verum si charitas ejus erat immensa in eo, quod ad egenorum pauperumque subsidia sp ctabat; zelus ardens, quo flagrabat propter salutem animarum, nullis finibus coercebatur. *Pater Croiset, & Pater Semaule Orarii*.

Zelus ejus gio conversione peccatorum.

Vulgatior hujus incomparabilis virginis occupatio erat, totam se in peccatorum in omni indidinum genus abjiciendi conversionem impendere. Etenim ex quo Salvatori illi conspiciendam proposuit speciem animæ in gratia existentis, fatebatur, se non amplius mirari quid tanta passus fuisset ad illam redimendam, suoque cruore eligendam. Tanto ardebat desiderio illis opem ferendi, ut plurimis consilium iment de vestibus commutandis, sexuque dissimulando ut orbem peragraret, Apostolorum ritu prædicatura, animasque ad extremas terrarum plagas conquisitura. Hac mente offerebat Deo preces omnes, atque austeritates, & per charitatis prodigium, cum Pauli charitate comparandum, pro illis anathema esse cupiebat. Nonne gloriæ tuæ magis referret, ajebat illa Salvatori suo, ut sin mnus una ego pro omnibus interirem, saltem una debitas omnibus pœnas perfolverem, quam videre eos omnes in infernum præcipites dare; ac te ea privari gloria, quam tibi in cælo conferrent. Satis Deo fuit ardor zeli ejus, sed ut illi faceret satis, plurimos ab æterna damnatione præservavit, ac inter cæteros matrem ipsius, quæ si defuisset filiæ tantæ preces, misere periisset. Hæc erant conversionis prodigia, quæ nonnisi in Apostolis visa sunt. In itineribus suis sese in agram deferri jubebat, ut prædicaret, & ex obduratissimis cordibus lacrymas eliciebat. Imas conscientiarum latebras scrutabatur; iis, qui maxime erant impii salutarem cordis compunctionem immittebat; inter stigmata ipsorum illis turbas ciebat, & quocunque transibat, secus viam insignia relinquebat charitatis suæ monumenta. Erat ex numero zelotum ministrorum, qui in humano corpore Spiritum gerunt Angelicum, & imitabatur ignem, qui calorem suum, scintillasque emittit in ea omnia, quæ ad illum accedunt. *Auctor vocens*.

Admirabile Virtus, quæ in ipsa erat admiranda extendebatur.

Videbatur Dei Filius se Catherinæ Senensi suam miraculorum patrandorum auctoritatem contulisse; cum auctoritatem dico, non loquor de illa, quam homines vulgo in San-

in Sanctis plurimi facerent, & admirari consueverunt, protestatem videlicet operandi miracula, quæ testis est eorum auctoritates apud Deum, quamquam si inde judicium esset ferendum; pauci invenirentur, qui & majora & plura, fiterint operati; quoniam illa imperabat morti, dæmonibus, & morbis maxime conclamatis; & satis erat, ipsam a Deo aliquid petere, ut vota damnaretur; sed de illius loquor auctoritate apud Deum in maximo miraculorum omnium, quod est peccatorum conversio. Re enim vera hoc est maxime admirabile inter opera Dei, & pro quo illi exerendi sunt conatus brachii sui, quemadmodum loquitur Scriptura. *Hæc mutatio dexteræ excelsi.* Hæc autem virtus in Sancta hac adeo erat communis, ut illius Confessarius, qui id toties fuerat expertus, crediderit, quin Deum tentaret, se posse eamdem orare ut in semet ipso exerceret, quandoquidem se magnum peccatorem esse affirmabat, licet vir bonus esset, & frugi. Illam igitur obtestatus est, ut pro ipso peteret magnam sinceramque criminum suorum contritionem; hanc enim gratiam cæteris quibuscunque præferebat. Hoc illi se facturam sancta Virgo pollicita est, cumque postridie illum convenisset, plorantem, atque ejulantem cum tanto contritionis sensu: ut altero opus fuerit miraculo, ne præ vi doloris animam afflaret: Ah! exclamavit ille videns Virginem hanc admirabilem; orationes tuæ non caruerunt effectu; jam sentio quod pro me impetrasti. Aliquando vix sunt viri nequam inter supplicia horribiles evomere blasphemias, quin de Deo sibi verba fieri vellent, qui mox repente mutati sunt statim ac illa pro illorum conversione preces effuderat, & deinceps tantos pietatis fovere sensus, ut Sanctorum mortem obirent. *Recens Auctor.*

Deus illam pro Ecclesiæ pace legavit.

Dei Filius satis nondum feciſſe sibi visus est singulari hanc auctoritatem conferens magnæ huic Virgini: voluit enim eam convertere in maximorum miraculorum instrumentum, ita ut tradita illi potestas in Ecclesiam universam extenderetur, totique innotesceret Christianitati difficillima, quæ tunc temporis emergebant negotia, componens atque concilians, ubi minima concilliationis, & pacis lux effulgebat. Hanc legat, suæ voluntatis administram constituit, omnem Dei ipsius auctoritatem in manibus habentem. Hæc adhibetur ad pacem Florentinorum cum Apostolica Sede finciendam, atque ad auferendum Summi Pontificis interdictum. Ad id alpes transgreditur, & Pontificem adit Avenione commorantem, simulque Florentinorum animos tanta dexteritate tractat, atque emollit, ut prorsus dirimat litem, quæ in aperam scissuram & manifestum schisma jamjam erat erupturæ. *Recens Auctor.*

A summo Pontifice obtinet Florentinorum absolutionem. ejusque redit ad Romam.

Cum Ecclesiæ ratio, ac utilitas coegisset insignem Cathennam, ut ex sua solitudine emergeret; ostendit illa inertem non esse sanctitatem, & Sanctos relinquere posse delicias, ac solitudinis tranquillitatem, cum Deo placet ut operæ illorum. Diximus jam Florentinos delegisse Virginem hanc, ut illos conciliatet Summo Pontifici Gregorio XI. qui in eos excommunicationis sententiam irrogaverat, & ipsum hanc eamdem arbitram constituisse pacis, quam populo Florentino concessurus erat. Sed illustri huic Virgini æque cordi erat aliud negotium, quod nihilo minus ad Ecclesiæ utilitatem pertinebat. Erat autem Pontificum reditus Romam, unde jam pridem abierant. Quin prolixius hæc de re loquar, dicam solum Pontificem eum ægre, & gravate ferret, Episcopum quemdam in Diœcesi sua non residere, & ille subdidisset se illud imitari exemplum, quod ab ipso Romano Pontifice sibi præbebatur, Gregorius in arena votum edixit Romam redeundi, cumque hæc in re consulere voluisset Sanctam Catherinam, hæc illi reddidit, se mirari, quod ipsam ea de re consuleret, quam se facturam Deo votis adstrinxerat. Hinc non hæsit amplius Pontifex Summus, & Avenione discessit videns, cognitionem, quam beata Virgo voti sui hauserat ab uno Deo esse profectam. Romam reversus Catherinam accivit, cujus salutaribus consiliis usus est, quoad vixit. *Pater Crosier in Asceticis Exercit.*

S. Catharinæ fama, effusa undique ad ipsius alloquium trahit peregrinos & energumenos, quos sanat.

Incomparabilis Catherinæ celebritas, jamjam in Ecclesiam universam late se effuderat. Undique Senas confluebant mortales, opem illius deprecaturi. Ægrotantes catervatim illuc afferebantur, & eo adducebantur energumeni; & sicuti peccatores accedentes revertebantur converſi, ita miseri, & ægri sani, & consolatione repleti redibant. Dæmones licet rebelles, ac pertinaces non audebant Sanctæ Virginis hujus impetus obniti, & licet infirma, & languens cogebat superbos, ac impotentes spiritus eos deferere, quos semel obsedebant. Quid gloriosius est, quam imperare morbis, qui ne mundi quidem principibus parcunt, & in subditorum suorum numero recensere mortalium omnium tyrannos?

Narrat Evangelium Dei Filium adeo absolutam obtinuisse potestatem in morbos, ut nullum esset tempus, vel locus, quo homines ab illis non liberarer. Hoc ipsum dici potest de Sancta Catherina; ubique, & quocunque tempore operabatur miracula; quocunque se conferret, nunquam potestas hæc ab ea recedebat: omniaque ejus iuncta aliquibus prodigiis erant connotata. *P. Senault Oratorii.*

Competendium vitæ sanctæ hujus.

Vita Sanctæ hujus non aliud est profecto, quam series non intermissa miraculorum, & ipsa quoque juge miraculum fuit. Amisit illa gustum, ac usum ciborum, quibus utimur vulgo, atque ut supradictum est, Angelorum pane dumtaxat vescebatur. Semel a Quadragesimæ initio ad Ascensionem, usque omni carnit clea. Omnibus hisce gratiis adeo insignibus adjecerat Deus donum intellectus, & sapientiæ, quspropter habita fuit tanquam sui sæculi Oraculum. Diversa opera, quæ illius nomine inscripta, supersunt, præsertim vero Epistolæ ad Summos Pontifices, Cardinales, & Principes, sunt eximia argumenta sublimitatis ingenii ejusdem, elegantiæ & eruditionis.

Insignes gratiæ quibus a Deo fuit ancta.

Præter quam quod Dei Filius sæpe suam illi aperiebat pulchritudinem ea in luce, quæ Beatorum felicitatem constituit, eamque iis cumulabat deliciis, quibus Angeli perfruuntur in cælis in aspectu faciei ejus; *In quem desiderant Angeli prospicere.* Illam ipsam ut ita dicam, transfigurabat; illi partem gloriæ suæ communicabat, illam tot luminibus amictiebat, ut qui ad illam accederent, perstringerentur. Modo illam in aerem attollebat, & videbatur ostendere velle, corpus illius spiritualibus potius, quam terrenis qualitatibus constare, modo illam ab omnibus necessitatibus vitæ hujus mortalis immunem præstabat, & quasvis hæc adhuc in terris versaretur in antecessum cælestibus privilegiis guadebat: ac videbatur Filius Dei in aetham amoris sui eidem splendorem, ac majestatem suam communicasse. Non est itaque, cur miremur incomparabilem hanc Virginem admirationi fuisse universo orbi Christiano; quonism Salvator per excessum charitatis erga illam omnia mundi admirabilia in eadem collegisse videbatur. *Ex Patribus Crosier, atque Senault Oratorii,*

Pretiosa mors S. Catherinæ Senensis.

Vita adeo excellens, ac prodigio proxima incomparabilis Sanctæ Catherinæ Senensis nonnisi pretiosa morte concludi poterat. Simul ac sensit se mortali morbo affici, quem Isbores, assiduæque austeritates pepererant, sgon illius non aliud fuit, quam crebra suspiria, quam mentis ejaculationes in Deum, quam pii in cælum conatus, atque divini amoris ardores, & relinquens omnibus sororibus, quibus præerat, admirabile exemplum præstantissimarum virtutum, cunis, itineribus, laboribus, pro Dei gloria Ecclesiæque utilitate susceptis sanctissimam afflavit animam proferens verba eadem, quæ Dei Filius in cruce protulerat; *In manus tuas, Domine, commendo Spiritum meum.*

Sermonis conclusio. Quo pacto Sanctam Virginem imitari valeamus.

Fructus quem mundus universus ex Sanctæ hujus notitiæ vita percipere potest, est, omnes ad eam imitandam vires exercere. Diversæ conditiones vitæ præclara tibi virtutum omnium exempla reperient. Virgines ibi animadvertere poterunt, quo pacto illustris hæc Virgo a matre sua coacta (quoniam illi in sæculo nuptias comparare adnitebantur) ut se comeret, ornater, & naturalis oris veneres excoleret, quibus simul erat prædita; ubi in oratione cognovit quantum hæc vanitas displiceret Deo, hanc imbecillitatem tanquam grave aliquod peccatum perhorreſcens; quotannis magna cum lacrymarum copia illud confessa est. Cœnobitæ, ac Sanctimoniales ex Sanctæ nostræ vita potuerunt colligere exempla jugis solitudinis, & omnimodæ ayersionis a mundo, perfectæ omnium sensuum suorum mortificationis; & si minus possunt iisdem sui exili deliciis, quibus Virgo nostra sui consueverat; debent saltem capere hanc cordis communicationem cum Deo, ut sempet sint parationes ad obeunda status sui munera, ejusque voluntatem faciendam. Vetum est, me vereri ne vobis in tabula proponens imaginem Virginis tanta sanctitate præstantis eam nequaquam exhibuerim iis coloribus, qui ad illam imitandam vos allicere valeant; & fortasse vita magis communis vos facilius ad imitationem excitasset. Sed credidi quantumvis insignes essent incomparabilis hujus Virginis virtutes, illas eo facilius in praxim redigendas esse, quia omnes in eo versantur quod in nostra sicum est potestate, & a quo nosmet dispensare minime possunt, ex eo videlicet, quod nosmet penitus Deo devoveamus. Hoc illi quotidie pollicemur; hoc Deo possissimum pollicentur, qui, & quæ Religiosum vivendi genus profitentur. Id unum satis est ut ad altissimum Sanctitatis fastigium attollamur. Conemur igitur id adimplere, si eamdem speramus felicitatem, quam incomparabilis Catherina consecuta est. *Auctor recens.*

PRO

PRO SANCTI JACOBI MINORIS PANEGYRICO.

MONITUM.

Bona fide fateor Sanctum Jacobum Minorem hoc in loco perperam afferri juxta illud consilium, quod re adhuc integra mihi propoſueram, initium faciendi hiſce collectaneis meis ab iis Sanctis de quibus Novum loquitur Teſtamentum. Proculdubio cum magnus iſte Sanctus fuerit frater Domini, videlicet proximus ejuſdem agnatus, a S. Paulo inter Apoſtolos relatus, atque inter eoſdem inſignis propter auctoritatem, qua pollebat, & propter pretium in quo ab ipſis Apoſtolis habebatur, ille denique, cujus in ſacro ſexu tanto cum honore ſit mercio, profecto pratermittendus non erat, & multo minus extra mihi propoſitum ordinem collocandus.

Perturbationis hujus mihi cauſa fuit, fateor equidem nimis levicer incidiſſe in recentium quorumdam Criticorum ſententiam, qui Eccleſia Grace opinionem ſecuti, diſtinguentie S. Jacobum Alphai unum ex duodecim, & S. Jacobum fratrem Domini, & Jeroſolymæ Epiſcopum, tanquam viros duos, ideoque Sanctum noſtrum ex numero Apoſtolorum expungentis, licet palam S. Paulus illum hac dignitate præditum memoret. Sed poſt excuſſas Latinorum rationes, hac in re a Gracis diſſentientium credidi errorem meum mihi reparandum eſſe, ac ſequendam opinionem Bibliis magis conformem, & Sanctorum Patrum ſententiis conſonam: cum aliunde nihil nos credere cogat, alium extitiſſe Jacobum filium Alphæi præter S. Jacobum Fratrem Domini.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Synopſis.

Alium Apoſtolorum vidi neminem, niſi Jacobum fratrem Domini. Ad Gal. 3.

I.

Anctus Jacobus Minor nuncupatus conſiderari poteſt ſub triplici ritulo vel qualitate, quæ illum ab aliis ſecernunt; eique tribuunt locum ampliſſimum inter omnes Salvatoris diſcipulos.

Harum princeps fuit eſſe fratrem Jeſu Chriſti, videlicet proximum ejuſdem agnatum, prout Judæi loquuntur. Hoc nomen, honoriſque titulum tribuit illi Sanctus Paulus in Epiſtola ad Galatas: *Alium Apoſtolorum vidi neminem, niſi Jacobum fratrem Domini*; qua re ab iis omnibus diſtinctus fuit inter alios, qui Dei Filium ſequebantur. 1. Ob quamdam oris ſimilitudinem, quæ res illi tantam conciliabat reverentiam, ut poſt mortem Salvatoris illi, quibus non contigerat oculis ſuis intueri Deum-Hominem, peculiari ſolatio afficerentur illum conſidesantes in eo, qui animata geſtabat lineamenta ſimilitudinis ejus; eo uſque ut S. Ignatius Martys, in Epiſtola quadam hæc verba ſcribat, unde liquet, quantum obſervantiæ, ac honoris hæc vultus ſimilitudo illi peperiſſet: *Volo aſcendere ad partes Jeroſolymæ, & videre venerabilem Jacobum, virum, & facie Chriſto ſimilem.*

2. Ob quamdam vitæ, morumque conformitatem, quandoquidem præſtantiſſimas illius virtutes exſecebat, ac ſe in actibus omnibus præbebat ſimilem divino prototypo, qui ob ejus oculos obverſabatus, ne degeneraret a ſanctitate illius, cujus frater appellabatur. 3. Per communicationem gloriæ quæ illi cedebat tanquam ex eadem progenie; atque ita honos, qui Dei Filio adhibebatur, tanquam Filio David ac ex ſobole Regum Iſrael ſeſe late effundebat in Jacobum, qui ex eadem regia ſtirpe, ac germine tanquam ejuſdem familiæ filius deſcenderat.

Qualitas altera fuit Apoſtoli, hoc enim nomine illum S. Paulus appellat in vesbis ſuperius allatis: *Alium Apoſtolorum vidi neminem, niſi Jacobum fratrem Domini.* Qua in re inter ceteros Apoſtolos hoc ille miſſionis privilegium conſequutus eſt, quia ſortito illi in partem obtigit civitas Jeruſalem, & reliqua Judæa, quæ præcipuum exiteſit zeli Dominici objectum; quemadmodum ille ipſe dicebat: *Non ſum miſſus, niſi ad oves Iſrael.* Itaque dici poteſt ille deſtinatus fuiſſe ad triumphos Chriſti Jeſu ſervandos: *Protector ſalvationum Chriſti ſui eſt*: cum delata ipſi fuerit provincia urbem illam regendi quatenus primo ejuſdem Epiſcopo, & peculiari ejuſdem paſtori qui populum hunc aluit pabulo verbi, & exemplo virtutum ipſius; quod non prohibuit, quominus late zelum vesbis extendeset in Epiſtola quam ſcribit ad omnes gentes, & quæ eſt quoddam veluti compendium omnium Evangelicorum inſtitutorum.

Tertia denique eſt Martyris qualitas; in qua ipſe privilegium hoc nactus eſt, inter eos, qui paſſi ſunt pro nomine, & gloria Jeſu Chriſti, quia peculiari pacto pro fide mortem ſubiit; teſtimonium quippe quod illi perhibuit, fuit cauſa mortis illius; & hanc habuit cum Salvatore ſimilitudinem, quia obiit, cum pro interfectoribus ſuis depsecaretur.

II. Quidquid glorioſius dici poteſt de Sancto Jacobo Minori ad tria redigitur, ad hominis dignitatem, ad vitæ ſanctitatem, ad ejus in Eccleſiam merita.

1. Quoad hominis dignitatem, appellatur *Frater Domini*, videlicet ſecundum Judæorum ſtylum, patruelis & proxime agnatus Filii Dei. In hac qualitate dici poteſt cumulatus fuiſſe gratiis prorſus ſingularibus, evectus enim fuit ad Apoſtoli dignitatem, ac inter Apoſtolos fuit tanquam Apoſtolus Judæorum, videlicet Paſtor gregis Dominici, & ille, cui poſt Salvatorem ipſum demandata fuit peculiaris illius populi cura, quem Jeſus Chriſtus per ſe eſudierat, & eacoluerat.

2. Quod attinet ad vitæ ſanctitatem, vulgo juſtus appellatus fuit, velut ille, qui virtutum omnium inſignia præbuit exempla. Ita vita ejus majorem habuit ſimilitudinem præ cæteris cum vita Salvatoris; unde profecta eſt illa veneratio, in qua apud Chriſtifideles erat, atque etiam apud Judæos, qui reliquos Apoſtolos odesant, & perſequebantur, ſed qui hunc coluerunt propter ſanctitatem, pietatem, & in precibus aſſiduitatem; quorum propter has omnes virtutes uni illi fas erat ingredi in Sanctuarium. 3. Magna illius in Eccleſiam merita teſtium illud conſtituunt, quod conſiderari poteſt. Habebatur ille tanquam una ex columnis Orientis Eccleſiæ, quemadmodum Sanctus Paulus teſtatur. Ejus conſilio omnes in primo Concilio adhæſerunt. Doctrina, qua redundat ejus Epiſtola, eſt veluti compendium Evangelicosum dogmatum, & oſtendit zelum, quo ille accenſus fuit in fide, & divinitate J. C. aſſerenda.

Oſtendi poſſunt privilegia, quæ S. Jacobus nactus eſt, quatenus Frater Domini, hoc eſt proximus ejuſdem conſanguineus. III.

1. Peculiari Salvatoris esga ipſum Charitate connotata favoribus, quibus auctus fuit.

2. Illi ampliſſimum collatum fuit munus illud ipſum, quod Dei Filius, quoad vixit, exercuit.

3. Illi potior collata fuit pass paſſionum Domini peculiari martyrio, quod habendum eſt inter maximas gratias, quas Deus conferre poſſit iis, quos majori charitate proſequitur.

Immorari poſſumus in ſola qualitate Fratris Domini, ac oſtendere

1. Ipſum tanquam proximum ejus conſanguineum in venis habuiſſe ſanguinem Salvatoris; quæ res illi contulit oris, mosum, ſtudiorumque ſimilitudinem, eique Sanguinis hujus fructum applicuit pes gratias, quarum eſt tanquam fons, & quæ hac via illi communicatæ fuerunt.

2. Applicuit illi fructum ejuſdem ſanguinis concivibus ſuis quorum exitit Apoſtolus, & Paſtor, & quorum ſaluti, atque converſationi adlaboravit.

3. Hunc eumdem ſanguinem glorioſo effudit martyrio, ac teſtimonio, quod pro mortem ſuam Salvatosi peshibuit.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde hauriri copia poteſt ad propoſitas Sermonum Synopſes exornandas, & Auctores, qui de hoc agunt argumento.

EGeſippus antiquiſſimus Chriſtianiſmi ſcriptor primus omnium extulit actiones, mortem, & martyrium S. Jacobi minoris fratris Domini. Ex hoc auctore cæteri ea, quæ ſcribunt, mutuati ſunt. Vesum eſt nonnullos hæreticor in ſuſpicionem arceſſere voluiſſe hanc narrationem, ſed temere, ac nulli rationi incumbentes.

Euſe-

Eusebius l. 2. c. 1. hoc ipsum iisdem fere verbis refert, quæ res contra hæreticos Egesippi narrationem confirmat.

Clemens Alexandrinus apud Eusebium narrat etiam S. Jacobi Martyrium, cujus affert, circumstantias, & Josephi Historici fidem.

S. Hieronymus *In Euseb. Chronic. & in lib. de script. Eccles.* verba facit de S. Jacobo fratre Domini, & explicat quo in sensu ita vocetur.

Theodoretus *In Epist. Pauli ad Galat.* ostendit quo pacto Sanctus hic sit frater, hoc est Salvatoris consanguineus.

Evodius vetus auctor apud Nicephorum l. 2. cap. 23. aliique hoc ipsum dicunt.

Glicas de hoc loquitur tanquam primo Jerosolymorum Episcopo, licet ab eo inter duodecim non memoretur.

S. Joannes Chrysostomus. *Hom. 5. in Matth.* paucis describit austeram Sancti hujus vitam, & effectus mortificationum ejus.

Metaphrastes illius edidit vitam, quæ a Surio refertur.

Surius, ad Kalendas Maji de hoc loquitur, sed Metaphrastis dumtaxat vitam affert.

Baronius tomo primo Annalium, & in Adnotationibus in Martyrologium.

Bolandus præter vitam Sancti hujus refert argumenta partis utriusque in controversia, utrum S. Jacobus dictus Frater Domini alius sit ab eo, qui in Evangelio filius Alphæi nominatur.

Tillemontius eamdem solide quæstionem agitat, & in decisione a Bollando dissentit.

Fleury in tomo primo Ecclesiasticæ Historiæ de hoc verba facit.

Baillet ad primum Maji tenet S. Jacobum Apostolum non esse distinguendum ab illo, qui Frater Domini dicitur.

Concionatores.

Bireat in Sermone de hoc Sancto totum ejus Elogium repetit ex eo, quod fuerit custos Sepulcri Dominici.

P. Senault Oratorii simul S. Philippi, & Jacobi laudes conjungit tomo primo Panegyricorum.

Auctor Elogiorum historicorum in tomo primo hoc ipsum facit.

Molinier tomo 2. de Sanctorum Festis, utrumque conjungit, sed altera Sermonis pars tota ad S. Jacobum pertinet;

In Specimine Panegyricorum tria adsunt compendia sermonum de duobus iisdem Sanctis.

P. Novet in vita Jesu Christi in Sanctis suis meditationem habet de Sancto Jacobo Kalendis Maji.

P. Croiset *in Ascetick. Exercit.* pro Mense Majo pancis colligit quæcunque dici possunt de Sancto Jacobo.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, figuræ, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci: qui ad hunc Sanctum pertinent.

Alterum Apostolorum vidi neminem nisi Jacobum fratrem Domini. Ad Gal. 3.

Cum agnovissent gratiam, quæ data est mihi, Jacobus & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras mihi dederunt, & Barnabæ societatis. Ad Galat. 2.

Postquam tacuerunt, respondit Jacobus, dicens: viri fratres, audite me. Propter quod ego judico non inquietare eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum. Act. 15.

Deinde visus est Jacobo, & plusquam trecentis fratribus. 1. Cor. 15.

Jacobus Dei, & Domini nostri Jesu Christi servus; Frater autem Jacobi. Epist. Jud.

Maria Mater Jacobi Minoris. Marc. 15.

Loci, qui ad ipsum applicari possunt.

Talis decebat, ut nobis esset Pontifex, Sanctus, impollutus, segregatus a peccatoribus. Hebr. 7.

Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11.

Mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. 2. Corint. c. 4.

Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Matth. 6.

Qui autem Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis suis. Ad Galat. 5.

Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis. Psalm. 43.

Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Joann. 12.

In lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte. Ps. 1.

Hic erat increpans audientes, & lucens. Joann. 5.

Vinum, & siceram non bibet. Luc. 1.

Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Joann. 15.

Addimus hoc loco verba ipsa ex Epistola Catholica S. Jacobi, quæ complectuntur præcipuas veritates morales Christianæ Religionis.

Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis, scientes, quod probatio vestræ fidei patientiam operatur. Epist. S. Jacobi c. 1.

Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Ibidem.

Beatus, qui sustinet tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Ibidem.

Glorietur frater humilis in exaltatione sua, dives autem in humilitate sua. Ibidem.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Ibid.

Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Ibid.

Estote autem factores verbi, & non auditores, fallentes vosmetipsos. Ibid.

Si quis auditor est verbi, & non factor, comparabitur viro consideranti vultum nativitatis sua. Consideravit enim se, & abiit, & statim obliitus est, qualis fuerit. Ibid.

Si quis putat se Religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est Religio. Ibid.

Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi. Ibid. c. 2.

Sit & fides, sine operibus mortua est in semetipsa. Ibid.

Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Cap. 1.

Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur; Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Ibid.

Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus. Ibid.

Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni? Idem c. 2.

Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Ibid.

Quid proderit, fratres mei, si quis dicat fidem se habere, opera autem non habeat? Ibid.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Idem c. 3.

Lingua ignis est, universitas iniquitatis &c. Idem cap. 3.

Ubi zelus, & contentio; ibi inconstantia, & omne opus pravum. Idem.

Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis: ut in concupiscentiis vestris insumatis. Idem c. 4.

Nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Deo? quicumque voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur. Ibid.

Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem, detrahit legi, & judicat legem. Ibid.

Ante omnia autem nolite jurare neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum &c. Idem c. 5.

Multum valet deprecatio justi assidua. Ibid.

Loci Biblici, qui S. Jacobo convenire possunt quatenus Apostolo, Episcopo Jerosolymitano, Martyri, & Doctori.

Lux orta est justo, & rectis corde lætitia. Ps. 96.

Nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Ps. 138.

Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit Dominus, hoc loquar. 3. Reg. 22.

Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lapsus est. Isaiæ 50.

Requiescet super illum spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Isaiæ 11.

Sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudivit te. Deuteronom. 8.

Potius ite ad oves, quæ perierunt domus Israel. Matth. 10.

Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Idem Ibidem.

Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes adversarii vestri. Luc. 21.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. Idem Ibid.

Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum. Matth. 13.

In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Joann. 15.

Venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Joann. 16.

Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ sui, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Eccli. 32.

Data

Dabo vobis Pastorem juxta cor meum, & pascet vos scientia, & doctrina. Jerem. 3.

Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me. Joann. 7.

Filii Sion exultate in Domino, quia dedit vobis Doctorem justitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum. Joel. 2.

Omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Joann. 8.

Sicut Pastor gregem suum pascet, & in brachio suo congregabit agnos. Isaiæ 40.

Qui misericordiam habet, ducet, & erudit quasi Pastor gregem suum. Eccli. 18.

Ego sum Pastor bonus: bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Joann. 10.

Ego sum Pastor bonus: & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Idem ibid.

Oves meæ vocem meam audiunt; & ego cognosco eas, & sequuntur me. Idem ibidem.

Qui fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est. Marci 3.

Signa Apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis, & in prodigiis, & virtutibus. 2. Corinth. 12.

Exempla, & Figura ex Scripturis desumpta.

S. Jacobus Episcopus Jerosolymitanus, conferri potest cum Propheta Amos. *Amos. 3.*

SAnctus Jacobus cum Judæorum populo ita se gessit ut olim Amos Propheta, qui cum maximo dolore confectus videret carnivoras belluas undique irruere super gregem suum, procuravit saltem quoad potuit, majorem illius partem tueri. *Quomodo si eruat pastor de ore leonis duas crura, aut extremum auriculæ: sic eruantur filii,* Simili ratione S. Jacobus Propheta zelum, atque dexteritatem imitatus, videns partem unam occalluisse, conatus exent suos ut alteram in tutum adducat. Zelo ejus respondit eventus, & singulari Dei gratia spem ipsam superavit. Lenitas ejus, gravitas, oris affabilitas, patientia in persecutionibus, humilis submissio in adversis, integerrimæ justitiæ celebritas, virtutis eminentis fama, & bonus odor sanctitatis, qui late in omnem Jerosolymam se effuderat, dociles præbuerunt Sancti hujus Apostoli documentis populos suapte natura indociles, & si minus potuit eximus virtutibus suis, & acribus adhortationibus totum filii Dei gregem tuert: magnam saltem illius partem servavit.

S. Jacobus minor habet similitudinem cum S. Joanne quoad mores, vivendi genus, & officium.

S. Jacobus minor fuit alter Joannes Baptista, quoniam perfectam habuit similitudinem cum Sancto hoc Jesu Christi præcursore. Per traditionem in plurimis Ecclesiis creditur hic ab utero matris sanctificatus fuisse, ut olim Jeremias Propheta, & sanctus idem Baptista. Sanctitati animæ hujus Apostoli respondebat sanctitas corporis; quonam non secus ac Sanctus Præcursor, toto vitæ suæ tempore perfectam servavit continentiam juxta S. Epiphanii testimonium, autentas vitæ eadem prorsus erat, ita ut quicunque eum videsent statim admirarentur. Numquam carnem gustavit, nunquam vinum bibit, nec siceram, neque alios id genus liquores, qui afferre valent ebrietatem. Leguminibus vescebatur; aqua simplex potum illi præbebat, vel si quid intus ummiscebatur, erant lacrymæ, quas devotionis pietas jugiter ex ejus oculis eliciebat. Lineis duntaxat vestibus induebatur; nudis incedebat pedibus, neque balneis utebatur, licet mos hic in Oriente obtineret. Jugis erat ejus oratio; anima ejus semper in Deum erat elevata. Genua illius orando occalluerant, & S. Jo: Chrysostomus restatur frontem illius callum obduxisse, facie enim in terram demissa otare consueverat. Vita hæc adeo sancta talem illi celebritatem fecerat, ut sicut omnes in desertum se se conferebant Sanctum Joannem Baptistam de vitæ ratione instituenda consulturi, ita omnes undique sanctum hunc Apostolum consulebant in rebus dubiis vel arduis tanquam Oraculum, & si S. Joannes effecit, ut Salvator cognosceretur in Mundo, hinc cum inter homines versabatur, S. Jacobus conabatur perfodere summis æque ac imis, hunc esse hominem eruditum, quem sequi oportebat, & qui vere filius erat Dei, quemadmodum S. Joannes prodiderat.

S. Jacobus videtur comparare quartum illi, qui cum filiis Jesu visus est in fornace Babylonia.

In tertio Dahelis Prophetæ capite legimus, postquam tres pueri Hebræi conjecti fuerunt ad Nabuchodonosor imperium in fornacem, cumque Regi nuntiatum fuisset, illos inter flammas innocuos alacriter deambulare, hoc nuntio stupefactum voluisse fieri oculorum hujus prodigii testem. Sed illius stupor magis magisque percrebuit, ubi inter illos quartum deprehendit, memorat Scriptura, similem filio hominis. Quid hoc S. Jacobo minori convenientius? Tres illi Hebræorum pueri erant Sancti Petrus, Jacobus, & Joannes in tribulationum fornace positi, præsertim vero post obitum Redemptoris, & noster Apostolus, qui & ipse erat in illa fornace, est ille quartus similis filio hominis videlicet Salvatori, qui se ipsum in Scripturis tali nomine appellat. Et profecto Sanctus hic vir præ ceteris hoc habebat singulare, quod facie similis esset illo Dei; tantaque erat hæc similitudo, ut Judas proditor veritus, ne Judæi hunc pro Jesu Christo caperent, dedit illis in signum osculum crudele, ut eum inderent in manus eorum. Sed illum enim magis gloriosa similitudine imitatus est, morum videlicet integritate, & puritate, nec non vitæ Sanctitate, quam populus ita admirabatur, & venerabatur, ut catervatim homines ad illum confluerent tanquam ad Salvatorem ipsum, cum adhuc viveret, ut fimbriam vestimentorum ejus attingerent. Tanta erat opinio, quæ de illius virtute, ac Sanctitate percrebuerat, ut ille sibi Justi nomen promeruerit, nomen, quod adeo digne replebat, sicuti in omnibus imitabatur filium Dei zelo salutis hominum, Evangelii prædicatione, charitate erga egenos, & miseros, cæterisque Boni Pastoris officiis, quibus adeo egregie perfunctus erat Pastor ille bonus, qui pro ovibus suis animam dederat.

S. Jacobus noluit habere unde se, quemadmodum fecerat, sed ipse fuit alter exemplo.

Non sunt ultra duodecim Hebræorum Patriarchæ, ex quibus tot descenderunt progenies, in quibus inventi fuerunt duodecim mille signati. Non sunt amplius duodecim lapilli Sacerdotalibus Aaronis indumentis assuti. Non sunt amplius duodecim Principes delecti, ac sepsati ex Tribubus a Moyse illorum Capite. Figuræ istæ pertransierunt; eminus designabant nobis duodecim Apostolos, qui exilis plures inseruere prædestinatos, quam duodecim Patriarchæ per suam secunditatem. S. Jacobus quodammodo vexillum extulit inter Apostolos; tum ut illos excitaret, cum ut illis esset exemplo, ostendendo per prudens regimen primæ illius Ecclesiæ cui præerat, quomodo illis aliæ terrarum Ecclesiæ regendæ essent, Jerosolymitana, cui S. Jacobus præerat, prima institutio fuit, juxta quam reliquæ Ecclesiæ erant administrandæ, Prudentia, modestia, zelus. Charitas hujus Patroris erat veluti fons, ex quo illi hauserunt, ut alibi odorem earumdem virtutum Apostolicarum effunderent. Dicere poterat aliis Apostolis, qui mundum integrum sibi erant divisuri; ut ibi Salvatoris regnum conflitueret: *Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.*

Profectio peculiaris quæ haurichat S. Jacobus, ab hac Salvatoris contemplatione.

Primus laudum fons, quæ hominibus tribuuntur, plerumque ex generis nobilitate desumitur; si præsertim a nobilibus stemmatibus ortum duxerit, quæ vel ob præclaras virtutes suas, & recte facta inclaruerint, atque ex triplici causa. Primum, quia genus idem sortiti sunt, & mundus opinatur; consanguinitatem, ac affinitatem esse gloriæ quamdam communicationem. Secundo, quia illi, qui ex eadem exiliunt familia, creduntur eadem habere studia; & secum offerre charácterem similitudinis in mente, atque ingenio. Tertio, quia amicitia, quæ vulgo a natura proficiscitur, efficit hæc sympathica fœdera, per quæ aliorum bona ad alios se extendant. S. Jacobus minor satis felix fuit, eo quod per naturalem cum Filio Dei affinitatem, in ordine cum naturali, tum morali, tum gratiæ; in quo affinitas ista suum habet terminum, tres has prærogativas consequutus est:

Hæc divisio cum tota præcedenti quæ præcessit simplicitate, sunt hujus Apostoli cum Filio Dei.

Diversi unius Familiæ rami diversis cutipis ex eodem fonte manantibus comparantur. Atque eadem in fonte fuit: antequam in rivos plures dilaberetur; atque tunc enam cum divisa est, fervat adhuc aliquid ex prima unione; semperque retinet eadem rationes in canalibus, in quos se se effudit. Similiter dicere possumus Patres, & Avos, qui primi sunt familiæ fontes, in semet colligere sanguinem in filios, posteriosque effundendum; qui tamen in hac divisione eadem, quas ante, rationes conservat, & dici potest, cum semel conjunctus fuerit in communi vitæ filiorum fonte, eumdem semper permanere. Ita nobis persuasum est, sanguinem pro Redemptoris familia destinatum primum fuisse in Sanctis Joachim, & Anna, hinc in rivulos duos divisum fuisse, cujus alter miraculose fluxit in venas purissimas Sanctissimæ Virginis, ut inde in illas Jesu Christi diffueret; alter vero transiit in venas Mariæ, quæ fuit uxor Cleophæ (ac deinceps Alphei) ut in venas S. Jacobi minoris manaret. Quibus positis inferre possumus præditum virtutes cum sanguine ad filios eorum migrire. Cum S. Jacobus, beatissimæ Virginis excepta, propius, quam quilibet alius cognatione attigerit Salvatorem, hinc sequitur ipsum eadem habuisse studia, & perfectiva virtutes Jesu imitatum fuisse, cum tot, & adeo perfectas cum divino Salvatore rationes habuerit.

Applicationes quorumdam locorum Bibliorum huic argumento.

Præstantia S. Jacobi virtutes in Episcopum suo.

TAlis decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus. Hebr. 7. S. Jacobus ad sublime Episcopatus officium vocatus, juxta divinum exemplar fuit Pontifex innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & sin minus sine peccato conceptus fuit, Sanctus Hieronymus, & S. Epiphanius testantur, illum in matris utero sanctificatum fuisse. Salvator Philippo dixit; *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum*; sed dicere possumus, S. Jacobum Fratrem Domini tantum cum illo habuisse confirmatatem, ut qui Discipulum videbat, perfectum Magistri videret imaginem. Id peperit in Sancto Ignatio Martyre sanctam curiositatem pronunciandi Jerosolymam ad Venerabilem hunc Apostolum oculis suis usurpandum, qui & oris lineamentis, & vitæ virtutibus Salvatori similis erat. Potissimum vero similis illi spiritu suavitatis, & pacis. Dei Filius fibi in characterem optavit lenitatem: *Discite a me, quia mitis sum*

Matth. 11.

ſum. Pacavit omnia, & cum Patre hominem reconciliavit. Hæc ſuavitas & hæc pacis amor in S. Jacobo enituerunt. Hinc ſedavit turbas in ipſa Eccleſiæ incunabulis obortas, & exoneravit populos pondere circumciſionis, & legis Judaicæ, ut ſpiritu omnes conjungeret. Sed magis gloriosa ex conformitatibus ejus cum Jeſu Chriſto fuit heroica illa oratio, quam ad exemplum Jeſu Chriſti effudit pro inimicis ſuis; cum de præalta turri devolutus in præceps ſuo aſperſus cruore, ſuſcexit, & Deum pro illis deprecatus eſt, a quibus ſibi adeo terra mori inferebatur; uſus iiſdem verbis, quæ uſurpaverat Jeſus Chriſtus pro carnificibus ſuis, conatus eosum excuſare ſævitiam, & enimen rejicere in ignorantiam; *Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.*

S. Jacobus duplicatæ ſuæ ſibi Dei ſimilis corporis, & ſpiritus.

Quos præſcivit, hos & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui. Rom. 8. Cum S. Paulus ait, Æternum Patrem prævidiſſe futurum, ut omnes prædeſtinati ſimiles fierent imagini filii ſui; non intelligit de omnimilitudine, ſed virtutum, ac morum: hoc tamen nihil imminuit debitam laudem Sancto Jacobo Minori, ſed potius novum illi decorem addit, quandoquidem inter omnes Sanctos gloriari poteſt, quod duplicem habeat cum Salvatore mundi ſimilitudinem, cum propter eximias virtutes, tum propter ſimilia oris lineamenta: & ſi de fide eſt corpora noſtra eadem reſurrectura, & cum iiſdem lineamentis, quæ nos in hac vita moralis a fratribus noſtris ſecernunt; quod decus, & gloria futura eſt Sancti Apoſtoli noſtri, qui in generali reſurrectione inter reliquos Apoſtolos apparebit, corpore toto ſimillimus Judici Univerſorum, & anima ornata omnibus illis virtutibus, quibus glorioſus ille prototypus inclaruerat:

Aſſidua Oratio Sancti hujus.

Multum valet deprecatio juſti aſſidua. Epiſt. Jacobi 5. S. Jacobus præbuit nobis exemplum, non ſolum perſeverantiæ in oratione, verum etiam ejus obſervantiæ, & obſequii, quibus nobis accedendum eſt ad Deum preces noſtras oblaturis. Jugis erat oratio illius, & ex hoc fonte hauriebat tot gratias Magnificentiæ Dei noſtri. Noctu modicum temporis ſpatium ſomno, & requiei tribuebat: interdiu vero adeo parum ceſſabat, ut dicebes, orationem ejus nullam admiſiſſe interpellationem, ipſumque oblitum fuiſſe omnium corporis neceſſitatum, ut hunc uni Spiritus actioni vacatet. Diximus jam cutem genuum ejus ad inſtar cameli occaluiſſe, adeo erat aſſidua in oratione, cumque ille ut plurimum oraret facie

Pſalm. 17. in terram demiſſa David imitatus: *Adhæſit pavimento anima mea*: S. Chryſoſtomus narrat frontem ejus callum abduxiſſe æque ac genua, certiſſimis jugis ejuſdem orationis argumentis: quod ille didicerat a Divino Inſtitutore apud S. Lucam dicente: *Oportet ſemper orare, & nunquam deficere*. Hoc orandi genere S. Apoſtolus palam nos docet, quanta reverentia noſmet offerre debeamus Deo; & S. Ambroſius multo poſt inquit, humiliatæ noſtra commendari orationem, fierique ut ſit Domino acceptior. *Humilitas orationem commendat*. Et

Luc. 18.

Ambroſius de Cain & Abel.

Geneſ. 18. ſane quonam obſequii ſenſu ad Dei Majeſtatem debemus accedere, cum eidem noſtras neceſſitates ſumus ſignificaturi? *Loquar ad Dominum, cum ſim pulvis, & cinis*, Prophetes quidam ajebat. Immo ex Apoſtoli conſilio hinc fidelis incipere debet orationem ſuam, videlicet per actum fidei; Deum adeſſe, ut noſmet animo, ac mente colligamus, ac illud præ nobis ferimus obſequium quod poſtulat præſentia Dei quocum loquimur. S. Rex David humilitatis & nihili ſui ſenſu adductus neſciebat quem corporis habitum in oratione ſua tenere poſſet ad annuendum altiſſimum illud obſequium, quo Deum ſuum verebatur; voluiſſe ſe in pulvere trahi, ventre in terram abjecto cum purpure, & omni regio cultu repete, ac in abyſſum ſe demittere, nullum reperiens ſitum ſatis humilem, unde adeo ſublimem Majeſtatem alloqui poſſet. *Humiliata eſt in pulvere anima noſtra, & conglutinatus eſt in terra venter noſter*. Ecce autem unum ex plurimis locis, ubi crebro defumus in precibus noſtris, quod illas non conjungimus cum reverentia non ſolum exteriori, quam loci circumſtantiæ permittere poſſunt, ſed potiſſimum interiori; idque eo quod non induimus ſenſus dignos magnitudine illius, ad quem fumus locuturi. Sæpe ipſi noſmet non audimus, S. Auguſtinus ait, quomodo vero audiri volumus a Deo? Undenam hoc frigus, hæc ignavia, hæc tædia, hæc mentis evagationes, & mentis carentia in orationibus noſtris? Niſi quod non advertimus animum ad illius Majeſtatem, cum quo loquimur? Si mens noſtra repleta eſſet magnitudine Dei, eſſemus ne adeo frigidi in affectibus noſtris, adeo cirabundi in noſtris cogitationibus, adeo languidi in deſideriis, adeo inconſtantes in ſuſceptis conſiliis?

Pſalm. 43.

Speciale S. Jacobi privilegium, quod oſtendit meritorum ejus magnitudinem.

Do tibi partem extra fratres tuos. Geneſ. 48. Hæc verba proculit Jacob Patriarcha illocutus Joſeph filium ſuum, ut illi peculiarem teſtaretur benevolentiam, tanquam filio de ſe optime merito. Hoc eodem pacto uſus eſt Mundi Salvator erga S. Jacobum; teſtaturus huic Apoſtolo ſingularem amorem, quo illum proſequebatur, & quem reipſa illi oſtendit, cum univerſum terrarum orbem diviſit Apoſtolis unicuique partem aſſignans, antequam ab illis ebiret, rediturus ad Patrem, S. Hieronymus inquit, peculiariter commendavit S. Jacobo Jeroſolymitanam Eccleſiam, pro qua tot labores, atque adeo

S. Hieronym. Epiſt. ad Galatas.

mortem ipſam ſubierat, illum ſufficiens in Sedem ſuam, tanquam verum fratrem. Reliquit illi Eccleſiam hanc tanquam dilectam Sponſam, ut per illum ſpirituales filios acquireret, poſt deceſſum ſuum, atque ut hoc ipſo pacto legem repleret. Itaque S. hic Apoſtolus conſideravit præſtitit tamquam Epiſcopus Jeroſolymitanus ſtatim ſe Aſſer. poſt Aſcenſionem Filii Dei, qua in re S. Joannes Chryſoſtomus ejus celebrat modeſtiam, eó quod tunc de S. Mathiæ electione verba non fecit. Alii Apoſtoli non minorem modeſtiam teſtati ſunt ergo Sanctum noſtrum, illi concedentes ſine ulla diſputatione locum adeo inſignem, & qui melius S. Petro convenire videbatur, ſi Salvator quin illi Sedem Jeroſolymitanam conſetret, eumdem minime conſtituiſſet totius Mundi Doctorem, Apoſtolus noſter citra invidiæ ſenſum viderat, Dominum ipſi prætuliſſe pluribus in locis Sanctos Petrum Jacobum Majorem, & Joannem, quamquam illius fratres non eſſent, ut ipſe; ita æquo tuletunt animo tres iſti Apoſtoli Jacobum juſtum in Jeroſolymitanum Epiſcopum conſecrari; neque hunc ſibi honorem depoſcerunt; prætexentes inſignia beneficiis, quibus a Domino noſtro auctiſuerant. Ita prima illa Eccleſia erat veluti Cælum novum, ubi nulla regnabat contentio, nulla zelotypia, quæ nonnunquam gliſcebant inter Apoſtolos antequam Jeſus Chriſtus pro illis, & pro omnibus hominibus ſanguinem ſuum effudiſſet.

Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in Cælis eſt. Matth. 10. Poſt obitum Salvatoris Mundi Judæi omnino delere cupientes memoriam, & Religionem Chriſtianam, nihil invenerunt aptius, & efficacius, quam cogere S. Jacobum, ut negaret Dei Filium, ac illius fidem abdicaret. Hac de cauſa arceſſitum illum coram univerſo populo, quem ſciebant virtute illius eſſe præventum; licet eorum nonnulli bona agerent fide, cum illo conqueſti ſint, quod populus aberraret in iis, quæ ad Jeſum de Nazareth pertinebant, eumque Chriſtum eſſe putabant, per ſimulationem ſubjicientes, illius interceſſe talem errorem exercere e populo, qui ab illius ore pendebat, magnamque in illo fiduciam repoſuerant. Dixerunt enim illi; te agnoſcimus hominem juſtum, verum, ſine dolo, ſine calliditate. Coegerunt igitur illum, ut ſuper Templi gradus aſcenderet, quo cum aſcendiſſet, unde omnes illum loquentem audire poſſent, dixerunt illi: Dic tu, vir juſte, quid nobis credendum ſit de Jeſu, qui fuit crucifixus; tuæ quippe ſententiæ, ac teſtimonio adhærebimus. Tunc dixit illis Jacobus: Audite teſtimonium, quod veritati perhibiturus ſum. Hic Jeſus Filius hominis, de quo loquimini, in Cælis eſt, ſedens ad dexteram Majeſtatis Dei, unde aliquando tamen venturus eſt in nubibus Cæli ad omnes homines judicandos. Hic ille Meſſias eſt, quem expectaverunt Patres veſtri, & in quo tota ſita eſſe debet fiducia noſtra, & ſpes Iſrael. Teſtimonium hoc tam inſigne, quod Apoſtolus veritati perhibuit, Scribas & Phariſæos ita exacerbavit, ut furore pleni, lumen aden rateris ſuſtinere minime valentes, illum de templi vertice deturbarint. Pet invidiam ergo Sanctus hic factus eſt Martyr veritatis.

PARAGRAPHUS IV.

Loci Sanctorum Patrum aliorumque Auctorum, qui huic argumento congruere poſſunt.

VOlo aſcendere ad partes Jeroſolyma, & videre ſimilem. S. Ignatius Martyr.

Jacobus Frater Domini cognomento Juſtus, de utero matris Sanctus fuit; vinum & ſiceram non bibit, carne abſtinuit, nunquam tonſus eſt, nec unguento nec balneo uſus eſt. Hieron. de Scriptor. Eccleſiaſt.

Hunc ſoli in ſanctia licebat ingredi. Idem ibidem.

Aſſiduitas orandi ita callum genibus obduxerat, ut duritia cameli pellem imitaretur. Idem ibidem.

Jacobus, qui videbatur columen Eccleſiæ, una contentus eſt Jeroſolyma, Petro murorſiatum cedens. S. Bernardus lib. 2. de conſideratione c. 8.

Jacobus confractis cruribus jacens ſemivivus manus tendebat ad Cælum, Deumque pro illorum ſalute precabatur his verbis: Ignoſce eis, Domine, quia neſciunt quid faciunt. S. Hieron. loco citato.

Tanta erat Jacobi vita ſanctitas, ut fimbriam veſtimenti ejus certatim homines cupirent attingere. Eccleſia in hujus Sancti Officio.

Inter noctem, & diem nullum erat ei diſcrimen, ſed aſſiduo quoque lucis exercebat opera. Metaphraſtes in rebus geſtis hujus Apoſtoli.

In hoc maxima eluxit S. Apoſtoli humilitas, quod cum ei liceret ſe ipſum vocare Apoſtolum, aut Epiſcopum, aut fratrem Domini, tantum dixerit ſe ſervum Chriſti. Idem.

Tantam laudem virtutis, etiam apud eos, qui non erant initiati myſteriis pervenit, fuit aſſecutus, ut nonnulli quoque conſcripſerint ejus Martyrium. Idem.

Loci Sanctorum Patrum, qui illi poſſunt applicari.

Mihi optabilius eſt male pati pro Chriſto, quam honorari pro Chriſto; hæc eſt gloria, qua omnia exuperat. S. Chryſoſt. in Epiſt. ad Epheſios.

Pro-

Pretiosa mors hæc est, quæ emit immortalem tantem pretio sui sanguinis, quæ accessio coronam de consummatione virtutis. S. Cyprianus in Epist. ad Martyres.

Quod gloriosius, quodve felicius ulli hominum potuit ex divina dignatione contingere, quam inter ipsos carnifices intrepidum confiteri Dominum Deum? Idem ibidem.

Disce reliquarum gratiarum copiam eum non tanquam in capite, in Apostolatu residere. S. Chrysostom. serm. de Apostol.

Vides fastigium dignitatum: Vides Apostolum sublimem sedere, nec ullum ipsum præcedere, aut sublimiorem illo esse? Primum enim Apostolos dicit Paulus, 2. Prophetas; 3. Doctores; & Pastores, &c. .... nomen vero quantum principatus earorum dignitatum est Apostolatus, sed etiam radix, & fundamentum. Idem ibidem.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologicis fontibus hauriri possit in hoc Argumento?

9. Jacobus habuit perfectissimam similitudinem cum Filio Dei. Hebr. 2. Colossens. 2.

LIcet creata omnia aliquam exprimant Dei perfectionem, & in fronte gerant imaginem aliquorum divinorum attributorum, tamen divinum dumtaxat Verbum est perfecta imago Dei, qua Filius est imago & figura *substantiæ ejus, in qua inhabitat plenitudo divinitatis*. Homines sunt creaturæ Dei, sed non sunt ejus filii per creationem. Sed Pater Æternus per incarnationem ostendit suam paternitatem, & Filium, qui unicus erat in sinu Patris sui, voluit habere fratres per adoptionem; & in conjugium autem duxit humanitatem nostram, & in omnibus, sceleræ exceptis, factus est similis nobis. Sed licet justi omnes sint Filii Dei per gratiam, contendum est titulum hunc gloriosum illis convenire qui in se ipsis per sanctitatem, ac fidem exprimunt naturam Jesu Christi: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri hos, qui credunt in nomine ejus*. Secundo illis, qui sunt Pacifici, *Beati pacifici; quoniam Filii Dei vocabuntur*. 3. Diligentibus inimicos: *Orate pro persequentibus vos, ut sitis Filii Dei*. Si quis autem perfectam habuit cum Dei Filio tribus hisce modis similitudinem; hic certe fuit S. Jacobus Minor, cujus tanta erat integritas, & innocentia, ut vulgo sanctus, & justus appellaretur, & qui adeo erat pacificus, ut quæcunque illi acciderent adversa, semper esset animo æque constitutus; & qui denique Salvatorem ipsum imitatus est, Deum orans pro jis, a quibus mors adeo crudelis sibi inferebatur.

Joann. 1.

Matth. 5.

Ibidem.

5. Jacobus fuit vere martyr quia non tulum mortem subiit, sed per quam Jesum confessus.

Causa propter quam subitur Martyrium multum magis ad illud confert, quam pœna: namque ut S. Augustinus ait: *Martyres non facit pœna, sed causa*. Profecto si cruciatus tantum considerarentur, inter Sanctos referendi essent omnes illi, qui passi sunt, & ipsi etiam nocentes, qui in supplicis suis aliquid constantiæ præfetulerunt. Dæmonibus enim non defuerunt homines, qui eorum causam sustinuerunt, & qui mortem obierunt, ut ea assererent mendacia, quæ vivences docuerant. Ambitio sua habet mancipia, quæ pro vanitate perferunt, quæ Martyres ad tuendum veritatem sustulerunt, & avaritia licet infamis, suas tamen victimas habet, quæ propter suas utilitates immolantur, neque abnuunt periculo objicere vitam suam, ut opes suas tueantur. Oportet igitur, cum, qui Martyrii coronam acquirere velit, pro nomine, & gloria Filii Dei pati, effundere sanguinem suum, paratumque esse ad vitam pro fide, ac religione amittendam. Sed si quis vere meretur gloriosum Martyris nomen, hic proculdubio est S. Jacobus Apostolus, quia nulla ipsi defuit ex iis qualitatibus, quæ verum Martyrium efficiunt, & quia non solum mortem subiit, sed eam subiit, ut Salvatoris sui causam tueretur.

Sain non fuit S. Jacobo diligere J. C. et confiteri coque magnificat confessus est.

Confessio essentialis est pars Martyrii, quæ si desit, verum non est Martyrium, neque sufficit Deum exercere diligere, nisi & ore illum confiteamur. *Corde creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem*, inquit Gentium Apostolus. Confessio igitur martyrii principium est, sicut mors ejus est conclusio. Hoc alte persuasum erat Apostolo nostro, neque enim satis illi fuit, dum viveret, confiteri Jesum Christum morum puritate, sanctorumque exemplorum integritate, verbisque: sed mortuus est etiam in actuali confessione nominis J. C. eo ipso temporis articulo, quo de templi vertice præceps dejectus fuit, constanter confitens, Jesum Christum esse verum Dei Filium, atque Messiam jampridem expectatum, & orans etiam, ut illis parceret, a quibus sibi mors inferebatur.

6. Jacobus magis in facit Salvatori similem esse suis imitatione exempla ut duplici modo ei similis fuit. Ad Gor. 2.

Inter magnifica nomina, quæ Sanctis Apostolis deferuntur, nullum est, qui in majorem illis honorem cedat, magis eorum virtutem commendet, solidiusque meritum actionum ipsorum constituat, quam nomen imitatorum Christi Jesu. Quemadmodum nullum exstitit hoc perfectius exemplum, ita nihil est, quod in majus eorum decus, & gloriam cedat. Nihil homine dignius, quam creatorem suum imitari, S. Leo inquit; sed Gentium Apostolus se proponit imitandum Corinthiis, quatenus imitatorem Filii Dei. Et sane præterquam quod hæc imitatio secundum S. Augustini mentem efficit arctissimum vinculum Deum inter, & hominem; adde hoc primum æquivocum esse argumentum existimationis, reverentiæ, venerationis, & gratitudinis erga Deum. Utor ce imitatores Dei, S. Apostolus inquit, tanquam dilecti ejus filii. Ne arbitremini tamen Apostolos unquam respexisse conformitatem suorum miraculorum cum iis, quæ Salvator operatus est, tanquam fundamentum gloriæ hujus immortalis, quæ eos circumfulsit. Non quod, ut ille, dæmones ejiciendo, morbos curando, claudis pedum usum conferendo, oculos ezeia, mortuis vitam reddendo, gloriam adepti sunt; sed quod laboriosam vitam illius secuti sunt, quod ut ille cruces, passiones, opprobria confectati sunt; & his in rebus Jesus Christus se se Christianis in exemplum proponit. Hinc etiam Sanctus Apostolus noster minime erubuisset se perfecte Deo similem esse, si hæc similitudo intra corpora, ac oris lineamenta constitisset. Ita perfecte imitatus est actiones Filii Dei, ut duplex hoc obtinuerit privilegium, quod nemo præter ipsum ostentare possit, se Illum in omnibus corporis, animique perfectionibus fuisse imitatum.

5. Apostolus digne exercet duas S. Patris & Doctoris.

Paulus enumerans insigniores gratias, quibus Deus fideles ornaverat, confitetur, Deum alios quidem hanc, aliis aliam largitum fuisse. *Dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Prophetas, alios vero Evangelistas*. Sed ubi loquitur de Pastoribus, hos cum Doctoribus conjungit, *alios vero Pastores & Doctores*; ut innuat duas hasce qualitates inseparabiles esse. Hæc est adnotatio plurimorum Patrum, atque interpretum. Apostolus Pastoris qualitatem cum qualitate Doctoris conjungit, ut ostendat verum Ecclesiasticorum Pastorum officium, quod est docere, quod spectat ad fidem, bonosque mores. Sed si quis digne duas hasce qualitates replevit, hic proculdubio fuit S. Apostolus Jacobus Minor. Pastoris munere perfunctus est commissis sibi oves pascens actionibus, & exemplis, quæ acrius persuadent, quam verba, & in hoc magis proprie sunt pabulum animarum. Ille tamen se vere munere suo nequaquam perfunctum fuisse putaret, si postquam illos suo paviisset exemplo, non functus fuisset quoque Doctoris officio per sanctas adhortationes, per sermones, & per eloquentiam sanctamque epistolam, quæ Evangelii totius compendium est, & quam non solis ovibus suis, sed universæ scribit Ecclesiæ.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis superiusque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Elogium S. Jacobi, cui nomen Minoris & specialem vitæ ejus, & morum.

SAnctus Jacobus in lucem prodiit aliquot annos antequam Salvator nasceretur. Sanctus fuit, teste Hegesippo, antequam natus; videlicet a genitoribus suis consecratus Deo, antequam nasceretur; ideoque adstictus ad observandas per omne vitæ spatium regulas Nazarzis præscriptas, quo munere summa officii fide ad mortem usque perfunctus fuit. Vita illius S. Hieronymus inquit fuit juge jejunium. Sibimet eamis, vinique usum interdixit a puerilia. Nunquam nisi nudatis pedibus incedebat; & adeo austeram vitam vivebat, ut feeletum potius, quam viventem hominem imitaretur. Pietas ejus par erat pœnitentiæ. Peculiari devonone adhærens Deo ab omnibus vitæ voluptatibus abstinuit ab ipsis fere incunabulis. Dies potest oratio unicum illius fuisse negotium. Singulis horis præfeus inveniebatur in Templo, petens indefinenter veniam, & gratiam pro populo, & pro illius salure preces effundens. Ejus in orando genibus flexis affiduitas, sine fulcro, sine relaxatione animi, eorum cutem obdurverat, instar cameli. Indumentorum simplicitas, modestus oris habitus, & sanctitas, quæ in omnibus actionibus ejus renidebat, illi tantam conciliaverat nominis celebritstem, & auctoritatem apud omne mortalium genus, ut solus esset ex laicis, quibus fas esset ingredi in Sanctuarium. Ita justus appellabatur vulgo, cumque magna siccitas terram occupaliet, manus suas in Cælum sustulit, ac statim precibus suis pluviam impetravit. Quæ res dubio procul illi nomen fecit *Oblia*, quod Syriace populi præsidium, vel Dei turrim significat. *P. Croiset in Asceticis exercit. in Munsem Majum.*

Ejus ad Apostolatu vocatio.

Talis erat S. Jacobus, cum Mundi Salvator illum ad Episcopatum evocare dignatus est. Nihil profecto affirmare possumus de tempore, quo vocatus fuit; nullibi enim hoc docet Scriptura, sicuti præterit etiam electionis ejusdem occasionem. Dicet fortasse quispiam S. Jacobum cum nactus fuisset honorem hunc, ut videlicet, secundum Judæos Frater esset Filii Dei, videlicet Patruelis ejus, mirum non esse, si illum fuerit secutus. Sed cum Paupertas tantum sit humano judicio opprobrium, & malum; consanguinitatis gradus non illexit Apostolum, ut propter hanc causam unice sequeretur Salvatorem, quem omnibus fortunæ bonis destitutum videbat, quæ vulgo in causa sunt, propter quam homines sibi vicissim adhærent. Nam qui blanditur, assidet, adulatur diviti cognato, cujus cogoationem sperat sibi utilem futuram, ut suas promoveat fortunas, deserit, contemnit, fugit alios, quos pauperes videt, adeo pauperatis horror ciet in illo contemptum eorum, quos in hoc statu languere cognoscit. Sanctus igitur Jacobus minus dispositus fuisset ad sequendum Jesum Christum,

ſtum, quem norat, quam alienus quilibet, ſi carnem dumtaxat & ſanguinem conſuluiſſet. Sed illius amabat perſonam ſuorum a ſtatu. Immo ſtatum ipſum paupertatis, abjectionis, miſeriæ magnificentiſſimæ copiæ anteferebat. Non reſpiciebat ſe filium Alphæi fratrem Joſeph, juxta nonnullos qui putabatur Pater Jeſu Chriſti, nili ut utrumque ſpiritus anduerat. Non memorabat veteres Patriarchas, & Reges, a quibus originem duxerat, niſi ut eorum virtutes imitaretur; Abrahæ fidem, obedientiam Iſaac, pauperem, errantemque vitam Jacob, patientiam Joſeph, humilitatem David, qui malebat contemptus vivere in domo Dei ſui, quam habitare in ſuperbis tabernaculis peccatorum. Et ſane ufpiam ne gloriatus eſt Apoſtolus noſter de hac proxima eum Chriſto conſanguinitate? Numquid ufpiam hac uſus eſt, ut per ſe ab eo, vel per alios primum in regno illius recubitum obtineret? Paupertatem ille quærebat, caliginem, tenebraſque diligebat, cum perſuaſum eſſet illi, ad hoc ut ſeret ejus Diſcipulus, omnibus generatim rebus ſibi eſſe abrenuntiandum. *Elogia Hiſtorica.*

S. Jacobus juxta ſuo ſtatui ſuæ ducitur. Vitæ ejus deſcriptio.

Contemplamini per otium in hac Tabula virtutem Apoſtoli noſtri fratris Filii Dei ſecundum carnem, ſed arctiſſimo vinculo eidem conjuncti per amorem, & præzim virtutum omnium, idque tam infigni in loco, ut vitæ Sanctitas apud populum univerſum Juſti nomen illi conciliaverit. Et profecto ab utero matris Sanctificatum fuiſſe, ac veluti Nazaræum Deo fuiſſe devotum, totum vitæ ſpatium ab uſu vini, vel cujuslibet alterius liquoris ebrietatem afferre ſolti abſtinuiſſe, nunquam carnem comediſſe, nunquam balneis uſum fuiſſe, ſolum facultatem impetraviſſe in Sancta Sanctorum ingrediendi, non nè omnes hi rituli merebantur, ut Juſtus vulgo appellaretur? Quid dicam de illius in orationibus aſſiduitate, qua indefinenter inter veſtibulum, ac altare gemebat pro peccatis populi, ita ut genua illius camelli eatem imitarentur? Ecce igitur ille, qui multas, jugeſque preces effundit pro populo: *hic eſt qui multum orat pro populo*; qui præter laudem juſti meretur etiam Pater populi nuncupari.

Dei Filius S. Jacobo communicat ea, quæ certa ad dignæ obeundi munera eſſentia, quibus illum donavit.

Hæc olim vetus erat traditio, S. Hieronymo teſte, S. Jacobum veſpere in Cœna Domini voto ſe adſtrinxiſſe non bibendi, neque manducandi, donec Salvator a morte reſurgeret, quæ res Dei Filium coegit, ut ſtatim poſt reſurrectionem ſuam ſe ſe, huic Apoſtolo videndum præberet. Hoc certum eſt, Jeſum Chriſtum, ubi revixit, ſtatim apparuiſſe ſingulariter S. Jacobo, ut S. Paulus inquit, poſtquam S. Petro, ſimulque undecim Apoſtolis ſe conſpiciendum tradiderat; & S. Clemens Alexandrinus unus ex antiquiſſimis Eccleliæ patribus aſſerit, Mundi Salvatorem poſt reſurrectionem ſuam communicaſſe donum ſcientiæ S. Petro, S. Jacobo Juſto, & S. Joanni, hoc eſt, quemadmodum hic Pater interpretatur, ſupereffluentiam luminum, & cognitionum ſupernaturalium ratione peculiarium officiorum, quæ illis committebat. *P. Croiſet.*

Salvator illum deſtinat primarium Jeroſolymitanæ Epiſcopi.

Poſt Aſcenſionem Domini cum S. Petrus ab ipſo Dei Filio conſtitutus fuiſſet caput viſibile univerſalis Eccleſiæ; S. Jacobus electus fuit Jeroſolymitanus Antiſtes. Teſtatur S. Hieronymus Apoſtolos non aliud feciſſe, niſi ſolemniter omnibus declarare Diſcipulis electionem a Jeſu Chriſto factam Apoſtoli noſtri pro Eccleſia illa peculiari, ubi dicere poſſumus Chriſtianam Religionem exortam fuiſſe. Conſtat Judæis recens ad fidem converſis dari non potuiſſe Paſtorem, qui hoc illis eſſet acceptior, & quem magis obſervare, & colere poſſent. Novorum fidelium eorum fervor mirum in modum reſpondebat ſollicitudini, & curis boni hujus Paſtoris, & fides eorum Eccleſiæ primogenitorum magna cum luce triumphavit in prima perſecutione, quam infernus Jeroſolymæ excitavit adverſus novos hoſce Chriſtianos. *Idem.*

S. Apoſtolus per prudentiam, & vitæ ſanctitatem plures Dei Judæos lucratur fidei, licet antiquis ritibus adhærentes.

Lenitas, innocentia, & modeſtia S. Jacobi non parum contulerunt ad delinienda corda primorum Judæorum, immo etiam principum Nationis illius, qui ampleai ſunt Jeſu Chriſti Fidem, ita ut Sancto Jacobo prædicante fidelium numerus quotidie augeri videbatur. Pertinax adhæſio, quam teſtabantur erga legis cæremonias, cogebat Sanctum Noſtrum, ut eorum rationem aliquam haberet ſecutus exemplum divini Inſtitutoris. Sancta hæc indulgentia in rebus illis, quæ ad rei eſſentiam non pertinent, plures Judæos peperit Jeſu Chriſto, verum non deſit, quominus quarumdam turbarum fieret occaſio. Qua profecto Sapientia fuit opus ad erudiendum populum, qui humanas traditiones in locum præceptorum Domini ſuffecerat; populum pronum ad ulciſcendum & oculum pro oculo, dentem pro dente expoſcentem: qui amicos quidem diligebat, ac ſibi benefacientes amabat, ſed oderat inimicos; cujus virtus nequaquam latius patebat, quam in Ethnicis, & qui, quin mores ſuos corruptos ad divinæ legis rectitudinem conformaret, e contra Dei legem interpretabatur ſecundum ſenſum ſuum depravatum, ut hac tegeret perverſas affectiones ſuas, & turpes, atque incompoſitas cupiditates ſuas excuſaret. Attamen Sanctus Apoſtolus noſter ei præfuit Eccleſiæ inter furorem horum Judæorum ſemper rebellium, & infeſtiſſimorum Chriſtiani nominis inimicorum: Ipſe vero in miniſterio ſuo tam ſancte, ac religioſe ſe geſſit, ut teſte S. Petro Chryſologo, non haberetur ſolum a Fidelibus tanquam vir incomparabilis, verum etiam a Judæis obſervaretur, qui nihil habentes, quod objicerent illi, prohiben non poterant, quominus admirarentur virtutes, quas videbant in magno hoc Epiſcopo effulgere, & hominis ſanctitatem revereri.

Inter hanc incredulorum nubem, qui ſemper obſtiterant Filio Dei, qui illum accuſaverant eo quod in nomine Beelzebub ejiceret Dæmones, & qui ſemper eum labe aliqua aſpergere, ac ſeductorem appellare conſueverant, cum ille manus illis tenderet, ut eos ad Patrem adduceret, quiſnam crediditſet in illis tantum dociliatis inveniri potuiſſe in audiendis S. Jacobi Apoſtoli doctrinis? Hic, Domine, fuit effectus eminentis virtutis, quam illi conferte dignatus es! Hæc illi apud omnes, etiam ante id tempus adeo rebelles tantam nominis exiſtimationem, & auctoritatem conciliaverat, quia omnibus perſuaſum erat, illum virum eſſe juſtum, & ab eo veritatem tantummodo prædicari, eique non alium propoſitum eſſe finem verborum, & actionum, niſi ut adduceret mentes omnes ad cognitionem, & amorem Dei per Jeſum Chriſtum. Per admirabilem hanc virtutem, qua populus univerſus præventus erat, uni illi privilegium ingrediendi in Sancta Sanctorum. Quis non obſtupeſceret videns tantam hanc obſervantiam, & obſequium, quod Judæi, ſpiritus illi adeo duri, atque intractabiles Fratrem, & Apoſtolum Jeſu Chriſti colebant? Magna erat populi feſtinatio ad illum accedentis ad fimbriam, veſtimentorum ejus attingendam, ut experiretur miraculoſos effectus, quomodo cum Filio Dei fieri conſueverat. *Auctor Recens.*

§. Apoſtolos per univerſale nominis ſui celebritatem mulcentes, ut ſubditos Filio Dei.

Si S. Jacobo defuit in verbis magna vis? Illa tonitrui confringentis Cedros Libani, tamen virtute quidam cui admixta erat lenitas, atque patientia, æque ac ſapientia ſua, omnes conatus ſuos ad optatum finem perduxit. Sanctus hic Apoſtolus ſæpe Judæos alloquitur, eſque, aut: lex veſtra olim bona erat, ſed mox abrogata eſt. Figuras habetis; quæ tranſierunt, ſed veritas quæ recens refulſit, in æternum integra duratura eſt. Vobis quidem pollicitationes factæ ſunt; verum eſt, ſed ille, qui vobis tot oraculis promiſus fuit, jam venit. Cæremoniæ, Sacrificia, Oblationes, Expiationes. Sacerdotes, Victimæ, Templa, Solemnitates; omnia præterierunt, omnia finem ſuum nacta ſunt. Adventante veritatis lumine, omnes umbræ evanuerunt. Alii Sacerdotes in locum veterum ſucceſſerunt, novum eſt ſacrificium, ritus novi; cultus eſt ſpiritus, & veritatis. S. Jacobus loquitur; auditur, eique obtemperatur. Jeroſolymitana prima ſit totius Mundi Eccleſia. Credentium numerus augetur in dies, & complures etiam Sacerdotes Judaicæ legi abrenuntiantes, Evangelicæ legi ſemet ſubjiciebant. *Auctor Recens.*

§ Jacobus effingit & auget Jeroſolymitanæ Eccleſiæ lucem, cui præſidet, cumque ſua.

Exitus, quem habuit S. Jacobus in miniſterio ſuo zelo ejuſdem reſpondit utrique & laboribus, & per ſingularem Dei benedictionem ipſam illius ſpem ſuperavit. Ejus lenitas, gravitas, affabilis oris ſpecies, actus honeſti, officioſique, patientia in perſecutionibus, humilis in adverſis ſubmiſſio, optimus odor, quem irreprehenſibilis juſtitiæ, & eminentis virtutis fama effuderat, Epiſcopi ſui rudimentis, atque adhortationibus dociles præbuerunt homines alioquin ſua natura duros, atque indociles, qui in eo ſpem ſuam collocaverant. Potens operibus æque ac verbis, divino ſpiritu illuſtratus, qui per organum illius loquebatur, cæleſtibus donis roboratus, a luminum. Patre deſcendentibus, impatiens aliis tradendi, quod ille a Magiſtro didicerat: inquieta vigilantia, & indefeſſo labore ſua perſequens conſilia, quamprimum vidit fructum illorum. Judæi, & Gentiles illum tanquam Prophetam audiebant, tanquam Oraculum conſulebant, tanquam Patrem venerabantur; & illi ipſi quos pertinax durities prohibebat, ne ſe illius rationibus, atque increpationibus dederent, facere non poterant quò minus illum obſervarent, & colerent. *Ex Elogiis Hiſtoricis.*

Vitæ S. Jacobi talem eidem peperit ac celebritatem, ut Judæi, & Ethnici cum veluti conſuleretur.

Omnes ſequuntur ejus ſententiam de circumciſione in Jeroſolymitano Concilio.

Cum primum habendum fuit de legalibus Obſervantiis conſilium, Apoſtolus noſter poſt S. Petrum ſententiam tulit: Audite me, Fratres, inquit; Simon vobis exhibuit, quàm benignis oculis inceperit Deus Gentes aſpicere, ut inde ſibi juxta Prophetarum verba deletum populum faceret. Perperam illos Circumciſioni, & legi Moſaicæ conamur ſubjicere. Cenſeo hos perturbandos non eſſe, iſque ſcribendum, ut ab idolorum ſordibus, a fornicatione, ſuffocatis carnibus, & ſanguine abſtineant. Ita locutus eſt Apoſtolus iſte, in cujus ſententiam, quæ, ut liquet ex Epiſtola encyclica ad Gentilium Eccleſias miſſa, erat Spiritus Sancti ſententia: *Viſum eſt Spiritui Sancto, ac nobis. Ibidem.* Act. 15.

Nonnulli Judææ Chriſtiani adhuc legis antiquæ zelo ſuccenſi Antiochenam turbarant Eccleſiam, Gentiles ad circumciſionem recipiendam cogere adnſi. Hac de cauſa miſſi fuerunt SS. Paulus, & Barnabas ad Divum Petrum, Jacobum, Joannem, qui erant Jeroſolymæ conſilium tanquam Oracula veritatis, fidei ſequeſtres, Eccleſiæque columnæ, ut S. Paulus ait ſcribens ad Galatas. Hic in occaſione habitum fuit primum Concilium. S. Petrus, qui præerat, narravit mirabilia, quæ per Miniſterium ſuum operatus fuerat Deus in gratiam Gentilium,

Fides fidei eſſe narrato.

lium, qui fidem fuerant amplexi, & quibus Deus dederat Spiritum Sanctum non ſecus ac aliis, & inde infert, quando quidem nemo non niſi per Redemptoris gratiam ſalvus eſſe poterat, non obruendos e ſe fideles jugo, quo Jeſus Chriſtus eos liberaverat. Poſtquam S. Petrus tanquam Eccleſiæ caput ſenſum ſuum prodidit, S. Jacobus, tanquam ejus loci Epiſcopus dicere cœpit, & S. Petri opinionem confirmans hæc addidit verba: Cenſeo fideles, qui ex gentibus convertuntur, inquietandos non eſſe; ſed illis ſcribendum, ut abſtineant ab iis, quæ idola coinquinarunt, a fornicatione, a ſuffocato, & ſanguine. Quam ſententiam ſecuti ſunt Apoſtoli, & omnes fideles; & S. Joannes Chryſoſtomus in Apoſtoli noſtri ſermone tantum invenit ſuavitatis, atque modeſtiæ, ut dignus fuerit, ait Ille, Concilii concinnionem ſtatuere. Ita decertum præſertim ſecundum S. Jacobi verba inſtiturum fuit. Nam oportet, Pater idem ait, ut qui in auctoritate ſunt, alios dicere ſinant, quidquid acerbius eſt, ut deinde quod eſt lenius ipſi ſubjiciant. *P. Croiſet in Aſcetricis, & Recens Auctor.*

Coram Magno Sanhedrin accitus Apoſtolus jubetur populos a Jeſu Chriſti cultu declinare.

Cum ſenſim proferre fines ſuos Evangelium inciperet, legis Doctores, & Phariſæi irritati ingenti progreſſu Religionis Chriſtianæ, poſt plures fermentas hinc inde agitata, tandem captum ſunt, utiliſſimum ad Evangelii everſionem conſilium fore, magnum convocare cœtum, & quemadmodum S. Jacobus magno in honore habebatur in populo, ſtatuerunt illi diem dicere, ut coram illo ſe ſiſteret, eumque cogere, ut negaret Chriſtum Jeſum, Religionem ejuraret, & ſermone, atque exemplo populum in eumdem ſenſum adduceret. Prodit ergo coram ſuperbo hoc cœtu Jacobus. Ejus fama populum univerſum circum ædes accivit; sula quamplurimum principibus urbis illius viris repleta eſt. Teſtatur S. Hegeſippus cœtus illius homines ab eo conſilium petere ſimulaſſe, ut inde cauſam in illum animadvertendi carperent. Certum eſt tamen complures bona fide egiſſe in quæſtionibus proponendis. Te acceſſimus, dixerunt illi, ut nobis ferres opem ad populum hunc ab erroribus revocandum, ejuſque mentem ſanandam a Vides omnem fere mundum fieri ſectatorem hujus hominis crucifixi, quem ferunt tanquam Meſſiam divinitus promiſſum. Opus eſt, ut errorem hunc excunas de populo, quem Paſchatis ſolemnitas hoc undique accivit; omnes enim te virum juſtum agnoſcunt, ſinceræ, & ſine dolo: omnes etiam præſto ſunt, ut et ſubſcribant teſtimonio, quod veritati perhibebis; Aſcende ergo Templi gradus, ut populus univerſus eaudire te valeat, & a te cognoſcere quid ipſe ſentias, & credendum ſit. Cum ergo in eminentem locum aſcendiſſet S. Jacobus, Scribæ, & Phariſæi de loco inferiori clamare inceperunt: die nobis, vir Juſte, quid nobis credendum eſt de Jeſu, qui fuit crucifixus; tuo enim teſtimonio ſumus adhæſuri. Tunc S. Jacobus, audite me fratres, inquit, audite teſtimonium, quod veritati præbaturus ſum. Jeſus hic, filius hominis, de quo loquimini, in cælis eſt ſedens ad dexteram majeſtatis Dei, tanquam verus Dei Filius, & inde tandem aliquando venturus eſt in nubibus cæli omnes homines judicaturus. Hic Meſſias eſt, quem Patres veſtri expectaverunt, in quo ſita eſſe debet omnis confidentia noſtra, & ſpes Iſrael. Via dicendi finem Sanctus Apoſtolus fecerat, cum plurimi hoc teſtimonio commoti crediderunt in Jeſum Chriſtum, eumque laudibus efferre inceperunt. Sed Scribas, ac Phariſæos ſeso nimis facti pœnituit, totoque niſu exclamarunt: Populi, juſtus erat; furentesque contra Sanctum, aſcendentes eo, ubi erat de Templi vertice deorſum in præceps dejecerunt. Sanctus non illico occubuit, ſurrexit in genua, & pro interficientibus ſe preces effudit. Qui illum lapſu ſuperſtitem videntes lapidibus obruebant, cum ſullo adſtans fuſte caput ejus dolavit, & vitæ illius finem impoſuit. *Pater Croiſet in Meditationibus.*

Alia narrationes teſtimonii, quod morſu perhibuit.

Principes Sacerdotum ſperantes ſe audituros ab Apoſtolo verba aliquot vetis ipſorum conformia, ab eo ſciſcitari ſunt, quid de Jeſu Chriſto ſentiret, ut, ajebant illi, populus rudis, ac ſimplex, qui rebus novis ſe putaret trahi, errorem abjiceret fidem habens viro tanta ſanctitate, atque auctoritate prædito: (quæ profecto magna erat tentatio videnti, quo populi plauſu excipiendus fuiſſet.) Fides, quæ ut Sanctus Ioannes inquit, nobis victoriam imperat, cum tentatur, illum roddidit invictum, eiſque cum Apoſtolica generoſitate reſpondit: cur ſcire vultis, quid ipſe credam de Jeſu Chriſto? Scitote illum eſſe Dei Filium, illum ad Æterni Patris dexteram ſedere, & inde venturum ad judicandum vivos, & mortuos. Hæc verba cum ardore prolata fideles omnes tanta lætitia affecerunt, quanto dolore intractabiles ſuperborum Judæorum corda vulnerarunt, præſertim vero Principum Synagogæ, qui expectationem ſuam fruſtratos ſe videntes, ac incredulitatis, ideoque infamiæ labe notatos in cœtu celeberrimo, infamiæ inquam, quæ talem in iis excivit furorem, ut leonum more rugientes illum lapidibus obruerint, antea detractum de loco, ad quem aſcenderat. Sed licet tot ictibus contuſus confractuſque eſſet lapſu, quamdiudum Sanctus hic Apoſtolus ſimilis fuerat Dei Filio & omnibus habitu, & corde dum viveret; & longe majorem illius retulit in noviſſimo vitæ articulo ſimilitudinem; quandoquidem moriens deprecatus eſt pro illis, a quibus interficiebatur iiſdem verbis uſus, quæ Salvator in Cruce protulerat: Dimitte illis, Domine, neſciunt enim quod faciunt. Ita animam efflavit noſter Apoſtolus, vel potius de inimicorum ſuorum rabie triumphavit; mors enim ſimilis mortis Redemptoris triumphus potius dicendus eſt, qui ſtet novus, & ſæculi genio maxime oppoſitus immortalem gloriæ coronam meretur. *Melinier.*

Animadverſiones ſanctis hujus injuriis, & præſertim in ejus zelum in confilium ergo S. Jacobum Apoſtolum.

Vita adeo ſancta, atque irreprehenſibilis, qualis fuit hujus Apoſtoli, quæ talem illi nominis celebritatem comparaverat, ut omnes illum intuerentur tanquam perfectam imaginem hominis prorſus divini, finem minus triſtem proculdubio merebatur. Ipſi etiam Judæi; quibus nonnihil inerat probitatis, honeſtatis, id non fateri nequivere; & Joſephus auctor gravis, & inſignis, qui tunc temporis vivebat, alte adeo de Sanctitate Jacobi ſentiebat, ut crudeli ejuſdem morti acceptum retuletit Jeroſolymæ excidium. Sed licet in hoc judicio fallatur, quoniam vera excidii illius cauſa exitit Deicidium in Salvatoris ipſius perſona patratum, tamen hoc præclarum eſt eximiæ virtutis Sancti Jacobi teſtimonium. Sed aliunde etiam videmus, quanti Sanctus hic noſter fieret a Judæis, & in ea ratione, qua cum eodem egerunt tantam deprehendimus ſimilitudinem eum ea, qua Salvatorem ipſum exeeperunt, ut fatis admirari nequeamus inſipientis, ac furentis populi hujus mobilitatem, qui quemadmodum receperant Salvatorem ingredientem Jeroſolymam poſt Lazarum a mortuis ſuſcitatum, cum lætitiæ clamoribus, plauſibuſque populi exultantis; ita etiam ſe geſſit cum S. Jacobo, qui cum toto vitæ illius ſpatio habitus fuiſſet homo prorſus divinus, ubi viderunt ejus de Meſſia ſententiam prorſus adverſari opinioni, quam conceperant, repente mutati ſunt, & qui antea illum obſervaverant, atque coluerant, eo uſque infamiæ, & crudelitatis evaſerunt, ut eum ſeductorem, queris publicæ perturlatorem, rerum novarum inventorem appellarent, ac tandem illi ſæviſſimam rependerent mortem pro infinitis beneficiis, quibus ab eodem affecti fuerant, & cumulati. *Idem.*

Opinor concluſio quam ſi recta valeamus ex exemplo S. Jacobi, eſſe ſtervorum ſanctorum veritates, quas docet in Epiſtola Catholica. S. Auguſt. de fide, & operibus, cap. 14.

Magni hujus Apoſtoli zelus non ſolum in vita ejus enituit, ſed poſt obitum etiam ſe extendit, uti liquet ea admirabili Epiſtola, quæ Sacrorum Bibliorum partem conſtituit, & quæ prima eſt ex Catholicis, quam potiſſimum ſcripſit ad Judæos tanquam Jeroſolymitanos Antiites, ſed ad omnes mundi totius Fideles inſcripſit tanquam Apoſtolus. In divino hoc opere noſtrum cuilibet ſingillatim, & omnibus generatim communicat ſummas illas veritates, quas ab eodem Filio Dei hauſerat, nobiſque aperit veras, ac tutas ad ſalutem vias. Auferenda ne erat perniciosa hæc illuſio, fatis eſſe habere fidem, ut quis ſalvus fiat? Ipſe palam hunc errorem redargut, qui ab ipſis Eccleſiæ incunabulis late diffuſus fuerat a Simonis Magi diſcipulis: ſolidis enim, conceptiſque verbis, æque ac perſpicuis docet, fidem hanc ſine operibus inutilem eſſe, fidem mortuam, fidem dæmoniacam, corpus ſine anima, vitæ, motu, operandi vi deſtitutum; & per hæc verba damnat non hæreticos ſolum, qui hunc ſententiæ adhærebant; verum etiam inertes, frigidoſque fideles, quorum fidem opera non comitantur. Adnotandi ne erant ſingillatim peccata, quæ nobis fugienda ſunt, & virtutes, quarum praxis nobis eſt neceſſaria? Quinque hujus Epiſtolæ capita eorum eximium habent enumerationem. Illic diſcimus, unde proficiſcantur tentationes, quæ in crimen impellunt; non illas quidem a Deo proficiſci, qui cum ſit bonum ſupremum, impellere nequit in malum, ſed ex nobiſmetipſis, ex cupiditate noſtra, quæ nos allicit in ſcelus. Ea hac Epiſtola videmus omne bonum deſurſum eſſe, a liberali bonitate Patris luminum. Ibi videmus nigrum thita ſuffixum acceptioni perſonarum, prælationi divitis ad pauperem, nobilis ad ignobilem, tanquam omnium iniquitatum origini. Ibi docemur eum qui legem in aliquo infringit, in toto violare; quia idem legislator præcipit, ut omnes illius partes ſervemur. Ibi diſcimus, qua patientia, qua animi æquitate non ſolum, verum etiam alacritate nobis excipienda ſint adverſa, quæ incidunt, quo favore, ſollicitudine, perſeverantia in precibus perenda ſit nobis ſapientia, & gratiæ, quibus indigemus. Ex hoc opere eruditur improbam linguæ noſtræ volubilitatem coerere, tot peccatorum ſomitem, ut Sanctus Apoſtolus illam univerſitatem iniquitatis appellet, maledictam hanc pruriginem obtrectandi proximo, ac de eo in ſequiorem partem judicium ferendi, quam callide zeli, & charitatis pallio contegimus. Inde præcepta deſumere poſſumus contra hunc tumorem ſuperbiæ, & vanitatis, quæ nos perperam inſtant aſſertis dotibus noſtris, & efficiunt, ut non ſine indignatione, & contemptu fratres noſtros deſpiciamus. Illinc divitis, & potentes ſæculi intelligentis, quibus reprobationis pendulis vos veſtræ objiciant opes, & honores; quam ex vobis pœnitentiam, doloreſque expetiturus ſit inanitas malorum, quæ ſunt in caput veſtrum prolapſura, niſi ocyus illa prævertere conemini ſanctitate actionum veſtrarum, & eleemoſynarum veſtra-

veſtrarum affluentia. Illinc mercatores homines & negotioſi, percipietis nunquam vobis confidendum eſſe in negotiorum veſtrorum proſpero eventu; neque dicendum, cras illud perficiemus, pecuniam in lucro ponemus; quandoquidem certi non eſtis diei craſtinæ, cum vita veſtra ſimilis ſit vapori in ictu oculi evaneſcenti. Illinc tandem quicumque eſtis intelligetis mundo fidem habendam non eſſe, tanquam hoſti infeſtiſſimo; ejus amicitiam evitandam eſſe veluti e veſtigio oppoſitam amicitiæ Dei; jurgia, liteſque fugiendas eſſe, tanquam maledictos fructus concupiſcentiæ veſtræ, nunquam adhærendum eſſe fallacibus mundanæ ſapientiæ principiis, quæ animalis, terrena, & diabolica eſt ſapientia. Hæc Epiſtola tandem divitum inſolentiam proſternit, pauperum, ac infirmorum animos eſtollit, pollicetur coronam iis, qui pro juſtitia perſecutionem patiuntur, animam e vitæ præſentis amore divellit; ut in illis Dei amorem inflammet; & ſtirmari poteſt hoc eſſe totius moralis Chriſtianæ compendium; cujus ſenſus adeo naturalis eſt, ſimilitudines ita aptæ, invectivæ ita vehementes, ut appellari queat exemplar Chriſtianæ eloquentiæ; & qui ejus præcepta ſequi conabuntur, certiſſime ad immortalitatis coronam pervenient. *Molliter, & Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

PRO SANCTÆ MAGDALENÆ DE PAZZI PANEGYRICO.

MONITUM.

Res me impulerunt cauſa ad colligendam illam, quam potui, verum copiam pro exornando Panegyrico in laudem S. Magdalenæ de Pazzi; quarum prima eſt, ut in deligendis argumentis; circa quæ labor iſte meus verſaretur, eorum habendam mihi rationem duxiſſe, qua vulgo frequentius pertractantur, & Reverendos Patres, ac Sanctimoniales Carmelitas late in tot urbes, & oppida effuſos, ubi Sancta hujus feſtus agitur dies, non deeſſe quominus curent, ut illius pronuntietur Elogium.

Altera eſt, quod cum noſtris fere diebus Sancta vixeris Magdalena, & ad adeo ſublimem ſanctitatis gradum pervenerit in ſtatu Religioſo, qui licet in tot Ordines, & varia ſexus utriuſque inſtituta ſit diviſus, ſingulis tamen, omnibuſque finis idem propoſitus eſt, ut ad altiorem perfectionis gradum aſcendant: argumentum hoc mihi locum facit in oculis illis ſenſibile exemplum proponendi, ubi ſinguli in officiorum ſuorum obſervantia invenire valeant omnes cauſas, media, & ſubſidia per qua ad eminentem ſanctitatis gradum pervenant.

Tertia denique ratio eſt, quia Sancta, de qua loquimur, ſingularis eſt characteris, qui in interiori ſanctitate ſitus eſt, qua non habet quidem inſignium actionum fulgorem, quo extrinſecus nitent, neque eximia erga Eccleſiam merita; ſed qui tamen ſolidior eſt, & ex quo meritum hauriunt ea, quæ nitent extrinſecus, & ſine quo coram Deo reliqua pro nihilo computantur. Hoc opera pretium eſt illis oſtendere, qui, & qua Religioſum ſtatum amplexata ſunt; quod facile exemplo Sanctæ Magdalenæ de Pazzi aſſequentur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Synopſis.

Dilexit multum. Luc. 7.

I. QUemadmodum Sancti omnes in cælis magni ſunt juxta menſuram charitatis, quæ norma eſt eorum ſanctitatis, & felicitatis, ut uno verbo complectar elogium incomparabilis Magdalenæ de Pazzi, mihi ea tantum dicenda eſſent, quæ Dei Filius dixerat de altera Magdalena: & quæ inſignem peccatricem in illuſtrem Sanctam converterunt, quæ in Dei ſui dilectione Seraphim ipſa ſuperavit: *Dilexit multum.* Itaque quæcumque adjicientur ſi me ad panegyricam illius laudem texendam, ſigna erunt, atque effectus *hujus* dilectionis, præſertim vero ex quo fonte hauſerit adeo ſedentem charitatem, qua cor illius ſuccenſum fuit, ſtatim ac rationis lumine mens ejus fuit illuſtrata. Quapropter ad hoc texendum encomium, quod potius charitatis ipſius encomium futurum eſt, in vitæ illius hiſtoria animadverto, mundi Salvatorem, qui unicum fuit illi amoris objectum, peculiariter vulneraſſe cor ejus, duplici in ſtatu, in quo prodidit duos maximos ſuæ charitatis exceſſus, videlicet in adorabili Altaris ſacramento, & in Cruce; in utroque enim victimam propter amorem ergo nos ſe ipſum conſtituit. Duo hæc myſteria ſemper ob oculos Sanctæ noſtræ obverſata ſunt, ideoque cor ejus ſuccendit prorſus divini charitate, quam in eadem expreſſit, quoniam omnis amor ad amati objecti ſimilitudinem tendit. Alter quidem afflavit illi amorem hunc extaſis, raptus, intimæ communicationis cum Deo eximiis, & in amorem in hoc myſterio converſo: alter vero excivit in illa crucifixum amorem, ut ita loquar; videlicet amorem crucis, & paſſionum, & ardens deſiderium ſeſe conformandi huic Deo mortuo per ſugem atque admirabilem mortificationem.

1. Arcto fœdere ſeſe cum Salvatore conjunxit frequenti uſu illius ſacramenti, quod nonniſi amor eſt; hoc illam ad ſublimium perfectionis gradum evexit.

2. Jugiter Salvatoris Crucem tulit; quæ res Sanctam hanc convertit in prototypum patientiæ, mortificationis, ac paſſionis, in quo potiſſimum ſitu eſſe debet ſimilitudo a nobis habenda cum Filio Dei, ideoque ſublimis ſanctitas. Hæc duo rela ſunt, quibus Charitas Magdalenæ innocentis cor tranſverberavit; quæ in Salvatoris amore non ceſſit priori pœnitenti, cujus nomen geſſit, & quæ in Scripturis adeo celebratur. Hoc futurum eſt elogii ejuſdem argumentum, meique ſermonis partitio. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Dilexit multum. Luc. 7. Amor, quo objectum quodvis complectimur, ſeſe ut plurimum triplici prodit effectu, qui totidem ſunt certiſſima teſtimonia illius deſiderii, quo eodem potiundi flagramus. II.

Primus eſt magna facere, & aggredi pro hoc eodem objecto. Alter, plurima conferre ad illud obtinendum, ejuſque aſſerendam poſſeſſionem. Tertius eſt multa pati, ut hac ratione illud, quod concupiſcimus, acquiramus. Ita multa facere propter amorem Dei, qui tanta nos charitate dilexit; omnia largiri, cæteraſque rebus abrenuntiare, ut illum unice poſſideamus: omnia pati ut noſmet voluntati illius conformemus; hi tres ſunt effectus ardentis amoris, quo Sancta Magdalena de Pazzi Mundi Salvatorem complexa eſt. Ut hoc ſuſius explicetur:

Primum invicta conſtantia ſuſcepit, perfecitque quidquid maximum eſt, perfectiſſimumque in Religione Chriſtiana; videlicet Regularem ſtatum ampliecti, & omnes obices ſuperare, qui generoſo huic adverſabantur Conſilio. Tandem enim fatendum eſt, neminem Creatori ſuo melius teſtatum facere poſſe amorem ſuum, quam vincendo omnes naturæ ſenſus, qui prohibent, ne unice illi vacemus; quod fit, religionis ſtatum amplectendo.

Secundo, multum largiri, immo ea omnia quæ poſſidentes tribuere, vel quod idem eſt, cæteris quibuſcumque rebus nuntium mittere, ut unus tantummodo poſſideatur Deus, qui nobis eſt omnis. Hic alter effectus eſt, certumque teſtimonium Deum diligi a nobis. At nemo ſacrificium hoc perfectius exequutus eſt Virgine noſtra, quæ Deo ſuam devovit libertatem, affectus, ſpes, perſonamque ſuam, ſine ullis exceptione.

Tertio, multa pati pro illo, qui diligitur, certiſſimum, maximumque argumentum eſt veræ dilectionis. Quid autem paſſa non eſt Magdalena? cruces, mortificationes, exteriores interioreſque pœnas, ut ſe conformem redderet Salvatori, eique amorem ſuum teſtaretur?

III. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Cant. 2. ubi oſtendi poteſt.

1. Sanctam Magdalenam de Pazzi ab ineunte ætate ſe devoviſſe Deo in ſtatu Religioſo.

2. Eidem ſe penitus totam, & ſine exceptione conſecraſſe integra propriæ voluntatis abnegatione.

3. Conſtanter ad finem uſque perſeveraſſe in Dei ſervitute cum fervore ſemper æquali.

IV. *Mortificationem Jeſu Chriſti circumferentes in corpore noſtro: ut & vita Chriſti manifeſtetur in nobis.* 2. Corinth. 4. Hæc Apoſtoli verba jure optimo Sanctæ huic Virgini applicari poſſunt, quæ perfecte imitata eſt, ac expreſſit triplex vitæ genus, quod Salvator duxit in terris.

1. Vitam ejus abſconditam, quod aſt infantiæ tempus quod Sancta noſtra adamuſſim imitata eſt.

2. Vitam ejus converſantem in iis virtutibus, quarum illa præbuit exempla, obedientiæ, paupertatis, atque obſervantiæ votorum, & regularum ſuarum.

3. Vitam patientem ſuis auſteritatibus, abjectionibus, mirificiſque mortificationibus.

4. Addere poſſumus etiam, Sanctam hanc in hac ipſa vita imitatam ſuiſſe gloriоſam Filii Dei vitam, nam ſicut divinus iſte Salvator ſimul erat & comprehenſor, & viator, poſſidens beatitudinem, licet mortalem vitam agens in terra; dici quoque poteſt incomparabilem Magdalenam de Pazzi quodam in ſenſu in mundo hoc graviſam fuiſſe Beatorum deliciis, præſtando hanc eamdem felicitatem in contemplatione, extaſibus, raptibuſque; ita ut dicere poſſet cum Gentium Apoſtolo, in corpore, an extra corpus neſcio, utrum in me Deus hæc prodigia fuerit operatus; vel cum ipſa Filii Dei matre: Fecit mihi magna, qui potens eſt.

V. Myſticæ Theologiæ auctores quatuor fecernunt amoris Dei genera, quorum ſingula animas eodem ſuccenſas ad altiſſimum perfectionis gradum promovent; quo in hac vita mortali contendere valeant. Primus eſt amor emitivus, qui illas emundat ab omni labe, quæ in illis ſuperſit; ut eas perfectius Salvatori conjungat. Secundus eſt amor communicativus, qui efficit, ut ardenti flagrent deſiderio videndi cæleſtem ſponſum ſuum diligi ab omnibus. Tertius eſt amor tranſmutans, qui, ut ita dicam, animam deificat perfecta ſenſuum, ac deſideriorum conformitate. Quartus eſt amor præſervativus, qui efficit, ut cum ſapientia, & prudentia voluntas operetur. Affirmare non audeo Seraphim aliquod in Magdalenæ corde quatuor hos amores impreſſiſſe, ſed poſſum aſſerere, hanc eas poſſediſſe, vel ab illis poſſeſſam fuiſſe in gradu eminenti.

1. Amor unitivus expedivit illam ab omnibus amoris propriæ perquiſitionibus.

2. Amor communicativus ſæpe efficiebat, ut in tantum fervorem erumperet, ut extra ſe rapi videretur.

3. Amor tranſmutans eam cum Salvatore ita arcte conjunxerat, ut unus tantum cum illo ſpiritus videretur.

4. Amor præſervativus efficiebat, ut ejuſdem caeceret actus adeo pura intentione, ut Jeſum Chriſtum in illa vivere dici poſſet.

VI. *Fundamenta ejus in montibus ſanctis.* Pſ. 86. Eccleſia, & Sancti Patres vulgo hæc Prophetæ verba interpretantur de gloriоſa Dei Matre, ad exprimendam Sanctitatis ejus eminentiam ſupet omnes puras creaturas, ut intelligamus ædificium, ammarum que palatium, ubi recipiendus erat Creator, & Dominus univerſorum, ſublimius eſſe debere Sanctis omnibus, qui totidem ſunt viventis Spiritus Sancti Templa. Sed nobis hæc & figurata locutio adhiberi poteſt ad tra endum elogium Sanctæ Magdalenæ de Pazzi, quam hac die colit Eccleſia; veruntamen, quin illam aliis ſanctis præferamus, quorum Deus unus mentæ agnoſcit. Nam

1. Ejus principia, & primi greſſus adeo perfecti extiterunt, ut pauci inter Sanctos vix ſub vitæ finem illuc eviſerint.

2. Ejus progreſſus in quovis genere virtutum admirabiles exiſtiterunt, cum exercuerit prodigia mortificationis, humilitatis, patientiæ, & charitatis &c.

3. Cumulus ſanctitatis ejus præbuit ſpecimen vitæ Beatorum in Cælo per ſacram conſuetudinem, qua gaviſa eſt cum Angelis, Sanctis, & Sancto Sanctorum, qui ipſe eſt Jeſus Chriſtus.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde hauriri copia poteſt ad hoc pertractandum argumentum, & Auctores de eodem verba facientes.

VIta Sanctæ Magdalenæ de Pazzi ſcripta a P. Puecim ejus Confeſſario Italice, fona eſt, ea quo alii hauſerunt, quidquid dicere de virtutibus, actionibus, miraculis magnæ hujus Sanctæ.

Idem vitæ Sanctæ hujus, quam typis edidit, non modicum adjecit volumen in ſex partes diviſum, ubi Surius explicat ſenſus pietatis ejuſdem, lumina, quibus cælitus aucta fuit in frequentibus revelationibus, & erudita monita, quæ tradit tum iis, qui Deo ſeſe devoverunt intet clauſtra, cum iis omnibus, qui in ſæculo ſerviunt Deo.

Alia non deeſt hujus Sanctæ vita Gallico ſermone conſcripta a Reverendo Patre Domino a Jeſu Regulari ejuſdem Ordinis Excalceato; quæ ſolum ſecundum ordinem temporum complectitur quidquid ſuſius, & ornatius legitur in vita Italice ſcripta.

P. Croiſet in Aſceticis Exercitationibus pro Menſe Majo eximium edidit vitæ hujus compendium, ubi in lucem profert meliorem paſſiones, devotiones, ac præcipuas Sanctæ hujus virtutes,

P. Novet in vita Jeſu Chriſti in Sanctis ſuis meditationem habet in feſtum diem Sanctæ Magdalenæ de Pazzi, ubi unice immoratur in ardenti illius erga Deum charitate, & omnes illius notas, & argumenta exhibet maxime perſpicua.

P. Saint Jure ſub finem libri ſui de cognitione, & amore Jeſu Chriſti eam recenſet inter illos qui præ cæteris in Salvatoris amore incalnatunt.

Auctor Sermonum in omnia argumenta &c. tomo 2. Panegyricorum habet hujus argumenti Sermonem.

Deficientibus Concionatoribus, qui typis ediderint hujus argumenti Panegyricos, Manuſcriptorum ope uſi ſumus.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, figuræ, ex Scripturis deprompta ad hoc argumentum.

Loci.

Confortatum eſt cor tuum, eo quod caſtitatem amaveris. Judith. 15.

Mulier incaſta, & virga cogitas quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore, & ſpiritu. 1. ad Corinth. 7.

Omnis autem ponderatio, non eſt digna continentis animæ. Eccl. 26. *Omne auri pondus cum anima continenti conferendum non eſt.*

Qui diligis cordis munditiam, habebit amicum Regem. Proverb. 22.

Exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. Ad Philipp. 3.

Numquid vult Deus holocauſta, & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? 1. Reg. 15.

Facies quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus, ſequeriſque ſententiam eorum. Deuter. 7.

Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis ſuis. Ad Galat. 5.

Audi Filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum Patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum. Pſ. 44.

Quam pulchri ſunt greſſus tui, filia Principis. Cant. 7.

A te quid valui ſuper terram? Pſ. 25.

Virtus ejus nunquam deficit, ſed quaſi lux ſplendens procedet, & creſcet uſque in æternitatis diem. Prov. 4.

Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Ad Galat. 2.

Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti

Exempla, & figuræ Biblicæ,

HÆc eſt, Fideles, pura puta imaginatio mentis humanæ ad amoris effectus exhibendos illum pingere cum ardentibus, ignitiſque ſagittis, quarum cuſpis penetrat corda, eaque plagis tranſadigitur, quæ ſæpe ſæcus inferunt mortem. Sed illud vobis mirum videbitur, hoc eſt, quod Sacer Textus, qui Dei verbum continet, ideoque eamdem veritatem, adeo ſimplea in locutionibus ſuis, & abhorrens a figurato profanorum Scriptorum ſtylo, ſermonem hunc confeceraſſe videtur, cum de charitate, ac divino amore verba facit. Huic ſagittas, ac tela tribuit, & vult ſagittas has ardentes, ac flammeas eſſe: *Sagittæ ſuæ ardentibus effectæ*; addit- Pſalm 7. qua illas cordibus faucis vulnus inferet; *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa.* Denique quidquid in profano amore perditiſſimum eſt, adhibetur ad ſignificandum quem ad exceſſum animas noſtras diligat Deus, qui earum ſponſus appellari dignatus eſt. Quod ſi divinus amoe tantum valuit in Dei corde, addere poſſum equidem, eumdem effectum obtinuiſſe in quibuſdam electis animabus, quæ ſauciatæ ſuerunt jaculis charitatis ejuſdem, & quæ conſtanter dilexerunt Deum uſque ad mortem, dilectione ea, quæ morte ipſa erat fortior, quemadmodum innuit ſponſa Canticorum. In claſſem hanc refero hodierna die admirabilem Magdalenam de Pazzi, cujus cor ſuit ſaucium, ut canit Eccleſia de priori Magdalena, cujus cauſam Dei Filius tutatus eſt, & cujus laudes ille celebravit. Hic eadem manu, iiſdemque ſagittis vulnerata, & accenſa fuit Sancta noſtra.

S. Magdalena de Pazzi, ut ſola ex omnibus ſanctis.

Commune argumentum ferventium S. Magdalenæ de Pazzi præcum erat, ſecum animo reputare exceſſum amoris, quem Salvator teſtatus erat hominibus in Euchariſtiæ Sacra-

Sanctæ hæc amentem probat in-

Sacramentum quemadmodum Ezechiel Propheta semper oculos convertebat ad Templi Jerusalem, cum esset in captivitate Babylonia.

Sacramento, & quemadmodum jugiter adorabile hoc Sacramentum ob oculos mentis illius versabatur, indesinenter de eo verba faciebat, & nunquam cessabat quominus illum admiraretur. Hanc illa sibi legem indixerat, illud triciès quotidie invisendi; cellulam quoque suam ita habebat dispositam, ut semper oculos ac faciem conversam haberet ad eum locum, ubi asservabatur, non secus ac Ezechiel Babylone captivus apud Assyrios semper Jerosolymam versus mentem animumque intendebat, ubi olim fuerat Templum viventis Dei, cujus nonnisi ruderi supererant. Millies singulis diebus illuc sese vertebat, ee videbatur semet adjungere velle pretiosis ejus loci reliquiis, quem aliquando Dei majestas repleverat. Hoc ipsum dici potest de admirabili Magdalena de Pazzi. Hoc centrum erat, ad quod suopte ferebatur ingenio; hæc magnes a qua trahebatur. Semper videbatur inquieta, donec inrime edhæreret objecto suarum affectionum, ac desideriorum.

Deo suo devovet.

Juste desiderium quo Sancta hæc cum Deo uniri cupiebat, collatum cum desiderio Salvatoris sese cum nobis conjungendi. &c. in

Quemadmodum Mundi Salvator, antequam adorabile Eucharistiæ Sacramentum Institueret, Discipulis suis ingens illud ostendit desiderium tribuendi illis sacram hanc escam: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum*; simili ratione dici potest Sanctam nostram semper ed hunc panem Angelorum anhelasse, sibique persuadebat nihil sibi ultra optandum esse in hoc mundo, ubi hoc desiderium fuisset capletum. Eventus eam nequaquam falli ostendit, & hunc thesaurum esse probavit, quo felix erat efficienda, & in æternum cælestibus bonis locupletanda. Et profecto bonis Dei non illud accidit quod bonus mundi, quæ exoptantur, & erdenter quæruntur ubi adsunt; & cum possidentur nauseam creant, & contemnuntur. Magdalena nostra cognovit hujus thesauri pretium ex possessione rei, quam ardentissime concupierat. Fecit quod dicit Evangelium, vendere decrevit, vel saltem rebus omnibus abrenunciare, ut illum emeret; videlicet in colloquiis, quæ habuit cum Deo suo in divino hoc sacramento, consilium initit relinquendi mundum, ut tota esset illius, qui sese edeo perfecte in hoc sacro mysterio tradebat.

S. Magdalena vera fuit imago S. Theresiæ.

Hoc sella fuit præsagium, vel potius singularis divinæ Providentiæ dispositio, quod S. Megdalena de Pazzi mundo extremum diceret vale Religionis claustra ingressura, eodem anno, die, & in ordinem eumdem, quo edmirabilis virgo S. Theresia terram reliquit in cælum profectura; utpote quæ alia futura erat Theresia in contemplatione, & amore Dei, hæres spiritus illius, vivens imago virtutum ejus, & quæ efficere debebat, ut charitatis fervor reflorescceret, ite ut fieri nequeat Sanctæ Magdalenæ nostræ Panegyricus, quin simul auditorihus occurreret vera tabula primæ illius Moderatricis sancti Ordinis, quem utraque edmirabilibus vitæ suæ prorsus cælestis exemplis illustravere.

Applicationes quorumdam locorum Scripturæ huic argumento.

Sanctæ nostræ inerti non fuit, sed ad majorem perfectionem semper contendit.

Ego sum sicut oliva fructifera in domo Domini. Ps. 51. Omnes Virgines devotæ Deo, norunt, in via perfectionis immorandum non esse; & non procedere idem esse, ac retrocedere. Omnes didicere se esse velut arbores Dei ipsius manu consitas, ut afferant fructum. Adam & Heva sd hunc finem in Paradiso collocati fuerunt, sed quin in amore proficerent, jacturam fecerunt gratiæ illius quam receperant. Sed quo cum fervore S. Magdalena de Pazzi in claustris non vixit? Qua cura, solertia, ardore non progressa est in viam perfectionis? Quid non egit, ut se dignam Salvatoris Sponsam præberet? Quot emoris, religionis, omniumque virtutum non exercuit actus in sancte solitudine contemplans Dei magnalia, & mentem suam veritatibus legis suæ replens? Mihi persuasum est, Deus, ajebat illa, & inde contremisco, me sterilem esse arborem, & infrugiferam. Elapsi sunt jam anni plures, inquiebat, ex quo Religionem sum ingressa, & ubinam est fructus? Quid profeci? Heu! Domine, quid non feci, quid non subisti pro salute mea, pro meo progressu? Irrigasti animam hanc divina tua gratia; sed uhinam sunt virtutes, quas excolui? Numquid humilior fum corde? num corpore, & mente sanctior? Cogitationes, & actiones meæ numquid magis cuipa vacant? Num minor in me levitas cernitur? Num infrequentius mente vagor? sermones mei minus diffluunt fanitare? Heu quam longe absum ab his virtutibus, quæ pulcherrimum sunt Virginum ornamentum? Heu! fateor equidem, me, quæ vitæ fructus ferre debueram, mortis fructus tulisse omnes actiones meas merito vacuas esse, me nullam mercedem sperare posse, & opera mea & pro tempore, & pro æternitate esse mortua; Et si arbor Evangelica, quæ nullos tulerat fructus, succisa fuit, & in ignem projecta; quid mihi timendum non est, quæ terribiliue merui supplicium? Sed edhuc patientiam habe in me; ne me projicias a facie tua, eliquot edhuc annos mihi permitte; ne deseras opus manuum tuarum, ec polliceor me tua juvante gratie, lucram fructus, quos petis; neque ultra spem tuam defraudaturam.

S. Magdalena de Pazzi se tocam

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua &c. Deuteron. 6. Hoc illud est, de quo

Sanctæ nostræ persuasum erat, & quod sanctissime adimplevit. Consecravit Deo quidquid illi erat antiquissimum, & sine ulla exceptione. Prorsus abhorruit e nonnullorum factis, qui aliquid sibi reservant, & quibus amor proprius persuadet factis esse Deo quidem partem dare, alteram dare mundo, ec sibimetipsi. Deus vel totum petit, vel nihil, utque illi placeamus, toti illius esse debemus, non mundo, nec nobis. Ullumne illi offerri potest acceptius donum, quam anima pura, & omni labe vacua? Quam jucundam est Deo eor, quod mundi contagio corrumpere non valuit! Beatæ Virgines, quæ cum Propheta dicere possunt: Tu fors mee Domine es, hæreditas mea, Deus meus, totum meum. Hoc dicere potuit Magdalena de Pazzi: Cor meum, quantum est, totum est Dei unius; ipse effinxit illud, illud redemit, illud ego uni devovi. Deus nimis magnus est, & cor meum nimis enguslum, ut illud partiar; Deo simul, & mundo placere non possum. Sed ubi sunt virgines, quæ pro certo audeant affirmare, sacrificium sumet ipsarum Deo acceptum fuisse! Quot meruendum est ne quin illi purissimum vitæ suæ florem, fuorumque annorum primitias obtulerint, ut olim Cain, pessimum quodlibet de grege sacrificaverint? Quot sunt, de quibus dici potest, quod olim de primo illo parricida, illas quidem offerre, quia Deo offerunt sacrificium, sed malo partiri, quia injustus est cum illo partin; & deteriorem partem illo offerre, est impietas? Verum erum vero nonne de nobismet eosdem quesllus effundere jus est? Nonne Deo sacrificavimus reliquias mundi, vanitatis, voluptatis? Nonne obtulimus illi cor, mentem, corpus attritum, & malarum cupiditatum ignibus absumptum? Verum est, me divina gratia prærventam memet illi e teneris unguiculis devovisse; sed vitæ meæ cursus adeo felicibus initiis respondit? Dona, quæ obtuli, nonne sacrilega pœnitentia fuisecuta est! Nonne illi abstuli, quod eidem dederam, ut mihi redderes, ac funesto redtu, me iterum mundo, & vanitatibus manciparem? Tandem si in sæculo viverem, essemne prorsus alia ab illis, quæ fum in religionis statu, quem fum amplexata?

Deo suo devovet.

S. Magdalena vult ut displiceat Deo nisi in dies egrediatur in viam perfectionis.

Justorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem. Prov. 4. *Crescite in gratia, & cognitione Domini nostri.* 2. Petr. 3. Quid non docet Spiritus Sanctus mortales Deo in religionis statu conferratos per os Sapientis, & Sancti Petri Apostoli? & quomodonam tenentur illi magis, magisque progredi in viis perfectionis, & sanctitatis, quin ne uno quidem gradu cedant retro? S. Magdalenæ de Pazzi adeo persuasum erat de necessitate se in dies singulos perficiendi, ut sæpe ex semet causam exquireret, propter quam mundum reliquerat. Quoties secum reputabat; nonne eudivi, Religionem similem esse scalæ mysticæ Jacob per quam Angeli ascendant, atque descendant, quin unquam subsistant; & nisi ad altiorem perfectionis gradum ascendo. me descendere, labi, de imperfectione in imperfectionem errare. Verum ideone ascendi, ex quo memet devovi Deo? Perveni ed altiorem sanctitatis gradum? Amor quo memet Jesu Christo dicavi, adolevit in me? Majorne mihi fervor inest, quam se edhuc integra? Heu! quid mihimetipsi exprobrare non debeo, comparans statum in quo fum cum illo in quo eram alias? Tunc Deo placebam; sed ille modo horret reporem meum. Cogito me nondum illuc pervenisse, quo tendo, sed oblita eorum, quæ retro sunt, & ad ea festinans, quæ sunt ante me, indefinenter curro ad finem stadii mei, ut referam pretium æternæ felicitatis, sd quam me Deus evocavit. Hoc me docet S. Paulus Apostolus. Frustra qua celenter currere festinat, qui gradum sistit, antequam ad propositum sibi finem perveniat. Hoc pacto ingens hæc anima sese megis, magisque excitabat, ut cælesti Sponso magis placeret.

Ad Philip. 3.

Obedientiæ pretium est inæstimabile. Hoc patet exemplo Magdalenæ de Pazzi.

Melior est obedientia, quam victima. Eccles. 4. Hæc erat S. Magdalenæ de Pazzi sententia; pœnitendumne mihi est, ejebat illa, memet in totum vitæ meæ spatium obedientiæ voto obstrinxisse? Verum est, me voventem Deo confecrasse quidquid mihi antiquius, & pretiosius erat per votum piupertatis, externa omnia fortunæ bona; per votum castitatis me fecisse ex corpore meo hostiam viventem; & per obedientiæ votum illi meam libertatem sacrificasse. Sed quot fructus ex obedientia mea percipere valeo? Hæc meam cum divina voluntate confocians impeccabilem efficit, donec obedio. Per hanc similis sum Filio Dei, qui factus fuit obediens usque ed mortem Crucis. Per hanc pretium, ac virtus accedit omnibus actionibus meis. Per hanc tandem excussi mundi captivitatem, cupiditatum mearum tyrannidem, amoris proprii servitutem, sibidinem mobilie ingenii mei, evagatrones voluntatis meæ, & mei cordis ineonstantiam. Quanta debeo tibi Deus meus, eo quod ad Religionis statum evocaveris me, ubi pro amore tuo obediens creaturæ, obedio Creatori meo: & ubi nunquam id faciens quod volo, semper ea facto quæ vis! Infunde igitur, Domine, eosdem sensus, eamdemque reverentiam erga illum, qui me regit; quam debeo tibi, cujus est vivens imago; quoniam in nomine tuo imperat mihi, & si contra illum murmurarem, iræderem tuam auctoritatem.

Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno

In rebus minimis magis placemus Deo.

in uno crine colli tui. Cant. 4. Si unicus Sponsæ Canticorum obtutus rapit Dei eor; mirumne esse debet, si in rebus minimis Deo magis placeamus! Hæc erat S. Magdalenæ de Pazzi sententia. Nihil negligebat, nihil tam humile, abjectumque videbatur illi, ex quo hoc pacto poterat placere Deo. Fallitur profecto, cum aliquis arbitratur se ea observare omnia, quæ suor ad salutem necessaria, alia vero ex parte officia, quæ minima habentur, contemnit. Difficultas rerum, quas præstare tenemur, esse potest ignaviæ nostræ prætextus; sed ubi faciles fuerint, quam prætexere valemus excusationem? Si Propheta, dicebant servi Naaman hero suo, pro salute tuæ curatione aliquid difficile, & arduum experisset ex te, certe facere debueras; sed quandoquidem rem adeo facilem postulat, quæ est, lepries te ablui, quomodonam fine gravissimæ imprudentiæ nota, ad potes negligere? Postquam Salvator passus est pro nobis gravissimos cruciatus, si difficillima quæque ex nobis expeteret, possemusne citra æternimum ingrati animi vitium, ea non præstare? Pleraque eorum, quæ postulat, facilia sunt, quæ negare simplici amico, vel etiam alieno minime auderemus, & unum Salvatori nobis præstanda sint, hæsebit agis? Bone Deus! Quam impressionem efficiet in Christiano multoque magis in Regulari habitualis hæc negligentia? Quid mihi respondendum erit Judici sæculorum immortali meam in rebus adeo levibus ingratitudinem exprobranti.

S. Magdalena divinæ bonitate ab ipsomet ætate præventa se sibi dilectam confecerat.

Domine præcepisti eam in benedictionibus dulcedinis. Ps. 20. Verba hæc efficiunt ut altius repetamus teneros annos, primoque motus pueritiæ S. Magdalenæ de Pazzi. Hæc efficiunt, ut memmerimus, rationem, charitatem, Religionem repente in Sancta hac virgine ad maturitatem pervenisse. Fervor ejus præcessit cognitionem illius, & primum specimen, quod edidit libertatis suæ voluntatem extitit Sacrificium, quod ipsa per se obtulit divinæ Majestati. Magnus illi obex erat, quo sacrificium hoc eacqui prohibebatur; sed hinc misericordiæ suæ Domine, unde emnæ preces humilis ancillæ tuæ omnes auferebant difficultates, modo admirabili præstantes qualitates necessarias, ut in numerum sponsarum tuarum accenseretur. Ex eo tempore primi gressus quos edidit eam ad Crucem Salvatoris adduxerunt. Doctores quidam credidere, & credere æquum est priori illo momento, quo ratio prodire incipit in mente nostra, & quo animæ nostræ facultates fese evolvunt, nos teneri certissime ut cor nostrum convertamus in Deum; adoremus supremum hoc Ens, quod unicus est finis omnium actionum nostrarum, & quod unicum quoque esse debet objectum totius nostri amoris, illi consecremus primitias spiritus nostri, & baptismatis nostri fidem excitemus. Sancta Magdalena de Pazzi adamussim his perfuncta munenibus est: vix vivere cœpit, cum christiane vixit. Elicuit etiam heroicum Religionis actum; quoniam a primis usque primordiis se Domino consecravit, ut in Sanctimonialium numerum admitteretur. Beati, quos Dominus eruditi, quorum ipse doctor est, quos dociles reddit sanctis afflatibus suis, & quos in benedictionibus dulcedinis prævenit. Ex hac numero est Sancta Magdalena de Pazzi; Gaudet Ecclesia his gratus, quibus Deus illam prævenit. Urgemus Dominum, ut eas nobis concedat, quæ sunt necessariæ ad præveniendos tot lapsus, ut nos iis periculis liberet, quæ certissima sunt pignora amoris sui, atque æternæ prædestinationis nostræ.

S. Magdalena ob inviolatam cœpti fervoris constantiam increduli gratiæ ubertate.

Omni custodia serva cor tuum. Prov. 4. Sancta Magdalena omnia præcavit, quæ præcavenda sunt virginibus, quæ omnia sibi metuenda esse didicerunt: quamvis Domini gratiæ, & magnus ardor virtutis, illi videbantur esse præsidio, eique locum præberet dicendi cum S. Paulo, nihil me separare poterit a Salvatoris Charitate. Curæ igitur fuit omnes cordis sui aditus tueri, singulas actiones suas cum secreto Dei instituto conficiens. Objecta omnia, quibus afficiebatur, totidem erant occasiones illi prorsus suas offerendi, eumque colendi. Attente legem suam inspiciebat, quemadmodum artifex prototypum suum, ut illum sequatur, potissimum vero cum sibi proposuisset sequi viam arctiorem, & ad altiorem perfectionis apicem pertingere. Considerans magna divinæ potentiæ opera, illa magis admirabatur in effectibus sensibilibus ejus magnificentiæ, sese inflammabat ad illum magis, magisque diligendum, & gratias jugiter agendas ob assidua illius beneficia. Mirumne igitur esse debet, si a Patre luminum tot aucta fuit cœlestibus donis, quæ præluerunt illam tanquam perfectionis exemplar, præsertim vero virginibus, quibus mens est sese Domino consecrandi? Quod ad nos spectat, immorimur in caligine, & in rebus divinis neque magis illustrati sumus, neque perspicaciores: namque cum nosmet in mundum effundimus, congerimus catervam imaginum, quæ in cordibus nostris imprimuntur, & in singuli momenta instaurantur. Omnem sensibus, & cogitationibus nostris facultatem permittimus; quamam spes adest, fore ut illos ad officium, Deumque revocemus, ubi voluerimus? Cessemus hanc tradere facultatem cordibus nostris, ut sese in omnia effundant objecta, & ut Sancta nostra, inde potius occasionem arripiamur mentes nostras in Deum attollendi. Quin hoc totis diebus oblivioni tradamus, statas nobis constituamus horas, ut de eo cogitemus, eique vota, precesque nostras offeramus. Animum advertimus ad bonitates illius, gratias ejus proficiamus, illis fideles nosmet præbeamus, si pervenire volumus ad eam perfectionem, ad quam magna hæc Sancta pervenit.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, ac Sententiæ Sanctorum Patrum, aliorumque huic argumento inservire valentes.

Quantum Deum diligas, debes in dilectione legis ejus ostendere. S. Augustinus.

Omnis copia, quæ non est Deus, inopia est. Idem.

Aufer a me Domine, omne nolle quod vis, & omne velle quod non vis. Idem.

Amor Dei, aut solus est, aut summus non est. Idem.

O ignis, qui semper ardes, & nunquam exstingueris? O amor, qui semper ferves, & nunquam tepescis! accendar a te, ut totus diligam te. Idem.

De hoc mundo non effis, quamquam sitis in hoc mundo: sæculum vos habere meruit, sed tenere non potuit. S. Ambros. l. de Virg.

Pudor ornat ætatem, castimonias pudorem. Idem c. 3. de Virg.

Portio mea Christus, in portione mea divus fuam. Idem Serm. 8. in Psalm. 18.

Hæres cujus est Deus, quid amplius quæris? Si sufficit Deo, sufficiat tibi Deus. S. Cyprianus.

Angelorum gloriam acquirere majus est, quam habere. Angelum esse felicitatis est, virginem esse virtutis, S. Chrysol. serm. 143.

Timenti grave præceptum Domini est, amanti leve. S. Augustin. in Joann.

Ego te hæc duxi, & a periculis Ægypti liberavi. Ego te protegam; ego sicuti vice tibi ero, ego omnia difficilia, facilia tibi reddam. S. Chrysost. homil. 36. in Genes.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia depromi possit ad hoc argumentum pertinens.

NOstis fideles latam jam esse ab ipso Dei Filio sententiam, qui omnes homines tenentur illi similes esse, & cum illo Crucem gestare: *Qui vult venire post me, tollat crucem suam... Quos scivit, & prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui*. Sed sanctimonies animadvertunt, ubi vult Deus animam ad virtutem sublimem, eminentemque sanctitatem attollere, illam plerumque deducere per hanc viam passionum, atque tribulationum; quali qualibet pœna gradus esset, ut ad perfectionem perveniat, & cruces, persecutiones, corporis dolores, & animi, sanctitatis efficiunt instrumenta, quæ h desint, suspicione non caret; sed cum hoc probata sint experimento, de illius sinceritate dubitare non licet. Si quæ anima fuit sancta, & delecta, cui de hac veritate fuerit persuasum adeo opposita sensibus, & studiis corruptæ naturæ; hæc procul dubio fuit illustris Magdalena de Pazzi, cujus cor Dei crucifixi amor transverberaverat: & si amor, ut diximus, semper ad perfectam similitudinem tendit, quemadmodum nullum invenio, qui illum ardentius amaverit, ita nullum invenio, qui magis ad vivum illum expresserit, sive in interioribus pœnis per desolationes, atque inauditas tentationes, quæ gravissimæ, ac molestissimæ fuerunt experimenta, quibus ejus amorem tentavit Deus, sive violentis externis doloribus, quibus Deus illam affixit & quos invicta, heroicaque patientia sustinuit, seu denique nitroneis sustentationibus, & mortificationibus, quas sibimet imposuit, ut expleret desiderium imitandi Salvatorem, quem non alio delinceps nomine, quam suum amorem vocabat.

S. Magdalena censet, ut simus in statu gratiæ, esse Deum, qui nos vocat ad aliquid majus, fcjens eos esse amore Deum, cupiatve facti esse mandata Dei servare.

Nullus fortasse pernitiosior est error, & nihilominus vulgatior, quam cubi vereri tenues noxas, & nullo fere discrimine habere modica Officia, Religiosa conscientia, tanquam terriculamentum imbecillis animæ habetur, & falsem in rebus minimis vigilantia, exigui, arctique ingenii habetur argumentum. Nolunt eximium ingenium nugis hisce immorari, veramque virtutem non pendere a congerie minusculorum observationum, quæ animum dejiciunt, vitam ipsam fatigant, ejusque consuetudinem efficiunt importunam, & quin pietatem eructant, illam exsiccant. Huic fallaci inclinantes principio omnia amori proprio permittunt; cupiditates suas palpant, sensibus blandiuntur, & ea vitant, quæ sibi negotium facessunt. Virgines Cœlestem Sponsum expectant; sed oleum lampadibus suis comparare negligunt: neque putant illum ocyus affuturum. Postremo dicunt non ita gravem esse negligentiam. Sed cujus momenti non est? Divinus Sponsus illis ulterius videre detrectat. Hoc nihilum est, inquiunt; levis noxa est: regula exigua, gratia modica; quodnam adsit periculum illam negligenti! Heu num aliquid leve, aut modicum est, ubi refertur ad Deum, qui adeo magnus est, & ubi agitur, ut illi vel placeas, vel displiceas? Displicere parum

S. Magdalena sperat, se ut simus in statu Filiæ Dei, jugiter esse delecte in Christo, sibi in patrem electi, ipsi filiæ ejus. Matth. 16. Ad Rom. 8.

parum Deo, modicum erit nobis? Nihil modicum eſt in eo, quod vel minimum aliquid conferre poſſit magno noſtræ ſalutis, & perfectionis negotio. Nihil modicum eſt in eo, quod efficere poteſt ut mereamur, vel jacturam faciamus unius tantum gradus æternæ gloriæ. Non eſt modicum, conſtanter fidelem eſſe vel in minimis; & magni amoris argumentum eſt, in omnibus placere velle ei, qui amatur, & nolle eidem, ne in minimis quidem diſpicere. Velle placere Deo in magnis duntaxat; ſatis eſſe putare, ſi adimpleas præcepta: argumento eſt Dei ſupplicia timeri, ſed illum vel modice, vel minime amari. Sancta Magdalena de Pazzi longe aberat ab hac adeo irrationabili ſententia. Illi perſuaſum erat, eos, quibus ſatis eſt obſervare præcepta, oſtendere vel amorem ſuum infirmum eſſe, vel nullum.

Sublimis perfectio eſt facere velle Dei voluntatem. Hinc unica fuit Sanctæ Magdalenæ cura.

Sanctæ Magdalenæ non aliud votum fuit, quam Deo placendi, neque aliud officium, quam inquirendi voluntatem ejus, ut hanc tenquam inviolabilem officii ſui normam ſequeretur ab ea nunquam diſceſſura. Verum eſt hoc eſſe altiſſimum ſanctitatis apicem, & cumulum perfectionis, quem pauci aſſequuntur: amor enim proprius & corruptæ naturæ proclivitas validos ſtatuunt obices, & plura ſuſtinenda ſunt prælia ad eos infringendos. Hinc eorum plerique, qui in Religioſo ſtatu perfectionem conantur acquirere, omnem fere vitam inſumunt in exuendis imperfectionibus ſuis, quæ prohibent ne ſe Deo conjungant. Sed Magdalena compendiariam nacta eſt viam, ut repente votorum ſummam conſequeretur, videlicet eas omnes igne charitatis abſumpſit. Amor proprius, qui nonniſi cum nobis naſcitur, & moritur, ad primos ignis hujus ſacri ardores extinctus fuit; ita ut mox nihil illam prohibuerit, quominus tota eſſet Deo, ac illi ſe ſe intime conjungeret, ut nihil unquam deinceps eam ſeparare valuerit.

In ſedula fidelitate, qua regulæ obſervantur, ſita eſt perfectio Virginis dicatæ Deo; & per earum contemptum, omnibus ſe polluit inquinamentis; Sicuti enim non eſt homo nocentior, quam qui legis naturalis lumina extinguit, quam ducem ſequi tenetur; ita nulla eſt virgo devota Deo criminoſior, quam quæ propoſitas ſibi regulas non obſervat. Nam rite intelligite, quid ſint Religionis regulæ; hæ ſunt dux illæ, quem ſingulis Ordinibus præbet Deus, ut ad ſtatus ſui ſanctitatem perveniant, ſunt fons, ex quo Dei gratiæ influunt in animas noſtras; ſunt rivi, per quos totius Ordinis ſlicujus merita, in ſingulos ejuſdem profeſſores emanant. Regulæ appellantur, quia ſunt vincula, & amoris catenæ, quibus utitur Religio ad vinciendos ſenſus, ad coercendos impetus cupiditatum; ad cor in officio continendum, & ad virtutem pertraheodum; ad inhibendum illud proclive, quo ad voluntatem ferantur, atque ad animas cum Deo conjungendas. Præcepta enim, quæ regulæ imponunt, vincula ſunt trahentia; interdicta, vincula ſunt retinentia; monita ſalutaria vincula ſunt, Deo cor conjungentia per praxim Conſiliorum Evangelicorum maxime ſublimem perfectionem continentis. Quid ergo facimus, cum cupiditatum noſtrarum impotentia rapti regulas non obſervamus? Non ſequimur ducem, quem nobis tradidit Deus; exhaurimus fontem, per quem gratiæ ejus in nos fluunt; rivos infringimus, per quos neceſſaria vitæ noſtræ derivant ſubſidia; conterimus catenas, per quas adhæremus Deo, & ita amabile Domini jugum excutimus. Hoc ad unguem S. Magdalena de Pazzi cognovit; cui perſuaſum erat duo eſſe, quæ virginem Deo devotam æque obligant ad Ordinis ſui leges integerrime ſervandas; officium videlicet, atque utilitatem. Officium quidem, quia ejus perfectio huic inhæret; utilitas autem, quia inde pender bonum univerſum. Hinc Sancta noſtra ſemper omnes Regulæ articulos perfectiſſime explebat, cum jam decreviſſet in dies magis contendere ad altiſſimam Religioſi ſtatus, cui ſe addixerat, perfectionem.

In ſedula fidelitate, qua regulæ obſervantur, ſita eſt perfectio Virginis dicatæ Deo, & per earum contemptum, omnibus ſe polluit inquinamentis; Sicuti enim non eſt homo nocentior, quam qui legis naturalis lumina extinguit, quam ducem ſequi tenetur; ita nulla eſt virgo devota Deo criminoſior, quam quæ propoſitas ſibi regulas non obſervat. Nam rite intelligite, quid ſint Religionis regulæ; hæ ſunt dux illæ, quem ſingulis Ordinibus præbet Deus, ut ad ſtatus ſui ſanctitatem perveniant, ſunt fons, ex quo Dei gratiæ influunt in animas noſtras; ſunt rivi, per quos totius Ordinis ſlicujus merita, in ſingulos ejuſdem profeſſores emanant. Regulæ appellantur, quia ſunt vincula, & amoris catenæ, quibus utitur Religio ad vinciendos ſenſus, ad coercendos impetus cupiditatum; ad cor in officio continendum, & ad virtutem pertraheodum; ad inhibendum illud proclive, quo ad voluntatem ferantur, atque ad animas cum Deo conjungendas. Præcepta enim, quæ regulæ imponunt, vincula ſunt trahentia; interdicta, vincula ſunt retinentia; monita ſalutaria vincula ſunt, Deo cor conjungentia per praxim Conſiliorum Evangelicorum maxime ſublimem perfectionem continentis. Quid ergo facimus, cum cupiditatum noſtrarum impotentia rapti regulas non obſervamus? Non ſequimur ducem, quem nobis tradidit Deus; exhaurimus fontem, per quem gratiæ ejus in nos fluunt; rivos infringimus, per quos neceſſaria vitæ noſtræ derivant ſubſidia; conterimus catenas, per quas adhæremus Deo, & ita amabile Domini jugum excutimus. Hoc ad unguem S. Magdalena de Pazzi cognovit; cui perſuaſum erat duo eſſe, quæ virginem Deo devotam æque obligant ad Ordinis ſui leges integerrime ſervandas; officium videlicet, atque utilitatem. Officium quidem, quia ejus perfectio huic inhæret; utilitas autem, quia inde pender bonum univerſum. Hinc Sancta noſtra ſemper omnes Regulæ articulos perfectiſſime explebat, cum jam decreviſſet in dies magis contendere ad altiſſimam Religioſi ſtatus, cui ſe addixerat, perfectionem.

Opinionem quorundam de interiori vitæ, eſſe, hanc e probatione excutit S. Sanctæ noſtræ.

Opinio eſt vulgo ſatis recepta iis, qui in ſæculo vivunt, corporis pœnas, & mortificationes non eſſe admodum neceſſarias illis, qui perfecta ſunt, & vigilias, jejunis, & macerationes non poſſe rationabiliter exerceri, niſi ab incipientibus; virtutem, proprie loquendo, in interiori parte duntaxat conſiſtere, ſilentium ipſum, & jejunium, non niſi hujus generis eſſe bona. Verum eſt, hanc ſententiam in præſentiarum magis, quam olim prævalere. Fateor equidem, ubi Sancta anima de Superioris, ac prudentis directoris conſilio auſteritates, & pœnitentias deferit, ab ea tunc præcellens Deo fieri ſacrificium, & hoc Deo acceptius eſſe, & jucundius omnibus mortificationibus, quibus ex propria utilitate aſſuctaretur. Sed doctrina iſthæc ſuſpicione non vacat, in qua falli periculoſæ opus eſt plenum aleæ, ſaltem hæc via non eſt, quam Dei filius, vel Sancti ſuetint ſecuti. Etenim juxta hanc opinionem inſtitui poſſet interior abſtinentia; & extrinſecus cauponari, ac indulgere ventri; interius ſilentium ſervare, & cum ſingulis advenientibus habere colloquia. Cæterum Sanctæ Magdalenæ exemplum, quæ licet Deo perfecte conjuncta, omnia exerguit in ſe pœnarum, & mortificationum exempla, ſatis perſpicuo nobis eſſe poteſt argumento illuſionis, in qua verſantur illi, qui falluci huic inhærent opinioni.

Plerique aſcetices vitæ magiſtri conſentiunt, amare Deum, eique per delicias & conſolationes adhærere, quæ in illius ſervitute guſtantur, eſſe infirmæ, ac tepentis animæ argumentum, quæ rata ſe divinæ majeſtatis amore ſuccenſam eſſe, multo magis quærit ſeipſam ſecreto amoris proprii conſilio, quo ſi ſe nimis præverti ſinit, manifeſtum adit periculum ſemper in abjectione ſua permanendi. Sed amare Deum in tentationibus, in perſecutionibus, cum nulla adſunt ſubſidia, & nulli ſolatia, hoc argumentum eſt magnarum, & generoſarum animarum, quæ his in occaſionibus multo majorem conſtantiam præſeferunt, & hoc pacto oſtendunt, Deum propter ſe ſb illis amari potius quam propter dona ſua. De hoc auro puriſſimo loquitur Propheta, quod ſepties emundatum fuit, videlicet, quod ſeptem donis Spiritus Sancti ornatum eſt. Hæ ſunt animæ heroicæ per omnia tentatæ, quæ tantum abeſt, ut quacunque procella agitentur, quo magis eidem objectæ ſunt, eo magis earum creſcit conſtantis. Id genus erat Sancta Magdelena de Pazzi, non ſolum omnes labores; omneſque paſſiones ſuſtinuit, ſed certo ſciens, ſe divino ſponſo ſuo magis ſimilem evaſuram, ſummopere amabat paſſiones ea mente, ut in ſe ipſa magis ad vivum exprimerer imaginem Salvatoris.

S. Magdalena quin inhæreret defectui, quas aciem infirmam co. lectantur, paſſiones inquirebat ut ſe Sponſo ſuo redderet ſimiliorem.

Carnalis homo, & ſæculo inhærena non facile aſſequitur Dei mirabilia, quæ illius captum excedunt. Sunt ſpecioſa quædam ingenia, ſpiritus acres, & vehementes, qui illuſionea putant quod non eſt ſecundum communem ordinem gratiæ, qui fieri nequsquam in aliis poſſe putant, puod in ſe ipſis non ſentiunt; omnia imaginationi, & errori accepta referenda eſſe jactitant, & inde anſam ſrripiunt humanam exprobrandi infirmitatem unde occaſionem haurire deberent laudandi, & admirandi Dei potentiam, & bonitatem. Id genus mortales ſcire deberent, pietatis eſſe efficere, ut revereamur omnia amoris argumenta quæ tribuit Deus, & charitatis, ut cum actione gratiarum omnes recipiamus favores, quos Deus aliis impertit. Si minus adeo ſublimem edere volatum poſſunt, ut S. Magdalena; ſaltem admirentur illum; & ſi mediocrem excedunt aciem oculorum ſuorum, tutiut ipſis eſt, id pie credere, quod fidem illorum poteſt ædificare, quam illud ſuperbe negare. Placuit Spiritui Sancto favoribus ſuis cumulare inſignem hanc virginem, illam ex omnibus terrenis objectis expedire, eamque ut ita dicam in divinitatis uſque finem attollere; Hinc valent intelligere, multiformem eſſe Dei gratiam, Dei ſpiritum ſeſe communicare, quomodo illi placuerit, & cuicunque placuerit. Beati igitur illi, qui Dei vias ſibi in ſcandali occaſionem minime convertunt, & cum timore, ac tremore ex omnibus proficient exemplis Sanctorum, licet eorum eaptum exſuperent.

Del conſi a præcel abſunt a cam nium homi minem conſilio, ut ſequet exemplo Sanctæ noſtræ.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aſceticis nuperiſque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Infamia & felix eſt exitus S. Virginis Magdalenæ de Pazzi.

Sancta Magdalena ex illuſtri familia de Pazzi Florentiæ orta, commendabilis fuit propter vitam ſuam regularem, & Sanctitatem. Non ſero patuit illam a Deo ſuo præventam fuiſſe ab incunabulis ſuaviſſimis benedictionibus; ideoque mater ejus illam alut, educavitque cura prorſus ſingulari, atque ex eo tempore incepit inſignia præbere ſanctitatis ejus ſpecimina, ad quam per infinitam providentiam Deo eamdem attollere placuit. Ratio in illa præverti ætatem, & ut ita dicam rationem gratia occupavit. Immunis a vulgatiſſimis puerorum nugis, in oratione omne ſolatium conſtituebat. Si quis illi gratificari cupiebat, ſatis erat, ſi ei Sanctorum viram legeret, aut in Templum adduceret. Pietas ejus fatigebat aliricis puerilem, & genitorum admirationem ciebat, Neque morioſa erat, neque importuna, ut aſſolet; ſed corporis habitum habebat moderatum & grsvem, ingenium felix, & mentem docilem cum oris ſubitu ſerio, verecundo, & ſuavi ita, ut amorem, & admirationem eorum omnium, a quibua agnoſcebatur, ſibi conciliarer. Fugiebat puerile ludos & inutiles puerilis nugas, tantaque erat in ea moderatio, ut qui illius facta ſuiſſet intuitus, jam ad provectiorem ætatem illam perveniſſe cenſeret. Diziſſes illam cum ardenti Salvatoris amore natam ſuiſſe, & cum maxima erga Sanctiſſimam Dei Matrem pietate; adeo erga utrumque magna illius erat devotio. Deus illam orationis dono cumulavit, cum nondum per ætatem legendo eſſet par. In ea integras tranſigebat horas, & ubi quærebatur ea illa, quid in ſacello ſuo faceret; bonum poſco Deum, ajebat, ut me doceat quid mihi faciendum ſit, ut illi placeam, & quid acceptius eſt in oculis ejus. *P. Croiſet in Aſceticis.*

Alia eloquentiæ ejus deſcriptio.

Felix hæc Virgo prodigium eſt Sanctitatis, quod voluit Deus noviſſimis his ſæculis prodire ad confundendam fidelium ignaviam, qui aſſertam infirmitatem, vel potius teporem charitatis, quæ beatis Eccleſiæ temporibus florebat cauſati ſeſe excuſant, ſi Jeſum Chriſtum nequsquam ſequuntur. Ab ipſis uſque incunabulis indicia præbuit electionis, qua Deus illam ſibi devoverat, totoque in educationis ejus curriculo viſa eſt cum ætate creſcere Sapientia, & gratia quibus illam præveneraz. Adeo felix

fortita erat ingenium, ut nemo intelligere potuerit, infantiam ejus esse obnoxiam communibus ejus ætatis infirmitatibus. Cum omnibus utebatur suavitate, patientia, ac obsequio, quod illi omnium amorem, & admirationem conciliabat. Hæc tamen suavitas conjuncta erat cum quodam oris habitu adeo serio, modesto, ac verecundo, ut licet summopere affabilis esset, sociæ illam reverentur, atque observarent ita, ut non auderent ad eamdem accedere nisi caute, ac circumspecte. Licet puella mentem super nugas adeo erectam haberet ut ludos contemnens, ac cetera puerorum solatia, totam se impenderet negotiis gravibus, silentio, ac solitudini assueseeret, lectioni, orationi, ac misericordiæ vacaret operibus, pauperibus & captivis præbens ea, quibus clam se fraudare poterat, ut illorum famem, ac miseriam relevaret. Sobrietas, quam exercebat, eam brevi ad abstinentiam adduxit, & ad alias mortificationes, quas ætas, ac temperamentum illi permittere poterant. Sed ut perquirendis rationibus placendi Deo nullam ardentius amplexata est, quam Orationem. *Baillet in vita Sanctæ.*

Vita ejus fuit juge exercitium amoris Dei.

Admirabili s hujus Virginis vita juge fuit divini amoris exercitium: omnes illius actiones non aliud habuere principium, quam motus purissimæ charitatis, & si quis unquam admiravit præcipium, quod in vetere lege rogavit Deus, de Dei Filius in Evangelio initiaverit, ut quisque ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, omnibusque viribus suis Deum diligeret, afferere posumus post gloriosam Dei Matrem paucos extitisse, qui illud constantius, & perfectius executi fuerint Sancta nostra; non enim passa est unquam alium amorem, sed divino huic objecto omnem cordis sui latitudinem devovit, & omnia mentis suæ lumina, & altissimas quas hauriebat ex contemplatione, & assiduis cum Deo colloquiis cognitiones, ut illam semper ardentius amaret, & quem tandem ex tota anima, viribusque dilexit, quia adeo vivere videbatur, ut illum diligeret, & agere ut suum illi testaretur amorem. *Auctor retens.*

Virgo nostra sese a pueritia ob tentum abdendi, & arcendi assiduis illustrationes.

Dei amor, quo Sancta Virgo nostra erat succensa, effecit, ut se totam abderet orationi, ibi cor ejus divinis ardoribus pereitum recepit lumina adeo nitentia, ut supplerent illis, quæ ætas, experientia, studium, & animadversiones aliis afferre consueverunt. Fecerunt enim, ut cognosceret mundi vanitatem, pericula ibi imminentia, insidias, quas ibi salutis nostræ inimici struunt, & æternam infelicitatem, in quam mundi bona, & voluptates adducunt, quæ nos effecit, ut consilium caperet sese quamprimum devovendi Deo in austera Religione aliqua, quam spectabat tanquam asylum tutumque portum ad evitandu naufragia, quæ fiunt adeo frequentia in sæculo, ubi tot animas miseræ perire intuebatur. In hac sublimi contemplationis exercitatione deducebat illam Deus, & admirabili ratione trahebat ad se, quin nulla ab hominibus accederet doctrina. Nam Sancta virgo nostra remotiora quærebat domus latibula, nescions, quid faceret; & affectum aliquem librum arripiens, procumbebat in genua vocales aliquot preces offerens, & mox assurgens taliter in Deum absorpta, ut absque effet perquirendi, cum illius opera requirebatur; & semper inveniebatur in aliquo loco maxime remoto contemplationi dedita. In hac prorsus divina occupatione nonnihil auxilii nacta est in Confessario suo, & postmodum adeo sese exutit in Deum, ut non amplius humano modo vivere videretur. Didicit in hac cælesti Scholæ praxim virtutum omnium; ibique adeo vivadum experta est desiderium placendi Deo, & pro eo tantum vivendi, ut exinde omnia, quæ mundus habet in pretio, fastidiverit. *Ex Sancta vita.*

Sancta nostra ex adoratione Eucharistiæ Sacramenti accendit ad amorem Dei, & ejus charitatem.

Neque adeo mirum est, quod amor divinus tantus atque tam ardens in Sancta Magdalena extenerit, ut in hac admirabile virgine juge miraculum videretur, si considerctur, illam hunc ex ipso charitatis fonte percepisse, hoc est ex adorabili Eucharistiæ Sacramento, quod ex omnibus Religionis nostræ mysteriis, nobis plenius ostendit incomprehensibilem Dei erga nos amorem quod Sancti amoris fornacem appellat, & quod eruditus quidam, qui humilitatis causa Idiotam se dicit, exhibet nobis tanquam Solem septum flammis amoris sui, quem in omnes illos effundit, accedentes ad se, ut illos illuminet simul, & inflammet. Mirum potius esset, si ille qui extrinsecus septus est, intrinsecus autem penetratus hoc igne prorsus cæleti, non calefeat, & in hac ardenti fornace non colliquefeat, tanquam ex hyperbolea glacie concretus, quod Parisiensis Antistes diabolicum vocat miraculum, & nonnisi ex inaudita humani cordis stupiditate perfectum: *Miraculo d'abolire tot incendies carbones ignis amoris divini, ce hominis frigefecit ad Deum.* Ex hoc igitur sancti amoris fonte, & ex hac meditatione magnitudinis divinæ charitatis Sancta Magdalena de Pazzi hausit ardorem, quo tandem cor illius penitus conflagravit. *Auctor Sermonum in omnia argumenta Opus.*

Intima illius unio rum Salvatore per divinum Sacramentum.

Per ferventem amorem, quo insignis hæc virgo Divinum Altaris Sacramentum prosequebatur, cor illius arcte semper conjunctum erat Deo inviolabili adhæsione, quæ unitivi amoris effectus est per divinum hunc ardorem, sicut ignis se communicat, mutat, atque transformat in ignem quidquid est nutrimentum illius, in actionibus suis expressit prodigia, quæ fiunt in hoc divino mysterio, per amorem communicativum, & transformantem: quemadmodum Dei amor semper extaticus est, & extra se ferri videtur, ut se nobis totum tribuat; magnæ Sanctæ hujus vita non intermissa fuit series extasium, & raptuum in Deum; quæ res effecit, ut magis divinum, quam humanum duceret vitam; quasi de Deo tantum, & propter Deum vixisset: & quemadmodum divinum hoc Sacramentum est Sacramentum unionis, & hoc etiam nomine appellatur, unde Magdalena nostra concepit primum desiderium sese totam devovendi Deo, & unice cultui ejusdem inhærendæ: quod profecto accidit, postquam prima præventa fuerat singulari gratia Dei, qui non solum illam ab incunte ætate a sæculi corruptione præservaverat, sed qui etiam cor ejus inflammaverat ex tunc Sancto amore, simul ac per rationis usum eumdem cognoscere potuit. Ludicra, aliaque primorum puerilæ annorum oblectamenta nulla in illius institutione partem obtinuerant, cujus visus est Deus curam sibi depoposcisse, quoniam nonnisi de Deo, deque ratione huic placendi loquebatur. *Auctor Recens.*

Spiritus Sanctus dat illi sactus in sancti amoris stu.

Sicut incomparabilis Magdalena ab ipsa usque pueritia desiderio flagrabat agnoscendi, quomodo amandus esset Deus, Spiritus Sanctus maximus in hac scientia præceptor effecit, ut brevi hujus rei momentum, & admiricula cognoscerer. Edocta enim, eumdem filium Dei, quem concupierat videre conversantem in terra, ut illum quocumque sequeretur, ut olim fecerat illa, ex cujus nomine appellabatur, altaribus nostris permanere, ibi homines præstolaturum, eorumque visitationes, cultum, orationes, & obsequia percepturum; numquam, si integrum fuisset illi, discessisset ab Ecclesia defixis semper oculis in locum, ubi dilectum suum quiescere audiverat; tale ejus recipiendi desiderium testata, cum alios videbat ad Sacram mensam illam accedentes, ut sancta indignatione exardescerct in ætatem suam adhuc minorem, quam ut per illam sibi quoque liceret eodem pabulo frui; dicens, facta esse cognoscere Salvatorem suum, eumque eo fervore, quo illum amabat, diligere, ut sibi permitteretur hac frui felicitate; & vitæ ejus auctor animadvertit, iis diebus, quibus mater ejus sacris refecta fuerat mysteriis, sanctam hanc virginem arctius, quam poterit matri semper adhærere consuevisse, ut nunquam ab eadem secederet. Eodem fervore iis omnibus, quos eadem cœna refectos videbat, accurrebat, ut hoc pacto propius ad illum accederet, quem in corde suo voluisset excipere. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Adoratio nis sanctæ nostræ vera Dei non effecit, ut ejus illa charissimum sibi diligeret.

In adorabili hoc Sanctæ Eucharistiæ Sacramento tot recepit lumina adeo vivida, ac penetrantia, ut supplevcrint illis omnibus, quæ tot laboribus, curisque acquiruntur. Hoc illi mentem injecit, quamprimum mundo nuntium mittendi, ut sese devoveret Deo in austera aliqua Religione, quam tanquam tutissimum portum intuebatur ad evitanda naufragia, quibus tot mortales interire videbat. Neque diu hæsit dubitans de loco, & ordine ubi utilius Deo deserviret. Eidem illecebra, qua erga altaris Sacramentum rapiebatur, in quo primum gustaverat delicias, quæ in Dei servitio percipiuntur, & gratias, quas in eodem recepit, eidem vocationis loco fuit; non dubitavit ultra, quominus Ordo Carmelitarum, in quo frequentissimæ erant communiones, locus esset, ad quem divinus vocaretur, & commodum sæpius fruendi Salvatorem suum satis valida esset ratio, ut ad hanc electionem adigeretur. Hoc pacto Deus, quem tanta charitate semper complectebatur, omnes amovit obices, qui occurrere potuissent in hac via, qua Sancta Virgo tendebat, & in qua credebat se tranquille frui posse Dei sui charitate. *Recens Auctor.*

Consanguineorum ejus vocationi Sanctæ Magdalenæ adversantibus hanc omnes mysteriosi obices infringit.

Sicuti Virgo nostra ad Regularem vitam ipsa natura duce ferebatur, ita nisi illi accidere poterat molestius, quam funium parentum consilium, quo illius nuptiis tradendæ conceperant. Tunc quintum supra decimum agebat annum; ejusque virtus erat in causa magis, quam virginis venustas, & opes, ut a pluribus in uxorem depoceretur. Neque fuim illi consilium aperire distulerunt consanguinei; statim ac eduxerunt illam de monasterio, in quo tanquam alumna servabatur, quid de illa cogitarent, & de optimo conjuge perquirendo testati sunt; coegerunteque virginem, ne dissimularet studium illud, quo ad regularem vitam ferebatur, & votum, quod nuncupaverat, se non alium, quam Jesum Christum in sponsum habituram. Verba nisi sunt artibus, ut illam de sententia dimoverent; verum cum illa insigna essent pietatæ, precibus, & lacrymis Magdalenæ sibi cedendum esse putaverunt. Hoc pacto evertit omnes obices, quos a genitoribus, extentisque hominibus poterat invenire. Non ambigitur quominus sanctæ hujus Virginis vocatio a Deo fuerit profecta; quapropter illi integrum fuit non solum Regularis vitæ statum amplecti, sed etiam Ordinem, quem maller, eligere. *Recens Auctor.*

Voti fui compotem facta. Religionem ingreditur Carmelitanam.

Voti sui se compotem nacta est, ubi per genitores suos licuit illi Religionis statum amplecti; Speciosissimis ergo se ornat indumentis in Cœnobium reditura, ut fine ulla exceptione sese totam devoveat Deo, simulque omni-

omnibus fæculi pompis abrenunciet. Vosmet vobis fingere poteſtis, quam bilari, lætoque vultu illam Carmelitæ Sanctimoniales exceperint, & quos Magdalena lacrymarum imbres in exultantis lætitiæ argumentum effuderit. Serum nimis illi videbatur abſicere mundum mulichrem, qui eo gravior illi videbatur, quo diutius differebatur eidem momentum illud ſeſe cum Sanctis Filii Dei Sponſis conjungendi. Abjecit ergo dicto citius hunc vanitatis apparatum, nihilque retinere volens eorum, quæ in ſæculo geſſerat, ipſum etiam abjecit Catherinæ nomen, quo hactenus appellata fuerat, ut illud Magdalenæ aſſumeret, nolenſque ulterius nec videre quemquam, neque a quoquam videri extra clauſtra, clauſtra ipſa ſibi in ſepulchrum convertit, ubi quodammodo voluit tumulari. Propriæ voluntatis ſuæ ſacrificium acceſſit externori rerum omnium expoliationi; & licet cum adhuc eſſet in mundo, diuturnum, & laudabile aſſecuta eſſet habitum inſignes auſteritates patiendi, ac plures horas in orationibus tranſigendi, ne momento quidem hæſit, ubi ad communem Novitiarum vitam fuit redigenda. Subjecit regulæ propriæ pietatis exercitia, & nihil ſingulare in ſe videri paſſa eſt. Nullus unquam syro majori cum fervore incepit, & nullus eodem temporis intervallo tantum profecit. Devotio ejus, intima cum Deo conjunctio, ſumma in rebus omnibus integritas ac fides, & mortificatio intra ſex menſes abſolutiſſimum Sanctimonialis protocypum illam conſtituerunt. Virtus ejus ad deſperationem adducebat ſeniorum fervorem, & Sancta noſtra adhuc novitia propoſita erat tanquam perfectionis exemplar, quod omnes imitarentur; ipſa vero quotidie ad ſacrificii ſui conſummationem anhelabat. *Auctor retens; & P. Croiſet in Aſceticis.*

Quanti ſtatim hæc faceret Religionis ſtatum. Diſtat amoris ardor illam primis ipſis profeſſionis ſuæ momentis videtur abſumere.

Nulla unquam Sanctimonialis æquiorem, aut ſuhlimiorem Regularis ſtatus conceptum aluit: Sancta noſtra plures ſingulis diebus deoſculabatur Monaſterii ſui parietes, & dicere conſueverat, ſi omnes intelligerent ſuavitatem, felicitatem, & ſtatus hujus bona, univerſum Terrarum orbem brevi ad ſolitudinem redactum iri. Cum tantopere concupitus tandem illuxit profeſſionis emittendæ dies, quoniam Dei amore fuerit ſuccenſa, verbo ſignificari non poteſt. Ad plures horas in extaſim rapta fuit; quod tamen non aliud fuit, quam præludium gratiarum admirabilium, atque frequentium, quibus deinceps eam cumulare divinæ placitum fuit voluntati. Duobus proximis poſt profeſſionem elucitam annis, pauci exceſſerunt dies, quibus ad quatuor, vel ſex horas in extaſim non raperetur. Videbatur nonnunquam immobilis, oculis vel in cælum ſublatis, vel in Crucifixi imaginem defixis, facie divini amoris igne inflammata, ridenti, ac ſuavi oris habitu, qui ſatis internas, quibus affluebat, animi delicias teſtabatur; & lacrymæ, quas in teneris hujuſmodi raptibus ubertim effundebat, ſatis oſtendebant, quam inflammata eſſet divini illius amoris igne, quem Salvator in terras attulerat. *Idem.*

Gratias agit Deo qui illam e ſæculo eduxerat in tutum Religionis aſylum.

Quinam fuerunt incomparabilis noſtræ Magdalenæ ſenſus erga Deum propter gratiam, quam impetraverat, ut in reliquum vitæ ſuæ ſpatium ſeſe poſſet divinæ Majeſtati devovere, & in terris vitam prorſus cæleſtem ducere illi ſimilem, quam Beati ducunt in Cælo, & hic in terris contemplari divinas perfectiones; quemadmodum eas illi contemplantur in Cælo? Ut inquam poſſet funeſtam corrupti ſæculi contagionem fugere; evitare pravotum exemplorum laqueos & ſocietates æquo liberiores, ubi torrens conſuetudinis ipſos etiam Libani cedros trahit, quæ altius radices jecere; videlicet magnas animas, quibus nihil metuendum ſibi videtur eſſe a mundo, & a dæmonibus. Vix Sancta hæc virgo vota ſua nuncupavit, cum ſeſe obtulit Deo victimam, offerendo illi corpus ſuum tanquam hoſtiam viventem, ac beneplacentem, mentem & cor ſuum tanquam holocauſtum; voluntatem ſuam tanquam ſacrificium, quod obedientia illius jugo fidei, regulæque ſuæ illi acceptabile debebat efficere. Quamam vos manet pœnitentia, vos, inquam, qui ab ineunte ætate a Domino vocati negleſtis benevolis ejuſdem invitationibus reſpondere? Quot lapſus, quot mala effugiſſetis? Quos immo bonorum operum theſauros in diem manifeſtationis collegiſſetis? Verum quomodo nam hæc jactura farciri poteſt? Saltem admiramur, ne amplius abutamur gratia, immo ut eadem utamur impoſterum; niſi in caput noſtrum Dei iram irritare velimus, qui per nimiam, abſit invida verbo, indulgentiam adhuc nos licet rebelles ſuſtinuit. Verum ut ad propoſitum, a quo receſſiſſe video, revertar; videamus quonam animi grati ſenſu B. Magdalena Deo gratias egerit, eo quod illa ad Religionis ſtatum ſuiſſet evocata. Quibus beneficiis me non cumulavit Dominus meus, ajebat illa, ex quo mihi Religionis ſinum aperuit? Recentem obtinui nativitatem; profeſſio mea mihi fuit alter baptiſmus. Honorem hunc nacta ſum, ut recenſita fuerim in albo fidelium Sponſarum Chriſti Jeſu, quæ per vocationis ſuæ gratiam vocantur antonomaſtice, populus electus, gens ſancta, populus acquiſitionis. Sum ex numero Virginum, quas S. Cyprianus pulchriorem purioremque florem Eccleſiæ nuncupat: oculi, corpus, omnea ſenſus mei per conſecrationis gratiam ſanctificati ſunt. Quot gratiarum actiones mihi tribuendæ ſunt tibi Domine, ob tot tantaque bona, quæ in me conſulliſti, antequam de te cogitarem? Urinam illi vel unicum vitæ meæ momentum ſatis digne poſſem impendere! *Auctor Retens.*

Sancta noſtra ſe in ſtatu ſuo tanquam in Calvario conſiderat.

Via vota ſua emiſerat S. Magdalena de Pazzi, cum ſtatum ſuum aſpexit, tanquam vitam crucifixam, atque Calvarium, ubi crux tantum illi erat inquirenda; & cum juxta Ordinis conſuetudinem Sacerdos in manibus ejus inſeruit crucifixum, ſanctimonialibus ea S. Pauli verba canentibus, *mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini*, adeo validam in ſemet experta eſt illecebram crucis ferendæ, & ardens adeo patiendi deſiderium, ut deinde ſemper perhorruerit omnes ſenſuum voluptates, neque aliud cupient niſi Deum crucifixum, cujus imago fere ſemper præ manibus illius verſabatur, quam oſtegebat, & ad quam inceſſanter converebat orationem cum ſenſu pietatis, & gaudii; ea quibus liquebat, illam non ſolum in hoc gloriam ſuam conſtituiſſe, verum etiam omnem lætitiam, omnes delicias, & unicum votorum ſuorum objectum. Quid poſt hæc a me vobis dici expectatis de illius auſteritatibus? quando quidem ab illis quæ aliquid in ipſam haberent auctoritatis hoc petebat unum, ut in mortificationibus exerceretur. Nam quamvis Ordo ille, quem fuerat ampleæa, nulli cederet auſteritate; domus, in qua degebat, diligentiſſime regulam obſervaret; deſiderium, quo ſancta noſtra crucea optabat, explen minime poterat. Nolebat, immo victitare non poterat, niſi arcto pane, & aqua brevi; & hoc admirabile jejunium, quod Dei Filio auctore ſuſceperat, & quod ad ejus imperium in omne vitæ ſuæ ſpatium produxit, ſatis oſtendebat ab eodem eſſe profectum: nam non ſine manifeſto miraculo compertum eſt, licet omnes adhiberentur artes, & illa ipſa conaretur, ut morem gereret illis, a quibus uti jubebatur communi obſonio, nunquam ſtomachus illius hoc valuit ſuſtinere; quæ victus ſingularitas, quam pleræque re adhuc integra probare non poterant. facta eſt neceſſitas illi permittenda. *Auctor Sermonum in omnia argumenta Oct.*

Perpetuum ejus jejunium.

Cum Sancta Magdalena omnibus excogitabilibus ſe ſe exerceret auſteritatibus, nihil intentatum reliquit, ut ſæcularem obtineret nudatis pedibus incedendi. Acriter illi obſtitum fuit, ſed ubi compertum fuit, illam non poſſe aliter proferre pedes, nervi quippe illius contrahebantur, ſimulac communibus utebatur calceamentis, permittendum illi fuit, ut nudis pedibus incederet, & adoranda eſt providentia Dei in Sancta hac, in cujus gratiam miracula operabatur, non tantum, ut magis magiſque pateretur; ita ut cum Job dicere poſſet, *mirabiliter me crucias*; verum etiam ut capleret ardens illius deſiderium propius imitandi Salvatorem ducendo vitam prorſus crucifixam. Neque majorem in veſtibus ſuis mollitiem quæſivit. Cum enim ſibi delegiſſet abjectiſſimum domi totius indumentum, adhibebat etiam aſperrimum cilicium, quod non abjiciebat, niſi ut corpus ſuum ferreis catenis diſcerperet, ac zonas adhiberet acutis præfixas aculeis, qui altius corpori infigebantur, & quæ ſæpe eacitabant in illa memoriam cruentæ ſtagellationis Salvatoris ſui; cumque Sanctimoniales ſodales ejus prohibere adnitebantur ne adeo crudeliter ſæviret in corpus ſuum, tunc etiam cum aliis præerat, hoc unum reſpondebat: Sinite me pro meis ſceleribus pati. Per humilitatem ſe ſe tamquam omnium nequiſſimam cogitabat, quamquam nunquam lethaliter Deum læſiſſet; ſed Dei Filius, qui illam paſſionis, & crucis ſuæ cupiebat eſſe participem, nihil aptius inveniebat, ut illam ad amoris ſui divini perfectionem attolleret, & ipſe illi viam indigitabat, per quam illuc erat perventura. Igitur ut inſignis hæc virgo propius adhæreret Jeſu Chriſto, vitam agebat crucifixam, complectens omnes mortificationes, & auſteritates, cum illi faris eſſe non poſſent ex, quæ in Sancto illius Ordine exercebantur. *Recens Auctor.*

Tota vita pedibus nudis incedit, & in ambitu monaſterii nudis pedibus exercetur.

Jeſ 10.

Magnæ mortificationes Sanctæ Magdalenæ.

Cum illi, qui Deo ſe ſe penitus devovent inde ſumere initium conſueverint amorem ſuum eidem teſtaturi, ut bellum ſuis corporibus indicent, ſibi ſenſuum voluptates interdicendo, & carnem ſuam auſtera pœnitentia mortificando; hic idem Sancti Amoris fervor ſanctam noſtram ad pios impulit exceſſus, qui fere omnem ſuperant fidem. Initium duxit a graviſſimis quibuſcumque auſteritatibus, & niſi acceſſiſſet moderamen eorum, qui animæ ipſius regimini præerant, quorum voluntas apud illam divinæ voluntatis locum tenebat, ab extremis quibuslibet minime abſtinuiſſet. Superius jam me dixiſſe puto, illam, eum adhuc paterna in domo verſaretur, duodecimum annum agentem, meditantem Salvatorem ſuum ſpinea redimitum corona ex tunc indignum exiſtimaviſſe Chriſtiano, ſe non præbere ſimilem ei, quem adorat; & uſam ſubo, quem invenit, ad caplendam ſuam patiendi ſitim, ſibi coronam intexuiſſe præter propter illi ſimilem, quam in Crucifixi capite videbat; eamque capiti ſuo impliciuiſſe, ac inferuiſſe, ita ut illud cruentis vulneribus fauciaret. Noctem totam tranſegit inter graviſſimos dolores, quos hæ ſpinæ capiti inferebant illi incumbenti; & Dei amor nunquam magis induſtris vifus eſt, quam in artibus illis, quas ſancta hæc puella excogitabat ad animi cupiditates mortificandas; ubique enim ſemper aliquod Sacrificii argumentum inveniebat. *Ex variis Auctoribus.*

Pazzi, quæ a Deo petierit Magdalena.

Deus, ut Sanctæ hujus Virginis periculum faceret, eamque tanquam aurum in fornace emundaret, voluntaria ejusdem mortificationibus addidit morbos graviſſimos, & acutiſſimos, qui juge illi pepererant martyrium, ac tremenda ineffabilia ad patientiam, atque conſtantiam illius exercendam. Sed in hoc amor illius erga crucem illuxit; mutavit enim S. Thereſiæ effatum, quam traduxerat Deus per eadem tormenta, & quæ eum eadem diceret, *aut pati, aut mori*, concupiſcebat ferre crucem, ac diutius pati pro illo, qui eam ab æterno liberaverat ſupplicio; *pati, non mori*. Neſcio utra ſit generoſior ſententia. S. Thereſia non aliam in hac vita felicitatem eſſe putabat, quam pati; ideoque ea quo pati ceſſavit, mori petit; ſed S. Magdalena de Pazzi intelligens maſtimabile paſſionum pretium, metuit, ne mors immaturæ nimis hanc illi invideret felicitatem. Se ſe offert in æternum uſque judicii diem tormentis hujuſmodi perferendis pro ſceleribus, quæ in mundo geſſabantur. S. Thereſia mortem ſpectabat tanquam præliorum ſuorum finem, qui patientiam ipſius erat coronaturus; & Sancta noſtra quærit pœnarum ſuarum perennitatem. Illa mortem tanquam maximum bonum reſpiciebat; hæc tanquam minus bonum, ſed ſub varia ſpecie, quæ in utraque parem crucis amorem oſtendit. *Aut pati, aut mori*, dicit illa; altera vero *pati, non mori*. Verum quin audeamus aliquid ſtatuere de merito harum virginum, quæ duo extorſerunt patientiæ miracula; dicamus licet magnæ ſint mortis illecebræ apud Sanctas animas, quæ cum S. Paulo diſſolvi cupiunt, & eſſe cum Chriſto, Sanctam noſtram maluiſſe cum illo, & propter illum pati, quam ejuſdem aſpectu frui; & perinde ac illi amabilior videretur patiens in cruce, quam glorioſus in Cælo, ſibi mortem differi cupiſſe, ut diutius particeps fieret crucis, & paſſionum illius, cum reliqui vulgo illis finem fieri concupiſcant. Itaque extremos dolores, quos pertulit, & qui miraculo propiores eum humani vſi ſunt, quoniam Medicis ipſa erant ignoti, ipſiſque augebantur remediis, intuiti, vix & ne vix quidem inveniemus aliquem, qui citra mortem graviora pertulerit mala; & poſſumus affirmare viam ejus juge miraculum patientiæ extitiſſe, eamque veram factam fuiſſe imaginem Salvatoris in Cruce per amorem, quem crucifigentem appellare poſſumus, per quem merita eſt, ut Salvator eidem imprimeret dolorum vulnerum pedum, manuumque furum, quin imprimeret illi notas, & ſtigmata, ut olim D. Franciſco, & Senenſi Catherinæ impreſſerat. *Auctor recens.*

Admirabile deſolationes ſpiritus, quibus Sancta hæc tradita fuit, & ſua conſtantia in patiendo.

Licet graviſſimæ fuerint auſteritates, quas Sancta noſtra exercuit in corpus innocens ſuum; licet graviſſimi exterierint morbi, quibus illam afflixit Deus, hæc omnia pro nihilo habebat, ubi hæc omnia cum afflictionibus mentis, intrinſecis doloribus, diriſque tentationibus comparabat, quibus illam probari paſſus eſt Deus. Quamadmodum pœnæ, quas ipſe Dei Filius perferre voluit in anima, tædia, mœrores, deſolationes illi majorem intulere dolorem, quam omnia ſupplicia, quibus deinceps totum ſacratum corpus illius lacerarunt: ita morbi acutiſſimi, & admirabiles mortificationes, quas Sancta noſtra ſubiit, deliciæ erant, & blandimenta, ubi conferebantur cum defectionibus ſpiritus, cum deſolatoris amaritudinibus, furentibuſque tentationibus, quas illam ſuſtinere voluit Deus, ut crucis ſuæ particeps fieret. Voluit etiam ut hæc omnia ſimul ſentiret, eehiliens illi ſenſibili, vivaque imagine Lucum Leonum, alludens ad illum, in quem olim Damel Propheta conjectus fuit, ubi illa vidit terribilem ſpeciem malorum omnium, quibus erat per quinquennium afficienda. Se ibi conſpexit tanquam dæmonum prædam, qui teterrimas induentes ſpectrorum, larvarumque ſpecies in illam irrumpere videbantur. Tunc viſa eſt oblivioſi omnium gratiarum, quibus illam hactenus cumulaverat Deus: nunc vidit ſe ad extremas ſpiritus ariditates redactam, omnia pietatis exercitia fallidientem, orationis pertæſam, omnium facultatum ſuarum, atque etiam cupiditatum generali quadam defectione oppugnatam, earum etiam quæ fœdiores ſunt, & quæ magna hæc anima ignoraverat edhuc; involuntarium ſuæ vocationis faſtidium, tentationes blaſphemias evomendi, horrentia phantaſmata, quæ nullas ei vel interdiu, vel noctu permittebant inducias; quæ omnia illi adeo terribilia, & aſſidua fuerunt, ut dubium ſuperſit, an ullum adhuc ſæviat Martyrium, & quaſi Deus ipſe cum dæmoniis ad innocuam hanc animam torquendam conſpiraſſet; hoc deliteſcente, ac regedente, nullus orationis guſtus, aut ſenſus illi reliquus erat; & ipſa etiam Euchariſtia, quæ conſuetæ ejuſdem erant deliciæ, illi in cruciatum convertebatur. Jugis timor, an Deum laſerit; utrum hoc ſibi ſupplicium promeruerit; incertitudo ipſa de conſcientiæ ſuæ ſtatu, in ſingula momenta ſexcentos illi timores ingerebant. Mens ejus jugibus de fide dubitationibus oppugnabatur; anima ſexcentis deſperationis cogitationibus turbabatur, quibus millies ſe ipſam dereliquiſſet, niſi Dei manus illam per hæc omnia traducere volentis ſuſtinuiſſet in gradu adeo periculoſo atque præcipiti. *Ex variis Auctoribus.*

Invincibilis Fidelitas & invictanima.

Si deſolationes ſpiritus, quibus Sancta hæc tradita fuit, adeo terribiles extitere; fides ejus eo fuit admirabilior, ec inſignior, & quemadmodum Scriptura narrat de S. Job, qui tot malis oppreſſus, quibus divina illum manus percuſſerat, nunquam peccavit: *Et in his omnibus non peccavit Job labiis ſuis*: Similiter Sancta Virgo ne minimum quidem impatientiæ motum præſentit; nihil de conſuetis mortificationibus remiſit, nunquam ſua pietatis exercitia interpellavit; quantocunque eorum tædio contabeſceret: ſempee Divinis præceptis obediens, ſemper eligiens cruces, quibus afflictabatur cum perfecta divinæ voluntati ſubmiſſione. Tandem vero miſertus eſt Deus paſſionum illius, & poſt adeo terribilia tentamenta, priſtinam ei malaciam, ac tranquillitatem reſtituit, ut olim fecerat cum S. Job, cumulans eam tot gaudiis, atque deliciis, quot mœroribus, angoribuſque fuerat cumulata. Ubi animadvertendum eſt Crucem illius in aliam e Deo commutatam fuiſſe; ne quod vitæ illius momentum paſſione vacuum eſſet: namque per hanc viam tanquam tutiſſimam, placuit illi ad altiſſimum perfectionis apicem Magdalenam evehere. Itaque in cruce mortua eſt, ſicuti in cruce viaverat, nihil ultra cupiens, quam perfectius, quam fieri poſſet, Salvatoris ſui Crucifixi imaginem exhibere, & hunc inceſſanter orans, ne permittere vellet, ut ipſa ex hac vita migraret, niſi poſtquam ſæviſſimis, teterrimiſque doloribus fuiſſet excruciata. Adimplevit ardens hoc deſiderium Deus permittens, ut extremum vitæ ejus triennium eſſet illi crux perennis, in qua ſuum conſummavit ſacrificium acerrimis quibuſcumque tormentis, poſtquam adorabili Altaris Sacramento fuiſſet refecta, ut hæc duo, quæ fuerant amoris ejuſdem objecta, fierent etiam mortis ſolamen, & validiſſima duo argumenta ſpei ipſius, quæ poſtquam ardentiſſimæ charitatis jaculis cor ejus confoderant, in Cælo inter beata Seraphim eam collocarunt. *Auctor Sermonum in amoris argumenta.*

Magdalenæ amori ſolitudinem & receſſus.

Cum mihi admirabilis hujus Virginis virtutes referendæ ſint, initium ducam a ſolitudinis, ac receſſus amore. Spiritus ſolitudinem cum ſolitudine corporis addidit, & pec interiorem hanc ſolitudinem, anima ejus ab omnibus expedita ſenſuum imaginibus, ab omnibus creatis objectis emundata, ac de uno Deo ſollicita, ſpiritus illius ſemper erat in Cælo, licet corpore adhuc verſaretur in terra. In deſerto Patriarchæ Jacob myſticam vidit ſcalam, cujus vertici incumbebat Deus, & per quam Angeli de Cælo deſcendebant in terram, & de terra aſcendebant in Cælum. Ita in claſtri ſui ſolitudine ſuave cum Cælo commercium fovebat; ibi Deus in Magdalenæ cor deſcendebat, & Magdalena in Dei ſinum uſque attollebatur. Jugibus affatibus Deus ad cor illius loquebatur, & Sancta crebris deſideriis inceſſanter ad cor Dei loquebatur. Quam jucunda & ſuavia erat huic animæ magnæ habitatio! Omni carens ſenſu rerum omnium, quæ erant circa illam, Deum unum cogitabat; de Deo erat ſollicita, qui erat in illa. Domine, ajebat illa, quid mihi corporis ſolitudo prodeſſet, ſi mentis ſolitudo deeſſet? Votum emiſi perpetuam ſervandi clauſuram, at votum ne ſervarem, ſi mentem meam hac illuc vagari per orbem, ac ſexcentis objectis, aut alias viſis, aut animo conceptis permitterem? & ſi a ſæculo per meam profeſſionem ſemota ad illud cogitationibus, atque cognitionibus reverterer, haccine vita eſſet, per quam tibi edhæverem? Si Mater tua te Intee cognatos, & notos minime invenit, quomodonam ego te meos inter inveniam? Per ſanctas id genus cogitationes Magdalena incomparabilis ſemper magis magiſque in ſolitudinis amore ſe confirmabat, & in perfectione proficiebat. *Auctor recens.*

Eius intentio ſemper recta fuit & in Deum tendens.

Cum unica Sanctæ noſtræ voluptas ſempee eſſet, perfectius quam fieri poſſet Dei voluntatem facere, ſemper rectam habebat intentionem in iis omnibus, quæcunque faceret, diceretque, & ardens deſiderium ea faciendi, quæ divinæ Majeſtati magis eſſent accepta. Antequam extremum obiret diem hoc illis, quæ aderant ſignificavit: illis quippe teſtata eſt, gratiam, quam eniatius Dei Filium flagiteverat, ſemper eamdem fuiſſe, videlicet edimplendi voluntatem illius: Noſti Domine Deus meus, me ab extrema uſque pueritia ad hanc diem ſemper flagraſſe deſiderio placendi tibi, & faciendi coram te omnia opera mea. Ee pura hac, rectaque intentione ſemper placendi Deo, peccati horror proficiſcebatur: quandoquidem hæc anima magna erat adeo pura, ut ne minimum quidem aliquid pati poſſet, quod Deo vel tantillum poſſet diſplicere. Palam etiam totis ertubus contremiſcere videbatur, eum mortale crimen de nomine audiebat appellari, tantoque horrore corripiebatur, ut teſtaretur ſibi pruriginem eſſe exclamandi, quaſi vidiſſet ſpectrum aliquod teterrimum, vel monſtrum ex abyſſi viſceribus egreſſum. Plures teſtata eſt, ſe intelligere non poſſe quomodo fieri poſſet, ut eſſet fidelis ita impius, & infelix, qui de Deo lethali noxa offendendo cogitaret. Decimoquinto ante obitum die hæc protulit verba; mundum relinquo ignorans adhuc quomodo creatura enimum adjicere valeat ut Deum mortaliter lædat. Ex quibus facilia patet conjectura, quam rectæ ſemper ſuo vitæ ipſius ſpatio fuerint intentiones illius. *Ex Sanctæ vita.*

Amoris erga Sanctæ noſtræ in Deum.

Sancta Magdalena de Pazzi ingenti flagrabat amore efficiendi, ut Deus Salvator ſuus ab omnibus cogno-

Digitized by Google

fceretur, & amaretur. Quo eodem igne fuccenſus erat S. Paulus, cum cupiebat eſſe anathema pro fratribus ſuis. Hoc telum eſt divinæ charitatis igne inflammatum, quo Sanctæ noſtræ cor fuit tranſverberatum, & quod tantum in ea fervorem accendit, ut ſui non compos, omnes ſtupiditatis nomine inſimularet, per omnia domus loca diſcurreret, omnibuſque viribus exclamaret: Venite animæ ad Dei imaginem factæ, venite ad amandum Deum, qui tantopere vos dilexit! Modo per hunc ipſum actu, & fervoris exceſſum, optabat ſibi ſtentoream vocem ut in quatuor mundi plagis exaudiretur; atque ut cogeret mortales omnes ad illum diligendum, qui illos tanto ardore dilexit. Sibi etiam ſingularem loquendi rationem concinnaverat, Deum amoris ſui nomine appellans, & per ſanctum quemdam impetum, qui effeciſſet, ut pro alia a ſe diverſa exciperetur, niſi alioquin cognita fuiſſet, Dei Spiritus illam ita poſſidebat, ut minime poſſet cohibere ſuſpiria, neque prohibere, quominus erumperent, aliquando etiam coram omnibus, qui cum ſtupore, ac reverentia audiebant illam hæc repetentem verba, quam parum cognoſceris! quam parum amaris! Si tibi deeſt, ubi quieſcas; ad me veni, ego te excipiam. Et mox remurmurans Salvatorem ipſum dixiſſe, ſe ignem in terram tuliſſe, ut totum terrarum orbem ſuo amore inflammaret, & illi nihil optatius contingere poſſe, quam omnium corda eodem flagrantia intuen: Sancta facem hanc quocunque inferre cupiebat, & ſæpe profeſſa eſt, ſe optaſſe millies in ſingulos dies obire mortem, ſi efficere poſſet, ut Deus amaretur. Hoc tamen ut plurimum dicere conſueverat coram Euchariſtico Sacramento; quo ſumpto ſe ſuo fervore ſinebat rapi, & cogitans Domini corpus infinitis ſimul in locis multiplex factum, ut omnibus ſimul hominibus uno eodemque momento conferri poſſet, & in eorum ingredi corda, immenſam Dei charitatem, & indignem tot bonorum, gratiarumque profuſionem admirabatur; neque ſe ſe colligere poterat, cum meditabatur, per admirabilem hanc divinæ Sapientiæ adinventionem Salvatorem quodammodo reddidiſſe corpus ſuum æque fere immenſum ac Divinitatem, ſed dolore tabeſcebat, & nullo refici poterat ſolatio, ubi videbat illum non ab omnibus diligi. Hac mente preces omnes offerebat; omnes pœnitentias & mortificationes ſuas dirigebat, ad peccatorum omnium converſionem, ut Deo placeret eorum corda ſancta ſua charitate inflammare. *Auctor Sermonum, in omnia argumenta.*

Gratiæ & admirabilis bonæ, quibus a Deo fuit cumulata. *Ad Cor. 2.*

Sancta noſtra taliter erat in divinum amorem transformata, ut unum dumſaxat videretur habere ſpiritum cum Jeſu, & de ejus vita vivere. Ita S. Paulus teſtatur, Beatos in Cælo in Deum transformandos eſſe per vim amoris, quo illum proſequuntur: *In eandem imaginem transformamur.* Quamquam felicitas hæc Cælitibus tantum ſit reſervanda, nihilo ſecius in hac quoque vita imagines quædam occurrunt in Sanctis nonnullis, qui communem excedunt ſanctitatis gradum; & idem S. Paulus hoc pacto aſſerebat, Jeſum Chriſtum in ipſo vixiſſe, & effeciſſe ut ille prorſus divinam viveret vitam. Neſcio vero, utrum aliquis diutius, aut familiarius hac uſus fuerit felicitate, quam incomparabilis Magdalena de Pazzi, quæ jugiter ferme rapta erat in Deum per amorem hunc transformantem, quem Salvator ipſe illi revelaverat, a ſe communicari illis, qui digne communicabant. Nam perinde ac illa jam eſſet in Cælo, & in divinitatis ſinum ingreſſa, cum adorabili Salvatoris eſca reficiebatur, immo eum ad communionem recipiendam ſe ſe præparabat, repenta mutabat oris habitum vocis tonum, agendi rationem, ſpiritum quoque, & cogitationem; atque ſenſus adeo ſublimes eructabat, quos non niſi Dei Spiritus illi ſuggerere poterat. Oculi ejus ita nitebant, facies ejus ita flagrabat, ut nemini dubitandi locus eſſet, quo magis cerneret non vulgare aliquod objectum, quo ſpiritus omneſque ſenſus illius erant occupati. Viſa eſt quatuor dies integros in hoc ſtatu, qui paſſim incipiebat quotidie mane ex quo ſacris ſe reficiebat myſteriis, reliquumque diei ſpatium vigebat cum ſtupore non ſolum Sororum omnium, verum etiam celeberrimorum Doctorum; qui portentum hoc nonniſi ardori, ac vi amoris divini acceptum referre noverant. Hæc erat ſpecies quædam obſeſſionis Spiritus Sancti, Prophetarum invaſioni perſimilis, & prorſus oppoſita illi, quam tenebrarum Spiritus uſurpabat in Energumenos, quos ſubditis violentiſque motibus agit, & ex quorum ore ea profert, quæ in omnibus ſient admirationem. Sed in raptibus Sanctæ hujus, qui Divini Spiritus obſeſſiones poſſunt nuncupari, duo erant miracula; alterum quod citra illam ſenſuum ſuſpenſionem, quæ in alienum extaſi evenire ſolet, Sancta hæc ageret, interroganti reſpondebat, muneribus ſuis fungebatur; ſed eo modo, cui aliquid ſuper naturam intereſſe videbatur. Etenim in operibus ſuis, qualia erant aliquot pias imagines pingere, & in altarium ornatum coloribus aliquid concinnare; licet data opera clauderentur feneſtræ, in tenebris producebat opus æque omnibus numeris abſolutum, ac ſi plena in luce verſaretur. Præterea cordium ſecreta rimabatur, futura vaticinabatur, & eo ioquebatur, modo, quo omnium mentes commovere, omniumque corda mulcere poſſet. *Auctor Anonymus.*

Si magna hæc Virgo ita divino flagrabat amore, ut ſæpe extra ſe rapta videretur, mirum eſſe non debet, ſi tanta erga proximum charitate fuerit ſuccenſa. Omnes ejus cogitationes illuc ſpectabant, ut aliquam inveniret viam procurandæ ſalutis animarum, pro quibus Salvator ſuum effuderat ſanguinem. Hic illi, ut S. Thereſiæ olim, apparuit, eique oſtendit eximium decorem animæ in gratia exiſtentis; quæ res in anima ejus talem incendit ardorem pertrahendi peccatores ad Deum, & eorum converſionem procurandi, ut præ languore contabeſceret. O utinam liceret mihi, ajebat illa, Indias luſtrare, vel Turcarum domos, ut eas gentes docerem illa, quæ ſcire poſſum de Sanctis Religionis noſtræ myſteriis; omnes labores, omnes cruciatus deliciæ mihi viderentur. Cum vero per ſtatum ſuum atque ſexum minime liceret ardens hoc ſalutis mortalium omnium deſiderium, Deo omnes offerebat pœnas, & mortificationes, quas ſibi irrogabat pro ſalute proximi: juges offerebat Deo preces, ut miſereri vellet peccatorum; præſertim vero eo tempore, quo furunt bacchanalia, quo omnes fere mortales jus eſſe ſibi putant in omne ruendi licitum, in anteceſſum ſubſequentis Carnis privii pœnitentiam reparaturi. Sancta hæc anima dies noctesque traducebat inſomnes, ingeminabat auſteritatis ſuæ pœnas, ut quomodocunque ſæculi amatorum vitia expiaret. Aliquando Crucifixi imaginem arripiebat, & divini amoris igne ſuccenſa: Domine, ajebas, voluiſti in cruce mori, & pro peccatoribus ſanguinem effundere! placeat tibi, ut & ego meum pro eorum converſione effundam! Ira incomparabili Magdalena in igne charitatis ſuæ aliquod inquirebat ſolatium languoribus animæ ſuæ. *Ex Sancta vita.*

Quomodo Magdalena obiret omnia religionis munera.

Prolixi nimium operis, ac laboris eſſet ſingillatim perſequi velle omnia officia, minutaſque ſtatus religioſi circumſtantias; ſed ecce quid ipſa dixerit de Sororibus ſuis, ex quo ſatis liquebit quonam ardore omnia, quæ ad ſtatum ipſius pertinebant, adimpleret. Præcepit mihi divinus Magiſter, ut ſumma cura, & vigilantia, fartam tectam tuarer cordis mei puritatem atque ſimplicitatem; adeo ſublimem ingeſſis mihi conceptum meriti virginitatis, ut illum dicendo nequeam ſignificare; juſſit quidquid facerem, id me facere, tanquam ſi extremum eſſet opus vitæ meæ; voluit, quidquid fieret ab aliis, me ignorare, & iis vacare ſolum, quæ pertinent ad me; præcepit, ut ſemper mihi conſtem, ut par ſemper, & immutabilis ſim; ut magnam præ me apud omnes feram lenitatem, & ne uniquam verbum proferam, quod aſſentationem ſapiat, aut vanitatem: ut ſemper Sororibus meis me præbeam charitate, ac benevolentia plenam, compatientem, & ea omnia quæ valeo, illis præſtem officia; ut me tanquam omnium noviſſimam, & ancillam geram; ut leviſſima, quæque munera, minimaſque regulas maximi eſſe momenti putem, & ampliſſimam virtutem in eo ſitam eſſe, ut ſedulo, & ad apicem impleantur, ut de iis, quæ intra me aceiduns, non niſi cum iis, quibus creditum eſt vitæ meæ regimen, verba faciam; ut non alium voluntatem habeam, niſi divini præceptoris mei voluntatem, & quinam a Salvatoris paſſione oculos, mentemque dimovesm: Denique ut ſemper divinam eſuriam Euchariſtiam, & recenti ſemper guſtu ad illam accedam, ut intra viginti quatuor dierum ſingulorum horas tricies, ac tec viſitem Sanctiſſimum Sacramentum, niſi aliter me facere jubeat obedientia. Ex his Sanctæ verbis colligere ſatis eſt, quanam cura minima quæque ſervares ejus ſtatus officia, ad quam Deus illam evocaverat. *Ex Aſceticis operibus P. Croiſet.*

Sancta abjectiſſima quæque monaſterii officia appetebat.

Magna Sancta hæc taliter Monaſterii munera ambibat, ut enixe ſibi viliſſima, & abjectiſſima domus officia deposceret, quibus ſumma fide, & inexplicabili alacritate perfungebatur. Interdiu, noctuque ægrotantibus aſſidebat, quibus humiliima præſtibat officia. Voluptas illius erat converſis obedire Sororibus, & ſe tanquam earum ancillam arbitrabatur. Omnes autem Sanctimoniales ita reverebatur, ut ſe crebro proſterneret earum veſtigia daoſculatura. Charitas, mortificatio, & humilitas major invenirı non poteſt. Licet adhuc adoleſcentulæ præcipua domus illi deferebantur officia. Magiſtra fuit Novitiarum dignſſime, ac tandem totius Communitatis Prioriſſæ Vicaria. Satis commendari nequit ejus vigilantia, ſedulitas, prudentia, lenitas, & charitas, qua obiit diverſorum horum munerum officia; & oſtendit quomodo regulari in domo celeriter pietas, ac ſervor refloreſcas, cum qui eam moderantur, illam exemplis melius, quam verbis erudiunt; & omnia ad rectæ inſtitutionis normam dirigi, cum, qui præſunt ſunt Sancti. *P. Croiſet in Aſceticis.*

Non omnes gratiæ, quibus Sancta ornata fuit, cuiquam nota ſunt.

Quin hoc loco verba faciamus de inſignibus, ac ſere innumeris gratiis, quibus incomparabilis Magdalena affecta fuit a Deo; nonnullas afferam, quas pauci ignorant, & ex quibus judicium ferri poterit, quanta dilectione illam dignatus fuerit Deus, & ad quem eminentem charitatis gradum fuerit ſublata. Diebus illis, qui merito dies tenebrarum appellari poſſunt, & qui carnis privium præcedunt, quibus Mundus omnibus ſe ſe flagitiis ingurgitat, & quibus non pauci, alioquin ſatis frugi, & minime abnormes, quadam veluti contagione ducti inſanientium exemplis trahuntur: his in quam

Charitas Magdalenæ progreſſus.

quam diebus moris eras ea in domo, ubi Sanctimonialis noſtra degebat, ſuppliextionem habere, ad ſarciendam, quoad fieri poterit, injuriam, quæ Deo per ſæculi effrænem libidinem ac intemperantiam inferebatur. Dum pia hæc haberetur cæremonia, Magdalena in extaſim rapta fuit, in qua Chriſtum Dominum vidit, qualem Pilatus populo oſtendit dicens; *Ecce homo.* Sancta hæc sunc graviſſimo dolore affecta, Jeſu! exclamavit, cur mihi non datur ſubire in locum tuum, ac pro te pati tot irriſiones, & probra, tot contumelias, atque blaſphemias, quas pro me, & inſipienti hoc populo pateris? & paulo poſt viſa fuit manus, aliquid veluti excepsura, protendere, & mox in crucis formam ante pectus decuſſare, quaſi tem acceptam inter amplexus ſuos ſervatura; quæ, ut creditum fuit, omnia fueruns Dominicæ Paſſionis inſtrumenta, quandoquidem ſingula deinceps nommavit. Poſt breve temporis intervallum magno tremore correpta fuit, & prorsit in terram ſignificans quodammodo ſe maximis doloribus victam. Alia vice eum jampridem Sancta hæc videre concupiſſet Dei Filium ex intemerato Parentis ſuæ ſinu prodeuntem; hoc in ſtatu eidem apparuit, & mox inter illius ulnas exceptus aliquantiſper mahſit, eamque ineffabilibus deliciis, & gratiis replevit. Item in ſancto Pentecoſtes pervigilio, cum adeſſet in choro, & Sanctimoniales, *Te Deum* concinerent, Magdalena rapta fuit, & immota, ac tacens permanſit uſque ad Officii finem, cum facies ejus ſubextaſis intima expalleſcena, & exanimi ſimilis, repente illuxit, & protulit ſenſus admirabiles cum textibus Sacræ Scripturæ, ita rebus, quæ ab ipſa dicebantur, congruentibus, ut Sorores quodammodo præſermonum ejus præſtantia raperentur. Illa nonnunquam dem integrum in hujuſmodi raptibus perſeverabat; aliquando etiam biduum ſine interpellatione, nonnunquam etiam quatriduum cum interjectis noctibus: & quotidie fere poſt communionem ad quinque, vel ſex horas rapiebatur; ac ſemel, quod maxime mirum eſt, ad octo dies, totidemque noctes in hoc ſtatu permanſit, exceptis tamen in dies ſingulos horis duabus, ut aliquid alimoniæ caperet; & in hujuſmodi raptibus aſſidue de rebus divinis loquebatur, idque tanta eloquentia, ut ſatis admirari nequeamus Dei bonitatem, qui ſimplici Sanctamoniali adeo ſublimia lumina communicavent. Illud vero ſtuporem ciet, quod omnes hæ inſignes gratiæ, extaſes, raptus, quin effens incompatibili huic Virgini conſolationis argumenti, illi erant e contra crucis, & paſſionis acceſſio; idque, ut procul dubio ſimillima fieret Celeſti Sponſo, qui quoad vixit in terris, non niſi amaritudinis hauſit, atque cruciatus. *Auctor recens.*

Ejus obitus.

Inſtas jam celeberrimus triumphi Magdalenæ diex. Ejus dolores, ac morbi in dies ſingulos ingravaſcentes eam ad ſummam redegerunt inopiam, & vix intelligi poteſt, quomodo corpus adeo delicatum tot malis, iiſque ſimul omnibus reſiſtere poſſet. Extrema ejus ægritudo illorum auxit vim. Toto corpore teterrimis afficiebatur doloribus, quin vel minimum recipere poſſet ſolatium, ita ut tandem decumbere coacta fuerit; cumque aliquæ ex Sororibus ſuis illam ſublevare contenderent, dixit illis, non decere, ut de Cruce deſcenderet, ac ſe in illa ſpiritum emittere velle. Unicum Euchariſtiæ Sacramentum ad aliquod breve temporis intervallum ſolutio fuit malis ejus. Sed tandem eorum impotentiæ cedendum fuit, & corpus hoc tenerum, ac innocena, beata hæc victima abſumpta fuit, non tam cruciatibus, quam flammis divini amoris, & Creatoris ſui animum reddidis. *P. Croiſet in Aſceticis.*

Fructus ex S. Magdalenæ de Pazzi exemplis referendus.

Si ea me quæritis, Fideles, quem fructum ex magnis incomparabilis Magdalenæ de Pazzi exemplis percipere poſſumus; reddam, ſicuti per duo præcipua Salvatoris myſteria in Cruce, atque Euchariſtia, ergx quæ Sancta hæc ſanto charitatis ardore æſtuabat, ad tantum ſanctitatis apicem evaſit illa; ita & nos per eadem conari debemus, ut in nobis excitata erga Deum charitate, ad tanti prototypi exemplum ſanctificemur. Cum enim perfectio, & ſanctitas in Charitate conſiſtat, quid ad hanc' ciendam potentius eſt, præſentia Dei in altaribus noſtris, & aſpectu Dei crucifixi? Altera quidam eſt formax prorſus divinæ charitatis, quo nomine illam ſancti quidam appellant; alter vero objectum, quod omnia corda dolore, & miſeratione poteſt afficere. Sed utrumque, cum nobis oſtendat exceſſum amoris, quo nos diligis, ſatis etiam valida cauſa eſt, propter quam illi omnem amorem noſtrum devoveamus. Quod ſi mutua dilectione Salvxsorem noſtrum proſequimur, amor hic efficies, ut inquiramux, & inveniamus illum in duobus hiſce myſteriis, & exprimemus duplicem hanc ſimilitudinem Filii Dei, quæ ſanctos conſtituit, Noſmes illi in hoc amoris Sacramento conjungemus, ubi aliquo modo unum & idem efficere cum nobis vuls; hic nobia erit fons gratiarum, & beneficiorum, hæc eris alimonia animæ, & charitatis noſtræ, quæ hoc pacto convaleſcet, & ad infinitum augebitur. Quam vero ſanctitatem acquirere non poterimus, per frequentem hujus Sacramenti conſuetudinem? Crebra ſui ipſius in nos immutatione non ne tandem nos in ſeipſum transformabit, qui altiſſimus perfectionis gradus eſt, ad quem Magdalena de Pazzi pervenit? Sed ſicuti Crux Salvatoris eſt noſtræ ſalutis principium; ita in Cruce noſtræ ſanctitatis conſummationem repenemus pro illo patientes, & illi certiſſima noſtri amoris monumenta præbentes. Nunquam nobis deerunt occaſiones, quas Providentia omnibus ſuggerit, ut ſemper ſanctificandi noſmet cauſas inveniamus. Hoc pacto Deus emundabit noſtram charitatem, quæ niſi hoc ſubiens periculum, nobis ſuſpicione carere non debet, & imprimet in nobis ſimilitudinem ſuam, quæ, ut Sanctus Paulus ait, efficit Sanctos quidem in terris, in Cælis autem prædeſtinatos. *Auctor Recens.*

PRO SANCTI CAJETANI THIENNÆI CLERICORUM REGULARIUM VULGO THEATINORUM INSTITUTORIS. PANEGYRICO. MONITUM.

Præſtans S. Cajetani Thiennæi erga Eccleſiam promeritum, quo Cleri reformationem, ac primæva diſciplina morem revocare ſtuduit; præſtans inquam, hoc merituin tanti momenti ſanctuario ipſi præſtitum, idque tunc temporis cum omnia in deterius prolapſa reformatoris opem præſtolabantur, ampliſſimi ſermonis luculentiſſimum eſſet argumentum. Verum cum tantum opus magnarum virtutum egeret ſubſidio, atque eſſet cum heroica conſtantia, invictaque patientia obeundum, in earum enumeratione nobis latior campus aperitur ad texendum uberius elogium magni hujus Viri, atque inſtituta ab illo Congregationis, de qua plurima in lucem prodierunt volumina.

Equidem ſcio inſignem Petrum Caraffa, qui mox Romana inclaruit Purpura, & demum ad ſupremum Pontificatus apicem evectus fuit, ac Paulus IV. nuncupatus, eandem cum Cajetano fovisſe mentem, & utrumque ſimul mutuo ſibi communicatis conſiliis, una cum duobus aliis ſodalibus virtutis eximiæ opus ſtudiumque ſuum collocaſſe in finem eundem. Sed ne quatuor pro uno fiant Panegyrici, illuſtribus tanti operis ſociis, præſertim vero Cardinali Caraffæ gloriam relinquamus, in partem acceſſiſſe ad tempus, laborum, ac miniſterii Sancti Cajetani, ac novo huic Ordini nomen, amplitudinem, & clientelam reddiſſe; & mox quatenus Pontificem maximum eundem approbaſſe, & confirmaſſe. Sanctum vero noſtrum ſemper intuebimur tanquam glorioſi hujus operis caput, ac tanquam illum, cui accepta referenda ſunt omnes victoriæ de hereticis, aliiſque Eccleſiæ inimicis relatæ, atque omnes ſucceſſus recentis Ordinis, tanquam præcipui Inſtitutori eximiæ Congregationis Clericorum qui Theatini appellantur.

PARA-

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti Systemata.

Zelus domus tuæ comedit me. Psalm. 68.

I.

Extus hic, qui affingi posset Sanctis omnibus, qui vitam Apostolicam professi sunt, & qui latius Religionis fines protulerunt, vel Ecclesiam tutati sunt, ita singulari pacto S. Cajetanum attingit, ut proprium ejus characterem constituat in ministerio, pro quo a Deo electus, & ad quod fuit evocatus. Proprium inquam characterem; fuit enim instrumentum, quo usus est Deus ad Clerum reformandum, quæ potissima Ecclesiæ pars est, juxta primorum sæculorum prototypum; & per hoc totam Christianismi faciem schismatibus, Hæresibus, & morum corruptela deformatam, reformavit; qui in re Sancti hujus zelus pro Dei domo maxime eluxit. Ut in hoc immorer argumento, quod re ipsa illum ab aliis Sanctis secernit, quorum zelus enituit in fidei propagatione, & Ecclesiæ propugnatione, ajo, S. Cajetani zelum illum impulisse ad ipsius Sanctuarii, quæ Domus Dei est, sanctificationem; etenim laboribus eum suis, tum orientis congregationis suæ effecit, ut in clero primorum Ecclesiæ temporum reflorescceret disciplina. Quod elogium licet magnum sit, atque præclarum, tamen haud ægre probaturus sum, si animadverteritis ad tantum hoc facinus opus fuisse ita eminenti virtute, auctoritate ita solide constituta, adeo firma constantia, nominis existimatione adeo præcellenti; verbo, tot tantisque virtutibus quibus incomparabilis Tiennæus præditus erat, cui gloriosum hoc opus adeo benevertit. Diutius non immorabor, ut prolixa hypotiposi ob oculos vestros objiciam miserimum statum illum, ad quem tunc temporis Clerus redactus erat; satis mihi erit generatim attingere ea flagitia, quæ irrepserant, & quæ ansam, vel causam, coloremve præbuere tot Schismatibus, atque Hæresibus, quæ sunt inferorum portæ, & quæ contra Ecclesiam prævaluissent, nisi illa providentia omnibus adversariorum conatibus superiore ductu, atque directa fuisset. Providentia, quæ excitavit hominem secundum cor Dei, qui sapienti hoc usus est Ministro, ut illam tueretur, ac sustineret. Vir hic admirabilis, dicam iterum, est incomparabilis Cajetanus, qui zelo domus Dei succensus, horum flagitiorum vim retardavit Sanctuarium refingens: *Zelus domus tuæ comedit me.* Sed ut opus beneverteret, opus erat zelo, qui zelum illius exæquaret; zelo, qui ut S. Paulus ait, æque ardens ellet, ac lucens. Quod me vobis ostensurum spero per ea adminicula, quibus Sanctus hic usus est, ut suscepti hæmoris optatum exitum assequeretur. Hæc autem ita fuisse reperio, quæ tres sermonis hujus partes efficient.

Primum autem illud fuit, quod zelus hic ab eodem duxit exordium; quippe se ipsum præbuit absolutissimum pietatis, charitatis, omniumque exemplar virtutum, quas publice professus est, ut esset exemplo omnibus ævi sui Ecclesiasticis; & hac ratione tanquam cæterarum validissima ob oculos eorum objiceret, quinam essent primorum temporum Ecclesiastici.

Alterum. Zelus hic illi fuisit, ut veterem vitæ rationem, quam ducebant Apostoli, primique ministri Domini revocaret, qui in communi vivebant, quemadmodum cœnobitæ solent. Hinc Sanctus Ordinem Clericorum Regularium instituit, cujus unum extitit ex præcipuis membris, ut Ecclesiastici vitam ducerent regularem, solitariam, Deo per preces conjunctam, simulque retinerent, quod Clero proprium est, videlicet rerum pro altarium cultu, & curam ministerus status sui propriis appositam. Hic finis fuit, & præcipuus scopus, quem Sanctus noster sibi propositit, ut Clerum ad pristinum statum revocaret, quod voto illi adeo feliciter cessit, ut Summorum Pontificum approbationem meritus fuerit, & fructum mirificum in Ecclesia universa peperit.

Tertium. Zelus ejus semper actuosus, & ardens nequaquam in solo se Clero continuit; sed se extendit ad fideles omnes, qui sunt Ecclesiæ membra per Apostolicos labores cum suos, tum institutæ ab ipso Congregationis, cum populi fecuti sint Ecclesiasticorum exemplum; quo pacto auctor fuit reformationis morum, in omnibus fere statibus universalis.

Hoc insigne est S. Cajetani in Ecclesiam omnem promeritum, quem illa in grati animi argumentum hoc diei populorum venerationi proponit, & quem tanquam prototypum Ecclesiasticis omnibus, omnibusque Religiosis Ordinibus objicit. *Auctor Recens.*

II. *Fecit mirabilia in vita sua.* Eccli. 31. Mirabimini forsitan me dicere incipientem Sancti ejus Viri laudes, cujus hodiernæ die memoriam recolimus ex hisce verbis ducere exordium. Quid enim, inquiet aliquis, adeo in hoc Viro excellens renidet, ut per hoc a reliquis Sanctis secernatur, in quibus juxta Scripturas, videri volit Deus adeo admirabilis? *Mirabilis Deus in Sanctis suis.* Numquid miracula, quæ Deus in ejus gratiam operatus est? Verum est plurima patrasse & maxima; hoc tamen non ideo efficit, ut dicam, illum in vita sua mirabilia operatum fuisse: *Fecit mirabilia in vita sua.* Sed hæc vita ipsius est miraculis omnibus admirabilior, cujus fulgor eorum perstringebat oculos, qui omnia tantum ex ea parte respiciunt, quæ sensus afficit. Tria hoc vobis persuadebunt, si prius cogitaveritis, quam rarum sit simul ea connectere, quæ adeo videntur opposita, & nonnunquam etiam adeo contraria, quæ tamen magnas hic Sanctus simul conjunxit mirabili consensu, qui miraculorum omnium videri potest maximum.

Primum. Perfectam, jugemque innocentiam cum maximis pœnitentiæ severitatibus conjunxit; quod liquet ex toto vitæ ejus curriculo.

Alterum, quo non minus habetur miraculum est, consociasse vitæ solitariæ exercitia cum vitæ Apostolicæ officiis, quæ plures motus, & actiones ad proximorum utilitatem requirit.

Tertium est Cleri munera cum Religiosi status disciplina connectere, unum dumtaxat ordinem ex duplici hoc statu componendo, cujus fructus visus est in reformatione morum cum in Clericis, cum in omnibus Christianis. *Sermo Manuscriptus.*

III. Ostendi potest quam rationem inierit erga Sanctum Cajetanum Providentia, in eo, quod sibi de eodem proposuerat consilio; Deus enim largitus est illi qualitates adeo necessarias ad tanti momenti ministerium, præcipue vero magnum zelum. 2. Suppeditavit illi occasiones illius exercendi, ac tandem illum felicissimo eventu coronavit.

2. Ostendi potest confidentia, quam in hac providentia S. Cajetanus habuit, 1. In paupertatis prorsus singularis professione. 2. In magnis operibus pro Dei gloria, Ecclesiæque utilitate susceptis. 3. In constantia qui semper omnes superavit obices, qui in consiliis ipsius adimplendis suborta sunt.

IV. *Lex Dei ejus in corde ipsius.* Psalm. 33. Cum S. Cajetanus per omnium virtutum praxim inclaruerit, quacunque ex parte spectetur, semper elucet. Docere possumus, Dei legem fuisse in corde ipsius, & toto vitæ suæ spatio nunquam illum offendisse. Ostendere igitur possumus in hoc sancto Viro, 1. Sanctum Doctorem, cujus imaginem ipsum nobis proponit Evangelium; quia Evangelii placita observavit per pœnitentiam, sæculi fugam, omnibusque pompis illius abrenuntiationem, ac per amorem puritatis tum corporis, cum cordis: *Qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum.* Matth. 5. 2. Quod non continuit veritatem in corde suo, sed illam fratribus suis nuntiavit: *Veritatem tuam non abscondi in corde meo, & salutare tuum dixi*, Psalm. 118. & verbis, & exemplis Catholicis, Hæreticis, Sacerdotibus, & Populis. Dei lex pro illis fuit in ipsius corde, & ore: *Lex Dei ejus in corde ipsius.*

2. Sacerdotem sese sanctificantem, 1. per amorem disciplinæ Ecclesiasticæ, 2. per charitatem erga pauperes, quibus ære suo xenodochia ædificavit.

3. Sanctum Ordinis Institutorem, qui dedit 1. Sanctos Ecclesiæ ministros, quorum opera Ecclesiastica revixit disciplina, 2. veros pauperes Evangelicos, qui vere, & sine ulla exceptione divinæ providentiæ curis deservunt. *Ex Manuscripto Sermone.*

V. In Sancti Cajetani persona ostendere possumus: 1. Sanctum pœnitentem, qui semper innocuam vitam duxit.

2. Sacerdotem, qui sine ulla Ecclesiastica dignitate, & sine alio, quam virtutis suæ charactere, in Ecclesia tota auctoritatem exercuit per eam disciplinæ reformationem, quam invexit.

3. Jesu Christi Confessorem, cui martyris nomen potest affingi propter passiones, quas sustinuit, & mortis pericula, quæ generose subiit.

Honorificavit illum in laboribus; quos pro Dei gloria, & Ecclesiæ utilitate sustinuit. 2. Cum Deus ipsum elegerit ad Cleri honorem restituendum, dignum eum præbuit glorioso hoc ministerio magnis illis virtutibus, quibus illum ornavit; videlicet prudentia, zelo, auctoritate, & iis omnibus, quæ requirebantur, ut nobili hoc munere digne perfungeretur.

2. S. Cajetanus huic vocationi respondit laboribus suis nunquam deficientibus, actibus charitatis, quos erga proximum exercuit, institutione Ordinis, qui exemplis suis excivit Cleri fervorem, & fructum inæstimabilem peperit in tota Ecclesia. *Recens Auctor.*

PARA-

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde hauriri copia potuit ad hoc argumenta pertractanda, & Auctores, qui de illis agunt.

VIta Sancti Cajetani Inſtitutoris Congregationis Clericorum Regularium, vulgo Theatinorum, compoſita a P. Bernardo ejuſdem Congregationis, complectitur quidquid de Sancto hoc dictum fuit; ac illinc mutuati ſumus pleraque ea, quæ in collectaneis hiſce noſtris offerimus.

P. Croiſet in Afceticis pro ſeptima Sextilis die eximium habet compendium ejuſdem vitæ, ubi præcipua attingit argumenta.

Hermant in Hiſtoria inſtitutionis Ordinum Regularium cap. 60. loquitur de Congregatione Theatinorum.

Veteſtiſſimi, qui de hoc argumento ſcripſerunt ſunt Silos Congregationis Annaliſta, & Carraciolus Regulæ Interpres.

Mutcolicus *in Mari Oceano Religion.*

Spondanus ad annum 1524.

In Officio, quod Eccleſia recitat S. Cajetani adeſt Compendium vitæ, & actionum, virtutumque illius, quarum fulior videtur enarratio in Bulla Canonizationis.

Joannes Baptiſta de Tuſti Epiſcopus Acerranus in Hiſtoria Clericorum Regularium.

Deficientibus ſermonibus editis, ad MS. confugiendum fuit.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, Figuræ, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci, qui ad Sancti paupertatem referri poſſunt.

NOlite poſſidere aurum, nec argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Matth. 10.

Qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Luc. 14.

Ecce ego in paupertate mea præparavi impenſas Domus Domini. 1. Paralip. 22.

Pauperem quidem vitam gerimus, ſed thuſca bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Job 4.

Pater eram pauperum. Job 24.

Tibi derelictus eſt pauper, pupillo, & orphano tu eris adjutor. Pſalm. 10.

Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Pſal. 67.

Animas pauperum ſalvas faciet. Pſal. 71.

Congregationi pauperum affabilem te facito. Eccli. 7.

Altiſſima paupertas eorum, abundavit in divitias ſimplicitatis eorum. 2. Corinth. 8.

Loci zelo illius applicabiles.

ZElus domus tuæ comedit me. Pſalm. 68.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Pſalm. 118.

Zelo zelatus ſum pro Domino exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum Filii Iſrael. 3. Reg. 18.

Accenderatur velut ignis zelus tuus. Pſalm. 78.

Tabeſcere me fecit zelus meus. Pſalm. 118.

Omnis, qui habet zelum legis, exeat poſt me. 1. Machab. 2.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror? 2. Cor. 11.

Vidi prævaricantes, & tabeſcebam. Pſalm. 118.

Qui fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Matth. 5.

Qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Daniel. 12.

Filioli, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Chriſtus. Ad Galat. 4.

Zelatus ſum Sion zelo magno. Zach. 8.

Elias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cælum. 2. Malach. 2.

Operuit eſt, quaſi pallio zeli. Iſaiæ 59.

Beatus vir, qui inventus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecunia, & theſauris ejus. Sap. 31.

Loci ſupplicibus illius auſteritatibus, & humilitati.

MOrtificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 2. Corinth. cap. 4.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Luc. 9.

Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis ſuis. Ad Galat. 5.

Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. Pſalm. 43.

Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ut ultra non ſerviamus peccato. Ad Rom. 6.

Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo. 1. Corinth. 9.

Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Joann. 12.

Qui voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam, qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Matth. 16.

Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. 1. Corinth. 25.

Si quis videtur inter vos eſſe ſapiens in hoc mundo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Ibid. 3.

Nos ſtulti propter Chriſtum. Ibid. 4.

Loci deſumpti ex Officio Eccleſiæ & Bulla canonizationis.

CAjetanus nobilis Thienæ gente ortus, ſtatim a Matre Deipara Virgini oblatus eſt.

Mira a teneris annis morum innocentia in eo elaxit, adeo ut ſanctus ab omnibus nuncuparetur.

Inter Fratres, a Julio II. collocatus, & ſacerdotio initiatus, tanto divini amoris æſtu ſuccenſus eſt, ut relicta aula, ſe totum Deo conſacraverit.

Noſcomiis proprio ære fundatis, etiam morbo peſtilenti laborantibus ſuis ipſe manibus inſerviebat.

Proximorum ſalutis aſſidua cura inſervebat, dictus propterea venator animarum,

Collapſam Eccleſiaſticorum diſciplinam ad formam Apoſtolica vita inſtaurare deſiderans, ordinem Clericorum Regularium inſtituit, qui nec vita ſubſidio a fidelibus peterent, ſed ſolis eleemoſynis ſponte oblatis viverent.

In urbis Roma direptione a militibus crudeliſſime vexatus, ut pecunias proderet, quas dudum in cæleſtes theſauros manus Pauperum deportaverant, verbera, tormenta, & carceres invicta patientia ſuſtinuit.

In ſuſcepta vita inſtituto conſtantiſſime perſeveravit, ſoli divinæ Providentiæ inhærens.

Divini cultus ſtudium, ulterum Domus Dei, ſanctiſſimæ Euchariſtiæ frequentem uſum maxime promovit.

Hæreſum monſtra, & lacebras non ſemel detexit, & profligavit.

Orationem ad ollo paſſim horas jugibus lacrymis protrahebat.

Corpus integrum noctes interdum verberationibus affligebat.

Exempla, & Figuræ ex Bibliis deprompta.

PRæcipuus Eliæ Prophetæ character erat zelus ardens pro Domo Dei: *Zelo zelatus ſum pro Domo Dei Iſrael.* Hunc exercuit præſertim contra pſeudoprophetas, qui in locum divini cultus idololatriam ſurrogabant. Tabeſcebat ille videns Dei legem violari, & ſe unum cum ſervo ſuo Eliſeo ſupereſſe, qui Baal genua minime flecterent. Sanctus, cujus feſtum diem colimus, non ſecus ac Elias zelo Domus Dei conflagrabat. Cordis martyrium perpetiebatur, videns ſanctorum Altarium miniſtros ignem profanum cum ſacro permiſcere, quo coram Deo ardere debebat. Viſcera ejus commovebantur, ubi ſecum reputabat & cleri inſcitiam, & flagitia, in quæ eorum tenebræ illos adducebant. Socium ſibi adſcivit Joannem Petrum Caraffam, illuſtrem Epiſcopum, iique ſolemnibus votis ſeſe obſtrinxerunt, ut Eccleſiæ diſciplinam jamjam fatiſcentem reprimerent. Vita regularis, quam profeſſi ſunt, voluntaria paupertas, quam amplexi ſunt ad Evangelicæ paupertatis normam, vexillum fuit, quod ſuſtulerunt, ut in Eccleſia Dei optimum præberent exemplum. Omnes Divinæ legis, ſanctæque diſciplinæ amatores eorum exempla ſubſecuti ſunt; & brevi augeri viſus eſt illorum numerus, qui duobus illis Dei ſervis erant futuri ſortes illi viri ad Sanctuarii cladem reparandam electi. S. Cajetanus & occ. Elias & ſoc. ejus illuſtrem comparat.

Quid perpeſſus non eſt ſanctus hic vir a militum avaritia, qui Romam diripientes, ubi ille effuſis obſidionis tempore, cupiditatem ſuam explere contendebant, eripere illi cupientes opes, quas ejus Charitas pauperum manu in cæleſtes theſauros tranſmiſerat! Nulla extitere tormenta, quibus illum non affecerint: carceres, verbera aliaque quæcunque genera ſuppliciorum expedita fuerunt ad extorquendam a Sancto viro confeſſionem loci, ubi theſaurum occuluiſſet. Inter hos cruciatus, quid tibi dicebat: Domine, ut olim inſignis S. Paulinus ſimili exagitatus martyrio, dicebat, te non latere, ubi omnia bona ſua collocaſſet; te illius unicum eſſe theſaurum; in terra nihil eſſe, quod eor ejus illicere poſſet, & flagris dolatus ab inhumanitate militum, beatum ſe putabat, quippe qui dignus habebatur, qui pro Jeſu Chriſto pateretur. Apoſtolicæ paupertatis, atque conſtantiæ inter graviſſimos cruciatus hæres fere videbatur non ſolum cum invictæ patientiæ, verum etiam cum gaudio. *Verbera, tormenta, & carceres invicta patientia ſuſtinuit.* Quam beati vos eſtis, S. Paulus ajebat fidelibus nuper converſis; non ſolum quod bonorum veſtrorum jacturam paſſi eſtis; verum etiam quod illam cum alacritate animi paſſi eſtis. Quam beatus eſt S. Cajetanus, S. Cajetanus ſubditus multa paſſus comparatur S. Paulinus, cui hoc ipſum accidit. In Offic

nus, non eo solum quod ex eorum fuit numero, qui pro justitia patiuntur : *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam* ; verum etiam quod huic felicitati adjecerit constantiam, & lætitiam, quæ illum commendat, & Apostolis comparat.

§. Cajetani zelus Ovidio comparatus. *Psal.* 118.

Perrarum est invenire zelum ita ardentem, qualis fuit David, qui illatus Deo suo contumelias perinde afficiebatur, ac illatis sibi. *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Et magis adhuc infrequens est, quam tabescere corpore, ac illud in extremum virium defectum redigere, quemadmodum David ipse loquitur : *Tabescere me fecit zelus meus ; quia obliti sunt verba tua inimici mei.* Post tot vulnera Deo, & Ecclesiæ inflicta, jure damnandi sumus, quippe qui eadem nullo in discrimine habemus ; argumento sunt enim neque Salvatorem, neque Sponsam ejus Ecclesiam diligi a nobis. In S. Cajetano dignum habemus Davidici *zeli*, & amoris successorem. Cor illius ita illis plenum est, ut corpus ejus eorum notas præseferat, & ita contabescat, ut Sanctum illum charitatis Martyrem factum fuisse dicere liceat. Videt, inquit vitæ ejus historicus, populum *facinoribus tuis*, & impœnitentia irritare Deum ; æque dolore conficitur, propterea quod videt & illius Majestatem dedecore afficiam, & fratres suos fustino gradu in viam perditionis irruere. Dolor, qui cor ejus corrodat, corpus etiam attenuat ; præ zeli vehementia ægrotat, & moritur : *Demque ex animi dolore morbo tenetur, quod offendi plebis seditione Deum videret, magnamque in cælum.* Excita Domine in nobis sensus adeo acres, qui de corde in corpus usque pervadentes, ibi salubres efficiant impressiones ! Charitas tua in nobis eumdem obtineat effectum, quem in carnibus clavi : *Confige timore tuo carnes meas.* Amor tuus ita regnet in nobis, ut extrinsecus sentiamus, quod auget gloriam tuam, & quod illam dedecorat, *ipse fecisti in vobis, quod & in Christo Jesu.*

Mutem. — Ps. 118. — In Officio.

§. Cajetanus Judæ Machabæo comparatur Bambarid emundanti, & Salomoni pro Dei cultu instituendi. 2. *Mach.* 4.

Nullum exemplum, vel figuram commodiorem invenio ad exprimendum gloriosi S. Cajetani ministerium, quam Judam Machabæum. Ille enim in Dei Ecclesia præstitit aliud ipsum, quod strenuus hic Imperator, ad separandum Domus cultum in Sion post delapsa hostium corpora, qui urbem illam vastaverant. En quid dicat Scriptura : *Elegit Judas Sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei : & emundaverunt Sancta ; & abluerunt lapides contaminationis in locum immundum ; & cogitavit de Altari holocaustorum, quid de eo faceret.* Numquid aptior invenire potest figura ad ea innuenda, quæ a S. Cajetano facta sunt ; qui zelotes constituit Sscerdotes, & irreprehensibiles, aeri accensis desiderio efficiendi, ut Dei lex servaretur ; qui quidem duxerunt initium ab emundatione sanctuarii, & ablatione *lapidum contaminationis*, videlicet scandali, qui temporum lapsu irrepserant ; & qui mox operam suam locarunt, ad instaurandum Altare veri Dei, curam gerentes, ut fideles ministri instituerentur.

Applicatio nonnullorum Scripturæ locorum hujus argumento.

§. Cajetanus Sacris ab ipsius Juventa Summi Pontificibus.

NEC *quispiam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.* Hebr. 5. Licet S. Cajetanus Sacerdotio posset insigniri, quin id sibi religioni verteret, etiamsi non solum illi non deesset scientia ecclesiasticæ ad id necessariæ virtutes, & destinabat illum Deus ad Clerum reformandum, & Ecclesiasticam disciplinam restituendam : tamen abstinuit, & patienter Summi Pontificis imperium præstolatus est. Cum ordo Ecclesiasticus jam fere corruisset, satis commune erat, ut singuli semet ad sacrum ministerium vocarent, & sine ulla auctoritate in Ecclesiasticos ordines se præcipites darent. Superficiale in nobismet experimur salutis desiderium, & postquam vitam sanis æquo liberiorem duximus, eredimus sacerdotium statum esse pœnitentiæ ; recentia adhuc vulnera nobiscum ferimus, & quorum graveolens odor inficit populum, non convertit, & cogitamus nosmet in sublimem statum hunc inferentes jam dimidium cursum ad perfectionem absolvisse. Nequaquam temere Cajetanus sacris sese immiscuit mysteriis, nonnisi caute, ac per intervalla ad illa ingressus est, Processit pene crescebat lumine, sapientia, humilitate, cum illi persuasum esset gradus, per quos ad Sacerdotalem dignitatem ascendendum est, virtutes esse præstantissimas, in quibus admodum proficisse opus est, ita ut meruerimus, ut a Deo tanquam Aaron, vel ipsa Dei Filius vocaremur. Quin seipsum proferret, & ostentaret scientiam, quam jugi divinæ legis meditatione sibi comparaverat, hac seipsum aluit diu clam, antequam ambitiosæ magisterii pilmam appeteret : primusque consummatæ hujus scientiæ finis suis modestia, & silentium, quod semper observavit, donec placuit Deo, illum proferre, aliisque Doctorem dare. Quamvis præclarum haberet bonorum operum testimonium, ac perfecti amoris, quo Deum prosequebatur, expectavit, donec Dei voluntas per Summi Pontificis Julii II. voluntatem se proderet, a quo Sacerdotali munere auctus fuit, & per hoc ad altiores Ecclesiæ gradus dispositus ; *inter Prælatos a Julio II. collocatus, & sacerdotio initiatus est.* — In Officio ;

§. Cajetanus ordines ingreditur & macula.

Talis decebat, ut nobis esset Pontifex Sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus. Ad Hebræos 7. Docent Patres ad vocationem adeo sublimem requiri, vel puritatem nulla unquam sæculi contagione vitiatam, vel pœnitentiam adeo diuturnam, ut veterum plagarum ne cicatrix quidem supersit. Videlicet, ut quis ad gradum adeo sublimem admittatur, requiritur vel pœnitens, qui jam sua lacrymis crimina ulserit, vel innocens, Integer vitæ, scelerisque purus : *Sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus.* Sanctus, quem hodierna luce colimus, ab extrema usque puericia præstiterat sapientiam supra ætatem eo usque, ut superaret sapientiam seniorum, qui in prudentia, omnibusque perfectionum generibus consummati erant, eta ut vere dicere posset : *super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi.* Mortem ejus integritas ita elucebat, ut ab omnibus Sanctus & haberetur, & vocaretur ; *ut Sanctus ab omnibus nuncuparetur.* Ecce igitur Sacerdos electus a Deo, ut digne offerat sacrificia pro peccatis populi, non sine spe illum ab Omnipotente exauditum iri ; quippe ornatus est omnibus perfectionibus necessariis ad statum hunc, & quia non verbis solum, sed multo magis exemplis erudire potest populos, eosque tuto deducere ad Deum : Tribue, Domine, Ecclesiæ Sanctæ tuæ id genus ministros, qui te colant, & sanctitate vitæ suæ sacerdotium ipsum condecorent. Fac, ut afferant aris tuis vel innocentiam, quam inter adolescentiæ pericula, & sæculi corruptionem sartam tectam servarint, vel innocentiam prorsus reparatam digna pœnitentia. Illis largire gratiam, ut prodesse valeant populis tuis, non solum prædicatione sancti verbi tui, verum etiam exemplis, trahentes ad te peccatores bono virtutum suarum odore. Illis gratiam concede, ut ad pedes tuos afferant trophæa de cupiditatibus devictis, ut fidenter accedere valeant ad Majestatis tuæ solium tanquam mediatores inter te, & populum tuum ; Sancti, innocentes, sine macula &c. *Sanctus, innocens, impollutus, &c.* — Ps. 118. — In Officio.

§. Cajetanus propensum distribuit, & panem spiritualem ad nutriendas animas, & panem materialem ad alenda corpora.

Ecce vir misericordiæ, quorum pietates non defuerunt. Eccli. 44. Discite a S. Cajetano vobismet amicos comparare, qui tandem aliquando vos recipiant in æterna tabernacula. Medium invenitis in egenorum turba sanctum hunc illis spiritualem panem distribuentem ad eorum animas nutriendas, simulque panem materialem, ad alenda corpora. Uno tantum facto duo explet Religionis officia ; eorum solatur miseriam charitate, verbisque inspirat patientiam. Ostendit illis Ecclesiasticum in dignitate constitutum, esse debere pauperum patrum ; manus, quæ Jesum Christum deferunt, adhibendas esse, ut illi deserviant in membris ejus, & dicendum esse, pauperes magnos esse coram Deo, quia ipsi etiam Ecclesiæ Principes dictimati sunt, ut illis omnia, quibus indigent, præstent charitatis officia : Hac ratione fidem illorum confirmant, amabilem illis reddunt paupertatem ; efficiunt ut credant re ipsa Jesum-Christum in se honore affici, & si follicita ab ipsis opera impenditur, hoc facere, ut audiant suavissimam illam Salvatoris invitationem die novissima, qua ille homines charitate plenos alloquetur : *Venite benedicti Patris mei : esurivi enim, & dedistis mihi manducare &c.*

Vigilantia & Oratio S. Cajetani fuga fuerunt.

Vigilate, & orate &c. Matth. 26. Duo hæc officia mutuo sibi coherent, ac sibi invicem loco sunt finis, & medii ; Vigilandum est orantibus, & qui non vigilant, nequeunt orare. Duæ istæ conditiones sunt inseparabiles : *Vigilate & orate.* Vigilantia medium est, & oratio finis, quæ sit etiam medium ad vigilantiam obtinendam. Sanctus Cajetanus duo hæc dona possidebat, & per hæc Satanæ insidias eludebat. Octo horas in oratione transigebat, atque precum suarum praxi sese reficiebat, qua in illis quietem, deliciasque suas constituebat. In hac mortali vita, alterius tyrocinium ponebat ; sempora præverterat, in terris incipiens, quod in cælo erat perennaturus. Sese Angelis inferebat, quibus non aliud negotium est, quam Deum laudare. Mota mus, ne Satanas proficiat aditu, quem vacuum illi relinquimus, cum ab oratione cessamus. Cum duplex hoc vallum animæ deest, vigilantia & oratio, pene subsequitur tentatio & lapsus. Sibi diligentissime cavebat Cajetanus ; cordis aditus non patebant, nisi qua cælum spectabat. Satanas, qua ingrederetur, non invenichat ; neque prævaluit unquam contra Sanctum hunc virum, qui pedibus suis communem naturæ nostræ inimicum obtrivit. Qua autem de causa ? Quia jugiter vigilabat, & orabat, ne tentationi succumberet : *Vigilate, & orate.*

Quid dicendo te ipsum ? Joann. 1. Hoc Judæorum nuntii ad Præcursorem Filii Dei missi percontati sunt. Sed vehementer errabant ; si enim de Sanctis judicium ferendum est ex eorum testimonio, illi sunt peccatorum omnium nequissimi ; sin autem Dei ipsius judicium spectamus, gloriosi sunt propter omnes alias virtutes, quibus ipse illos ornavit, propter laborum, quos subjerunt, magnitudinem, & propter benedictiones illas, quibus cumulati fuere. Si S. Paulum audimus de se loquentem, dicet se novissimum esse Apostolorum, ut minime dignum, qui hoc nomine appelletur ; se persecutorem

eutorem esse. Verum si divinam consulimus Sapientiam, vas est ulectionis, qui ferre debet nomen Jesu Christi ad omnes Reges, & Principes, ut universus terrarum orbis illud colant, ac venerentur. Interrogemus S. Cajetanum, respondebit, se tenebras esse in mente sua, in voluntate vero obdurationem; nihil unquam se fecisse propter Deum, nihil propter homines; se terram esse sterilem, & quæ Domini tantum maledictiones meretur. Respondebit sensus suos rebelles esse, & immortificatos; zelum sibi deesse, & omnem orationis illecebram. Denique si ab illo nobis experimendi essent colores, ad imaginem illius exhibendam, frustra huc convenissemus. Tamen docet veritas illum Prophetam fuisse, Ordinis Ecclesiastici Institutorem, sanctum Sacerdotem, Ecclesiasticum domus Dei zelo flagrantem, patrem pauperum, & ardore charitatis ipsis etiam Apostolis parem.

Quæram effe magnæ zeli, & mediatorum illius.

Quis scandalizatur, & ego non uror? Quis infirmatur, & ego non infirmor? 2. Cor. cap. 11. Sanctus hic vir universalis Ecclesiæ malis occupatus erat, cum S. Paulo clamabat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Prolixissimæ preces vix satis ersnt ardori zeli ipsius. Numerabat Regnorum, & singulorum privatorum mala, necessitates exercituum, publicorumque consiliorum; cogitabat enim se cum illis conjunctum, unamque familiam constituentem, cujus caput est Jesus Christus; in partem accedebat omnium temporalium, atque spiritualium eventuum; & eum nos per infinam curiositatem ea quæ recens accidunt, conquiramus, ille e contra ifthæc omnia in precum materiam convertebat. Si Deus propter hominum peccata ad iracundiam provocatus erat, sd illam cohibendam sese prosternebat. Si Deus bonitatis, & misericordiæ suæ manifestabat effecta, ipse gratiarum actiones Deo referebat. Hæc erant precum illius argumenta; & si meminisse voluerimus verborum Scripturæ præcipientis, ut incessnter oremus, non secus ac magnus hic Sanctus, in Ecclesiæ sffrictionibus assiduæ orationis argumenta inveniemus.

Profunda S. Cajetani humilitas.

Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Si ex me quæseritis, S. Augustinus ait, quænam omnium virtutum princeps habenda sit, reddam, ait, esse humilitatem. Rursus scisciten ibus quænam secundum obtineat gradum; reddam iterum, & hanc ab humilitate obtinent; ac similiter cuilibet interrogationi respondebo. De humilitate idem ac de amore, virtutum omnium anima, sentiendum est; cum potius virtutes omnes non sint aliud, quam amor sub diverso nomine. Humilitas panter ita est virtutum omnium fundamentum, ut partem constituat smoris Dei, partem temperantiæ, partem sapientiæ &c. ut ita dicam in omnium virtutum compositione defideretur. Hæc suave sient Domini jugum; nihil enim molestum est illi, qui hac munitus est cogitatione: mala quæ sustinemus toto cælo minora illis esse, quæ meremur. S. Cajetanus cum lacrymsrum, orationis, & mortificationis dono in supremo gradu, profundissimsm etism habebat humilitatem. Mundi Salvstor hsc etiam virtute illum decoraverat; plenam nihil sm cognitionem contulerat. Hanc habebat humilitatem, quam Dei Filius non tantum in incunabulis suis, sed in omnibus mortalis vitæ suæ actionibus, in morte vero potissimum præstularet. Sanctus noster, qui ingens sttollere medkabatur ædificium altius quam fieri potuit, effodit fundamentum, videlicet humilitatem. Nihil illi magnum visum est præter Deum: hinc comparata omnia illi stomi videbantur; sed nihil oculis ejus minus visum est seipso. Quæcumque gloria ab hominibus ipsi accidere posset, inanis, & merum nihilum videbatur. Propriæ virtutis celebritas illi grsvis erat. Cum de ipso obtrectsretur, tunc illi perfusum erat, justum ferri judicium; cum laudibus exciperetur, stupebat, quod de se tantus error spud omnes percrebuisset. Cum super magnificum veluti solium ab aliis attolleretur, semet intra nihili sui cstiginem recipiebat, in Deum lsudes omnes rejiebst, & semet ipsum judicans pro interiori conscientiæ suæ tribunali semet tanquam perditissimum peccatorem, & mortslium omnium nequissimum condemnsbat.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & sententiæ Sanctorum Patrum, & aliorum, quæ Sancti hujus virtutibus & factis possunt congruere.

COmedebat eum zelus Domus Dei, quam tamen zelabat Christo, non sibi. S. Augustin. in Psal. 139.

Bonus zelus est fervor animi, quo mens objecto humano aimore pro defensione veritatis accenditur. S. Bonaventura lib. 4. in Pascha.

In quantum vos profecisse putatis, etiam vobiscum alios trahite: in via Domini socios habere desiderate. S. Gregorius homil. 6. in Matth.

Si ad Deum tenditis, curate ut ad eum soli veniatis; hinc in Apocalypsi legitur: Qui audit, dicat, veni; ut qui jam in corde vocem supremi amoris accepevit, foras etiam vocem exhortationis reddat. Idem ibidem.

Magna res, & pretiosa, vir misericors. Hæc major est gratia, quam mortuos suscitare; multo namque pastore Christum majus est, quam mortuos suscitare in nomine Jesu. S. Chrysost. homil. 36.

Tanto quisque perfectior est, quanto perfectius fovet dolores alienos. S. Gregor. lib. 29. Moral.

Ubi Deus curam misericordiæ, ibi imaginem suæ pietatis invenit. S. Leo serm. 10. de Quadragef.

Scimus, quia in omni Dei plus meriti est sæpe mortificari, quam mori. Richardus Victor. in Psal. 118.

Nonne mors martyrum tanto erat pretiosior, quanto mortem præsdens pœna præduciior? quibus volentibus mori, non dabatur occidi? Nonas præstinatis ad vitam, hoc ipsum ad gloriæ cumulum proficiat, quod sine ictu pugnæ, sine acerbo vulnere, terrsdis in eis vita non deficis? Idem ibidem.

Non tibi displiceat nostra paupertas, nihil ea divitis potest invenire. Vis fsire, quam locuples sis? Cælum emit; quibus thesauris comparari possit, quod pauperibus videritur indultum. S. Augustin. de verbis Apost. serm. 28.

Affatim dives est, qui cum Christo pauper, S. Hieronym. Epist. ad Heliod.

Solum illum Deus divitem novit, qui se dives æstimavit, qui non opus, sed virtutum fructum recondit. S. Ambr. lib. 2. Epistol. 4.

Commendatissimum virtutis organum Paupertas. Gregorius Nazianz.

Qui diligitis Christum, rapite omnes ad amorem Christi: Nolite cessare lucrari animas Christi. S. Augustinus.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia pœna hoc in argumento valeat depromi.

NON nisi imperfectum vobis de S. Cajetani Thiennzi virtutibus conceptum sftruerem, si illius elogium exornaturus nequaquam sumerem initium a definitione ejus Ordinis, qui eidem sua debet incunabula in Ecclesia.

Quid sit Clericus Regularis in Ecclesia.

Nominis hujus, Clerici Regularis notio, ciet in audientium animo eharacterem hominum, qui cum irrevocabilibus votis sese Deo devovent, cum Sacro Sacerdotii munera exercent: qui divina offerunt mysteria ut Sacerdotes, & secus s mundo gemunt, ut Cœnobitæ. Juxta notionem hanc, quæ simplicior videtur, Clericus Regulsris debet se ipsum silentio exptare, & mox capiare slios ministerio verbi; ædificare debet Ecclesiam orstionibus suis cum humilibus Cœnobitis, eique cum sacris Ministris talentis suis deservire. Hæc præter propter mens erat S. Hieronymi, eum per modestiam suam sese considerans tanquam hominem e vulgo, a Hierarchico Ordine avulsum, ad eos, qui Clericali ministerio perfungebantur, remittebat Evsngelici Verbi dispensationem, sibique assumebst necessitatem semet eodem cum humilitate, ac simplicitate nutriendi: *Clerici pascunt oves, ego pascor.*

Ad Hieron. de haud vitæ fulgo.

Hujus nominis etymologia.

Nomen ea ipso fonte petitum nos etiam disponet ad fundius intelligendum spiritum illorum, qui simul & Regulares sunt, & Cleró initiati. Nomen hoc a Sanctis Apostolis, primisque J. C. discipulis duxit originem. Horum Princeps S. Petrus hoc verbo usus est in epistola prima, cum Ecclesiasticos hortaturus ad humilitatem illius, cujus ministri sunt, Superioribus ambitiosam, superbamque in Clerum dominationem interdixit: *Neque dominantes in Cleris.* Hæc origo est tituli hodierna die in Ecclesia celeberrimi: origo sane memorabilis, & ipsi suppar Ecclesiæ. Ut autem nominis hujus vim intelligamus, apud vos significat sortem, ac partem, ita ue Deus proprie sit sors, & pars illius, qui Clerici titulo decoratur, & qui sub hoc ntulo statum Ecclesisticum amplexus est; & hic idem homo proprie bonum est, & inalterabilis possessio Dei, prout Deus est totum bonum illius. Ita loquitur S. Hieronymus Doctor maximus.

Petri 5. c.

Differunt inter Clericum Regularem, & Ecclesiasticum generatim sumptum.

Discipuli S. Cajetani Thiennzi Clericorum prærogstivæ, alteram adjiciunt, Regularium, juata Constitutiones Summorum Pontificum. Prius qualitas illos secernit ab Anachoretis, qui in primstivis Ecclesia in deserto, & specus se recipiebant; alters vero illos secernit ab Ecclesiasticis, qui sub peculiari regula minime viventes, in mundi luce vurtantur, ac gaudent jure hæreditatum, & possessione bonorum temporalium. Ita Clericus per ordinationem fit Altarium minister; sed Clericus Regulsris, seu Canonicus, nomina sunt, quibus Patres utuntur, homo est, qui in fratrum suorum societate se sanctificat per Evangelii prædicationem, quin inde aliquod lucrum quærat, & per jugem observsntiam eorum officiorum, quæ ab eo reguls esquirit.

Ut magis ad vivum exhibeatur tabula Clericorum Regularium Sancti Cajetani, conceptui, quem superius sltrusimus, addenda est professio paupertatis extremæ, quam Sancti magni hujus Viri discipuli emittunt, ita ab omni cacogitsbili proprietate abhorrentis, ut ad eam probandam nihil minus requireretur, quam auctoritas, & exemplum Filii Dei, qui voluit, nos omnino confidere in Dei semper benefici providentia, ac in eo collocare curas omnes

Quo in re pontificium Sti S. Cajetani a ceteris distinguatur.

præ-

præparandi nobis omnia ad victum necessaria, omniaque nostris infirmitatibus adjumenta. Profecto nihil magis confundit humanæ prudentiæ consilia, quam eordia ab hoc mundo abalienato, quæ eo procedit, ut non solum omnibus mundi bonis abrenunciet, verum etiam omnem abjiciat curam ea sibi comparandi, vel per simplicem modestamque veræ egestatis significationem, vel alia qualibet via, quantumvis honesta. Et profecto nihil requirebatur minus, quam Salvatoris auctoritas, & exemplum, nc illi etiam, qui æquissimi haberentur, & vocarentur, Sanctum hujus Instituti auctorem incusarent, quasi recto sensui, omnibusque luminibus rationis injuriam fecisset, Discipulos suos ad extremam hanc egestatem coactans. Hic spiritus est filiorum S. Cajetani; qui non cognoscerentur, nisi imperfectissime, nisi satis haberetur austerissimæ hujus paupertatis, quæ illos fecerat ab omnibus Ordinibus & Regularibus, & Mendicantibus. Possumus tamen asserere Dei Sapientiam delesipsisse hoc Institutum, quantumvis singulare videatur, ipsorum Apostolorum instituto admirabilius. Hi Sacerdotes inuncti fuere in æterna Domini, & Episcopatus charactere post illius resurrectionem fueruntque insignes. Hoc pacto Sacerdotibus, & Episcopis per duplicem ordinationem, nemo illis primitias, & præeminentiam Cluricatûs in dubium revocat, neque professionem, qua sibi non aliam, quam ut Providentia, opem sibi superesse gloriabantur. Juxta hoc Exemplar credidit Cajetanus se Institutum suum informare posse, quod eo perfectius est, quo Apostolicæ vitæ conformius.

Clerici Regulares S. Cajetani ocatione conflituti.

Ad absolutissimum Regularium Ordinum decus, & Ecclesiæ ædificationem videbatur adhuc novum requiri institutum, quod religiosæ disciplinæ regularitatem cum Ecclesiastici ministerii actuositate conjungeret; quod doctrinam cum pietate, lacrymas, sanctosque Cœnobitarum anhelitus cum muneribus, laboribusque Præconum Evangelicorum conjungeret. Tale fuit S. Cajetani consilium in novo Clericorum Regularium Ordine instituendo. Eos modo voluit in solitudine orationi vacare, non secus ac austerissimos Anachoretas, modo prædicationibus operam dare, non secus ac alios Evangelicos operarios solitudinem cum societate commiscentes, semper occupatos. sed extra perturbationem, atque tumultum, semper collectos, sed extra otium, atque inertiam; in solitudine a Patre luminum petentes vires, quibus post hæc valeant dona illius inter fideles distribuere, eique veritates Evangelicas annunciare.

Sanctus ad recessum Instituti formandum pro exemplari sumsit extremam Apostolorum paupertatem.

Dubitari nequit, quo minus in recenti instituto suo voluerit S. Cajetanus imitari extremam paupertatem, quam Apostoli, primique fideles profitebantur, hic enim præcipuus Clericorum Regularium character, quorum ille est Institutor. Abrenunciaverant Apostoli omnibus, quæ possidebant, & quæ sperare poterant in sæculo, ut libere Jesum Christum pauperem, humilemque sequerentur, & hoc facto vsam omnibus religiosis ritibus præparare viduabantur. Quod vero in recenti Clericorum Regularium Ordine peculiare est, hoc est, quod quamvis Apostolis, primisque Jesu Christi discipulis liceret testari necessitates suas, & a fidelibus ea petere, quibus indigebant; filii Sancti, quem laudandum suscepimus, ipsum etiam abjecerunt jus eiendi miserationem populi vel ipsa simplici, ac nuda narratione eorum, quibus indigerent. Hinc factum est, ut per votum adeo inusitatum, & quod rationi ipsi videtur oppositum, S. Cajetani discipuli facti sunt illustrius Religiosæ paupertatis exemplum. Poterant jure suo Apostoli expectare, immo etiam exigere a grato fidelium animo, unde in exercendis ministerii sui laboribus alerentur; cum enim Altari deservirent, equum erat, ut de Altari viverent, & reficerentur fructibus vineæ, quam excolebant. Quærebant illi tamen laboribus manuum suarum subsidia, quæ jure æquissimo a fidelium pietate expetere valuissent. Hoc permisit Providentia, ut præluceret Regularibus Clericis S. Cajetani, qui illos post temporum lapsum propius erant imitaturi.

In perfectum paupertatis propositum tendunt.

Ubi considerantur Primi Fideles ita affecti, ut nudi nudum sequerentur Jesum Christum, ut unice de cælesti regno essent solliciti, quod illis ipse pollicitus fuerat. ut ad aliud obnoxiendum terrena omnia contemnerent, ubi sibi vim facerent illius possessionem adituri; nemo profecto mirabitur, ubi illos mundo abrenunciare, bona quæ possidebant, vendere; conflatum ex hæreditatibus aurum ad pedes Apostolorum conferre, eorum arbitrio opum suarum dispensationem permittere; nihil sibi, ne spem quidem rerum sacularium reservare, conspea erat præter rerum omnium abdicationem, ut Jesum Christum sequerentur, qui nihil in terris possidebat. Nullo habebant io discrimine familias, filiosque suos, quibus satis consuluum putabant a se fuisse, cum illos Ecclesiæ credidcrant. Et sane communis hæc filiorum mater, ea quo in eorum jura transierat, eorum curam sedulo gerebat; Matris officia quæ illis præstabat, bonorum omnium loco erant; officia hæc ad eorum quoque posteritatem migeabant; tantaque erat erga ipsos Ecclesiæ dilectio simul, & benevolentia, ut nunquam tenerentur desiderio bonorum, quibus se ipsos privaverant. Non loquor autem de alia privationis hujus sarciendæ ratione, qua necessaria sibi comparatent, & charitatis opera exercerent: videlicet de labore manuum, cujus Apostoli præcepta, atque exempla reliquerant. Labore igitur manuum victum sibi comparabant, sed voti compotes non erant, nisi de proximi etiam victu cogitavissent. Nulla apud ipsos erat quæstio de superfluo; vix enim illis erat necessarium. In alicujus necessitatem suggerebant, quod cum vultus sui sudore fuerant adepti; & labor omnis, qui alium habuisset finem, illis visus fuisset inutilis. Nulli tunc erant pauperes, quamvis tot essent pauperes, quot Christiani, cum enim de divitiis ageretur, omnes erant æquales, eum omnia essent communia; nomina illa juges litium riaarumque causæ *meum*, ac *tuum* nullum apud eos locum habebant, quia Jesus Christus & Ecclesia inexhausti illis erant thesauri, in quibus omnia possidebant. Juxta hoc admirabile exemplar S. Cajetanus recens extruxit ædificium, quod non minimum hodierna die est Ecclesiæ Jesu Christi ornamentum, instituens Ordinem Cleticorum Regularium, qui ad litteræ apicem sequuntur magna exempla perfectæ hujus abdicationis, quam primi fideles non secus ac Apostoli professi sunt.

a Cajetanus congregationem suam instituit ut ejusmodi esset Clericis qui modo hucusque vivebant.

Ad prohibendum eursum eriminum, ac flagitiorum, quæ in Ecclesiasticum statum tunc temporis obrepebant, objiciendi erant Sacerdotes, quorum vita esset ab omni labe vacua, & qui charitatis ardorem sumpsi doctrinæ conjungerent: qui proprie Clericorum Regularium spiritus est. Quatenus Regulares se ipsos sanctificant meditatione, & laboribus pœnitentiæ, & procul a mundo se nutriunt æternis veritatibus, quæ in solitudine, ac silentio cupiditatum longe melius gustantur. Quatenus Clerici, ex se met, ut ita dicam, egreduntur, & effundentes has veritates, quibus redundant, sæculi flagitiis, ac tenebris hæreseos fidei facem opponunt, & molliunt duritiem peccatorum, excitantes in mentibus eorum terribilium Dei judiciorum formidinem: Hæc in recenti congregationis suæ institutione spectabat S. Cajetanus; neque aliud in ejus animo consilium obversabatur, quam Clericos Regulares ita instituere, ut eorum vita, mores, & doctrina essent exemplo hominibus, qui statum Ecclesiasticum fuerant amplexi, ut vitæ rationem mutarent, status sui munera obirent, & cooperarentur ad populos in sancta doctrina continendos.

Quæritur inter Theologos, utrum si occurrant occasiones quædam sejungendi actionem a contemplatione, utra sit præferenda. Patres respondent eo in casu, in quo obedientis Ecclesiasticis Superioribus debita, vel circumstantiæ quædam non adigunt nos ad opem proximo ferendam, tunc nobis contemplationi esse vacandum. Pietatis ordo, inquiunt, efficit ac amemus studium veritatis, & panter officia charitatis. Verus Dei famulus externa non quærit negotia, sed ubi sese offerunt, illa non fugit: *Ordinatum quærit charitas veritatis: negotium ordinem suscipit veritas charitatis.* Hoc S. Augustini placitum dignum est ejusdem sapientiæ; & Sancti, qui illum secuti sunt, ipsum solidis confirmant argumentis. Tenet S. Bernardus, charitatem quam sibi quisque debet, primas tenere post illam, quæ nos adnectit Deo. Confideratio vestra, ait ille, a vobismetipsis incipiat; ne obliviscamini vestrum, effundentes vosmet in ea, quæ sunt extra vos. Quid vobis proderit universum lucrari mundum, si animæ vestræ jactutam feceritis? In Patris hujus sententus luculenta videtur tabula vitæ, ac morum S. Cajetani. Sumet ipsius consideratione, & profunda Judiciorum Dei meditatione primum ad summet sanctificationem animum appulit. Illi acriter persuasum erat ad hoc, ut par fieret aliis sanctificandis, initium sibi ducendum esse a semet ipsius sanctificatione; neque Dei verbum aliis prædicare cœpit, nisi antea cor suum jugi rerum cælestium contemplatione capiasset.

Quo in casu actio contemplationi sit præferenda.

S. Augustin. de Civit. Dei.

De consid. lib. 1.

Quinam esse debet Religiosi hominis scopus? Hic vesse non est, solitarius quidam apud Cassianum respondet, nuditas, & rerum omnium carentia; neque honorum, ac dignitatum abdicatio. Hæc omnia pro nihilo habentur, si desit Charitas, quam S. Paulus per singula capita exponit, & quæ in sola cordis puritate sedet. Si ergo Religiosus sese in solitudinem recipere debet, semet durare laboribus, carnem austeris jejuniis mortificare, animum assidua lectione nutrire, vigiliis laqueos tentatoris detegere, ejusque conatus precibus frangere: hæc illi præstanda sunt, ut per hæc exercitia, tanquam per gradus, ad Christianæ charitatis apicem se attollat. Patet, hac eadem Charitate animatum fuisse summum virum Cajetanum Thienæum; eamdemque illius lumen, ac robur fuisse in statibus omnibus, per quos illum deducere divinæ placitum fuit Providentiæ; quandoquidem regula ejus lex est Charitatis; & mens ejus Congregationem suam instituentis erat illos, qui ad eamdem evocarentur a Domino, ad perfectissimum charitatis cumulum evehere.

S. Cajetani Institutum unice innititur Charitati.

Dicere possumus sacrum ministerium, & Ecclesiasticorum bonorum qualitatem abusus, qui Sacerdotio infigniti sunt, & dispensatores sunt bonorum Dei, latiorem, atque generosiorem exquirere abalienationem, quam cæteris mundi conditionibus. Per hanc honoris charactcrem Deum ineahaustum bonorum omnium fontem inter jura sua recensent: quemadmodum illi ipsi pertinent ad Deum; Deus illorum pars est & hæreditas, ipsique

Sancta Paupertas præceptum est fundamentum, super quod S. Cajetanus suum Instit. tutum, exstruxit.

yicissim

vicissim Dei sunt, ejusque possessio. Ita uno ore omnes Sancti Doctores loquuntur. Quod Ecclesiæ thesauros Ministri hujusmodi seiuoi, se dumtaxat sequestres esse, & secundum pias Patrum dispositiones, horum bonorum partem Sacerdotibus, alteram Ecclesiæ fabricandæ, tertiam in alimenta pauperum esse distribuendas. Verum si Sacerdotes generatim loquendo paupertatis virtutem exercere tenentur; profecto S. Cajetanus hanc eamdem virtutem propositi tanquam præcipuum finem institutæ a se Congregationis.

§. Cajetanus studio dat operam ut sua discat officia, antequam fideles aedificet.

Dei Spiritus, qui servis suis omnes vias indigitat, eosque per se præparat iis ministeriis, ad quæ illos evocet, S. Cajetano fuit auctor, ut pietati doctrinam consociaret. Si enim viro, cui summet ipsius sanctificandi sola incumbit cura, satis est ambulare cum simplicitate in timore Dei, ejusque mandata observare; longe aliter sentiendum est de illo, qui ad verbi ministerium vocatus est, & cui animarum regimen creditum est. Hic non solum virtutibus præditus esse debet fideles exemplorum suorum sanctitate ædificaturus; verum etiam doctus esse debet, atque scientia præstans, ut par sit aliis regendis, illisque de ipsorum officiis erudiendis. Hoc S. Cajetanum impulit, ut studiis operam daret, sua primum ut officia cognosceret, antequam fidelibus edocendis, & animarum saluti procurandæ manum admoveret.

§. Cajetanus præpicit magna magnorum stimare pericula si diuturna media providentiæ.

S. Jacobus Apostolus nos monet, ut primos timeamus recubitus; ne festinemus fieri aliorum magistros, sciens eloquin in nos severiori Judicio esse animadvertendum. Quid igitur dicendum est de illis, qui magnos ambiunt honores? Nonne potius deplorandæ est cæcitas eorum, quam sorti illorum sit invidendum? Non ideo tamen dixerim, eos omnes, qui auctoritatem consecuti sunt, condemnabiles esse; plorandi quidem sunt; damnandi vero non item. Necesse, ut & primi recubitus impleantur, ut & novissimi; sed a Deo vocandi sumus; atque nullum nobis imminet periculum cum vocamur, hoc enim non ex ambitu nostro, sed a Dei vocatione proficiscetur. Licet magna sint pericula, Dei tamen gratia major est; hac autem bene uti, nostrum est. Sed vere est omni carere sensu, sibi negotium facessere, ad primos honores omni nisu contendere. Si magnis honoribus dignus es, & alii te prætereant, beatum te puta, ac Deo gratias age: Quod si ad illos extolleris, cave; ne cesses timere, ac dignitatem tuam habeto, non tanquam aliquid præclarum, atque pretiosum, sed tanquam pondus onerosissimum, propter quod fugiter tibi a Deo petendæ sint vires, ne deficias. Propone tibi S. Cajetani exemplum, qui cum in Aula Romana satis insignem honoris gradum attigisset, ut se ad majora sperare posset perventurum, maluit spem omnem abjicere, abunde cognoscens quam crebris periculis septæ sint magnæ dignitates; atque tam modico in discrimine habuit omnes honores, vitamque ipsam, ut decreverit usque ad dierum suorum finem in perfectissima rerum omnium nuditate vivere traditus amabilibus eurs divinæ Providentiæ. *Auctor recens.*

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis, nuperisque Concionatoribus loci hujus argumenti.

§. Cajetanus ab infantia præclara præbuit suæ sanctitatis indicia. Prov. 16. In Sanctis Officio.

SI ex pueritiæ studiis cognoscitur, quem progressum homo facturus est, quemadmodum Sapiens testatur; Religio, modestia, sapientia S. Cajetano ingenitæ videbantur. Prima illius verba fuerunt nomen Jesu, quorum ejus amorem gerebat in corde. Mater, quæ illum adhuc rubentem ab utero Deo obtulit, innocentiæ hujus victimæ promerita est primitias gratiarum Domini: *A matre Deipara Virgini oblatus est.* Hæc illum intuebatur in gratia crescentem, qui nihil unquam fecit, quod excusandum esset propter ætatis infirmitatem. Omnia in illo erant matura, spirnus, & judicium. Angelicus pudor in illius facie emicabat, testis pudoris illius, qui nitebat in corde, ita ut exoris habitu, ex operum ratione, ex precum assiduitate judicium ab omnibus ferretur, in eo spiritum effornari ils rebus parem, quæ mox ab ipso fieri vitæ sunt; rogare leges, Clerum reformare, effusam ubique licentiam, ac iniquitatem compescere, Jurisdictionibus limites præscribere, & ubique justitiam, ac disciplinam restituere. Hæc sunt specimina, quæ de se præbuit Sanctus hic puer, ubi primum ad rationis usum pervenit. *Auctor Recens.*

§. Cajetanus pietatis parentibus debitæ.

Vitam, atque optimam institutionem a parentibus obtinuisse, qui virtute præstent, nonne eximium est virtutis filiorum præjudicium? Nonne ab arbore optima merito fructus expectur optimus? Et sicut filii paternorum bonorum hæredes sunt, nonne sunt virtutum eorum hæredes? bona illorum studia jure quodam justitiæ atque hæreditatis migrant ad filios. Apostolus vertit laudt Timotheo aviæ, matrisque illius pietatem ac fidem; nobis autem non licuit S. Cajetani meritis adscribere, quod eos parentes nactus fuerit, qui non secus ac illi Joannis Baptistæ in Dei vita ambulabant caste, integreque; ex quo sperandum est fore ut arboris bonitatem fructus exæquet? Sancti nostri genitrix, non secus ac Anna Samuelem suum filium offert Domino, ut toto vitæ suæ curriculo famuletur: *Commodatus ego Domino omnibus diebus vitæ suæ.* Quam felix conjugium est, cum Deo sacrata sunt corda; cum omnia sancta sunt propter bonorum contemptum, legis fidelem observantiam, & gloriæ Dei zelum! *Sensum a matre oblatus est Deipara Virgini;* & cum filii in spem erigunt omnes per eam pietatem, quæ in parentum integritate renidet! *Recordationem accipiens ejus fidei, qua est in te non ficta, quæ habitavit primum in avia tua Laide. Idem.* In Offic. Sanctis. Ad Tim.

Quamprimum ex puerilibus S. Cajetani studiis cognitum est, quod Domicus ab ipsis usque incunabulis illum suavissimis prævenerat benedictionibus. Nunquam fortasse visum fuit mitius ingenium, os modestius, spiritus perspicacior, atque docilior, cor purius, & rectius. Puer licet adhuc, jam indigitabat Deum unicum esse desiderlorum suorum objectum. Parvula devotionis exercitia etiam super ætatem sola fuerunt infantiæ ipsius oblectamenta. Maxima illius voluptas erat in penetrali suo sacras, quæ fieri in Ecclesia conspexerat, imitari cæremonias. Ejus perfecte obedientia & obsequium voluntati parentum, ac illius, cujus curæ ejus puerilia fuerat commendata, efficiebant, ut universæ Vicetinæ adolescentiæ proponeretur exemplum; & morum integritas, remota devotio, & charitas in pauperes ea in ætate, quæ non admodum aliena afficitur calamitatibus, in causa fuerunt, ut vulgo Sanctus appellaretur. Et profecto ex adeo felicibus initiis nonne sperandum erat, fore ut aliquando in hoc puero videretur Sanctus Religiosus, vigilans Sacerdos, actuosus, ab omni cupiditate alienus, quærens Deum modo quidem in charitatis negotio, modo vero in otio contemplationis? Intuentibus suaves, atque pias hujus adolescentulit affectiones nonne sperandum erat, se visuros, obi per ætatem liceret, zelotem sacrorum altarium ministrum, misericordem, sibi semper constantem, Sacerdotem denique, qui per diligentiam suam in procurandæ, quoad per ipsum fieri posset, gloria Dei & Ecclesiæ, aliquando futurus erat Ecclesiasticis tum Sæcularibus, tum Regularibus virtutum omnium exemplar? *Auctor recens.*

Dei de hoc Cajetano consilia erat Ecclesiastici status instauratio.

Recens Samuel noster palam crescebat ætate, atque sapientia; & dicere possumus nullum ab eo relictum fuisse vacuum temporis spatium in vita sua, quod ad Dei gloriam consecratum non esset. Illi, quibus Providentia ejus adolescentiam crediderat, diluculo infuderunt illi spiritum Ordinis, & disciplinæ. Ille vero in Clericatus officiis exercebatur antequam characterem obtinuisset. Parvula parare altaria, pervule ædificare sacella, paternam domum in Templum, domesticamque Ecclesiam convertere, hæ illius erant deliciæ. Ubique certum tabularum Ordinem disposuerat, quæ illi exhibebant vel vitæ, ac passionis Domini mysteria, vel Sanctorum Martyrum cruciatus, atque triumphos. Præsentia oculis suis semper hæc optabat mysteria, quæ erant & menti. Pietatis exercitia, quæ alioquin constituere videbantur objectum præcipuum curarum ipsius, nullum posuerunt obicem progressibus admirabilibus, quos ex humanarum litterarum studiis referebat. Brevi scitus evasit Philosophus, & eximius Theologus. Eodem plausit, Patavii juris utriusque lauream adeptus est, ibique clarescere incepit inter probatissimos furis Consultos & Casuistas. Verum si pietatis officia progressus illius in studiis minime retardabant, ejus in studiis solertia pietati non obfuit. Illius erga Deum amor crescebat in dies, atque devotio erga Deiparam novis affectus fervoribus incrementis augebatur; cumque non condiscipuli solum, verum etiam civitas tota ob oculos haberent in Cajetano tanta pietatis exempla; ita fuscepturn vitæ cursum immutaverunt, ut affirmare possimus, sanctum hunc adolescentem destinarum a Deo ad Ecclesiastici status Reformationem, primum edidisse specimen ea in urbe, quæ studiorum ejus nutrix extitit, & quæ illecta pietatis ejusdem exemplis, reliquit prorsus ea flagitia, quibus sese abdiderat. *P. Crasset in Asceticis, & ex Sancti vita.*

Magna fructus quæ in Sanctorum observantia.

Antequam videamus quo pacto Sanctus noster operam dederit reformandis flagitiis Status Ecclesiastici, operæ pretium est scire, quænam tunc inoleverant. Inter abusus, qui in Sancto loco percrebuerant, magnus erat tepor charitatis, magnusque bonorum perituorum amor; charitas enim, qui probatissimus Sacerdotii character est, elanguerat, & friguerat, cesseratque locum inordinatæ dtvitiarum cupiditati. Pastores inertes, ac in damnabili mollitie oscitantes non laborabant, utrum oves suæ errarent, ac disperderentur, dummodo earum exuvias reserterent; & inexplebilis hæc divitiarum acquirendarum aviditas, & libido fruendi omnibus vitæ commodis efficiebant, ut Jesu Christi glorism oblivisceretur. Quem prætextum, quod immo argumentum non præbebat hæreticis, & æquo licentioribus hominibus hæc vitæ ratio, ut de æterna duratione Ecclesiæ dubitarent, videntes, Ministros ipsos, qui firmissima illius esse debebant præsidia, operibus suis, pravisque exemplis ostendere quod ipsi etiam de omnibus rebus dubitarent! Sed Deus fidelis in promissionibus suis, ut tot mederetur malis S. Cajetanum suscitavit, qui esset velut murus aheneus contra errorem, & corruptionem, replevit virum hunc vere Apostolicum omnibus donis necessariis, ut adversarentur tot exundantibus vitiis, & ut de medio Israel anathema convelleret. *Vito Sancti.*

Nonne

a Reg. 1.

Nonne Salomon docet, voluptatem, præsumptionem, imprudentiam, & exercitatem unum idemque fere esse cum adolescentia? Et David nonne sit, adolescentes ab utero matrum aberrare in via iniquitatis; sibi artem peccandi comparare; & vix rationis usum attingere, eum dedecorant illam? Cereos esse in omnia vitiorum genera, ofores corripientium, consiliis excipiendis quidem ineptos, dandis vero ineptiores? Præsum exemplum cum pravia eorum affectionibus conjunctum instar esse duplicis torrentis; quo eminus abripiantur? *Erraverunt ab utero, locuti sunt falsa.* Deo gratiæ habeantur! Cajetanus adolescens horret sæculi, ætatisque suæ flagitia. Intelligit pœnitentiam, atque orationem nunquam magis esse necessarias, quam cum cupiditates irrumpere, ac prodire inceperunt; salutis opus propemodum perfectum esse, eum illarum cursus præverti potest, eisque aptius objectum ad sanctificationem ipsarum præberi. Convertit igitur cor suum sd Deum, tanquam in unicum objectum summopere amabile. Illum toto pectore dilexit, ita ut nihil præter illum amaverit. Pœnitentia, & oratio duo erant illius propugnacula. Priore carnis retundebat insolentiam, quæ fertur versus objecta sensibilia, & quæ tendit ad corruptionem; posteriore vero supra creata se attollebat, & tanquam aquila in cælo, non autem in terra consuescebat. Ex his initiis tantam orandi consuetudinem adeptus est, ut orando recenti semper cum voluptate horas passim octo impenderet: *Orationem ad octo passim horas protrahebat. Sermo Manuscriptus.*

In Officio Sanctæ.

Sanctus Cajetanus oriens secum attulit spiritum ministerii sui. Altaribus destinatus erat, ejusque missio aliquando futura erat pristinum status Ecclesiastici decus reparare. Nullæ virtutes illum melius augusto hoc muneri obeundo præparare poterant, quam illæ, quæ in eodem ab ipsis pueritiæ suæ primordiis elucebant. Assidua ejus in Ecclesia permansio, perseverantia in oratione, solitudinis amor, omnes hæ virtutes adeo erant cognitæ, ut ex eo ipso tempore tanquam bonorum exemplum, improborum autem terror haberetur. Auctores quidam illi æquales scripserunt, illum tanta in benedictione fuisse, ut quisque illum pium, ac spiritualem appellaret, & melius Sancti, quam Cajetani Thienæi nomine fuisse cognitum. Verum cum sola pietas non semper sufficiat in omnibus statibus, ad quos Deus evocat servos suos; Sanctus Cajetanus maxima cura humanis, divinisque scientiis operam dedit; perinde ac illi esploratus, compertusque fuisset locus ille, quem erat in Ecclesia habiturus. Qui sunt divinorum arcanorum sequestres, atque ad Verbi vocantur ministerium, regimenque animarum, ex Sancti hujus nostri exemplo percipere debent, sicuti pietas in nobis scientiam expiare debet, ita & scientiam vicissim facem præferre oportere pietati; doctrinam sacri ministerii non ornatum esse dumtaxat, sed & officium; ac tandem ut saxum de rebus feratur judicium, inter inertem rudemque Sacerdotem, & Sacerdotem indignum, vix ullum esse intervallum. *Ex Sancti vita.*

Dispositiones quas S. Cajetanus ut olit ad assequenda de ipso divina consilia in Cleri zelo manifestata.

Secundum initum a Deo consilium, utendi videlicet Sancti: Cajetani opera ad Ecclesiasticam disciplinam instaurandam, & evellendos abusus superioris hujus Ordinis, a quo pendet salus animarum, divinitus injecta fuit homini cogitatio, Romam adeundi, ut testis fieret oculatus malorum, quæ in sacrum ministerium obrepere poterant. Et via illuc accessit, cum nominis ejus celebritas perlata fuit ad aures, Summi Pontificis Julii II. Pontifex hic callidissimus meritorum æstimator, in S. Cajetano nactus est, quidquid de eodem fama evulgaverat: & in æstimationis argumentum detulit illi quamdam inter Prælatos dignitatem, quæ nihil majus, ac præstantius est, quam Episcopatus, & purpura Cardinalium. Sanctus Vir tamen in aula vixit, quin aulæ labe aliqua inficeretur. Abusus, quos tunc propriis usurpavit oculis, vitia adeo communia omnibus ferme illis, qui in adeo periculoso loco vivunt; mors Julii II. ac exæstimatio, quam successor ejus de homine conceperat, hæc omnia illi recedendi animum injecerunt, non credenti tuto in Summorum Principum Aula vitam duci posse, ubi omnia virtuti nuncium mittere videntur; cumque optaret sese sacris Ordinibus præparare, excessit ex loco, qui apud ipsum suspicione minime vacabat; & rationes, propter quas hominem vani atque ambitiosi illum perquirunt, Cajetanum impulerunt, ut ocyus inde fugam capesseret. *Ex vita Sancti.*

Cajetanus Romæ profecturus, Romæ quid ibi operatus.

Humilitas ejus non patitur, ut Sacerdotio initietur.

Dubitandum non est, quominus Aula Romana gravem jacturam passa fuerit recedente hoc Dei famulo; sed ille hactenus semetipsum respexerat tanquam privatum, cui sua tantum sanctitati esset invigilandum. Præterea, ut fieret aliquando pro reformandis aliis, quæ in Ecclesiasticum statum obreperant, opus erat, ut procul a mundi consuetudine per orationem, sumet collectionem, Sacrarumque Scripturarum meditationem se se præpararet. Videbatur Ecclesiæ in Sancto Cajetano ad Ordines promovendo a consueta disciplina recedendum non esse; & exigendum, ut ab illo servarentur interstitia per Canones constituta: hæc quoque Sancti Cajetani erat sententia; si enim animum adverimus ad ea, quæ ipse scribebat quidam insigni pietate Viro, videter noluisse adeo festinanter in statum adeo sublimem se injicere. Hæc illius verba sunt: Mihimet videbar interdicere debere divini Sacrificii celebrationem ex sensu indignitatis meæ. Quid? fingulisne diebus recipiam intus mihi dicentem: disce a me, quia mitis sum, & humilis corde, cum præ vanitate intumescam? Ego tenebræ sum, & eum, qui lux est mundi, recipiam? Quid? attingere ausim hunc Deum amoris, cum sim glacies? ausim comedere creatorem meum, cum sim pulvis & cinis?

Sed cognita rei utilitate novitium Sacerdos ordinatur.

Non obstat tamen Sancti Cajetani humilitas, quominus Ecclesia crediderit sapientem esse dispensationem communes regulas præterire in Sancti hujus gratiam, cujus probatissimæ virtutes, ac recens semper servor esse debebant loco exercitiorum spiritualium, quæ alii ferme omnes subire jubentur. Prævidit enim quantæ ædificationis futurus esset Sacerdos adeo Sanctus, eo præsertim tempore, quo vix aliquod supererat antiquæ disciplinæ vestigium. Noster igitur Sanctus in Sacerdotem inunctus fuit, licet ejus obluctaretur humilitas; & detineeps videbimus, proculdubio majori cum Dei gloria, & fidelium utilitate contigisse, si ex censuit Ecclesia in hac ordinatione mimme adhærere ei rigori, quem Sacri Canones exigunt. *Ex vita Sancti.*

Cajetanus divino afflatu luminis curasomno in Cleri reformatione impendit.

Cajetanus recenti igne se succensum agnoscens novi status celsitudine, divinitus afflatus ad Cleri reformationem manus admovere cœpit. Sed ad populos revocandos, initium ducendum esse censuit a capite, rite judicans, ubi caput convaluisset, futurum ut brevi corpus totum optima valetudine perfrueretur. Nihil igitur missum fecit hic Sanctus, quod esset in illo, ut eos reformaret, qui in Ecclesia pollebant auctoritate, ut illos de statu ipsorum officiis erudiret per divini verbi prædicationem, ad vivum illis exhibens, quo pacto muneribus suis præfungerentur. Quanam vi illis ostendit, in Ecclesiam ingrediendum esse vocatione divina, non ratione humana, neque ulla lucri, aut honorum cupiditate? Sacerdotium nomen esse non otii, sed maximi negotii, ministerium arduum, ac laboribus plenum, in quo omnes adhibendæ erant curæ ad Evangelii dilatationem, & sanctificationem Fidelium. Quo zelo non aperuit illis necessitatem conciliandi cultum, & obsequium dignitati suæ, non quidem importuna superbia nescientibus suam a Dei gloria secernere; sed humilitate non ficta, constantia digna statu suo, verumtamen cum suavi quadam indulgentia erga necessitatea aomarum simplicium atque rectarum? Quid non diu et probaturus, illis quidem primum observandum esse dignitatem in semetipsis, ut deinde a populis jure magis colerentur? Et fausta illos operam navaturos in ovibus Deo conciliandis, nisi illi cum Deo in gratiam redissent, & si facti Sacerdotes Dei viventis, simul etiam non fierent & victimæ? *Auctor vetus.*

Ut hoc facilius consequeretur, instituit Congregationem Clericorum Regularium.

Apollolicus iste Vir, cui compertum erat, adversa omnia, quæ Ecclesiæ ingruebant, a bona, vel prava Cleri affectione proficisci, conatus est per Sancta Novæ Congregationis exempla primorum Ecclesiæ temporum disciplinam restaurare. Hanc ob causam foclum se adjunxit Petro Caraffæ, qui ea Episcopo Theatino, licet invitus ad Romanam purpuram, & mox ad Pontificatus apicem evectus fuit, sub Pauli IV. nomine. Ille etiam sibi auxiliatores arcessivit quidquid Doctorum, proborumque virorum erat in Italia, & cum his, qui ex sæculi contagione evaserant, collegit, ut ita dicam, Cleri reliquiss, ex quibus Disciplinæ corpus essinxit. Ut igitur magnum hoc opus sibi melius verteret, una cum Caraffa Ordinem Clericorum Regularium instituit, qui cum voce, tum exemplis esse possent viventes Evangelicæ Legis præcones universo Ordini Ecclesiastico; qui pio, sanctoque vivendi genere in mentem revocarent iis, qui sacri impliciti essent Mysteriis, curam ab illis gerendam salutis animarum, ipsis crediturum; qui per Disciplinæ amorem, quem in nova hac congregatione deprehenderent, intelligerent, quinam sint effectus vitæ sanctæ quocumque bonum Jesu Christi odorem effundentis; qui cum dignitate sancta pertractantes docerent, quomodo ab aliis etiam essent pertractanda; qui denique pietate Clerum ædificantes, illum in hanc mentem pertraherent, ut tandem intelligeret, se pro status sui dignitate, esse oportere sal terræ, & lumen Mundi, ad Cælestem Patrem glorificandum, & ad populos sanctificandos. Per totum infrigidalium Virorum indefessos labores, & per sapientissima Sacri Concilii decaeta, quod sub illis fcae temporibus indictum fuit, visus est Ecclesiasticus statua reflorescere. Clerus antea obrutus oblivione eorum, quæ ille sibimet ipsi debebat, & ignorantia munerum suorum, tandem se se collegit, & animum appulit ad acquirendas scientias, quæ ad populos etudiendos fuit necessariæ. Pietas ejus fuit virtutis exemplum, & doctrina errorem confudit. Non minima felicis hujus metamorphoseos pars accepta referenda est admirabili S. Cajetano Thiennæo; quippe unus fuit ex disciplinæ clericalis reparatoribus. *Ex Sancti vita, & Auctore vetusto.*

Quomodo Sanctus hic Vir novam Congregationem instituerit.

Quin hoc loco repetam modum, quem secutus est Sanctus Cajetanus ad recentem Congregationem instituendam, dicam solum Virum hunc cæteros reformare cupientem initium duxisse a semet ut sese illis præberet exem-

exemplum. Et sane præclarum fuit, ac pertarum exemplum nobilitatis, videre Virum insignem genere, & honore, quem in Romana aula obtinuerat, in Xenodochio colere luxum, honores, & sæculi dignitates, videre illum pauperrima contentum tunica in ægrotantium curam sudantes, vigiliis, laboribus, consiliis, bona, ac totum denique se ipsum impendere; illis deservire majori sedulitate, quam si mercuriet stipendia; nunquam illos vel interdiu, vel noctu derelinquere, omnia illis necessaria suppeditare, ac sese abjectissimis, ac molestissimis christianæ charitatis officiis submittere. Per magna hæc pœnitentiæ, & mortificationis exempla incepit ostendere illis, qui se se Sanctuario devoverant, necessitatem ducendi vitam sanctam, ut alios possent sanctificare. *Ex vita Sancti.*

Virtus Sancti Cajetani ab omnibus habetur in pretio. Accendit alios igne Sancti amoris quo æstuabat.

Illustria virtutum omnium exempla, quæ mundo Sanctus Cajetanus tradebat, novum ejus nomini decus addiderunt. Ubicunque de Sancto hoc Sacerdote verba fiebant. Ejus celebritas omnia mortalium gonera domum illius adducebat, quæ publicus erat asylus, non solum quidem indigentibus, sed promiscue omnibus afflictis. Quilibet in illo solatium nanciscebatur, ac facilia remedia, ut certam animi pacem assequerentur. Ardium non erat homini, cujus cor nonnisi Deo vivebat, aliorum corda sibi, vel Deo potius conciliare, eaque inflammare eodem igne, quo erat incensus. Itaque divinus hic ignis palam accensus fuit in omnibus statibus & conditionibus. Summi & imi, divites & pauperes, præsertim vero plurimæ primorum subselliorum matronæ, sanctos illius ardores expertæ sunt. *Ex Sancti vita.*

Sancti Viri directori, ut amplam sedem præparet, mittit illum Venetias, & illinc Romam.

Sancti nostri charitas immensa exiguos sane inter cancellos Vincentiæ continebatur; Debuit Deus ut videtur, aliud illi dignius theatrum præparare. Director ejus, cui persuasum erat ipsum longe maximum, Deo juvante, fructum esse allaturum, misit illum Venetias, ubi obtinuit zelo suo messem erat inventurus. Parvit Sanctus, quin sua consuleret studia, sapiens illa, & insignis Reipublicæ, quo jam pervaserat fama eximiæ Cajetani virtutis, summa cum exultatione illum excepit. Ille si locum mutavit, non muravit affectum, neque exercitium. Quodam in Xenodochio locum nactus est, de quo perquam optime sunt meritus, propter operam, ibi ægris navatam. Reformatio morum, & omnium fere ibi incolentium conversio fructus extulerunt tam sanctarum illius adhortationum, quam sanctorum exemplorum ejusdem. Tot prodigia Sancti nostri directorem in eam injecerunt mentem, ut crederet, proculdubium elvitatem zelo ejus sufficere nequaquam posse; & illum divinitus esse destinatum, ut Ecclesiæ universali inserviret. Romam igitur misit eum, ubi ille, quemadmodum superius dictum est, inter consilium instituendi Congregationem Clericorum Regularium, ut morum reformationi, præsertim vero in Ecclesiasticis navaret operam. *Ex eodem vita.*

In sublimi vita gradu constituti.

Non afferam hic loci flagitia, quæ tunc in Urbe totius orbis Principe grassabantur. Necesse non est animadvertere antiquissimus Ecclesiæ cæremonias, & Ordines sanctitate, ac vetustate maxime venerabiles evasisse, alios quidem horroris causam, alios ludibrii. Procaciores homines censoria nota augustissima perstringebant mysteria, & qui verecundissimi habebantur, satis esse putabant suffragus suis probare censuram. Scripturas sanctas in profanum detorquere sensum, ludus erat, neque in urbe illa quisquam forsitse erat, qui, ut elegans, & non inficetus haberetur, non aliquid novi se afferre gloriaretur. Desolatio erat in loco Sancto, & vita populi, quemadmodum quidam Propheta inquit, erat, ut vita Sacerdotum, quorum laxitas statuebat lapides offensionis secus viam infirmorum, impietatei sua auctoritate commendabat, omnesque rapiebat in interitum. *Ex vita Sancti.*

S. Cajetanus omnem adhibet studium ad sui, & roborat Congregationem tali, ut aiquam aff ar medicinam.

Cajetanus, qui summo dolore angebatur videns mala, & necessitates Ecclesiæ, consolabatur quidem quodammodo, cum videbat, fervorem spiritus in toto fere Orbe Christiano extinctum, rursus excitari in quibusdam recentibus Congregationibus tunc temporis institutis, sed cum minime videret illas stabiles, votisque firmatas; & paucos esse viros, quorum numerus pir non erat, ut publicis vitiis, flagitisque objceretur, avo illo late grassantibus, & inde Ecclesiam non satis amplum percipere posse subsidium; Prælatos vero propriis implicitos negotiis, & publicis oneribus prægravatos præsentibus malis medicinam afferre non posse; scite judicavit sub fata, atque irrevocabili regula **amplioram operariorum Evangelicorum numerum esse colligendum**, qui ex instituto populus in viam salutis, ac pietatis revocare tenerentur. Socios igitur assumpsit alios duos integerrimæ probitatis Sacerdotes, ut huic operi manum admoveret, simulque statuerunt certam regulam sequi, & nuncupare vota, per quæ immutabiliter adhærerent huic operi, quod moliti fuerant. *Ex Sancti vita.*

Obtinent a Pontifice Sedis Apostolicæ approbationem & emittunt vota.

Sanctus igitur Cajetanus, cum Joanne Petro Caraffa Episcopo Theatino, aliisque Sanctis Presbyteris societatem iniere ob instituendum Ordinem Clericorum Regularium juxta vitæ Apostolicæ exemplar. Magnum erat opus, & arduum; sed freti rectitudine consiliorum suorum confugerunt ad Summum Pont. Clem. VII. præsidium illius obsecraturi, & impetraturi facultatem beneficia sibi jam collata dimittendi, Pontifex ægre assensus est Caraffæ Episcopatum dimittenti; & Cardinales ægrius probarunt Illatutum, quod nullos admittebat fundos, aut reditus: sed Caraffa & Cajetanus in eo Purpuratorum cœtu luculenter ostenderunt hujus vivendi rationis conformitatem cum vita Apostolorum, primorumque Salvatoris Discipulorum, ut tandem, quod adnitebantur, impetraverint. Votis igitur nuncupatis in omnibus, & per omnia providentiæ nutibus semet subjecere, sine ulla exceptione, vel restrictione. Quo facto in Superiorem sibi delegerunt Joannem Petrum Caraffa, quem Summus Pontifex jussit retinere Theatini Episcopi titulum, ex cujus nomine Clerici Regulares Theatini appellati sunt. *Croiset in Asceticis.*

Affectiones quas ad hoc enituerunt actulit Cajetanus, & primum de illius zelo.

Quoties S. Cajetanus eodem zelo animatus, quo Jesus Christus de Templo ejecit eos, a quibus polluebatur in latronum speluncam, & negotiationis domum Sanctuarium convertentibus? Quoties zeli sui ignem succendit in illos, qui cupiditatum suarum igne correpti audebant se artis offerre, & adferre coram Deo ignem alienum? & Pseudoprophetarum? Zelus hic effectus erat promotionis ejus ad Sacerdotium, & vocationis suæ ad sacrum ministerium. Si salutaribus utitur redargutionibus, id accidit postquam omnes charitatis artes exhausit. Quot ille effuderat lacrymas, ut mulceret iram Dei contra flagitia irritati, quæ vulgo in omnibus conditionibus, vitæque statibus grassabantur? Quot ille noctes traduxerat fetis horrenti subucula, & cilicio tectus se in peccatorum locum constituens, ac pro illis offerens se Deo tanquam victimam, & exsolvens pœnas ab illis exsolvendas? Quoties alienæ avaritiæ suam opposuit liberalitatem, furori moderationem, flagitiis, assiduique libidinibus puritatem? Verum quid non patitur, qui zelo gloriæ Dei, & salutis fratrum suorum succensus est? cum rectus ordo, ac disciplina diligitur, cum Ecclesiæ decus, & fidelium quæritur ædificatio! Nonne nullius non moveretur lapis ad revocandam in pristinum nitorem Ecclesiæ disciplinam? Nonne ea omnia, quæ nobis charissima sunt, vita ipsa posteriora haberentur, ut prima Christianæ religionis tempora videremus? *Ecclesiasticam Disciplinam collapsam, ad formam Apostolicæ vitæ instaurare desiderans. Sermo Manuscriptus.*

In Officio Sancti.

Insignis pauperitatis amor. Omnia sua distribuit bona, ut pauperes alat.

Cum Sancto Cajetano persuasum esset, omnia mundi mala a divitiis originem ducere, opibus suis sibi comparabat amicos, qui aliquando illum in æterna tabernacula possent recipere. Cogitabat Salvatorem paupertatem amplexum fuisse, ut statum hunc honore afficeret; & Ecclesiam illius ortum duxisse in paupertate; quandoquidem illius Principibus non aurum erat, neque argentum, & pauperes erant vel piscatores, vel scenofactoriæ artis professores. Hæ veritates in corde illius tanquam in terra optime præparata uberrimum fructum attulerunt. Convertit divitias injustas, quippe sunt injustitiæ irritamenta, in charitatis materiam. Xenodochia illius ære, ac patrimonio ædificata, æterna erunt monumenta misericordiæ ipsius erga pauperes, fideique in Jesum Christum, quem secundum verbum illius, respiciebat sub tristibus egestatis integumentis, quibus pauperes tecti sunt; necnon publica lectio usque ad finem sæculorum usus tilius, in quem impendendum est & superfluum, & aliquando etiam necessarium. Sancto huic Viro persuasum erat præstantissimum sapientiæ specimen esse, æterna efficere, quæ fluxa & peritura sunt; veram ad id viam esse illa in Salvatoris manum per manus pauperum traducere: Quam prudentissimam œconomiam ille nos docuit in Evangelio, cum inquit: *Negotiamini, dum venio. Rursus Author.*

Sub ipsa manibus in Nosocomiis labe laborantibus deservit.

Numquid vobis exhibeam illic Cajetanum coram pauperibus prostratum, quia in eorum persona Jesum Christum venerabatur? Dicamne ipsum illis in eorum necessitatibus famulatum fuisse, eosque in malis fuisse consolatum? eorum attrectasse vulnera tabo manantia, ac ad humillima quæque charitatis, & misericordiæ Christianæ ministeria defecndisse? Eo si fuissemus ipsi in loco quid egissemus? causari fuissemus infirmitatem, atque constitutionis nostræ imbecillitatem. Sed Cajetanus nec carnem consulit, nec sanguinem; omnia pauperum pedibus subjicit. Bona valetudo, & celsitudo utiles, ex Sancti nostri sententia non sunt, nisi ut inde fiant sacrificia. Videtisne illum grassante lue deservientem hoc laborantibus morbo? Expavescit ne lethiferos halitus, qui mortem affant iis, qui ægris id genus famulantur? Hanc sæcularium mollitiem exhorrens offert se Deo tanquam holocaustum, & recordatus Christi Jesu, qui se tradidit pro nobis, postulat fieri Martyrem charitatis, quandoquidem fidei Martyrem esse non datur: *Etiam morbo pestilenti laborantibus, suis ipse manibus inserviebat.* Numquid vobis describam eum quacunque transit, relinquentem suæ miserationis vestigia, juxta exemplum Filii Dei, cujus singuli gressus totidem beneficiis, & curationibus connotabantur? His tribuit, unde annorum sterilitati supplere valeant; illis unde afflictæ fortunæ farciant detrimenta; & de omnibus indiscriminatim per quam bene meretur; *Pertransiit benefaciendo. Author vivens.* In Officio Sancti.

Oratio, quæ est confluerum Fidelium officium, multo magis est Ministrorum Domini negotium. Cum non sint

Assiduus est in precibus explicandis

amplius

munus bene exercitat.

amplius de hoc mundo, tanto magis Deo vacare debent. Quamobrem illos admonet Paulus, ne Jesu Christi merentes stipendia sæcularibus se implicent negotiis, si velint placere ei, cui se devoverunt. Cum non sint amplius in terram devexi, ut sibi victum procurantes laboribus manuum, ideoque immunes sint a pœna Adæ ejusque posteritati inflicta, majores illis Deo agendæ sunt gratiæ. Impensius dilliguntur a Deo; impensius igitur ex grati animi officio Deum debent diligere. S. Cajetanus hoc intellexit debitum, eoque perfunctus est non tanquam munere, & officio: *Justo* enim *lex non est posita*, sed tanquam illecebra cordis sui, tanquam maximo beneficio, quo affici possit famulus ab hero suo, tanquam actione divina, & gratiis Domini affluenti. Fingite ergo vobis corpus Sancti Sacerdotis hujus jejuniis, & jugibus austeritatibus attritum, per pœnitentiam consectatum, & quod amiserat quodammodo quidquid habebat de suo, ut Spiritus motum sequeretur: semper ad cœlestia elatum, semper in Deo intentum. Utraque suimet ipsius parte orabat, anima quidem per sensuum elevationem, per cogitationes de Deo occupatas; corde vero per lacrymas, gemitus jugesque preces, quas pro salute proximi effundebat. *Sermo MS.*

Habebat Cajetanus domum lacrymarum.

Versamur in lacrymarum valle, gemitusque nostri finem habituri non sunt, nisi per mortem, quæ nos inducet in patriam. Expectata, & optata, sed dilata nobis felicitas, nonne ex oculis nostris lacrymas debet elicere? Quis ex nobis est, cui non sit ille spiritus adoptionis, propter quem clamemus ad Deum, tanquam patrem nostrum? Quis est, qui eum David non dicat: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.* Abrenuntiavent, opus est, cœlesti hæreditati, qui terram hanc inspicit tanquam patriam, & non ingemiscit. S. Cajetanus oculos suos in duos converterat fontes lacrymarum jugitet manantium: *Orationem ad ejus passim horas jugibus lacrymis protrahebat.* Sedi hic, ajebat ille, secus flumina Babylonis, cujus aquæ sunt imago inconstantiæ, inaniumque gaudiorum, quæ ibi gustantur; sed identidem Sancti Montis Sion reminiscor, & hæc recordatio ex oculis meis lacrymas elicit? *Super flumina Babylonis illic sedimus, & flevimus dum recordaremur tui, Sion. Cor meum, & caro mea*, dicebat, *exultaverunt in Deum vivum*: impatienter expectans donec mihi sese prodat vivens Deus: oculi mei ardenter cupiunt in faciem ejus prospicere, & ad mortem usque illum conquiram. Sperare jubeor, me illum visurum esse: certus ho, me tandem in illius domum esse ingressurum, & felicia hæc monita me cumulant lætitia, sed cum sancta impatientia expectans hoc deliciarum torrente frui, requiem non permittam cordi meo, neque inducias oculis meis; & perennes lacrymæ erunt pars mea in hoc miserrimo exilio. *Auctor recens.*

In Sextis Offici 5.

Mortificationes, & austeritates S. Cajetani.

Pœnitentia nata est cum Christianismo: ex vulneribus Salvatoris patientis cristiana prodit Religio, non autem ex gloria ejusdem in Tabor. Primum Baptismi votum est, crucem ferre; Nonne hoc nos docuit Salvator prædicans, & pœnitentiam exercens? Nonne dixit, a diebus Joannis Baptistæ usque in præsens, regnum Cœlorum vim pati? Hæ veritates altius erant insculptæ in Sancti Cajetani corde; secundum præclara Jesu Christi exempla ab extrema pueritia amplexus est pœnitentiam totoque vitæ suæ cutriculo particeps esse voluit calicis Domini. Seris horrentes subuculæ, cilicia, flagellæ, illius erant deliciæ; his suam alebat pietatem, noctesque, inquiunt vitæ ejusdem historici, integras in afflictatione corporis sui traducebat. Denique pœnitentiæ spiritus, quo animabatur, erat illi lex motus. Hinc secundum regulas, piamque praxim Sancti Institutoris sui Clerici Regulares Ordinis ejusdem præter pœnitentias ab Ecclesia præscriptas jejunant adhuc toto Adventus tempore, singulis sextis feriis, quolibet Festorum Sanctæ Virginis, & Apostolorum pervigilio, & a carnibus abstinent quolibet feria quarta, ad hæc in re primævæ Ecclesiæ mores imitandos. Quod si S. Cajetanus vitam duxit longe austeriorem, quam ipsius Regula præscribat; quandoquidem ut plurimum arcto pane, & aqua brevi, ad summum vero legumnibus, aut oleribus victitabat; inde factum est, quia credidit Patri ad indigitandam filiis virtutis viam, ducendam esse vitam præ cæteris mortificatiorem.

Persecutiones, & vitæ periculæ, quæ fuit in Roma direptione.

Opus non est, ut hic vobis describam cædes, scelera & sacrilegia, patrata per Cæsaris milites in direptione Urbis Terrarum Principis vi expugnatæ. Temporis illius historici fusius illa descripserunt; ita ut nemo unus illa ignoret, & satis liquet quibus malis sit par, miles furens, & ealex. Meum esse puto ea tantum referre, quæ ad Sanctum Cajetanum, aliosque decem, vel duodecim socios ejus pertinent. Quos fructus non tulit tunc Sancti Hominis charitas! Ad hostem se confert cum suis; & hæc agnorum manus non timuit semet luporum furori objicere, ac opem ferre civibus, qui ubique ferro intermebantur. Intellexit tamen, duodecim religiosos homines operam ludere, nihilque proficere posse, ut rebiem hostium igni ferroque omnia vastantium delinutet, quspropter inuit consilium semet cum suis in solitudinem recipiendi. Hinc facilis est conjectura, quonam dolore Sanctus, cum familia tota conficeretur. Periculum erat ne in recessu suo omnes fame interirent; pii quippe viri, a quibus alebantur, vel fugiebant, vel in captivitatem abducebantur, vel necabantur. Obtulit igitur semetipsum in holocaustum Deo, eique servenria nuncupavit vota pro infelicis illius populi incolumitate. Sed permisit Deus, ut plus nescio quis gravissimus sese objiciens periculis illos aluerit, sed cessante fame, rursus recentibus calamitatibus premerentur. Miles quidam olim Cajetani domesticus, certior factus, ubi Dei servus incoleret, quem suis opulentum arbitrabatur, cogitans se inde locupletissimam prædam ablaturum, secum edduxit militum manum æque avidorum, qui furentes Cajetani domum ingressi sunt. Religiosorum paupertas primum illos deterruit; sed spes abditum aliquem inveniendi thesaurum illos vi abstinere passa non est, & miles, qui antea Sancto famulatus fuerat, illum hortabatur, ut sine temporis jactura ultro significaret, ubi nam lateret argentum; compertum quippe, omnibusque exploratum erat, familiam illam divitiis affluere. Huic quin obstupesceret, Cajetanus respondit, desiderio sequendi Jesum Christum pauperem, se quoque pauperem factum, omnia reliquisse bona; & si fidem non haberet dictis, posse illum diligentius domum universam scrutari. Verba hæc nil moverunt homines, qui omnem prorsus abjecerant humanitatem. Illum inter duos afferes elidere conati sunt: eum umbilico tenus vinctum suspenderunt, denique inauditis crudelitatibus affectum deseruerunt videntes se tantum inutili cura tempus terere. Recedentibus illis alia armatorum manus irruens in Templum omnia depopulati sunt. Cajetanum ejusque socios plagis affecerunt, nonnullos etiam sauciarunt, ac vinctos denique, atrissimisque vinculis constrictos obtruderunt in carceres, ex quibus permisit Deus ut Hispani cujusdam ducis charitate, a quo in carceribus psalmos canere auditi fuerant, domum dimitterentur, ubi cum nondum essent in tuto, non alium secum habentes commeatum; quam firmissimam in Deo confidentiam Venetias sese receperunt. *Ex Sancti vita.*

Ejus fervens in erudiendis discipulis cura contra incursus mundi, carnis, & Satanæ.

Quomodo autem Sanctus hic vir discipulos suos erudiebat? Suaviter, ac patienter docebat illos, in mundo resistere tentationibus, quas ille sibi abrenuntiantibus struit; fieri sal terræ, ut a sæculi coruptione semet tuerentur; alios a pravorum exemplorum contagione præservare, eos a noxiis societatibus amovendo. Sæpe dixit, se illos mittere non secus Jesus Christus miserat Apostolos suos; quasi oves inter lupos, ut hos in agnos converterent, ab illis feritatem eatorquentes. Dicebat omnia in illis loqui debere, ut solus eorum aspectus vivens esset prædicatio; illos professionis suæ titulo sibimet in partem assumpsisse Jesum Christum; ad ejus exemplum ipsis exercendam esse paupertatem, quæ, illius pretium agnoscentibus erat bonorum omnium locupletissimum: illos non secus ac Apostoli, contentos esse debere iis, quæ ultro ipsis offerebantur: *sed solis eleemosynis sponte obviis viverent*, inquit Sancti Officium. Quam vim non obtinet sermo, cum præsertim nititur exemplo, & cum Dei nomine habetur, & hic inspirat ea quæ dicenda sunt? *Tanquam Deo exhortante per nos.* Cum in bene præparato serimus agro, cum loquimur ad corda cupida obeundi quodlibet officium suum, quinam fructus expectandus non est? S. Cajetanus discipulos suos totidem reddidit suæ pietatis successores, & videmus adhuc Sanctum hunc in singulis filiis suis revivíscere. *Recens Auctor.*

2. Cor. 5.

Ejus humilitas.

Timendum sane erat S. Cajetano, ut tentaretur vanitatis nomine, cum tot, ac tam præclare opera gessisset. Etenim hinc quidem omnia erant ab adulatoribus metuenda; inde veto in iis, quæ a Deo procedunt omnia aliquid conferunt ad extollendam virtutem sine ullo etiam consensu recipientis illa. Nunquid non sibi complacuit se adeo eximiis donis cumulatum videns; quæ quidem dona tantum illi superioritatis gradum præ cæteris conferebant? Nequsquam. Sanctus Vir se ipsum respicit tanquam novissimum in domo Dei; se ipsum nequissimum peccatorem dictitabat, & ab aliis etiam talem haberi, vocarique gestiebat. Cum vero se novi Ordinis caput constitutum vidit, cujus sodales illi tot benedictiones, & laudes promerebantur, nonne quandoque suo gavisus est dominatu? Nonne in hunc illisit scopulum satis communem virtuti, videlicet hominum existimationem? Nequaquam. Ejus humilitas nullis unquam licet acutissimis tentationis telis labefactatur; quippe illi erat perfusum Deum esse omnia, & hominem ex se nihilum esse. Noverat ille, nos a Deo attolli, ut quantamcunque possumus gloriam illi procuremus; & uru illi acceptam esse referendam gloriam omnem, & quidquid boni esse potest in homine. *Recens Auctor.*

Cajetanus multis sese objecit hæreticis.

Triste profecto est hoc in loco meminisse plurium Hæresiarcharum, qui S. Cajetani ævo insurrexerunt, & alte ea repetere mala, quæ in tota Christianitate pepererunt. Verum quin singula enumeremus, satis erit dicere illos post infectam atra lue Germaniam, late universam Galliam aliasque Christianas regiones, post eversas leges omnes

S. Cajetanus ajuſque ſoci detegunt hæreticos, & confutabant.

divinas & humanas, nihil ſe feciſſe rctos eſſe niſi Italiam quoque ſubverterent.

Cum Ludoviei Borbonii exercitus Neapolitanum regnum torrentis inſtar exundaſſet, & cum bello iſtuc rerum omnium perturbationem, atque impietatem attuliſſet, prope fuit, ut funditus religio convelleretur. Inter cætera, quæ maxime ſdeplorabilia acciderunt, non extremum illud ſunt, quod homines bello aſſueti ſcelcribus ſuis aditum aperuerunt tribus novorum errorum ſuffragatoribus, qui adeo opportunam operiebantur occaſionem, ut ſenſus ſuos proderent. Primus Joannes Valdeſius appellabatur, alter Petrus Martyr, tertius vero Bernardinus Ochinus. Tres iſti in omnes novitates eorum temporum incideranr; earum ſibi ſyſtema veluti quoddam concinnaverant, & conabantur aliis etiam aſſare virus, quod conceperant. Petrus Martyr audaciſſimus eo in conventu, ubi præerat, dogmata ſua nefaria venditabat. Tunc Sancti Pauli epiſtolas interpretabatur, & qui debuerat Traditionem ſequi, Patrumque ſententias inhærere; commodabat Apoſtolo ſenſus ſuos impietate, ac illuſione refertiſſimos. Valdeſius in ſecreto domus ſuæ ſe continens ſibi cathedram iniquitatis erexerat, in qua divinas adulterabat Scripturas, eaſque in pravum ſenſum detorquebat. Sed Ochinus omnium diſertiſſimus æque ac audaciſſimus, qui alioquin auſtero quodam oris habitu auctoritatem ſibi conciliaverat, nullum ſervavit modum. Tunc primas tenebat Cathedras Neapoli, & ſemper diſſimulate, callideque ſermonibus ſuis aliquid Lutheranæ ſœcis adſpergebat. Modo tres iſti Novatores Summi Pontificis auctoritatem, modo Epiſcopi juriſdictionem, modo cultum, & Sanctorum invocationem, reliquias, & venerationem eorum imaginibus debitam carpebant. Inrerdum in locum aliquem contra Indulgentias, & piaculares flammas excurrebant. Vis ſanctæ, vetuſtæque Traditioni inferebatur. Impugnabatur hominis libertas, eaque fatorum legi ſubjiciebatur, Ipſum etiam Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum perditiſſimorum hominum criteria non fugiebat. Omnia denique eo ſpectabant, ut Eccleſia funditus everteretur, & ſub reformationis ſpecie tota ſalutis œconomia tolleretur. Inter tumultum, ac mala, quæ bellum in Neapolitanum regnum invexerat, nulla ferme, niſi temporalium negotiorum ratio habebatur. Sanctus Cajetanus, ejuſque Clerici Regulares primi omnium ſubodorati ſunt technas, quæ morum integritati nectebantur. Licentia, quam ſibi vendicabant novatores iſti de Eccleſiaſticis Superioribus obtrectandi ſuſpicione non caruit. Cajetanus illos propius ſcrutatus eſt, detexitque lupos ovino tectos corio, qui perſonam ſibi ablatam videntes, omniaque ſibi a Summo Pontifice metuentes, id unum, quod illis reliquum erat conſilii ſecuti, fugam arripuerunt. Neapolitana civitas victoriam hanc vigilantiæ Sancti Cajetani, & Sociorum ejus acceptam retulit; & ex his Clericorum Regularium meritis erga Religionem, & Regnum maxima facta eſt acceſſio ſpei, quæ de illis fuerat concepta; & decoris recens inſtitutæ Congregationi. *Ex Sancti Vita.*

Fluxus cos ſequuntur Congregationes ad imitationem illius, a Cajetano inſtitutæ.

Hæretici non ſola fuerunt S. Cajetani, ſociorumque ejus trophæa. Doctrina ſua illuminarunt peccatores, eoſque exemplis optimis, ac morum integritate ad pœnitentiam revocarunt. Brevi divinus cultus reſtoruit: templit, ariſque rediit priſtinus nitor, & inceptum eſt ſacris miſteriis frequentius communicare. Omnia tandem novam induebant formam, & præcedentes iniquitates evaneſcere inceperunt. Paulo poſt etiam variæ Clericorum Societates inſurrexerunt contra morum licentiam, & conatus Hæreſeos. Sed cum id genus Congregationes ad normam Clericorum Regularium Sancti Cajetani inſtituerentur, ille omnium quodam in ſenſu pater vocari poteſt: ipſumque ſe ſe multiplicaſſe in tot vitos, quot illuſtribus hujuſmodi Congregationibus adhæſerant, & deinceps lapſu ætatum omnium ipſum, per eorum manus ſcripturum, per ora locuturum, replendo quidquid in Ordine ſuo vacuum fuerit, hoc ſiliorum numero, qui per imitationem charitatis, zelique ipſius ſe ſe ad ejus exemplum compoſuerunt dimicaturi adverſus morum improbitatem, recenteſque ſectas luci Evangelicæ oppoſitas. *Ex Sancti Vita.*

Opera a Cajetano Venetiis poſt laborantibus præſtita.

Si Romæ perſecutio Cajetani patientiam probaverat, morbus, & fames non minus charitatem illius Venetiis exercuerunt. Cum bellum excepiſſet tetra lues, hæc Europam, præſertim vero magnam Italiæ partem vexaverat: Hinc ſenſim per commercii neceſſitatem Venetæ Reipublicæ fines invaſerat. Aer vorasi hoc igne corruptus contagionem inferebat in ſinum illius reciprocantium. Venetiæ civitas illa adeo frequens, & florens propter magnam incolentium vim, propriamque magnitudinem interibat. Horum fuga, illorum mors illam in ſolitudinem redigebat, & ſuperba, & antiqua civitas ſqualore, luctuque conficiebatur. Amici, conſanguinei nequaquam ultrò, citroque ſe cognoſcebant; mortis metus fortior erat vinculis naturæ, ſanguinis. Tantum hoc periculum, quod quilibet æquiſſimum eſſe putabat jus, quo a charitate Chriſtiana immunes redderentur, magis magiſque Cajetani charitatem accendit. Ejus commiſeratio erga tot homines propter auxilii defectum interituntium, imbecillitas eorum, a quibus illi deferebantur, Sanctum hunc exetvit, qui omnes adhibuit curas, & vigilias, neque ſaluti, vitæque ſuæ pepercit ut quæcunque poſſet lue tabeſcentibus omnia procuraret ſolatia, ſed potiſſimum id quæſivit, ut reconciliaret Deo; norat enim peccata, ut plurimum, eſſe omnium horum calamitatum originem. *Ex Sancti vita.*

Procurat pacem in urbibus, & familiis, ubi glisctat diſcordia.

Sancto Cajetano fatis non eſt pacem in ſemetipſo, atque in arcta familia ſua tueri, ſemper quantum potuit adnixus eſt, ut paeem hanc procuraret, ac diſſenſionis ignem, ubicunque eſſet, extingueret. Populus Veronenſis animo erat alieno ab Epiſcopo ſuo, & prope erat, ut diſſidium in civile bellum erumperet propter aſſiduas contentiones. Papa Clemens VII. Sancto Cajetano præcepit, ut ſtatim ſe Veronam conferret, ad ſarciendam Epiſcopum inter & populum gratiam. Non defuit Cajetanus, & ea auctoritate, quam nominis ſui celebritas comparaverat, ſed præcipue fuſis coram Deo precibus, & lacrymis effecit, ut reddita urbi tranquillitate, populum ad officium revocaverit. Neque ea tantum in urbe enituerunt indicia illius poteſtatis, quam contulerat Deus Sancto huic ad pacem, & conſenſionem procurandam; nullus enim fuit populus, nulla civitas, nulla familia diſſentiens, ubi Cajetanus zelo ſuo, ac ſermonibus turbas, ac jurgia non ſopiret, & penitus convelleret; idque non ſolum eum viveret, ſed etiam cum obiiſſet. Civile bellum, quod in Neapolitano regno exarſerat, ad illius interceſſionem ſedatum eſt, & regionis illius populus adhuc ad Sanctum hunc confugit, ubi diſſidium aliquod ſuboritur inter incolas vel urbit, vel agri, & paſſim per illius interceſſionem petitionis ſuæ conſequuntur effectum. *Ex Sancti Vita.*

In Sanctiſſimo altaris reſervatio ne inſtituit, & domum erigit ubi fideles ſe recreent.

Sollicita Sancti Cajetani charitas non in ſua tantum congregatione ſe ſe proferebat, zelus enim nimis ardens erat, neque poterat brevi ſpatio contineri. In pluribus Sanctimonialium Cœnobiis, quæ jam regularium ſuarum fere oblitæ fuerant, reformationem inſtituit: ignitis ſermonibus ſuis ita ſe geſſit, ut eas ad primum religionis ſuſceptæ ſpiritum revocaverit, Aſceterium, quod Neapoli inter cætera niter, Sapientiæ nuncupatum ſub S. Dominici regula poſitum eſt; bujus directionem vigilans Cajetanus ſibi demandatam aſſumpſit, ibique curia, ac vigilis ſuis ad primævæ inſtitutionis ſpiritum nobiliſſimas eas Virgines revocavit. Quemadmodum Cajetani charitas inquirebat ſemper, ubi exerceretur, eadem excitus procuravit converſionem complurium mulierturum, quæ in ſcortationibus, luxuriſque vivebant, ac plerasque, deficientibus qui præſtarent opem, interibant. Sanctus Vir earum non mediocrem numerum colligit, atque procuravit, ut illis domus inſtitueretur, quam Pœnitentium nuncupavit. Ad id a Summo Pontifice obtinuit ea omnia, quæ erant neceſſaria; eamque ita ſolide inſtituit, ut ad hanc quoque diem magna illa in civitate optimo ſit exemplo. *Ex Sancti Vita.*

Alla Cajetani peregrinatio, & charitatis officia.

Sancti noſtri charitas in ſola Congregatione ſe non continuit. Inutile eſſet repetere, cor illius apertum ſuiſſe omnibus calamitoſis. Cum adhuc eſſet in ſæculo, invifebat Xenodochia, ægria ferebat opem, afflictos ſolabatur, pacem ubique certam faciebat, & Paſtoribus etiam præclarum præbebat exemplum, ubi res ferret, periculo objiciendi vitam pro ſuarum ovium incolumitate. In hac urbe piarum exercitationum fervorem ercbat in illa ruentium Noſocomiorum ſarta tecta procurabat modo ſolatium ægrotantibus afferebat, eiſque ſuadebat patientiam, modo in carceribus detentos viſitabat, eoſque juvabat eleemoſynis; modo templa, & Martyrum tumulos inviſebat. Omnibus pietatis operibus intererat. Nulla erat piorum ſodalitaa, cui non vellet adſcribi. Omnes aſſiduitate ſua ædificabat, & exemplis excitabat. Verum ſicuti Salvator omnes paſſiones laboreſque ſuos ad animarum ſalutem retulerat; S. Cajetanus hunc ſibi ſemper proponebat finem in operibus charitatis, quæ erga proximum exercebat. Itaque nihil erat curarum, quod pro Eccleſia, & pro ſingulis fidelibus non aggeraeretur. Nunquam illius ceſſabat charitas; ille prædicabat, catechizabat, Dei verbum in ore ipſius lac erat parvulis & infirmis; fortibus autem & perfectis ſolidus panis, & nutriens. Non ſatis illi ſuit Schiſmatieis objicere vitam, quæ erat veluti quædam muta ſed efficax controverſia; de cathedra quidem contra illos invectus eſt. Oſtendit illis abyſſum, in quam præcipites ruebant patrum ſuorum terminos ſemoventes, & contendentes aliud jacere fundamentum ab eo, quod ab Apoſtolis poſitum fuerat. Verum eſt, dicebat illis, non ſatis deſſeti poſſe mala, quæ Dei filios dedecore afficiunt: ſed temerarium opus eſt, quod privati ſine auctoritate, ſine charactere, ſine miſſione afferre velint malis hujuſmodi medicinam: Diſcedere velle ab Eccleſiæ Traditione, hoc idem eſſe, ac palam ſeſe conjicere in abyſſum, cujus nullus eſt finis, Sanctæ Eccleſiæ intereſſe coercere ſcandala; illius hac in re judicium eſſe expectandum ejuſque judicia neminj præverteada eſſe; illius Unitatem infringere eſſe idem, ac ſeſe Salvatoris inimicum profiteri, ac dæmonis ſervitio ſemet devovere.

Quemadmodum Eccleſiaſticorum irreligio, & ignorantia, morum corruptio in Laicis, cultus divini negligentia

Compendium curatum, & la-

Invem S. Cajetani, & congregationis.

tia in Templis, & Sacramentorum nausea primum fuit objectum zeli S. Cajetani, & Congregationis ejus, ita finis instituti ejusdem fuit; 1. Morum puritatem restituere, & inter Clericos studii amorem, ac vivendi disciplinam reparare. 2. Extinguere avaritiam, & revocare integritatem illos secundum spiritum, & apostolicæ paupertatis perfectionem reformando. 3. Reddere ubique templa decorem, ac magnificentiam, efficiendo, ut primus revivisceret spiritus reverentiæ, & religionis, quo omnes exteriores Ecclesiæ cæremoniæ animatæ esse debent. 4. Expurgare Cathedram veritatis ab iis, quæ humilia, profana, & humi repentia fuerant invecta. 5. Ubicunque novas hæreses persequi: ægrotantibus ad tumulum usque opitulari, & fontes capite plectendos ad supplicium raptos comitari. Ita Sanctus hic Vir suam instituit Congregationem, suppeditans filiis suis solidam materiem ad exercendam jugiter charitatem, ac se ipsum impendens in hæc omnia sancta opera, ostendens illis verbis, & exemplo amorem, ut verus sit, esse debere universalem. *P. Croiset in Asseriis.*

S. Cajetanus tot inter labores Congregationis fundamenta gessit.

Tot inter labores, quot Sanctus Vir suscipiebat, cum pro omnibus generatim, tum pro illis, qui quacunque ex causa afflicti mœrebant, nunquam tamen fusum neglexit Congregationem. Pro hac tot ingressus est itinera molesta cum per hyemis rigores, tum per ardores æstatis, per pericula in terra, per scopulos in mari. Aula Romana, magnæ illius civitatis direptio, fames, lues, ipsa etiam pietas & liberalitas Principum, & Episcoporum, omnia adversari videbantur orientis ordinis institutioni, & progressui; charitas tamen illius omnes obices superavit. Alia ex parte cum Neapoli civile bellum exortum fuisset, & nobiles cum populo inita consensione contra Regimen ad arma confugissent, & exules, ac improbi in urbem vocati fuissent ad illam tuendam, dicere mallem, ad diripiendam; incolæ omnes io qualibet urbis regione vallo sese tuturi fuissent, rivi sanguinis per vias, & compita fluerent, cædes passim fierent, ignis ubique domibus admoveretur: Prorege hinc, inde civibus certatim celebertimam urbem ruinæ ejusdem tumulare admentibus, tot tantaque mala bonos viros, præsertim vero Cajetanum summo mœrore, ac amaritudine confecerunt. Hunc Providentia per hoc periculum traducere voluit, ut ante obitum oculis suis videret genesalem illius urbis vastitatem, quam summa dilectione complectebatur; sed maudita, quæ ibi patrabantur sacrilegia, magis adhuc cor ejus fauciarunt, quam cædes, & incendia, quorum fuit testis. Quid inausum, atque intentatum reliquit, ut tortentem hunc cohiberet? Adit ille Gubernatorem illius clementiam exoraturus: adit Principes, ac Magistratus, & eos omnes adit, qui auctoritate præstabant: ad Deum se convertit lacrymis, ac gemitibus in cælum emissis; sed immutabilibus divinæ justitiæ judiciis in noxia capita obsistentibus votis Sancti Viri; & gliscente in dies singulos discordia, propter excessum tot miseriarum dolore tabescens incidit in febrim, quæ lento gradu illum paulatim absumena, desiit tandem in lethalem languorem. Ille agitur vi morbi victus enixe petiit, deferri super paleas, dicens homini, qui paupertatem & abjectionem elegerat, non alia re opus esse. Quonam dolore affecti fuerint ejus filii, quilibet æstimare potest, præsertim vero cum S. ab illis veniam peteret, si quid erga illos deliquisset. Denique illos obtestatus est, ut invicem sese honore prævercerent, ut mutuo alienas noxas ferrent, vocationis suæ spiritum tuerentur, & ut in ingruentibus malis in Dei Providentia confiderent. Hæc novissima fuerunt Sancti verba, quo filii respondere possent, nisi lacrymis, atque singultibus. Eodem momento in suavem, pacatumque agonem incidit, servataque usque ad extremum spiritus libertate, servoris, fiduciæque plenus, quarum testis fuit oris serenitas, Deo sanctam animam reddidit. *Ex Sancti vita.*

Sanctus est vivens non potuisse e clarione tumultibus Neapolitanæ; morte impetrare.

Post omnes curas, pœnasque, quas S. Cajetanus subierat pro proximo generatim, & singillatim, nemo unus mirari debet, si luctus civitatis totus illius mortem subsecutus est. Illum fleverunt pauperes tanquam præsidium; ægrotantes tanquam consolatorem; Clerus tanquam unum de exemplaribus, Clerici Regulares tanquam Parentem, ac magistrum; civitas universa tanquam Patronum, Angelumque tutelarem. Nulli habebantur sermones nisi de illo, de tot animarum acquisitione, ac de laboribus ab eo susceptis toto ministerii sui curriculo. Quemadmodum summorum virorum mors est quoddam upotheosis genus, quod vividiores efficit impressiones existimationis, ac venerationis erga illos concepiendum viverent; omnium conditionum mortales confluxerunt in Templum, ubi Sanctum Corpus exposicum erat, ut illi parentaretur. Neapolitani vero præsertim, ut glorinfiorem efficerent Sancti Viri memoriam, & in grati animi argumentum, quod civile bellum in ejus obitu ad ejusdem intercessionem sedatum fuerat, edictum fecerunt, ut inter Sanctos civitatis suæ patronos adscriberetur. Verum est edictum hoc nonnisi multo post locum habuisse; Summus enim Pontifex Constitutionem emiserat, qua cautum erat, ne Sancti, qui nondum a Sancta Sede inter Cælites fuissent descripti, in Patronos, aut titulares erigerentur. Denique testimonium primorum Patrum Congregationis Sancti Cajetani palam innuit, nemmem eatitisse, qui non crederet pacem, ac tranquillitatem Neapolitanæ civitatis Beato Cajetano acceptam esse referendam. Beatus Cajetanus, inquiunt illi, patria Vicentinus, Comes Thienæus, unus ex quatuor Institutoribus Clericorum Regularium, Dei spiritu repletus, propter conversationis suæ puritatem, verborumque vim insignia, propter frequentia miracula in honore habitus, mortuus est Neapoli morbo concepto ea doloria excessu, in quem conjecerunt eum urbis illius seditiones, quæ tamen sedatæ fuerunt precibus ejus, eum ex hac vita ad beatam migravit æternitatem; & hoc testimonium eo magis authenticum est, quod signatum sit a Sacro Collegio, quod id publice attestatum est. *Ex Sancti vita.*

Ejus miraculo generatim, & gratiæ particulari quas recepit a Deo, & a Sancta Virgine.

Hic locus esset referendi insignia miracula Sancti nostri, & non vulgares gratias, quibus a Deo sint cumulatus. Quod spectat ad miracula, quæ referre fastidium parerent, permulta sunt enim, satis mihi erit generatim dicere illum & Prophetiæ donum, & curationum gratiam recepisse, ita ut pauci fe illi commendarent seu ægrotantes, seu mœrentes essent, qui votorum suorum summam non consequerentur. Nulla est in orbe Christiano provincia, vel Regnum, quæ miraculorum ejus testis non fuerit. Visi sunt ad preces illius conclamantissimi licet morbi repente sanari, morientes familis suis incolumes reddi; cæcos illuminari; mentes de sanitate dejectæ iterum sui compotes fieri, aliaque id genus fexcenta ad Sancti hujus hominis preces patrari. Quod vero pertinet ad insignes gratias, quibus cælitus dignatus sit, duas tantum ex plurimis referam. Quadam die cum attentius meditatetur secum admirabilem Filii Dei hominis facti exinanitionem, ac intime sibimet repræsentaret mysterium Incarnationis Domini, totus effusus pios in gtati animi affectus ob tantum beneficium; Deipara Virgo illi apparuit inter ulnas suas filium complexa, quæ eumdem in Cajetani manibus posuit. Quibus tunc deliciis diffluxerit Cajetanus penes vos esto judicium; hoc verbis assequi profecto ipse non possum. Alia vice eidem mundi Salvator apparuit, lateris sui vulnus ostendens, cui Sanctus Vir applicuit os suum, ac inde liquorem adeo pretiosum expressit, ut jure dicere posset, deficere animam suam ptopter nimiam dulcedinem infinitæ Salvatoris nostri bonitatis, qui iterum illi Crucem obtulit suam, eamque in manus ejus tradidit, ut illum suis passionibus socium admitteret. Ad pauca hæc miracula memet arctavi; infiniti quippe laboris esset, si memorare vellem innumeras benedictiones, quibus Deus Sanctum hunc Virum cumulavit. *Ex vita Sancti.*

Insigne miraculum, quod operatus est Deus in gratiam amoris illius, quo S. Cajetanus extremam paupertatem dilexit.

Inter cæteras virtutes, quæ magis in Sancto nostro eluxerunt, ejus in Deo confidentia procul dubio primas tenet. Pauci fe fe divinæ providentiæ tradiderunt æque ac ille; verum Deus quoque nunquam nisi in gratiam illius apertius ostendit, quantum illi cordi sit fides hominis vere ab omni creatarum rerum amore divulsi. Ea Sancti nostri Officio, quod ab Ecclesia probatum est, liquet, Deum nunquam illi defuisse, eo usque ut in gratiam ipsius, ubi opus fuit, miracula fuerit npetatus. Unum duntaxat horum satis est, ut ostendamus quam Deo acceptus esset hic Sancti animus avulsus a qualibet proprietate, & ab ila omnibus, quæ cupiditatem siperent; & hoc sane ex eorum genere est, quæ facile apud incredulos etiam fidem inveniunt. Cum Sanctus hic Vir præsset in Neapolitana S. Pauli domo, memorabilis accidit eventos. Sub horam prandii Cajetano nuntiatum fuit, omnia ad extremam necessitatem esse redacta; & ne fructum quidem panis esse, quod Religiosis in cibum præberetur. Hoc illum minime terruit; jubensque ad solitum nolæ signum omnes in Triclinium arcessiri, post consuetas preces cum singuli loco suo discubuissent, illos hortatus est, ut in Deo confiderent, ut iri rebus adeo angustis illi fidei suæ præbetent indicia, opemque illius, quæ non longe aberat, opperirentur. Via hæc protulit verba, cum janitor evocatus fuit ad ostium. Accurrit ille, & obstupuit, cum ostio aperto vidit corbem candidissimo repletum pane, quin videre posset aliquem, a quo crederetur allata. Panem hunc Patribus obtulit comedendum; qui ob tale Dei beneficium hilares, ac in grati animi sensus effusi, eum nacti sunt in pane gustum, quem decebat escam de cælo dilapsam. *Vita Sancti.*

Quo pacto Sancti hujus virtutes imitari valeamus?

Si modo ex me quæritis quanam in re tantum Sanctum imitari possimus, dicam. Nobis, ut illi, persuasum esse debet, Deum auctorem esse, & fontem bonorum omnium. Hæc nos uni illi debere, & ab uno illo expectanda esse. Hic nobis in illo integram reponendam esse confidentiam; quoniam pollicitus est, se nobis in cuoctis necessitatibus adfuturum, præcepitque, ut credaremus, nos effectum consecututos eorum, quæ petierimus, dummodo licita, ac honesta petamus, *Credite quia*

scripturis; quæ res inconcussam reddere debet nostram confidentiam. Paupertas illius nobis est imitanda, quoniam cuilibet statui convenire potest: & quoniam plenissima hæc in Deo confidentia causa fuit, ut Evangelicam hanc paupertatem amplecteretur, eo perfectiorem, quo magis oculi ejus semper in Deum sublati fuere, quin aliquid expectent a terra; & magni hujus hominis exemplum, si magnas perfecti sumus, ita, ut illud sequi non valeamus, saltem docere debet, quo pacto moderari, ac regere debeamus desiderium perituras divitias enumerandi. Possumus etiam illum imitari in perfecta hac abdicatione non divitiarum dumtaxat per Sanctam paupertatem, verum etiam dignitatum, honorum, voluptatum omnium que sæculi commodorum, quæ sensus nostros allicere valeant. Possumus imitari Sancti Viri fervorem constanter serviendo Deo inter publicos tumultus, & civilia bella, æque semper adhærentes Deo in difficillimis rebus, ac tentationibus vehementissimis. Frustra redditis, vos infirmos, ac imbecilles esse, & fieri nequaquam posse, ut ad tantum sanctitatis apicem perveniatis. Sed quæso, quonam pacto illuc Sanctus noster evasit? Incepit ille quidem adhærere Deo, illum amare, sese in illius sancta dilectione confirmare; ita a modicis initiis paulatim ad altissimum perfectæ dilectionis gradum pervenitur. Ne quæramus igitur inaptas, futilesque causas: nihil est difficile diligenti, & si cupimus hanc immortalem gloriam attingere, ad quam Sanctus noster ascendit, quam proxime imitari conemur sanctæ suæ conversationis exempla. *Recens Auctor.*

PRO SANCTÆ CLARÆ PANEGYRICO. MONITUM.

Sancta Clara in Ecclesia universa celeberrima, tum virtutum suarum fama, tum numero Sanctimonialium, quarum Mater habetur, fuit, uti liquet discipula, ac Filia Seraphici Sancti Francisci Assisinatis. Deus, qui admirabilis est in Sanctis suis, ostendit in hac austerissimi Ordinis Institutrice, sequiorem sexum eximiis quibuscumque cœptis, egregiisque virtutibus esse parem. Quandoquidem illud ipsum, quod Sanctus Franciscus inter Viros, hoc fecit Sancta Clara inter Virgines Deo per vota Religionis sacras. En, mea quidem sententia, paucis verbis argumentum absolutissimi Elogii, quod de hac Sancta Virgine valeat exornari, & equissimus, qui de eadem, fieri possit conceptus.

In hoc argumento pertractando hac mihi utilitas est, quod eadem rerum copia, quæ ad Sancti Francisci Panegyricum in medium allata est, adhiberi potest in Elogio Sanctæ Claræ propter similitudinem eorumdem argumentorum, & multo magis propter exempla earumdem virtutum, paupertatis, humilitatis, & pœnitentiæ quæ utrique præbuerunt affectis suis in eo vitæ genere, quod fuerunt amplexi.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Synopsis.

1.

Sanctam Claram triplici in statu considerare possumus. 1°. Tanquam Sancti Francisci Assisinatis Filiam; 2°. tanquam Jesu Christi Sponsam; 3°. tanquam Ordinis sui Matrem.

Pars prima. Cum Sancta hæc spectatur tanquam Sancti Francisci Filia, dicere possumus, sicuti in natura qui alios vitam impertiunt parentes filiorum suorum dicuntur; ita in ordine gratiæ qui sunt cooperatores divinæ Providentiæ ad aliorum sanctificationem, jure in partem vocari possunt hoc titulo patrum, vel matrum: & earum, quibus spiritalem hanc conferunt vitam. Ita loquitur Sanctus Paulus de Fidelibus, quos per ministerium suum Deus converterat, dicens a fe-
1. Cor. 13 los fuisse genitos Evangelio: *Per Evangelium ipse vos genui*, cumque Philemoni commendat Onesimum, hunc suorum vinculorum, & catenarum filium appellat; quoniam ipse in carcere positus eum ad Ecclesiam evocaverat. Ita Sanctus Franciscus eos omnes respexit, quoscumque convertit, vel quos a vivendi genere nequam, ac dissoluto ad magis Christianam, sanctioremque vitam traduxerat, & multo potiori jure eos, quos exemplo suo perduxerat ad amplectendam crucem Salvatoris, & ad serviendum Deo in vita regulari. Hæc potissima ratio est, quam habet eum Sancta Clara, & quæ locum præbet dicendi, illum hujus esse patrem, & hanc filiam esse curarum, institutionum, & exemplorum illius; quandoquidem ille cooperatus est Deo in hac re, fuitque instrumentum, quo usa est Providentia, ut Sanctam Claram ad eminentem hanc attolleret sanctitatem, quæ illam maxime commendat, & quæ causa est, propter quam illam proponit Ecclesia virginibus Deo dicatis, tanquam altissimæ perfectionis prototypum.

Ad hæc autem evolvenda satis est ostendere Sanctam Claram quatenus Seraphici Sancti Francisci filiam, duplicem sortitam fuisse prærogativam; videlicet, 1. Mirum in modum participem fuisse spiritus ejusdem; 2. Egregie illius exemplum secutam fuisse. Particeps facta est Spiritus Sancti Francisci per integram rerum omnium abrenuntiationem, absolutam Providentiæ Dei submissionem per abdicationem rerum omnium, consanguineorum, bonorum, ac spei etiam, quam in hac vita habere poterat; qui vere spiritus est Sancti Francisci, & quem in Claram filiam suam transmisisse videtur; quoniam a primis annis præbere cœpit specimina perfectæ hujus abregationis bonorum terræ; & solationum, verbo, earum rerum omnium; quæ a mundi sectatoribus summa cum aviditate quæruntur. Latius excurrere possumus in hujus consilii generositatem, in animi fortitudinem quam in eodem exequendo præstitit, & in vim, qua obluctata est iis, qui vi, ac impotentia abuti voluere, ut eam de hac mente dejicerent. Præterea ostendit palam se gloriosi parentis sui spiritu esse animatam, exercens virtutes, quarum ob oculos habebat exempla, paupertatem adeo arctam ut supra vires non solum sexus sui, verum etiam virilis, eo usque ut Sancta Sedes ægre illam probaverit, immo non semel illam moderari proposuerit. Liquet, quid oblationi huic fuerit respondens, Humilitatem, quæ usque ad exanimationem descendit, & talem quidem Sanctus Franciscus exercuit. Pœnitentiam, & Mortificationem, cujus rigor superat fidem, præsertim vero in eo sexu qui suapte natura horret austeritatem. Sed hæc digna est Sancti Francisci filia, quam nihil deterrere potest. Ita Sanctus ille Patriarcha Sanctam Claram ad hunc perfectionis apicem extulit; per eminentissimarum virtutum praxim, ita illam præparavit Jesu Christi sponsam futuram,

Pars altera. Ecclesia proprie est Jesu Christi sponsa ex Sanctorum Patrum sententia; quod tamen non obstat, quominus Virgines omnes, illæ vero præsertim, quæ divino cultui in Regulari statu dicatæ sunt, in partem accedant gloriosæ hujus affinitatis juxta communem Ecclesiæ sensum, quæ illis hunc titulum impertit præ reliquis, quæ nuptiis abrenuntiant, ut sine eordis divisione, ac liberius Deo famulentur,

Sed omnes inter Virgines Deo sacras, & quæ sæculi nuptiis nunctum miserunt, nullam invenio, quæ potiorit jure honorem hunc merita fuerit, quam Sancta Clara. 1°. Quia diluculo sese devovit Salvatori, rejiciens alium quemcunque sponsum, qui sese eidem offerret, 2. Quia illi constanter fidelis fuit usque ad vitæ finem. 3. Quia paucæ fuerunt, quæ ut illa, gloriam Filii Dei sustinuerint, quæ omnia semper contulit ad gloriam ejus, nec aliud quæsivit, nisi ut illi placeret. 4. Quia non defuit Salvatorem inter, & illam quædam passionum gloriæ, ac potestatis communicatio, quæ bona Deus Ecclesiæ suæ procuravit, quæ antonomastice illius habetur, & dicitur Sponsa,

Pars 2.

Pars tertia. Tertius ſtatus, in quo conſiderari poteſt Sancta Clara neceſſario ex duobus aliis conſequitur; videlicet, quod quatenus S. Franciſci Filia, & Sponſa Jeſu Chriſti, addenda eſt tertia Matris Ordinis, quem ipſa inſtituit in Eccleſia, & qui alterius quidem ſpiritum extendit, alteri vero numero earentes peperit Sponſas. Nam tanquam S. Franciſci Filia fuit zeli ipſius cooperatrix ad revocandum in Chriſtiana Religione ſpiritum paupertatis, humilitatis, & pœnitentiæ, & cum illo gloriam hanc partita eſt, ut dum ipſe viros ad Evangelii perfectionem vocat, ipſa ad eamdem puellas arceſſat; ideoque frequentiſſimam inſtituit familiam, quæ Sancti Franciſci ſpiritu animata fortiter, ac ſtrenue amplectitus quidquid in Regulari ſtatu aſperrimum eſt, ac difficillimum. Hoc pacto facta eſt parens infinitæ poſteritatis, quæ in omnia vigebit ſæcula, ſicut in omnia ſe Regna, omneſque fere urbes, & oppida extendit, non ſecus ac Ordo S. Franciſci. Adde his ſicuti per exemplum, quod quis alia præbet, ille ſit pater eorum, quibus procurat vitam gratiæ, vel non mediocrem in ſanctitate progreſſum: glorioſa S. Clara nonne appellanda Mater eſt tot Sanctimonialium, quas deduxit in perfectionis viam; quemadmodum ipſa quoque pro Patre habet Sanctum Franciſcum, qui primus oſtendit illi viam hanc adeo parum cogniram, ac deinceps adeo tritam plurimorum veſtigiis? Ita eſt, animæ Religioſæ, Sanctæ Filiæ paſentis ſanctiſſimæ, voſmet dignas hoc nomine præbebitis ſecutæ exemplum quod vobis illa reliquit.

II. *Quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate!* Sap. 4. Deus, qui Aſſiſii in lucem prodire juſſerat pro moribus exemplar altiſſimæ Evangelicæ perfectionis in magno, & Seraphico Sancto Franciſco, voluit etiam ſimilem proponere ibidem prototypum alteri ſexui, fuitque inſignis Sancta Clara, quæ in eadem urbe orta amplexa eſt idem vitæ genus, atque Inſtitutum. Quæ Sancti Franciſci erat diſcipula, inſtitutis ejuſdem imbuta, omnino ſimilia facta eſt Magiſtro ſuo, ac ſpiritus fuit moderatori.

1. Per vitæ ſanctitatem, & praxim maximarum virtutum, videlicet Evangelicæ paupertatis ſecundum ſtrictiorem Obſervantiam, altiſſimæ humilitatis, auſteriſſimæ mortificitionis; vel per vitæ genus maxime oppoſitum omnibus placitis mundanæ ſapientiæ.

2. Per inſtitutionem Ordinis ad eamdem perfectionem tendentis; quæ res effecit illam per ſtatum, & vitæ Sanctitatem matrem pulcherrimæ, & maximæ fobolis, tot videlicet Sanctimonialium, quæ ad illius imitationem ſe devovent cultui ſponſi cæleſtis, quod cum Scriptura nuncupari poteſt pulchra & caſta generatio. *Quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate!*

III. *Hæc eſt virgo ſapiens, & una de numero prudentum!* Verba hæc deſumpta ſunt ex Officio ſanctarum virginum, quas colit Eccleſia. Sapientia, ex D. Thoma, eſt tutima, ac profunda cognitio ſenſus rerum pervadens; prudentia vero eſt virtus, quæ efficit ut efficaciſſima adhibeantus remedia ad nobilem finem obtinendum, quem nobiſmet propoſuimus. Admirabilis S. Claræ elogium æquius fieri non poteſt, quam illam exhibendo tanquam unam ex Virginibus, quas Eccleſia ſecenſet in earum numero, quæ in vita ſua præfetulerunt prudentiam prorſus Chriſtianam ſuperioribus illuſtratam luminibus; quod illi peperit nomen Claræ, ubi primum in lucem edita fuit. Si enim ex Tertulliani ſententia, vera ſapientia non inventus, niſi in Chriſtiana Religione; neque alia eſt prudentiæ regula, quam in praxim redigere Evangelicas veritates, quæ ad ſublimiorem ſanctitatis gradum adducit, probaturus ſum glorioſi hujus tituli proprietatem, ſi in S. Clara vobis oſtendero lumina ſapientiæ prorſus divinæ, quæ illi detexerunt.

1. Mundi vanitatem ad eam contemnendam, & relinquendam, ſtatim ac ab ea cognita fuit.

2. Finem, propter quem erat in mundo; ut videlicet ſemetipſam ſanctificaret, ideoque tutiora ſequeretus conſilia, ut ad altiſſimum perfectionis gradum pesveniret regularem vitam amplexa.

3. Ut ſuo doceret exemplo, veram ſapientiam eſſe ſapientiam crucis, quæ carnis ſapientiam & ſæculi prudentiam confudit, quia hi ſunt Dei, noſtræque veræ beatitudinis inimici.

IV. Aſſumi pro themate poſſunt verba illa, quæ alias dicta fuerunt Judith: *Eris nomen tuum in numero ſanctorum, & juſtorum.* Judith c. 10. Sapientium eſt, cuilibet ſui nomen dare, quod ſit velut naturæ, & perfectionum ſingularum compendium. Sed eum pleraque nomina, quæ imponuntur hominibus ſtatim a nativitate, ut plurimum, nullam habeant ſationem cum eo, quod ſunt, vel futuri ſunt temporum decurſu; dicendum eſt, ſortem, aut vota, quæ pro illis fiunt, majorem ſibi vendicare partem, quam humana prudentia, quæ futura nequit proſpicere. Hinc factum, quod licet hiſtoria Sancta, & profana ſuppeditent in nobis magnum utriuſque ſexus mortalium numerum, qui nominum ſuorum auguria impleverunt, toto ezlo plures ſint, qui moribus actionibuſque ſuis mentiti ſunt, quod nomen pollicebatur. Quod tamen non prohibuit quominus S. Joannes Chryſoſtomus dixerit, nomina magnum aliquid portendentia eſſe oneroſa, gerentibus enim illa neceſſitatem imponunt eorum nitorem præclaris actionibus, & iis reſpondendi, quæ ſignificant. Mirum igitur non videbitur vobis, ut S. Claræ factura encomium hoc petam ex nominis ejuſdem ſignificatione; namque juxta fidem Hiſtoricorum vitæ ipſius, Dei Filius, qui eſt increata Sapientia, revelavit matri filiam hanc utero geſtanti futuram, ut pareret lucem, quæ mundum claritate erat repletura; & ideo illam Claram nuncupatam fuiſſe, quæ digniſſime nominis omen explevit.

1. Quia illuſtrata fuit cæleſtibus luminibus, & ſublimioris ſapientiæ claritate, quæ effecit ut omnem contemneret fallacem mundanæ ſapientiæ lucem, amplexa Crucem, & Evangelica in ſeguari ſtatu conſilia.

2. Quia mox mundum illuſtravit nitore ſuarum virtutum, admirabilibus operibus ſuis, ingenti numero Sanctarum Virginum, quæ illius ſegimum ſeſe ſubjecerunt, & modo nitent tanquam totidem ſydera in cælo: *Qui ad juſtitiam erudierint multos, fulgebunt ſicut ſtella in perpetuas æternitates.*

V. *Prudentes Virgines ornaverunt lampades ſuas, & exierunt obviam ſponſo.* Matth. 25. Hoc æquiſſimum eſſet argumentum, ad colligendam totam Sanctæ Claræ vitam oſtendere

1. Fidelitatem, qua vocationis ſuæ gratiæ reſpondit, ut occuſreret cæleſti Sponſo. Cum enim Deus uſus fuerit S. Franciſci opera, ad ſuadendum huic Sanctæ vitæ genus perfectiſſimum, & ſæculi placitis maxime oppoſitum, quæ illæ ſequuntur virgines, quas Spiritus Sanctus fatuas appellat; illa haud hæſitanter ſecuta eſt arctam viam, quæ ducit ad Deum; ſuperavit omnes obices, qui adverſabantur, & victoriam retulit de omnibus propinquorum ſuorum conatibus non ſecus ac de artibus omnibus, quibus uſi ſunt, ut illam ab incepto deterrerent.

2. Ejus fortitudinem, & conſtantiam in obeundis muneribus ſtatus ſui, & obſervanda ad apicem regula, quam Sanctus illius moderatos conſtituit in Ordine ſuo per Inſtitutum ab exemplari omnibus numeris abſolutiſſimo.

3. Gratias, & benedictiones, quas Deus in hunc Ordinem effudit, qui obſervavit, & obſervat adhuc tanta fidelitate, & conſtantia quidquid in Dei ſervitute, religioſaque vita eſt perfectiſſimum.

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde licet haurire copiam ad propoſitu argumenta pertractanda, & Auctores, qui de illis agunt.

IN Chronicis Ordinis S. Franciſci, legitur vita, virtutes, actiones, miracula Sanctæ Claræ, fuſiori ſtylo, ut inde copia deeſſe nequeat ad Panegyricum exornandum. Scriptores vitæ S. Claræ.

Wadingus in Annalibus Fratrum Minorum eandem refert vitam; & quidquid ad inſignem hanc Virginem pertinet.

Ribadeneira in flore vitarum Sanctorum ad duodecimam Auguſti diem.

Hermant in Hiſtoria inſtitutionis Ordinum Regularium; *cap.* 36.

P. Croiſet in Aſceticis Exercitationibus pro duodecima Auguſti die, habet compendium vitæ ejuſdem in Panegyrici forma.

P. Novet in vita Jeſu Chriſti in Sanctis ſuis ad duodecimam Auguſti diem, habet meditationem unius argumenti, ubi celebrat præcipuas Sanctæ hujus virtutes, & gratias, quas accepit a Deo.

Biroat Tomo 3. Panegyricorum ſuorum.

P. Teſies in Panegyricis Tomo 2.

In elogiis hiſtoricis Sanctorum unum adeſt hujus argumenti. Concionatores recentes.

P. le Jeune ex Oratorio, Tomo 5. Sermonum.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Figuræ, & Applicationes Biblicæ huic argumento.

Loci.

EGo autem mendicus ſum, & pauper, Dominus ſollicitus eſt mei. Pſalm. 39.

Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Matth. 19.

Exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. Philipp. 3.

Si commortui ſumus cum Chriſto, convivemus cum illo; & ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus. 2. ad Tim. 2.

Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri J. C.

per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Ad Galat. 6.

Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis ſuis. Ibidem.

Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, & ultra non ſerviamus peccato. Ad Rom. 6.

Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 2. Corinth. 4.

Quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Sap. 4.

Clara eſt, & qua nunquam marceſcit ſapientia. Sap. 6.

Sapiens eſt anima ſua ſapiens. Sap. 37.

Hæc eſt virgo ſapiens, & una de numero prudentum. In Offic. SS. Virginum.

Conforta eam eſt cor tuum eo quod caſtitatem amaveris: ideo beneditta eris in æternum. Jud. 15.

Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Pſal. 20.

Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem &c. Rom. 12.

Exempla, & Figuræ Bibliæ &c.

Palma figura eſt S. Claræ, & Ordinis ejus.

SCriptura Juſtum comparat Palmæ, quæ arbuſtum eſt gracile, repens, non admodum ſpecioſum, cujus cortex aſperum eſt, & quidquid extrinſecus apparet nihil habet jucunditatis, neque præbet indicium utilitatis deinceps inde colligendæ. Sed prout arbor hæc attollitur ſeſe extendit, roboratur ramorum ſuorum magnitudine, ſertiam intuentibus affert; fructus ejus hominum cibus eſt & quidquid ex arbore proficiſcitur ſummam affert utilitatem. Hæc eximia eſt ſimilitudo, quam cujuslibet juſti peculiariter tribuit Scriptura; ſed hæc præſtantiſſima eſt imago S. Claræ, & Ordinis ejus. Quin enim immoremur expendendis omnibus rebus, quinis hæc inſtitus poteſt comparatio, duo tantum noſtro ſufficiunt argumento. Primum hoc eſt, quod in Palma duo veluti ſexus diſtinguuntur; quorum uterque creſcit alter ad alterius invicem umbram, & quorum fecunditas ex mutua veluti affinitate pendet. Quis autem non videt hujus arboris cum S. Clara, Sanctoque Franciſco, in eorum Inſtitutis ſimilitudinem, quorum unum ab altero ducit originem, progreſſum, & perfectionem? Quis neſcit alterum ab altero ſuſtineri? Videlicet S. Claræ inſtitutum omni virtutum genere florere, quatenus rationem habet, & ſimilitudinem cum Sancti Franciſci Inſtituto. Hæ duæ Palmæ ſunt, quæ ſeſe mutuo reſpiciunt, ſuſtinent, & augmentum, atque fecunditatem ſpiritualem invenium. in ea ratione, quæ inter utramque intercedit. Ratio altera, quam duo iſti Ordines habent cum hac arbore, hæc eſt, quod, uti diximus, palma cum e terra prodit aſperum habet corticem, nihil intuentibus affert jucunditatis, & nihil habet, unde quis ſpem valeat concipere illius utilitatis, quam eſt allaturi, ex qua quis non videt tanquam in tabula auteritatem Ordinis, quem S. Clara inſtituit ſecundum alterius exemplar a Sancto Franciſco inſtituti? Extremæ quidem ſpecies rudes ſunt & aſperæ, jejunia, vigiliæ, cilicia, paupertas, mendicitas hactenus inaudita; ſed prout hæ palmæ attolluntur, admiramur earum magnitudinem, & ſpeciem, vim ac potiſſimum ubertatem; quoniam innumerabilis ferme Virginum, & genere, & virtutibus illuſtrium multitudo omnibus mundi illecebris nuncium mittunt, ut Ordinem hunc amplectantur & ſequantur exemplum Sanctæ Claræ, ut cum voluptate & gaudio veſcantur fructibus, quos felix hæc parit arbor: *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus.*

Cantic. 7.

S. Clara comparatur myſticæ figuræ, quam affert Ecechiel Propheta.

Si temporum ordo ſervaretur, nonne crederemus alium videre Ezechielem in Sanctæ Claræ perſona? Propheta hunc dixit olim Deus: Fili hominis in medio domus exaſperantis habitas: ſic ubi vaſa tranſmigrationis. Perfode tibi parietem, & egredieris per eum: faciem tuam velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Iſrael. Deus hoc ipſum conſilium tradit Sanctæ Claræ per Sanctum Franciſcum Aſſiſinatem illius moderatorem. Ibi Deus Prophetæ illi præcepit, ut ſibi faceret vaſa tranſmigrationis, effecitque ut hic farcina omnibus ab omni populo videretur: Hic Franciſcus Virgini adoleſcentulæ auctor eſt, ut ſolemni quodam die, quo cœtus hominum in Eccleſia ſuni frequentiores cum mundo muliebri, omnique mundanæ vanitatis ſupellectili Templum ingrederetur. Ibi Propheta Dei parens imperio ſub veſperum domus ſuæ parietem perfodit, & per hiatum a ſe factum egreditur: hic Sancta Virgo ſuos deſert conſanguneos, & quin per conſuetam egrediatur januam, per aliam jam obſtructam viam ſibi facit. Ibi Propheta ne terram videat velo tegit faciem ſuam, & officioſos nanciſcitur humeros, a quibus elatus ſuit: hic Sancta noſtra facio obnubitur velo, & officioſam reperit Religioſarum virginum copiam, quæ cereum manu præferentes illam eacipiunt, ac tanquam portentum domus Iſrael admirantur: ſed hoc portentum longe majorem ciet admirationem, cum attendimus, illud ſecutas fuiſſe complures Virgines, quæ ſeſe devoverunt Deo, ut illa, mundo abrenuntiantes, & contemoentes ea, quæ in mundo illecebris plena ſunt, & ad fallendum aptiſſima.

S. Clara fortitudine ſuperavit mulieres omnes veteris Teſtamen.

Admirabilis ſane eſt dexteritas, & fortitudo Jahel, quæ ſoporem immiſit in Siſaram hoſtium imperatorem, eique vitam abſtulit. Nec minorem laudem meretur Sancta, & invicta Judith vidua, quæ clade Holophernis ducis Nabuchodonoſor in hujus exercitum confuſionem, atque terrorem injecit. Neque negandæ ſunt laudes generoſæ illi mulieri, quæ videns Abimelech ad turris oſtium adventantem, tegula in caput ejus demiſſa interemit, hoſtemque conjecit in fugam. Prophetæ quoque Eliſæus celebrandus eſt, quod exercitate percuſſit milites Regum Syriæ, eoſque a Samaria coegit recedere; ſed majori admiratione dignum eſt eaimum Sanctæ Claræ Virginis factum. Sancta hæc Virgo ea diuturna convaleſcens infirmitate, adhuc imbecillis viribus, ubi audit Saracenos adventaſſe, ut in Aſceterium impetum facerent, de cubili ad domus januam deferri ſe juſſit, atque ſacra Pyxide manibus arrepta, Salvatori, qui ibi latebat, ea dixit, quæ olim alia in occaſione dixerat David: Ne tradas beſtis animas confitentes tibi: Exurge, Domine, & judica cauſam tuam. Sanctæ hujus Virginis confidentia vi inviſibili barbaros in fugam dedit, & hic Angelus carne amictus id obtinuit quod Spiritualis illa mens fecerat in ipſis mundi primordius extrudens peccatorem Adam de terreſtri Paradiſo, cujus aditus illi fuerat interdictus.

Novi fœderis arca in S. Clara manibus mirabili loco ſtetit, & effectus quam Arca veteris Teſtamenti.

Arca quam Sancta noſtra cepit, ut ſeſe barbaris objiceret, non fuit illa quidem veteris Teſtamenti; neque illi pugnandum fuit cum imbelli Idolo Dagon, & cum populo Accaron; ſed cum immani Saracenorum copia longe magis crudelium, quam vetus ille populus cultor idoli. Clangor tubarum, qui ſupetbæ Jericuntis muros evertit, nimia imbecillis fuiſſet ad ſuperandas innumerabilea copias; quæ domum Sanctæ Claræ oppugnarunt. Itaque illa manibus arripuit ſuis Arcam novi fœderis; neque rata eſt ſe repellere poſſe barbaros niſi ſecum haberet Deum exercituum. Neque in irritum ceſſit illius confidentia, & Dominus ille, coram quo fortiſſima quæque infirma ſunt, effecit, ut dicto citius evaneſceret hæc effræuis multitudo ſceleratorum, qui in anteceſſum ſibi victoriam pollicebantur de imbecillitate Sanctarum Virginum, quæ ad Dei ſui præſidium confugetant, tanquam aſylum tutiſſimum, ac invſum hominum furori, & impietati. Hi non ſunt illi adoleſcentes, qui exercitate percuſſerunt turbam Sodomitarum, quibus major cæcitas erat, & qui inauditæ libidini ſuæ ſatisfacere conabantur: Sed ſupremus Angeiorum, hominumque Dominus eſt, qui diſſipat, confundit, everit milites crudeles, & impudicos, qui non patitur, ut Virginum ſibi dicatarum puntati labes ulla inferatur.

Perfecta humilitas S. Claræ virtus Franciſcana.

Sicuti audito nomine Sancti Franciſci Aſſiſinatis oculis noſtris ſeſe offert Evangelium in compendium redactum in ejus perſona, vita, & regula: Evangelica paupertas, perfecta rerum omnium abdicatio, vita mortificationum, & cruciatuum; amor abjectionum, & humiliationum; verbo, characteres nitidiſſimi imaginis Jeſu Chriſti exhibentur tanquam ſpectaculuio omnibus hominibus, & ut ita dicam, in meliorem proferantur lucem, ad illiciendos Orbis Chriſtiani oculos ſeſe in membus noſtris imprimentes; hoc ipſum dicere poſſumus de illuſtri Virgine Sancta Clara. Sanctus ille Patriarcha, in Eccleſia celebertimus, mihi ſimilis videtur innocenti victimæ, quæ clavis affixa Cruci Salvatoris per unionem perfectam recepit impreſſionem omnium lineamentorum, quæ in hoc illum efficiunt Filio Dei ſimilem. Ut autem nobia conſtet de perfecta ſimilitudine incomparabilis Claræ cum hoc Seraphim incarnato, ſatis eſt, ut attentius illam inſpicimus. Neque opus eſt, ut utrumque conferamus, ut mentem meam vobis explicem, & oculis veſtris tales exhibeam, alioquin oporteret utriuſque ſimul elogium vobis proponere. In hoc igitur immorabor, ut vobis oſtendam, eximias utriuſque virtutes eaſdem fuiſſe; præcipuum S. Claræ, non ſecus ac Sancti Franciſci conſilium fuiſſe ſeſe Salvatoris exemplo conformare, ac in ſe ipſis quantum fieri poſſet ad vivum Jeſu Chriſti Crucifixi imaginem exhibere. Eorum mentes, ſenſus, annihilatio, ſolitudinis amor, mortificationes, & cruces adeo perfectam habuere ſimilitudinem, ac tantam conformitatem, ut ſi Patriarcha Franciſcus ſimillima ſuæ imago Filii Dei crucifixi; S. Clara Virgo imago abſolutiſſima fuerit, & Patris ſui S. Franciſci, & Salvatoris ejuſdem.

Applicationes quarumdam Scripturæ locorum huic argumento.

S. Clara perfecte in ſemet expreſſa exemplaria S. Francisci virtutes.

I*Mitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Ad Phil. 3. Ita hortabatur Apoſtolus illos, quos Evangelio pepererat, ut ſuarum virtutum fierent imitatores, quem admodum ipſe Dei filium imitabatur; verbis his ſignificans, exempla, quæ nimis fulgida videri poterant in Salvatoris perſona, fieri poſſe, ut in ipſo conſpecta facilius homines imitarentur. Ita Patriarchæ Regularium propoſiti ſunt Regularibus in exemplum, qui peculiari neceſſitate mores

ſuos

ſuos formare tenentur ſecundum Patrum ſuorum normam. Tales erant, quos S. Franciſcus habebat ſermones ad fratres ſuos, ſed quos fideliter exercuit præſtantiſſima ejus imitatrix S. Clara, quæ abſolutiſſime in ſe ipſa expreſſit omnia magni hujus Patriarchæ lineamenta. Nonne diceres, actiones, oris habitum, motuſque omnes Sancti illius Viri de Patre in Filium migraſſe? Videt S. Franciſcum non ſolum omnibus in occaſionibus humilitati ſtudere, verum etiam ſeſe nequiſſimum peccatorum omnium, ac noviſſimum appellare; atque humilitatem ſuam in nomen uſque ſuum extendere, abrenuntiando omnibus qualitatibus, quæ illi gloriam parere poſſunt. Ne reſpiciamus ultra magnum hunc S. Virum in ſe ipſo, ſed in eximia ejus filia; ibi omnia videbimus Patris veſtigia. Hæc illius virtutes ad unguem eſt imitata, hæ in illius corde ſunt, ut ſe ipſam deſpiciat, in manibus, ut Sororibus omnibus ſerviat. Imitatur Sanctum hunc in verbis ſe ipſam contemnens; renuit Abbatiſſæ titulum, adeo ſancta pertinacia, ut opus fuerit S. Franciſci juſſu, nolente ipſa hunc excipere titulum auctoritatis, niſi ex cauſa obedientiæ. Deprehendit illa in S. Franciſco, in peculiari vita ejus, & Ordinis regula paupertatem, quæ miraculum ſapit; hanc eamdem paupertatem exprimit in ſuo Inſtituto tanto cum rigore, ut Summus Pontifex arbitratus hoc vitæ genus ferendum non eſſe, voti diſpenſationem eidem exhibeat, quin tamen eadem ipſa ullo in ſenſu un volverit.

Multa filia congregaverunt divitias; tu ſupergreſſa es univerſas. Prov. 3. Profecto S. Claræ nimiæ non tribuuntur laudes, ſi illa plures virgines ſupergreſſa dicatur. Cum enim hinc quidem Jeſus Chriſtus doceat multas eſſe manſiones in domo Patris Cæleſtis, hoc manſionum diſcrimen non niſi ex meritorum diſcrimine proficiſcitur; inde vero eum inveniantur virtutes aliis virtutibus palam præſtantiores, ita ut juſtitiæ ordo minime lædatur, ſi illæ præferantur: hoc non eſt S. Claram cum aliarum detrimento laudare, cum dicimus hanc ſuperaſſe quamplurimas Virgines, quæ multas divitias congregaverunt. Etenim Sanctæ hujus virtutes adeo excelluere, ut Virginem hanc præ exteris attollant, ſociſque ſuis merito præferant: *Multa filia congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas.* Nulla igitur hic inſtituitur odioſa comparatio neque per imprudentem zelum, neque per pietatem præoccupatam. S. Claræ meritum ita ſuperius eſt, ut ſufficiat illam ex nomine appellare, ut vobis ingens virtutis illius præbeatur conceptus. Illa a teneris unguiculis Evangelicam perfectionem amplexata eſt: Cogitate illam vel in magno hoc piupertatis amore, vel in hac orationis ſublimitate, vel in hoc voluntario ſacrificio, quod offert Deo puritatis corporis ſui, videbitis illam per recentes, & minime communes vias ad ſanctitatis apicem perveniſſe. *Multa filia &c. Confiteor, tibi, Domine Deus, Rex cæli, & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & revelaſti ea parvulis.* Matt. 11.

Cognitionem Fabulmes S. Claræ mundi ſapientibus negatæ.

Magno eſſe præditum ingenio eſt, illud in maximis tantum rebus occupare; e contra autem mediocri, illud in mediocribus tantum objectis exercere. Hæc deplorabilis eſt ſors omnium ſæculi prudentum, qui præſentibus tantum inhærent: felix autem animarum, quæ ſeſe Deo devoverunt ſors eſt, de Deo uno occupari. Magnum igitur erat S. Claræ ingenium cognitionum, & luminum magnitudine divinius illuſtratum. Verum eſt ſimplicitatem fuiſſe hujus Virginis Chriſtianæ partem, illam Dei tantum voluntatem didiciſſe, ut eam ſequeretur; illam credidiſſe, fatis eſſe ut ſibi humilis eſſet, & docilis; illam ſeſe inter cancellos audiendi, non autem erudiendi, obediendi, non autem jubendi contenuiſſe; & profecto per hanc ipſam ſimplicitatem, atque humilitatem profundam pervenit ad ſublimes cognitiones myſteriorum, quæ in chriſtiana religione ſunt maxima caligine involuta. Hæc illa myſteria ſunt, quæ Deus parvulis revelavit, quæ abſcondit ſapientibus mundi, & quæ ſimplicibus communicavit. *Confiteor tibi, Pater Rex Cæli, & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & revelaſti ea parvulis.*

S. Claram ſecum trahit Eccleſia ſuæ ſemper mater, & virgo.

Quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Sap. 4. Quam ſpecioſa eſt in generatione ſua! & quot claritates oboriuntur in filiorum ejus nativitate! Hæ ſunt prærogativæ maternitatis Eccleſiæ, cujus fecunditas in filiorum ſuorum generatione eo admirabilior eſt, quod imago eſt matrum omnium, & non ceſſat virginem eſſe, licet ſit omnium fidelium mater. Duplicem hanc prærogativam virginitatis, & fecunditatis inſtauravit Deus in S. Clara per Ordinis ejuſdem inſtitutionem. Quarum miracula operatus eſt Deus, ut Eccleſiam fidelium matrem conſtitueret? Fecunditatem ejus eduxit ex qualitatibus prorſus oppoſitis, & quæ illam vel prohibere poterant, vel tollere: *Virgo eſt caſtitate, mater eſt prole*, S. Ambroſius ait. Et ſane quid magis oppoſitum maternitati, quam virginitas? Tamen utroque hoc titulo decoratur Eccleſia: virgo eſt morum puritate, mater eſt generatione filiorum, quos Salvatori ſponſo ſuo parit. S. Clara tamquam Inſtitutrix Sanctimonialium Sancti Franciſci mundum Illuſtravit ſanctitate multitudinis innumerabilis Virginum, quæ floruerunt in Ordine ſuo, & quarum auſteritas vitæ, arcta paupertas, exacta obſervantia, morum integritas jure nobis injicit ſuppoſitum, effeitque, ut cum admiratione dicamus: *Quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate! immortalis eſt enim memoria illius, & apud Deum nota eſt, & apud homines.*

Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Pſalm. 20. Duo benedictionum Dei genera, quas Spiritus Sanctus in Scripturis appellat modo benedictiones dulcedinis, modo benedictiones fecunditatis, ſunt inſtar remunerationum, quas in hoc etiam mundo concedit Deus delectis quibuſdam hominibus, quos vult ad eminentem perfectionis gradum attollere. Benedictiones dulcedinis, quæ in ipſa licet vitæ auſteritate, ac plerorumque mortalium perſecutione tribuunt tantum lætitiæ, & conſolationis, quantum illis eſt mortificationis, & doloris. Benedictiones fecunditatis, quæ in ipſo etiam virginitatis voto illis conferunt toi, vel etiam plures ſpirituales filios, quam quot ex ſancto, ac felici conjugio quilibet ſperare poteſt. Illuſtrem S. Claram a Deo abunde utroque hoc conſolationis genere cumulatam videmus; etenim licet illa admirabilibus mortificationibus afflictaret corpus ſuum, licet aſſiduis ſe ipſam vigiliis torqueret, tot tantiſque benedictionibus dulcedinis eam cumulavit, ut cruces, laboreſque ſui illi ſuaves fierent, ac jucundi: & licet virginitatis votum, a teneris uſque annis emiſiſſet, quod ad illius tantum perſonam referri videbatur; eam tanta fecunditatis gratia replevit, ut multitudo filiarum ejus, & numero, & fulgore cæli ſyderibus poſſit comparari.

Quomodo prævenit Deus Sanctam Claram in benedictionibus dulcedinis?

Ornaverunt lampades ſuas, & exierunt obviam ſponſo. Matth. 2. S. Clara fuit ex numero Virginum prudentum, quæ cum paratas haberent lampades ſuas, obviam proceſſerunt Sponſo; Semper vigilans, ſemper ad illum expectandum intenta, manibus ſuis lucernam geſtabat illi occurſura, & futura ex primis, quæ illum agnoſcerent, ſociſque indigitarent. Dederat Deus Sanctæ hujus ſpiritum cæleſtibus intentum, ac terrenis rebus expeditum. Ornaverat illam ſolido judicio, quod rerum ſpecies, & imagines minime fallerent, neque ſibi fucum fieri fineret vel oris habitu ad virtutem compoſito, neque affectata eloquentia; quæ ut plurimum ſunt excidio incertis, nutantibuſque animabus. Secernebat illa palam Angelum lucis ab Angelo tenebrarum. Cor illi rectum erat, minime par, ut ſe alio quocunque objecto allici pateretur, quam eo, quod profecto erat amabile; & animus, quem nihil poterat deterrere, cum de gloria Dei, & ſalute proximi agererur. Cum illi perſuaſum eſſet, Dei cognitionem veram eſſe ad Sanctum amorem viam, expavit quidquid terrenum, aut pingue ſuis in ſenſibus ineſſe poterat, ut ad ſublimem illum perfectionis gradum aſſurgeret, ubi fidelis anima non alia videtur ali eſca, niſi amore perfectiſſimo.

S. Clara fuit ex numero virginum prudentum.

Non judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc Crucifixum. 1. ad Cor. 2. S. Clara a S. Franciſco edocta, qui non aliud ſcire cupiebat quam J. C. crucifixum, in eximii hujus Præceptoris ſchola didicit, omnem ſcientiam ad ſactum Crucis myſterium referre. Itaque ad Crucifixi pedes de Religionis officiis ſeſe erudiebat. Ibi contemplans Incarnationis Myſterium ſeſe cum Jeſu Chriſto annihilabat. Ad Crucifixi pedes in illius miſericordia ſperare, juſtitiam ejus metuere, beneficia cognoſcere, novaſque gratias petere docebatur, ut ſemper magis magiſque in ſancto ejuſdem amore ſeſe confirmaret. Cum Sancta hæc ſeſe penitus eximiret coram Salvatore, qui ſuprema Charitas eſt, inde incenſa egrediebatur, ſemper inſtauranda deſiderium ſemet Jeſu Chriſto perfecte conformem reddendi. Salvator autem in Sanctæ hujus corde altas, vividaſque peperit impreſſiones; & illa omnes didicit Crucis dimenſiones, altitudinem, & profunditatem, latitudinem, & extenſionem illius. Ardore tanto Jeſu Chriſti paupertatem amavit, quanto alii theſauros; & magnum ſe lucrum facturam cenſuit, omnia bona relinquere, ut Evangelicam hanc ſibi compararet Margaritam, quæ in æternum divitem facit eum, qui illius pretium agnoſcit, & nihil intentatum relinquit, ut illam poſſideat.

Deus humilibus dat gratiam. 1. Petri 5. Non ita facile verbis complecti poſſumus quantum S. Claræ ſua profuerit humilitas, ut proficeret in cognitione, & amore Dei; cum jam illi perſuaſum eſſet, Sanctum Spiritum uberiores ſuas gratias effundere habita ratione humilitatis eorum, qui eminentem virtutem hanc profitentur. Non credebat illa Cæleſtes gratias, quibus effuſius in dies ſingulos cumulabatur, eſſe virtutis ſuæ remunerationem; immo credebat potius hoc eſſe infirmitatis ſuæ argumentum; quaſi cognoviſſet Deus, illam hujuſmodi ſubſidiis indigere ut in officio ſeſe contineret. Si Deus illam ad orationis, atque extaſum ſublimitatem attollit; fatetur perfectionem nequaquam ſitam eſſe in hujuſmodi favoribus, neque in cognitionibus minime vulgaribus; ſed in perfecta divinæ voluntati ſubmiſione, in jugi obedientia præceptis illius, in profundiſſima humilitate. Procul abhorrens ab animabus quis ſecreta vanitas inflat, quæ pietatem ſuam inſignire quærunt; quæ quidquid imaginantur, veritates exiſtimant ſibi præ omnibus divinitus revelatas; abhorrens ab earum conſuetudine, quæ oſtentare cupiunt, ſe divinis favoribus

Profunda S. Claræ humilitas ſuis virtutibus ſemper gratias ubi proportavit.

cumu-

cumulari, quæ pietatem in negotium verterunt, & artem, qua facile ſibi ad victum neceſſaria valeant comparare, in qua non ſecus ac in aliis ut omnia bene vertant admittendum eſt; anima hæc magna ſubtili hoc veneno ſe inficì paſſi non eſt. Nihil adeo expavit, quam ne fieret ſæculo ſuo ſpectaculum; ſumma pollebat induſtria in noxis ſuis aperiendis, & ſingularibus, quibus a Deo afficiebatur, gratiis celandis. Mirum ergo eſſe non debet, ſi placeret Deo, Sanctum hanc incomparabilibus, ſemperque recentibus donis cumulare, quandoquidem ille ſe familiarius humilibus communicare oblectatur.

Amor, quo S. Clara ſuo ſtirpatus amplexatur Iesu crucifixum, eſt multiplex, noſtræ cupiditati.

Mortificationem Jeſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes. Ad Cor. 2. Mortificationes a Chriſtianorum vita nequeunt ſeparari. Dei filius omnes ad pœnitentiam vocat, & ignorat illos, qui non ſemper circumferent in corporibus ſuis pœnitentiæ ejuſdem argumenta. Munus hoc S. Clara ad perfectionis apicem adimplevit, immodicæ quippe illius mortificationes non minus admirabiles ſunt, quam ſumma ejus paupertas. Hæc incomparabilis Virgo pro lectulo nudam habuit humum. Miſcebat cum lacrymis panem ſuum juxta Regii Pſaltis verba: *Cineres tanquam panem manducabam; & potum meum cum fletu miſcebam.* Ejus jejunia potius erant confuſa refectio, eum parum cibi, ad eam ſuſtentandam ſufficeret. Nonne ſuperiori opus erat imperio, ut jugem auſteritatum ſuarum exceſſum remitteret? Semper violentia affligitur malis ad annos viginti, & ſemper recentes ſitiens tribulationes; ſemper infirmitatibus obruta, per exinanitionem corporis attriti, & effœti vigiliis, abſtinentiis, aliiſque auſteritatibus, quas in ſemet exercebat, & ſemper ſuper ſuas infirmitates ſe attollens, ex quibus ipſis vim, animumque hauriebat, dicens cum S. Paulo, *cum infirmor, tunc potens ſum*; neque alia de re gloriabatur, niſi quod circumferret ſigna vulnerum Salvatoris. *Semper mortificationem Jeſu Chriſti in corpore circumferentes.* Verum quomodonam conciliari poteſt oraculum illud, quod in nobis jugem expedit pœnitentiam, & magnæ Sanctæ hujus exemplum cum adeo ſollicita perquiſitione commodorum vitæ præſentis, omnium voluptatum, & vanitatum ſæculi? cum hac exquiſita in convivia mollitie, cum hac in morbis impatientia? cum hac jugi cura ſatisfaciendi appetitibus, ſtudiis, craſſioribuſque cupiditatibus noſtris? cum tanto earum rerum odio, quæ minimum nobis incommodare poſſunt? cum diſpenſationibus, quas extorquemus a Superioribus, ne noſmet abſtineamus? eum hoc futili, ac fictitio timore officiendi valetudini noſtræ. Quomodo conciliari poteſt vita adeo damnabilis cum vita Sanctæ, cujus hodie laudes celebramus? Sed quomodo illam eum eodem conciliabitis Evangelio, quo jubemur *Mortificationem Jeſu Chriſti in corpore circumferre.*

Vinl 2cr.

Propitius S. Clara ſuæ ſuæ ſuæ.

Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ad Gal. 6. In S. Claræ elogio liſdem uti poſſumus verbis quæ Gentium Apoſtolus dicebat fidelibus, quos per Evangelii prædicationem J. C. pepererat: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Certum eſt enim, ſi propius ad examen revocare volueritis, quinam extiterit Sanctæ Claræ ſpiritus, invenietis eor illius ita Jeſu Chriſti amore percitum, ut ſtudium Crucis ſibi tamquam jugem occupationem aſſumpſerit. Hinc illa omnes tanquam ex uberi fonte virtutes hauſit; & hic character eſt plerarumque Virginum, quæ religioſos ordines inſtituerunt. Si S. Scholaſticæ ſpiritus eſt ſpiritus ſolitudinis; ſi ſpiritus S. Thereſiæ ſpiritus eſt orationis, & aſſiduæ unionis cum Deo; Si ſpiritus S. Urſulæ ſpiritus eſt Charitatis erga proximum; ſi ſpiritus S. Catherinæ Senenſis ſpiritus eſt zeli pro ſalute animarum; dicere poſſumus S. Claram, cum ſanimata fuerit ſpiritu Crucis, meliorem præ cæteris partem obtinuiſſe; quoniam in hac ſchola guſtavit ſolitudinem, ac receſſum, in quo Jeſus Chriſtus erat in Cruce a Patre etiam derelictus. Ibi perpetuo adhæſit Salvatori prolixa cruciatuum ejus meditatione. Ibi didicit quo amore diligendus ſit proximus, quem Jeſus Chriſtus tanta dilectione fuerat proſecutus. Ibi denique concepit ardentiſſimum ſalutis animarum votum, quæ toto Dei hominis facti ſanguine redemptæ fuerunt.

Finis habemus ſeſtes proviſus oppoſitos, ſed utrumque irreprehenſibile mortificationis S. Clarę, ut verum Crucis amici cum S. Franciſcum, & Satanas.

Obſecro vos per Miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem. Ad Rom. 12. Arduum eſſet oſtendere modum, quo incomparabilis S. Clara corpus ſuum mortificabat; quippe ita latebat in ſolitudine, ac mundo erat ignota, ut non niſi conjectando quidquam afferre poſſemus. Sed ecce duo teſtes authentici, atque irreprehenſibiles, qui certiſſima nobis præbent argumenta. Prior erit Seraphicus S. Franciſcus, qui videns ſæviſſimas auſteritates, quibus Sancta noſtra corpus ſuum torquebat, juſſit illam nonnihil de earum violentia remittere. Num dixeris fidei conſonum non eſſe, quod S. Claræ auſteritates modum exceſſerint; quandoquidem magnus ille Sanctus vir Crucis, pœnitentiæ, & auſteritatum omnium amantiſſimus, illas laxandas eſſe cenſuit? Quid magnus hic Sanctus, qui nihil niſi Cruces optabat, qui ab ipſius Dei manu, tamquam incomparabile beneficium, ſacra illius ſtigmata acceperat, & qui omne bonum ſuum in mortificationibus conſtituebat, immodicas Sanctæ Virginis noſtræ mortificationes putat? Dicendum eſt igitur, illas modum exceſſiſſe. Alterum teſtimonium, de quo minus adhuc dubitandum eſt, quam de illo Sancti Patriarchæ crucis amantiſſimi a Crucis inimiciſſimo proficiſcitur, ipſo dæmone. Subdolus hic ſpiritus, ſemperque nocendo, ac vorando paratus, in Angelum lucis perſonatus, verum ob longe alium finem ſeſe obtulit die quadam Sanctæ, cujus nimias auſteritates redarguit, iiſque modum adhibere juſſit. Cur, inquit verſutiſſimus, eus tot effundis lacrymas; Periculum ſubis oculorum aciem amittendi, ut deinceps minime valeas recitare officium, quod teneris, & præeſſe Aſceterio tuo, in præſentiarum magis, quam ante opera tua indigenti. Alia quælibet virgo minus auſtera, & magis delicata, vel cui erga crucem minus amoris ineſſet, nonne ſimulata inimicis communis charitate fuiſſet decepta? Facili negotio tentationem hanc monitum interpretari potuiſſet; idque eo magis, quia veritati, rationi, rectiſque boni ſenſus regulis conforme videbatur. Proculdubio, ut oculis parceret, abſtinendum erat a lacrymis. Verum ad hæc quid Sancta Virgo? Cognoſcens monitum hoc ab inimico communi proficiſci, dixit illi; malo equidem oculorum jacturam facere quam vel unam lacrymulam imminuere ex us, quas Salvatoris mei charitati debeo. Sicuti oculos uni illi ſervo; ita libenter eorum jacturam patiar; & fortaſſe oculis ejus jucundior ero, eum propter illius amorem cæca fuero, & eor meum non ultra ſenſuum exteriorum motibus avocatum, totum omnino ſuo amori adhærebit.

PARAGRAPHUS IV.

Sanctorum Patrum, aliorumque loci, qui ad hoc pertinere poſſunt argumentum.

Qua vitam Angelorum eloqiſti, & in eorum choris annumeraris, ita pueritiam ſerva, ut nunquam deſcendas ad vitam carnis. S. Greg. Naz. Orat. 8.

Felix conſcientia, & beata virginitas, in cujus corde nullus alterius amor, quam Chriſti inveniatur. S. Hieronym. Epiſt. ad Fab.

Caſtus ille eſt, qui amorem amore exclusit, ignemque igne Sancti Spiritus extinxit. Aug. ſerm. de Tempore.

Quod futuri ſumus jam vos eſſe ſapiſtis (virgines) vos Reſurrectionis gloriam in hoc ſæculo jam tenetis, per ſæculum ſine ſæculi contagione tranſitis, eum caſta præſervancis a ac Virgines, Angelis Dei eſtis æquales. S. Cypr. de habit. Virginum.

Quis humano ingenio poſſet comprehendere eam virtutem, quam nec natura ſuis legibus incluſit? aut quæ naturali voce complecti, quod ſupra uſum naturæ ſit? De cælo acceſſerit, quod imitaretur in terris. S. Ambroſ. lib. 1. de Virg.

Unde tibi hic titulus immortalis gloriæ, ut ejus poſſis eſſe ſponſa, in quem deſiderant Angeli proſpicere? S. Bernardus.

Fecunda humilitas parturit. Salvianus.

Virgo eſt caſtitate, mater eſt &c. S. Ambroſius.

Paupertatem Dei Filius concupiſcens deſcendit a Cælo, ut eam ſibi eligat, & vobis ſua quoque æſtimatione faciat pretioſam. S. Bernard. in Vig. Nativ.

Hoc eſt opus noſtrum in hac vita, actiones carnis ſpiritu mortificare quotidie, affligere, minuere, frenare, interimere, hæc eſt actio noſtra, hæc eſt militia noſtra. S. Climacus ſermone 13. de verbis Domini.

Beatus, qui poſt illa non obiit, qua poſſeſſa amarat, amata inquinavit, amiſſa cruciat, an non potius cum honore eſt ſperanda, quæ cum dolore perdis? S. Bernardus Epiſtola 50.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia deprimi valeat in hoc argumento.

S. Clara, ut S. Franciſcus unat ſollicitudine, renebrat, humiliterat.

UT ſciamus quinam extiterit magni, & Seraphici S. Franciſci Spiritus, videamus quinam in re potiſſimum enituerit. Propriua Sanctitatis ejus character fuit integra oppoſitio ſpiritui mundi hujus, fuit ſummus amor humilitatis, irreconciliabilis horror mundanæ gloriæ, fuga honoris, & famæ, in qua mundi ſectatores felicitatis ſuæ apicem conſtituunt; fuit amor ſolitudinis, paupertatis, contemptus, humiliationum, & Crucis. Verum ne obſtupeſcite; S. enim Patriarcha ſpiritum habebat ſpiritui hujus mundi prorſus oppoſitum; & hunc eumdem ipſe dilectiſſimæ filiæ S. Claræ inſpiravit. Sanctæ hujus Virginis cor iiſdem ferme ſenſibus percitum erat, ac Patris ejus; nonniſi contemptibus fruebatur, paſcebatur humiliationibus, & quamvis nomen ſuum nomen eſſet lucis, caligine tantum, tenebriſque gaudebat, quia ſecundum Apoſtoli verbum, vitam abſconditam in Jeſu Chriſto Crucifixo ducere ſtatuerat. *Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.*

Fideles eſſe debemus vocationi noſtræ & S. Claram imitari.

Quod arbori radix eſt, quod nautis acus magnetica, quod ædificio fundamentum, id vocatio eſt ei, quam amplectimur vitæ rationi. Sine radice arbor nunquam ferret fructus, qui matureſcerent; ſine acu magnetica navis fluctibus agitata nonniſi ſumma cum difficultate per ignotas vias perveniret in portum, quem petit: & ſi

ſun-

fundamentum ruinam faceret, quomodonam superpositum ædificium diutius subsisteret? Dei igitur est vocare, nostrum est vocantem sequi. Dei est eum nobis indigitare statum vitæ ubi nos sibi deservire cupit; nostrum est cum humilitate, celeritque obedientia statum eumdem amplecti. Sed quidquid admittamur, nunquam hoc efficiemus eodem zelo, eadem pietate, promptitudine, alacritate, fidelitate, qua S. Clara. Itaque eam nobis proponere debemus tanquam Virginem, quam Deus ad altiorem perfectionis gradum præ aliis attollere cupiens, deduxit per vias perfectissimas.

De paupertate S. Claræ. Paupertas Evangelica virtus est, quæ omnes decet status, sed modo procul alio. Illi, qui in sæculo vivunt, tenentur animum a terræ bonis abstrahere, & divitiarum congerendarum cupiditatem moderari. Ita Apostolus Christianos alloquens, non autem Regulares ait: illos, qui possident bona, animo ita affectos esse oportere, quasi illa non possiderent. Hæc Evangelica paupertas jubet, fidelem ea omnia amovere, quæ vanitatem sapiunt, & christianam modestiam lædunt: utpote contraria promissionibus, quibus in Baptismo recepit, se pompis hujus sæculi abrenuntiaturum; illum jubet bona sua in rectum usum convertere, abusum reparare, & ea prævertere pericula, quibus nos objiciunt. Sed quod ad religiosam pertinet paupertatem nemo unus ignorat, hanc in eo positam esse, ut omnino bonis mundi hujus, quæcunque tandem illa sint, nuncius mittatur, ut nihil tanquam proprium habeatur; ut de re nulla disponatur; & quin illic immorer in ea quæstione inter Theologos sæpius agitata: utrum S. Francisci Ordo melius, quam reliqui extremam hanc observent paupertatem; non vereor asserere, illustrem S. Claram, Ordinemque illius, non minimum Ecclesiæ decus semper servasse, & in præsentiarum adhuc servare in sublimi perfectionis gradu hanc Evangelicam paupertatem.

De S. Claræ obedientia. Non desunt animæ pusillæ ac infirmæ, quæ putant, nisi plurimas exercuerint austeritates, futurum ut aliquando possit Deus illis exprobrare, opera earum nequaquam esse plena, & nihil eas fecisse, quod ipsi esse possit acceptum. Sed ne animum despondeatis, fideles animæ; multum operamini, si obedias. Satis frequens hic error pererebuit, Deo placere id quod magis nitet, & magis laudatur. Maxima ammæ perfectio est delitescere, & sese intra officii sui cancellos continere. Hoc alte persuasum erat Virgini, cujus encomium celebramus: Hæc semper ad summum perfectionis apicem evadere adnisa est, eumque illi persuasum esset, in via hac nitorem non longe abesse a periculo, semper & in omnibus Patri suo S. Francisco paruit, & sublimem hanc obedientiæ virtutem ita exercuit, ut nunc etiam cum imperare posset, quatenus Superior, & Abbatissa, credidit se nihil boni, vel perfecti facere posse, nisi ab hoc Sancto Patriarcha cepisset & consilium & imperium.

Quam devotionis spiritum S. Clara filiabus docuerit. Si qui sunt, qui inspirare velint devotionis præsumi, hi nonnisi ea, quæ sunt austerissima proponunt. Simul exhibenda est & suavitas, quæ austeritatem comitatur, & gaudium rectæ conscientiæ, pax cordis Deo adhærentis, felicitas ejus, qui in semet perfectum habet imperium. Cum igitur aliquem ad pie vivendi genus conaris illicere, hoc primum præceptum tradendum est; ostendendam illi esse illusionem terranorum bonorum; hæc inania esse, ac superficialia, eaque nullo pacto posse nostris desideriis satisfacere. Hoc pacto lens, & ad animos conciliandos apto, S. Clara tot sanctas animas ad Dei cultum perduxit. Tantum aberat, quod illis exhiberet devotionem sub specie austeritatis, & asperitatis; ut licet illis ostenderet, quam arduum, ac difficile sit a terræ bonis animum divellere, & infringere vincula, per quæ mundo inhæremus; tamen non celaverit illas suavitates, ac deliciis, quibus perfruuntur animæ generosæ, quæ postquam strenue primos superarunt obices, ut mundo vale dicerent extremum, certæ consilii Deum sequuntur. & qui illi adhærent. Hac igitur S. Claræ indulgentia illectæ fuerunt tot nobiles virgines, ut illius sequerentur exemplum, ac sese illi subjicerent.

Superioris qualis Sancta fuit Sanctimonialium, pertæsio vitæ S. Clara. Sancti semper verum sunt, ne animabus regendis præficerentur; ac semper Superioris dignitatem, ubi hanc sibi deferri velle intelligebant, spectarunt tanquam gravissimam servitutem sibi obeundam. Honores profecto sunt onera; longe majorem spiritus submissionem inquirunt in iis, qui eos sustinent, quam in iis, qui eorum regimini subjiciuntur; & Superior, qui munere suo cupit defungi, paret potius, quam imperet. Variæ eorum qui subsunt, affectiones, varia studia, temperamenta, infirmitates; quæ ab homine separari minime possunt; inconstantia, quæ ejusdem pars est & quæ illum diutius in statu suo permanere non sinit, cogunt Superiorem, ut quodcunque formæ genus induat. Sanctæ Claræ omnino persuasum erat munus hoc sibi fore onerosum; & humilitas ejus, qua se ipsam interebatur tanquam sororum novissimam, efficiebat, ut Abbatissæ dignitas illi nequaquam allet ferenda. Mirum in modum se exercuit, ut hoc se munere abdicaret, atque se illi obeundo nequiquam parem ostenderet. Sed maluit Sanctus Franciscus Sororum omnium rationibus aures adhibere, quam illius, & licet invitam in Superioris officio confirmavit.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis, recentibusque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Ortus, educatio, & virtutes S. Clara, antequam religionem ingrederetur.

NON desunt certi testes, Sanctæ Claræ Matrem dum ventrem ferret, Deoque commendaret pignus, quod sinu gerebat, vocem audivisse, sibi nunciantem, se parituram lumen, quod terram universam illustraret; ex quo factum est, ut pia mater filiæ Claræ nomen imponeret. Eventus quam primum probavit vaticinium. Hæc puella ab ipsis incunabulis Salvatoris gratia præventa statim specimen dedit, ex eo quod in ultima erat pueritia, quid aliquando esset futura. Nullus unquam puer fuit minus puer. Pietas ejus rationem præverit; oratio erat illi loco omnium solatiorum, nunquam in cubiculo inventa est, nisi flexis genibus, & deficiente corolla deprecatoria, lapillis aliquot utebatur ad numerandas Rosarii preces. Summa illius erga Reginam virginum pietas, extremum illi inspiravit amorem puritatis. Virtus hæc partem characteris ejus constituit. Charitas ejus præsertim erga pauperes sæpe causa erat, ut licet adhuc infans pauperibus semper majorem erogaret partem earum omnium, quæ sibi dabantur. Pietate ejus cum ætate crescente simul etiam mundi horror crescebat. Ludi, ornatus, solatia puerorum sæculi semper ab illius gustu abhorruerunt. Omnes ejus affectiones, ac voluptates solitudinem quærebant; eumque teneretur ornata incedere, sicut nobiles decet puellas, cincinni, ornamenta totusque mundus muliebris erat illi quædam supplicii species, & non dubie liquebat, has nugas illi negotium facessere. Cum inter pares ætate, atque conditione, reliquis oris elegantia, ac rutore præstaret, præstitit multo magis nativa modestia. Hanc libenter pia adolescentulæ sibi imitandam proponebant, sæculi vero mulieres tanquam virtutis prodigium admirabantur. Tunc pluribus incipiebat uti mortificationibus; sæpe sub sericis pretiosisque indumentis asperum gestabat cilicium; & licet mater virtute prædita tantam pietatem conspiciens obstupesceret, incessanter tamen de austeritatum excessu conquerebatur. Profecto Sancta virgo corpori suo excruciando unice erat intenta ea ætate quæ nonnisi voluptatem, ac molitiem suadet. Jejunium, orationem, & asperrimas mortificationes delicias putabat. *P. Croiset in Asceticis.*

Vocatio S. Clare ad statum Religiosum. Salvator, qui sibi in Sponsam Sanctam Claram delegerat, uberrimis eam gratiis cumulavit, & ab infantia suscitavit illi amorem solitudinis, ac status Religiosi, tenerum illi infudit affectum erga pauperatem, puritatem, humiliatem, charitatem, ornavitque eam omnibus supernaturalibus donis, quæ hunc decent statum. Ex eo tempore cœpit impensius Orationi vacare, passionis meditari Mysteria, cumque esset amore Jesu Christi præventa, ardentissimum inde hausit crucis, & mortificationis amorem. Ubi ætate provectior fuit, Virginitatis votum emisit, & religiosum habitum de S. Francisci manu recepit, qui eidem comas præsecuit, eamque deduxit in quoddam Sanctimonialium S. Benedicti Asceterium, quæ aliquando pretiosi hujus thesauri sequestres extiterunt; donec victa consanguineorum suorum, qui illius consilio obluctabantur pertinacia, vendidit omnia bona sua, illa in pauperes distributura, & cum sorore sua recessit in solitudinem, ubi eminentis Sanctitatis jecit fundamenta. *P. Nouet.*

A Mundo secedit ea Religiosis habitum recipit a Sancto Francisco. *Ad Gal. 6.* Perfractis tandem vinculis, quæ videbantur non ita facile dissolvenda, illustris Clara cum in solitudinem quamdam concessisset, vivere incepit Jesu Christo, & Jesu Christo crucifixo, ita ut dicere posset cum Apostolo: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Fuit sane pulcherrimum, Deoque jucundissimum spectaculum, intueri Sanctam nostram adeo tenera ætate, adeo insignem de Mundo victoriam referentem. Incomparabilis hæc Virgo ignitis Seraphici S. Francisci dictis, multoque magis exemplis ejusdem adacta, cui in antecessum cor, ac desideria sibi divinitus immissa aperuerat, nocte ex patria effugit domo, & se confert ad S. Mariæ de Portiuncula, ubi S. Franciscus omnibus Fratribus suis comitantibus facemque manu præferentibus occurrit illi, eamque excipit tanquam de sæculo triumphatricem, eamque usque ad altaris pedes adducit. Quam magnificum spectaculum Dei, & Angelorum oculis intueri adolescentulam ex una inter amplissimas Assisii familias sæculi pompis nuncium mittentem ut sacco per Sanctum Franciscum oblato induatur, & permittentem, ut sibi comæ abscindantur; ut omnino se devoveat, & consecret uni Deo, tanquam innocentem victimam illius gloriæ immolandam! Sed his majora præstitit illustris Virgo aliquanto post, cum jam omnes consanguineorum suorum obices superavit, se se inter quatuor parietes clausit, in paupere Domo propa Sancti Damiani Templum, propter suam a Mundo fugam celebris facta. Hic sapiens, ac prudens Virgo dies, noctesque traducit in instruenda lampade sua, in exornanda anima, omnibusque virtutibus locupletanda. Hic sequitur Agnum sine macula, quocunque vadit, videlicet Salvatorem suum subsequitur, per imitationem, & praxim eximiorum præceptorum, quæ

dedit

dedit mundo; certa semet cultui illius penitus devovendi. *P. Texier*,

Egressio S. Claræ de Mundo, primique ejusdem gressus in Religionem triumphi speciem referebant, neque sine secreto numinis consilio factum est, quod die eadem, quam conscerat Ecclesia triumphali ingressui Salvatoris in Jerusalem, nostra Virgo divinitus affata inter claustra fuerit ingressa. O magne Antistes, qui mane illi palmam dedisti ad eam in supplicatione deferendam, nesciebas adhuc quænam essent Domini de eadem consilia: Oculis tuis vita est iis compta ornamentis quæ ætatem, genusque suum decebant; sed nesciebas illam vespere ejusdem diei omnem muliebrem cultum esse relicturam ad ostentandum majori in luce contemptum inanium harum pomparum, & vanitatum sæculi. Hæc Sponsa erat Domini Nuptiali veste amicta, ut illam ad Jesu Christi pedas abjiceret, non secus ac ejusdem Discipuli. Hæc sancta erat, & sine labe victima, quam in Sacrificium præparabas, & quæ corona redimita erat quin id intelligeres, antequam immolaretur: victima meriti singularis; victima Deo acceptissima; victima, in qua ille sibi complacebat; victima, quæ eo ipso die ad sacrificii locum properabat; victima demique, quæ festinans sequi vocem vocantis non trepido quidem pede incedebat, sed ea constantia, quæ decet illam, quæ Jesum Christum quocunque ierit comitatura, ut ille per triumphum se se morti præparabat. *Elogia historica.*

Magna sapientia, qui per fortiter Sancta Clara Mundum relinquam, eique prælia sufferens spolia.

Magna S. Claræ sapientia in hoc potissimum enituit, quod non solum per lumina, quæ illi Deus communicabat, dissipavit tenebras sæculi, fraudes, ac versutias ad illas evitandas cognovit; verum etiam mundo pretiosissima quælibet spolia surripiens fefellit deceptorem mortalium, ejusque bona contemnens palam per apertam Evangelicæ paupertatis professionem nuncium misit omnibus commodis, quæ ille ipsi offerre poterat propter amorem Domini. Enituit quoque hujus Virginis sapientia, quod nondum vota compos effecta ob eam victoriam, quam per se de Mundo retulerat; eidem surripit etiam id, quo nihil sibi erat antiquius; sororem videlicet suam, cui nomen Agnes, quæ Sanctæ nostræ præclaris exemplis illecta, paulo post consanguineis suis vale dixit extremum, ut in solitudinem sororem conveniret. Sed magna S. Claræ exempla latius triumphum illius protulerunt. Quinque adolescentulæ ex spectatissimis provinciæ illius Domibus Sanctæ nostræ virtutibus captæ ratione pari patrias relinquere domos, & quidquid inde sperare poterant, ut Clarum sequerentur, & cum ipsa se in eodem Cœnobio concluderent. Quinimmo vitæ ejusdem Scriptores testatum reliquerunt, illustria sublimis ejusdem sapientiæ exempla tantam in Assisii civitate, atque vividam effecisse impressionem, ut Regularium Monasterium videretur, cum nulli nisi de Deo sermones ibi fierent, & omnes seriode salute sua essent solliciti. *P. Texier.*

Hoc ipsum præstat S. Clara peregeos Mundi vilescebat, eique abrenuntians.

Sancta Clara incomparabilem ostendit sapientiam in insigni illa victoria, quam de sæculo retulit ad exemplum sapientum virginum primævæ Ecclesiæ, de quibus loquitur Tertullianus, quæ ad sacrum velamen confugiebant, quod obtendebant oculis suis tanquam clypeum, ut sese tuerentur adversus periculosas Mundi insidias, quæ mentem nostram perturbant, & corrumpunt eor pravis impressionibus, quas objecta diversa in animo nostro ciant: *velamen capitis, galea, & clypeus adversus istius tentationum.* Ad hanc Sanctarum Virginum exemplum Clara oculos suos fixit, ne videret omnia hæc fallacia bona, quæ illi mundus ad illam retinendam objiciebat, Tribus enitebat illa prærogativis sibi quidem periculosis, aliis vero periculosissimis, & quæ aptissimæ erant ad eosdem in Mundo immorandum. Nobilis erat, dives erat, & procero corporis aspectu; Id genus mortalibus mundus exhibet, quidquid illecebrarum est, atque voluptatum. Millies beati, qui possunt effugere illusiones, & illicia potentis illius seductoris! Quotusquisque id facere valeat? At Sancta Clara generosum, atque constans init consilium ut in hoc exiguo numero adscriberetur, & sub caligine veli ejus, quod de Sancti Francisci manibus recepit, cognovit magnum illud discrimen, quod inter immensis salvatoris gratiæ divitias, ac fallaces mundi blanditias intercedit; poteratque cum ima ex primis Virginibus, Martyribusque clamare: *Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi, quem vidi, quem amavi.* Apage, hæc illicia dolosa, & inanes boni species; meri estis phantasmata, quibus nihil ineat solidi; & quæ nonnisi in eorum imaginatione, quos fallitis, subsistunt. Estis somnia, & illusiones, quæ nonnisi in vitiorum somno stertentes potestis decipere. Vale extremum, Munde versute, ac mendax; Francisco te mihi cognoscendum tradidit, idque satis, superque est, ut tibi nomine meo internecinum bellum indicam. *Idem.*

Tertull. de vel. Virg.

In Vita S. Agnetis.

S. Clara ab ipso sui Seraphici Patris manibus velo sacro coopertis a mundo cum spolietur.

Ne credatis, Deum se passum esse vinci magno Sacrificio, quod obtulit illi Clara bonorum omnium, quæ possidere, atque sperare poterat: nam licet proprie loquendo, nihil illi conferamus, quoniam omnia bona nobis ab illo procedunt; tamen magnifica illius liberalitas deficere sibi videretur nisi pro temporalibus beneficiis, quæ nobis integrum esse vult eidem offerre, supernaturalia dona rependeret. Quanam gratiarum affluentia Sanctam nostram cumulavit ex eo temporis articulo, quo in Religionem ingressa est? Ibi recentem nacta est nativitatem; ejus professio alter illi fuit baptismus; honorem affecuta est, ut admitteretur in numerum fidelissimarum Salvatoris Sponsarum, quæ per vocationis suæ gratiam antonomastice appellantur populus electus; fuit ex numero Virginum Deo devotarum, quas S. Cyprianus pulcherrimum, purissimumque Ecclesiæ florem appellat. Dicere poterat oculos, omnesque sensus suos consecrationis gratia sanctificatos fuisse; Dicere poterat, cupiditatem, quæ vim, roburque animi affectionibus tribuit, castitatis gratia debilitatam, imminutamque fuisse; voluntatis inconstantiam obedientiæ gratia roboratam, confirmatamque, mentemque suam statui sui magnitudinem, & sanctitatem fuisse affectutam. Ex eo tempore cum Propheta exclamare poterat: Defecit anima mea, Domine, propter ineffabilem dulcedinem bonitatum tuarum. *Auctor vocens.*

S. Clara consanguinei vim fugiens, ut illam a proposito deturbaret; sed illius vicii conatibus cassat.

Cum S. Clara ad aras pœnitentiæ tunica fuisset induta, abjecit mundum muliebrem ac seipsam incluso fuco fune alligato in propinqua domo; & S. Patriarcha illam postmodum tradidit in manibus Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti, quæ illud Cœnobium tenebant. Hoc factum urbi universæ stuporem injecit: eum enim Virgo vix duodevigesimum ætatis annum attigisset, consilium hoc traducebatur tanquam levitatis argumentum, & inconsideratæ effectus adolescentiæ. Ejus consanguinei id iniquo tulerunt animo, ac censuerunt familiam suam inde affici contumelia. Nihil præterissum fuit, ut Virgo ab incepto deterreretur, neque vi abstinuerunt, ut ab asylo sibi abstraheretur. Nihil tamen illam movere potuit; & Aream manu tenens, alteraque detonsas ostendens comas: scitote, inquit, mihi non alium futurum esse sponsum, neque aliam tunicam nisi pœnitentiæ. Adeo certa, & efficax responsio inimicos pacis ejusdem coercuit, removitque. Sanctus Franciscus tamen credidit illam in alio Ordinis ejusdem Cœnobio tutiorem futuram. Fuga Agnetis sororis, Claram subsecuta fuit, quæ, ut superius memoratum est, multo magis familiam irritavit. Quamobrem ejus Cognati numero duodeni ad Ascerenium accessere ut vi facta illam surriperent; ubi postquam multa preperere mala, juniorem Agnetem de Claræ complexu convulsim abduxerunt. Vestes illius abscissæ fuerunt; pedes ictibus præcedere conata fuit, & contumeliis lacessita, cum interim clara voce profiteretur, se Religiosam esse velle. Cum Sancta Clara vi resistere non valuisset, confugit ad Deum, & post brevem, feventemque orationem, de Monasterio egressa, & sororem insecuta, non sine ingenti miraculo, cujus consanguinei testes fuerunt, illam immotam reddidit. Frustra ad invitam trahendam quæruntur auxilia; ne de gradu quidem illam dimovere valuerunt. Quo miraculo deterriti raptores, cognoverunt non deesse apertum numinis voluntatem, & pudore suffusi ob inutiles conatus, reliquerunt illam in manibus Sanctæ nostræ, quæ tanquam trophæum in monasterium advexit. Quod miraculum cum emanasset in vulgus, effecit, ut omnes ad se pœnitentia ducti redirent. Interim Sanctus Franciscus cum S. Damiani Templum, quod ruinam minitabatur, reparari curasset, proximam illi domum coemit, quo duas sorores adduxit, & fecit initium Ordinis Sanctimonialium S. Francisci, quemadmodum non ita pridem posuerat primordia Religiosorum prope Templum Deiparæ de Portiuncula. Talis fuit ortus illustris hujus Ordinis Virginum, qui eo tempore, quo christianæ virtutes elanguerant, effecit, ut hæc pœnitentiæ, fervoris, innocentiæ, & sanctitatis miracula resplenderent, quæ adhuc universus orbis miratur. *P. Croiset in Asceticis.*

Tristis S. Claræ asteritas.

Si omnimoda rerum omnium abrenuntiatio, quæ Sancta hæc rebus omnibus hujus sæculi nuncium misérat, admirabilis extitit, vitæ illius austeritas loco jugis miraculi haberi poterat. Nim præter praxim regulæ, quæ illi cum sororibus communis erat, cujusmodi sunt, nudatis pedibus incedere, humi cubare, totum annum jejunare, & sæpe in aqua tantum & pane, perpetuum servare silentium, neminem extra claustra degentem videre, & a nemine videri, alias etiam præter ordinem servabat, quas numerare, ac referre non licet, quin nosmet objicimus periculo fidei amittendæ. Duo diversa habebat cilicia, quibus alternis vicibus utebatur, alterum ex equinis crinibus contextum, quod sine adstringebat, alterum e suillo corio, cujus fetæ ad dimidium fere longitudinis detonsæ carnem veluti aculeis penetrabat, qui novum illi acerbissimi martyrii genus afferebant. Ecclesiastici carnis privii tempore arcto pane & aqua brevi vivebat, & a S. Martini die ad Domini nativitatem, eodem ritu jejunabat, immo plures hebdomadæ dies transigebat, quin ulla uteretur esca. Plures annos non aliud stratum habuit, quam duram humum, neque cervical aliud nisi lignum; donec ad Episcopi Assisinatis explicitum imperium, jubente etiam S. Francisco, aliquot ante obitum annos super congestis paucis admodum paleis discubuit. *Idem.*

Cum

Extremo vigore, quo S. Clara ſervavit vota & præſertim paupertatem religioſam.

Cum S. Clara decreviſſet vota ſua ad unguem ſervare, nullum habuit antiquius ipſa paupertate. Gaudebat illa omnibus careere bonis, & ſolis fidelium eleemoſynis vivere. Spectaculum eſt admiratione dignum videre Sanctam hanc ad Summi Pontificis pedes proſtratam ab eo petere, ut oſtio Aſceterii ſui juberet hæc deſertibi verba: *Domus Pauperta tis*. Quam jucundum eſt illam ſororibus ſuis dicentem audire; ſi velint domum ſuam ſubſiſtere, opus eſſe, ut paupertas ſit illius fundamentum. Quam ſuave ſpectaculum eſt videre gaudium, quo magna hæc anima cumulatur, cum illi omnia deſunt! Summus Pontifex exhibet illi a tam arcta paupertate diſpenſationem, & Sancta illi reſpondet, ſe malle a peccatis ſuis abſolutionem percipere, quam oblatam diſpenſationem. Senſus adeo ſublimes nonne ſunt admirabiles? *Elogia hiſtorica*.

Fiuſdem argumenti.

Cum S. Claræ penitus eſſet perſuſum, amorem divitiarum fontem eſſe vitiorum omnium; ſanctam amavit paupertatem, tanquam virtutum omnium reginam, eamque tanta dilectione complexa eſt, quanta matrem ſuam: itaut poſtquam Deo obtuliſſet omnium bonorum ſuorum proprietatem, non dubitaret, ſeſe totam illius cultui devovere, mallens ſe noviſſimam eſſe in domo Dei, quam habitare in locupletiſſimis divitum ſæculi Tabernaculis. Neque ſolum prorſus avulſit cor ſuum a temporalium bonorum amore, abrenuntiavit quoque deſideriis aliquid unquam poſſidendi; itaut ſimul fuerit pauper profeſſione, & affectu; & confidens in Dei providentia, cui cura eſt alendi volucres cæli, obtulit Deo ſuperfluum rerum earum, quarum uſus ipſi licebat. Pauper fuit in cubiculo, pauper in victu, pauper in veſtibus, Deo ſacrificavit non ſolum omne jus, ſpemque omnem, ſed ipſa etiam deſideria. In clauſtrum ingreſſa eſt, ut olim in mundum fuerat ingreſſa, æque pauper, ac cum ex utero matris egreſſa eſt, & audeo dicere adhuc pauperior: primæ enim huic nuditati ſuæ voluntatis addidit confenſionem. Quam accepta eſt in oculis Dei ſancta paupertas! Quam felix eſt anima, quæ deſerit quidquid ſperare poteſt, & vendit univerſa quæ habet Evangelicam hanc Margaritam ſibi comparatura! *Ex ſolitudine Virginum, & Elogiis hiſtoricis*.

Amor puritatis in S. Clara.

Quamvis S. Clara ſemper virtutes omnes generatim coluerit, ſuper cæteras tamen coluit puritatem, quæ fuit cordis ejus deliciæ. Hanc dilexit tanquam virtutem, quæ majorem confert virginibus decorem, & quam Regina Virginum ſuper reliquas virtutes vehementius amavit. Amavit hanc tanquam ſexus ſui propriam; tanquam virtutem, quam ipſi etiam beatæ ſpiritus ſibi gloriæ vertunt; tanquam illum agrorum florem, & lilium convallium, cujus nomine haud dedignata eſt Canticorum ſponſa nuncupari, amavit illam tanquam prærogativam, quæ ſanctis virginibus præbet præ cæteris jus, ſc privilegium ſequendi Agnum quocumque ierit, & dicere poſſumus hoc novum fuiſſe oblationis genus, novumque ſacrificium ab amore, quo Sancta Clara cæleſtem ſponſum complectebatur, excogitatum. Quænam fuit illuſtri hunc adoleſcentulæ gloria ſexu fragili, ac molli, eximia ſpecie, florenti adoleſcentia, quæ omnia huic virtuti periculoſa ſunt, in terra vixiſſe, ſicut Angeli vivunt in Cælo! Quæ merces illi ſperanda non eſt, eo quod ſemper fuerit profeſſa virtutem meris ſpiritibus, quam mortalibus aptiorem, & quod tot ſanctis animabus illam ſuaſerit, quot divina ejuſdem exemplis illectæ par ſacrificium Cæleſti Sponſo obtulerunt. *Ex Solitudine Virginum*.

Numerus ingens nobilium, Principum, ac Regnorum quæ S. Claræ Ordinem ingreſſæ ſunt.

Ordo S. Claræ ubi a Summo Pontifice fuit confirmatus, ſumma lætitia affecta fuit Sancta inſtitutrix, videns exiguum ſororum numerum quam primum augeri. Mater ejus, & ſoror natu minima, quæ in Mundo permanſerant, inter illius filias adſcribi optaverunt. Duodecim virgines ſummo loco natæ recens Inſtitutum amplexatæ ſunt, quod præter virtutum omnium præmia omnimodam paupertatem, ac nuditatem profitebantur. Omnes hæ Religionis votum emiſerunt in manu S. Franciſci, & communi conſenſione ſibi in Abbatiſſam elegerunt Sanctam Noſtram, cujus humilitati cedendum fuit, ad S. Franciſci imperium, & voluntatem. Viæ poſita ſuere Sancti hujus Ordinis fundamenta, cum viſæ ſunt confluere ex integerrimo nobilitatis flore multæ puellæ, Principes, atque etiam Regiæ, quæ purpuram ſceptrumque poſuere, ut humilem, pauperemque S. Franciſci habitum induerent, & hic ardor, ita ſe ſe effudit in omnes Chriſtiani orbis provincias, ut omnibus deincepa facultis viguerit, & adhuc vigeat hoc noſtro, licet corruptiſſimo. Quam admirabilis eſt caſta hæc Sanctarum Virginum turba propter virtutum ſuarum decus, atque nitorem! Immortalis eſt earum memoria, in honore apud Deum, & coram hominibus poſita. Earum exemplum potens eſt virtutis illecebra; & ſuavitas cæleſtium conſolationum, quas in ſolitudine guſtant, efficit, ut ſolitudinis ipſarum felicitati invideatur. Ibi caſtæ illæ Domini Sponſæ delicias affluentes divinas illius perfectiones contemplantur; ibi de mundo, omnibuſque pompis ejus triumphant. In ſancto hoc receſſu præferentes paupertatem, humiliationem, & abjectionem ſæculi divitias, atque honoribus, in anteceſſum perfruuntur gratiarum theſauris, quibus affluenter Divini Sponſi ſui magnificentia cumulantur. *Binius, & Novet*.

S. Clara ſuperioriſſæ munus ſibi commiſſum reſpexit niſi tanquam novum humilitatis, paupertatis, mortificationis, fervoriſque præ ſororibus ſuis argumentum. Quippe non ſolum illis menſæ accumbentibus miniſtrabat, ſed in rebus omnibus ancillabatur, neque ſuperioritatis munere utebatur, niſi ut aliis faciendarelinqueret, quæ minus incommoda & ardua viderentur, ipſa ſibi reſervans, quæ magis moleſta & abjecta erant, atque ad oraturam avertendam aptiora. Exigebat ut ad apicem ſervaretur votum paupertatis, cumque permittere nollet, ut ſua Monaſteria quemcumque reditum poſſiderent, vetuit etiam ne magnificarent ſumptus in annonam comparandam, & unice a Fidelium Charitate penderent. Ex palam factum eſt, Deo placere heroicum hunc paupertatis ſpiritum, ſtabilemque in divina providentia confidentiam; cum enim die quadam in tota domo onicus panis inveniretur, & prandii tempus inſtaret, præcepit, ut dimidiatus mitteretur ad Religioſos Monaſterio ſuo deſervientes, alterumque dimidium in quinquaginta partes ſingulas ſingulis monialibus quæ tunc aderant in Conventu divideretur; & panis divinitus ita multiplex factus eſt, ut ſororibus omnibus ſaturandis ſufficerit. Pluribus etiam aliis miraculis oſtendit Deus, qua cura neceſſitatibus Sanctarum Virginum vigilaret, quæ jure ad ſliquod temporis ſpatium vocatæ fuerunt, Sorores de Providentia. *P. Croiſet in Aſceticis*.

Quomodo ſe gereba S. Clara in munere Abbatiſſæ.

Auſteritates Sanctæ noſtræ profecto erant ſine modo, non erant tamen ſine ſolatio. Auſta enim cæſtus ſublimi dono contemplationis, frequentibus fruebatur cum Deo converſationibus, per quæ guſtabat in terris ſpirituales delicias, quæ ſunt quædam veluti præguſtatio cæleſtium gaudiorum. Oratio ejus ſemper æque fervens erat, & quamdam extaſis ſpeciem referebat; ex qua egrediebatur divino amore prorſus ſuccenſa. Verba ejus erant ignita, ea unctione delibuta, qua omnium animos ſibi conciliabat. Jeſu Chriſti amaſia, Vivo ego, ajebat illa centies in ſingulos dies: vivo ego jam non ego, vivit autem in me Chriſtos, cujus indigna ancilla ſum. Contemplationi vero ita erat dedita, ut nullum haberet ſtatutum orandi tempus; quippe omni tempore orabat, & ad unguem ſervabat illud S. Pauli præceptum, inceſſanter orandi. Videlicet cor ejus ſemper intentum erat Deo: & ingruentia negotia, curæ, quæ illi neceſſario ſubeundæ erant pro aſceterio ſuo, illam diſtrahere non poterant, cum dicere quodammodo poſſet cum Sponſa Canticorum: *Ego dormio, & cor meum vigilat*. *Ex P. Croiſet, & codice MS.*

Deus illam auxit dono orationis, ex pluro illis contuitæ gratias.

Si Deus unquam miraculoſos oſtendit effectus ſuæ erga S. Claram dilectionis, quorum orbis univerſus fuit teſtis; hoc certe accidit eo tempore, quo Imperator Fridericus II. cum Sanctæ Sedi bellum indixiſſet, Eccleſiaſticum ſtatum late depopulabatur conductitiis uſus copiis Saracenorum. Aſſiſum obſidebatur, & ſicuti Sanctæ noſtræ monaſterium mœnibus urbis erat conterminum, barbari ſe inveniſſe rati quomodo ſuam explerent & avaritiam, & libidinem, domum circum undique obſederunt, admotiſque ſcalis in ſummum cacumen evaſerunt, & jamjam ſanctæ illi communitati vim inferre meditabantur. Quis ſando aſſequi poſſet Sanctarum Virginum terrorem? in anteceſſum feminarum ruebant, pugionem ſibi jugulo infigi credentes. Quid autem Clara tanto hoc in rerum diſcrimine? Ejus confidentia facta eſt ardentior, & animoſior, & licet ægrotaret, ſe ſe ferri juſſit ad domus oſtium, ibique proſtrata coram Sancta Pixide, quam illuc ſibi jufferat aſſerri, Salvatori dixit, Ne tradas Domine beſtiis animas confitentium tibi, neque obliviſcaris pauperum in uno te confidentium. Ferunt tunc auditam vocem fuiſſe Sanctæ Virgini reſpondentem, ne metueret, quippe domui illi nulla inferenda erat injuria. Illud certe conſtat, rapaces lupos illos, qui in murorum faſtigium evaſerant, & ſd devorandum erant parati, repente deturbatos in præcepa lapſos fuiſſe, & fuga inani terrore correptos ſuæ incolumitati conſuluiſſe, neque ratos fuiſſe, ſe in tuto eſſe niſi cum tandem ad exercitum in caſtra pervenerunt. *Auctor vocens*.

Magna S. Claræ patientia, & confidentia in Deo.

S. Clara poſt tot curas, vigilias, labores, & mortificationes, cum corpus ejus attritum, efœtumque eſſet, denique cedere debuit infirmitatibus, quibus erat obruta, & ad mortis lectulum deducta fuit. Cum illius Confeſſarius illam ad patientiam cohortaretur, & ſermonam illi haberet de bonis virtutis hojus. Heu! dixit illa, poſtquam Deus dignatus eſt, ut memet illi totam conſecrarem, nullus dolor mihi moleſtus fuit, nulla pœnitentia difficilis, nulla infirmitas infuavis. Heu, pater mi, addidit, quam ſuave eſt pro Jeſu Chriſto pati! Summus Pontifex Innoc. IV. qui tunc temporis Lugdunum propter Eccleſiæ negotia venerat, ubi audiit Claram in extremis laborantem, eam convenire voluit antequam Romam reverteretur; pervenitque eo cum Sanctæ ſacris jam refecta erat myſteriis. Aſceterium ingreſſus eſt cum quatuor Cardinalium comitatu; cumque illi deoſculandam porrexiſſet manum, pedem quoque illius Clara voluit deoſculari, cujus humilitati ſatisfaciendum fuit. Mox illa petiit omnium peccatorum ſuorum abſolutionem, lacrymis effuſis ſe inſignem exiſtimare peccatricem oſtendens, quspropter a Pontifice Apoſtolicam receprt bene-

Extremi S. Claræ ſolatia, & mors.

benedictionem, & plenariam Indulgentiam, qua se indigere illa credidit; quamvis Sanctus Pater illi gloriosum hoc perhibuerit testimonium, mundum jacturam fecere unius ex præcipuis Sanctis Virginibus, quæ vixerint in Ecclesia. Neque fuit hæc visitatio magnificentissimæ, quæ illi contigerit; historici quippe testantur, illam dignatam fuisse aspectu Salvatoris ipsius, ejusque Matris Sanctissimæ, qui stipati erant ingenti Virginum choro illam ad Agni nuptias invitantium. Visa est S. Clara hanc celebrem visitationem præstolari, ut ex hac vita discederet, repente enim facta virium accessione hortata est animam suam, ne quid in eo terribili transitu pertimesceret, & mox violento divini amoris accessu correpta Creatori suo spiritum reddidit.

Ad rumorem obitus Sanctæ nostræ tota civitas ad Monasterium cucurrit. Ipse Pontifex summus, qui jam secellerat, reversus est, ut una cum Cardinalibus illi parentaret. Cum autem Sancti Francisci Fratres Officium Defunctorum canere exorsi essent præsente Sanctæ Virginis corpore, illos interpellavit, dixitque potius Sanctarum Virginum officium esse celebrandum; sed Cardinalis quidam illum monuit, in re tanti momenti nihil esse festinandum, & licet omnia adessent, eaque non dubia Sanctitatis argumenta in Virgine tot, tantisque virtutibus prædita, semper tamen juridicas habendas esse quæstiones in hujusmodi occasionibus consuetas, & de Miraculorum veritate inquirendum antequam illi Sanctorum honores decernerentur. Cardinalis idem mox funebrem illius Orationem habuit, & Sanctum corpus in triumphi morem elatum fuit in templum, ubi jacebant exuviæ Sancti Francisci, quia minus hostium populationibus patebat. Ingens insignium miraculorum numerus tumulum ejus insignivit, & Cardinalis Ostiensis ad S. Petri Sedem sublatus, sub nomine Alexandri IV. illius celebravit Apotheosim biennio post obitum ex solemnitate, quæ in hujusmodi occasionibus haberi consuevit. *P. Croiset.*

Quomodo Sectum nitales S. Claræ debeant hujus virtutes imitari, & exemplo regulari.

Quid mihi reliquum est, animæ Sanctæ, ac Religiosæ, nisi ut cum oculis vestris objecerim hæc præstantissima, & locupletissima exemplaria Franciscum Assisinatem, & Claram, vos invitem ad impensius meditanda eorum limeamenta cohorter, qui vobis adeo felicem nativitatem præbuerunt? *Attendite ad Abraham, patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos.* Ita enim appellari potest Franciscus ab Assisio æque fidelis vocationi suæ ac olim Abraham omnium Fidelium parens; Ita S. Clara æque docilis superiis afflatibus, ac olim Sara digna illa mater, cujus vitæ sanctitatem, timidumque obsequium omnes Christianas mulieres imitari S. Petrus jubet. Filiæ Sanctorum estis; gratia eadem, quæ illos Jesu Christo peperit, vobis quoque concessa est; idem sanctitatis spiritus vos agit, eadem spes vocationis vos sulcit, eadem solitudo vos tenet, eadem vota vos urgent, eadem exercitia vos sanctificane, eadem merces vos manet. Sustinete ergo, Virgines ornatissimæ, ut paulo fusius vobis status vestri memorem officia, dicamque illustrem Sanctam hanc vobis communicasse tres qualitates, quibus inclaruit. Estis S. Francisci filiæ, Jesu Christo Sponsæ, S. Claræ moniales, soboles, posteritas. Hinc primum tanquam S. Francisci filiæ illius spiritum fovere debetis, spiritum contemptus Mundi, vanitatum, atque pomparum illius. Mundum reliquistis, cum regularem statum amplexæ estis, illi vale æternum dixistis, cum in Claustrum estis ingressæ, nullum ergo locum in cordibus, aut in cogitationibus vestris, mundus invenit. Vobis cum Seraphico Patre vestro dicendum est; nullum jam ultra Patrem in terris habeo; omnis spes mea est in Cælo. Secundo, estis Sponsæ Salvatoris; huic corda vestra dedistis, vosmet penitus illi devovistis, ergo omnibus Mundi necessitudinibus abrenuntiastis, vosmet divino illius amori victimas obtulistis; igitur vobis nuntius mittendus est omnibus vanitatibus, ut cum S. Clara comitemini Salvatorem hunc ad Calvarium, & efficiamini passionum ejus consortes; qua in re Sancta hæc maxime enituit; Admiramini illam si vobis lubet in raptibus, & extasibus, quæ illi adeo familiares extitere; admiramur faciem ejus coruscantem radiis, ubi ab Oratione discedit; admiramini illam non vulgari gratia suffultam ad denos dies, quin aliqua reficiatur esca; admiramini illam cum Sanctum Eucharistiæ Sacramentum dextera tenens terrorem incussit Barbaris, eosque in fugam convertit; verum enim vero optandum vobis non est in omnibus hisce mirabilibus illam imitari; sed in ea parte quam illa sibi delegit in passionibus Salvatoris, qui fuit illi sanguinum sponsus, non petens a Deo aliam gratiam, nisi crucis suæ incrementum. In hoc vobis pro viribus est imitanda, si vultis, ut illa, fieri similes Salvatori, quem vobis in Sponsum delegistis. Tertio estis Moniales S. Claræ, progenies, ac posteritas ejus. Vobis igitur esse debet zelus ardens alios quoque ad Sanctitatem perducendi pietate, & exemplo, quod præbuistis aliis. Hoc pacto cum spiritus ipsius hæreditatem adeptæ, regulamque ejus amplexæ fueritis, vestrum erit efficere, ut illius sanctitas per Sanctitatem vestram innoteſcat, & ue ex eximiis filiorum virtutibus arguatur meritum, & præstantia matris, & jure dici queat: *Quam pulchra est casta generatio tum clarnare!* Quanto splendore refulgee easta hæc familia in Mundo, & quanta ejus futura est in Cælo gloria! *Ex variis Auctoribus.*

PRO SANCTI ROCCHI PANEGYRICO.

MONITUM.

DUæ me impulerunt causa, ut hoc argumentum aliis pluribus præferrem, quæ fortasse uberiorem mihi segetem suppeditassent, & latiorem Concionatoribus campum aperuissent Panegyricum exornandi: Quarum altera est, cum fieri minime possit, ut pro singulis Sanctis amplam dicendi supellectilem inveniamus, & memet intra hos coarctaverim cancellos, ut de iis tantum loquar, de quibus vulgo, & in pluribus locis Panegyrica Orationes habentur: secundum ordinem, quem mihi metipsi constitui, S. Rocchus mihi visus est unus ex notioribus, & de quo sermo frequentius habeatur, propter multitudinem Templorum, quæ in ejus honorem dedicata sunt, & sodalitatum, seu confraternitatum, quæ sub ejus nomine se se devovent proximis infervientis, cum lues, & contagiosi morbi grassantur.

Ratio altera est, quod Magnus iste Sanctus, cujus vita, & peculiaris character fuit assidua charitas inserviendi pauperibus, & egrotantibus in nosocomiis, locum præbet Ministris Evangelicis hortandi auditores suos ad imitandum exemplum illius, cujus elogium recolunt in eadem charitatis exercitatione, invisendo xenodochia, & reficiendo eleemosynis suis vel alia qualibet ratione hos pauperes derelictos iis in locis, ubi plerumque rebus omnibus carent. Itaque si hoc moralis Disciplina argumentum tanti momenti, & de quo valde raro sermo habetur de suggestu, bene tractetur, fiet Sancti Panegyricus aque proprius, ac fructuosus.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti Systemata.

Se ipsum exinanivit formam servi accipiens. Ad Philipp. 2.

I.

ESu Christi imaginem exhibee nobis S. Paulus cum ait, illum semet exinanivisse eo usque ut peccatoris formam induerit. O Deus! quænam exinanitio! Deus qui a nemine pendee, supremus arbiter Naturæ, cujus potentia nullis cancellis arctatur, cujus immensitas nullis finibus continetur de excelso gloriæ suæ throno descendit in præsepe, de sinu Patris æterni in Virginis sinum; se se fine discrimine cum peccatoribus miscet, & majestatem suam eo usque negligit, ut servi formam accipiat! Mysterium est, quod ratio penetrare non potest; prodigium est, quod fides admiratur; exemplum est omnibus Christianam Religionem profitentibus imitandum. At exemplum hoc nemo propius imitatus est, quam S. Rocchus. Si Sanctus hic, qui in vetustissima, celeberrimaque Galliarum urbe principabatur, una tantum

tantum auctoritate ſua ſe ipſum commendaſſet; ſi per magnificentiam, ac fidelitatem in obeundis muneribus ſuis per judiciorum æquitatem, & in vitæ civilis officiis integritatem ea præſtiſſet ſolum naturalis magnitudinis ſuæ dignitatem; ejus memoria ad breve dumtaxat tempus manſiſſet, nomen ejus non eſſet in honore apud univerſam Eccleſiam, & in Sanctorum nomenclatura locum non invenſſet. Si ad hunc gloriæ cumulum evaſit, hunc ille debet annihilationi ſuæ. Quotidie videmus Principes, ac Reges ſuperbia intumeſcere inter honores, quibus ſepti ſunt; nos vero non movemur; ſed hodierna die exhibet nobis Eccleſia Principem virum, qui de ſublimi gloriæ faſtigio ad abjectiſſimam ſervorum conditionem deſcendit, quod ſtuporem ciet, & futurum eſt elogii illius argumentum. Videbitis ergo in illuſtri S. Rocco hinc quidem 1. Sanctum, qui omnes generis ſui, fortunæque bona, vitamque ipſam ſervitio membrorum Jeſu Chriſti ſacrificavit; inde vero 2. Deum, qui nihil prætermiſit, ut hanc attolleret humilitatem, & glorioſum efficeret eum, qui propriæ gloriæ abrenuntiaverat, & ſervi formam induerat in abjectiſſimis noſocomiorum miniſteriis pauperibus, & ægrotantibus opem ferens. Hæc erit Sermonis partitio. *Sermo Manuſcriptus.*

II. Aſſumptis pro themate verbis illis: *Confidite, ego vici Mundum.* Jo: 16. Oſtendi poteſt,

1. S. Rocchum inceptſſe Mundum vincere fere ex quo in mundum ingreſſus eſt; quin illius placita impugnavit ea ætate, eaque in condizione, quæ illi commoda omnia ſuppeditabat guſtandi voluptates ejus, & ſequendi quidquid in mundo eſt deliciarum.

2. Se ipſum abdidit inſerviendis pauperibus ægrotantibus, ac peſte laborantibus, quod munus eſt maxime oppoſitum ſtudiis Mundi, & naturæ corruptæ.

3. Vicit mundum hunc modo prorſus ſingulari, volens mortem oppetere ignotus inter ſubditos ſuos, exagitatus, injuriis affectus a propinquioribus ſuis, tanquam Alexius alter, & Joannes Carabita, qui incogniti obierunt in conſanguineorum ſuorum ædibus, a quibus non niſi in morte cogniti fuerunt.

III. *Crevit mecum miſeratio.* Job. Probare poſſumus S. Rocchum fuiſſe virum miſericordiæ eo in ſenſu, quo Scriptura viros divitiarum appellat, qui corde, & animo divitiis inhærent. Hic Bibliorum ſtylus eſt, hominibus tribuendi nomen earum rerum, in quibus ſe ſe præbuerunt digniores, aut laudibus, aut contemptu moralium. Ita illa *viros divitiarum* vocat eos, qui appetunt Mundi hujus bona: & *viros miſericordiarum* illos, qui in miſericordiæ operibus ſe exercent. Ita in uſu quotidiano vocamus, viros negotioſos, litteratos, belliceſos, qui publice has conditiones, & hæc munera profitentur. Hoc in ſenſu pro argumento elogii S. Rocchi deſumo glorioſum hunc titulum, viri miſericordiæ, quod priori in puncto vobis oſtendam; in altero autem, quomodo Deus, qui *Pater miſericordiarum* appellari dignatus eſt, ſe juſtum præbuerit in remunerandis officiis, quæ hic Sanctus eidem in perſona pauperum, & ægrotantium, præſtitit.

Primum, miſericordia, quam S. noſter erga pauperes, & miſeros exercuit, fere eum vita ejuſdem incepit, per teneram charitatem, quæ effecit, ut a teneris unguiculis eorum ſolatio proſpiceret, omnia quæcunque poterat illis bona procurans. Sed hæc miſericors charitas cum illo mox crevit, eum enim eſſet ætate provectiori, & ſe optimæ hæreditatis dominum videret, hanc pauperibus diſtribuit antequam ei per regionis illius leges liceret. Creſcente ipſius miſericordia neque contentus ſi illis bona ſuis opem ferret, omnia large, effuſeque illis conferens, ſe ſe exercuit in aſperrimis Charitatis exercitationibus deſerviens ægrotantibus in noſocomiis, immo iis etiam, qui lethali tabo erant infecti, ſe ſe totum devovens abjectiſſimo, ac nauſeam afferenti miniſterio generis ſui amplitudini prorſus oppoſito, quamvis aliter ſuaderent ejus nobilitas, ætas, & naturæ temperamentum. Denique cumulus, & ſumma charitatis, & miſericordiæ perfectio eſt, non ſolum vitam ſuam ſæpiſſime objeciſſe periculo non ſolum peſte laborantibus inſerviendo, verum etiam re ipſa illius jacturam ſubiiſſe moriendo tanquam victimam charitatis ea mundo ſublatum contagioſo morbo, a quo quamplurimos liberaverat.

Pro altera ſermonis parte oſtendi poteſt mercedis magnitudo, quam dedit Deus miſericordi huic Charitati in hac vita, & etiam in altera. Cum autem dico miſericordiam illius in hac quoque vita fuiſſe præmium conſecutum, nequaquam intelligo illi ejuſdem generis bona retributa fuiſſe: quandoquidem ab hominibus quidem, immo a conſanguineis ſuis non aliud retulit niſi repulſas, probra, contumelias, a Deo autem affictiones, tribulationes, & acerbiſſimos morbos; verum intelligo, pro operibus miſericordiæ temporalibus, quæ hic ſanctus exercuit, Deum per miſericordem bonitatem ſuam illum bonis ſpiritualibus cumulaſſe; 2. Avellens cor ejus ab affectu, quo nobiles, & opulenti viri divitias amant, quæ quidem inæſtimabilis gratia eſt; quippe a Spiritu Sancto beati vocantur illi, qui ad hunc perfectionis gradum evaſerunt. 2. Quia bonum illud conſecutus eſt, quod ſervierit Jeſu Chriſto etiam in perſona pauperum, & infirmorum, quod quidem labores illius ſuaviſſimos, & glorioſos effecit. 3. Quia prorſus ſingularem gloriam in Cælo ille ſibi comparavit; nam ſicut Salvator non patitur ſine mercede abire calicem aquæ frigidæ propter amorem ſuum pauperi datum, quid conſimile putandus eſt Sancto noſtro pro tot meritis, eleemoſynis, laboribus, periculis, & ipſo amore, quem hæ charitatis actiones illi pepererunt? Quæ quidem quanta erit gloria coram toto terrarum orbe extremi judicii die, cum oſtendet Deus omnino inſignis hujus Sancti promerita? 4. Quantam Deus illi in mundo gloriam comparavent per communicatam illi facultatem morborum, qui maxime complorati erant, ſanandorum, & per publicam veneracionem, ac preces, quibus atræ luis tempore invocatur, quo divina juſtitia ſæpe civitates, & nonnunquam integra quoque regna depopulatur.

IV. *Imitatores mei eſtote, ſicuti & ego Chriſti.* Quamvis Jeſu Chriſti vita ſit exemplum omnium Fidelium, qui ut Sancti ſint, & ex prædeſtinatorum numero, ut S. Paulus ait, debent eſſe conformes divino huic protorypo; fatendum eſt tamen ſemper futurum ingens diſcrimen, vel potius infinita diſtantia inter Sanctitatem hujus Hominis Dei, & illam Sanctorum. Videmus etiam perfectiſſimos illius imitatores tantum abfuiſſe, ut omnia illius expreſſerint lineamenta, ſe ſe coarctaſſe ad peculiarem aliquam illius virtutem, alios ad actionea aliquot inſignores, alios denique ad aliquam vitæ illius partem, ad quam erant propenſiores, & in qua ſe melius enitereſcere poſſe crediderunt. Hinc ſinguli fere Sancti ſingularem, ac proprium habent characterem, quo ab aliis ſecernuntur, & per quem ſimiliores evaſerunt illi, qui perfectiſſimum eſt exemplar virtutum omnium, & omnium differentiarum ſanctitatis. Si autem ſcire fert animus qua in re præſtiterit S. Rocchus, quem hac die veneracioni noſtræ eaponit Eccleſia, ea quomodo Salvatorem ſibi propoſuerit imitandum, & in quo potiſſimum exceſſuerit, dicam, percurrendam eſſe vitam illius, ut ibi deprehendamus eximium exemplar vitæ Salvatoris inter homines converſantis.

1. In hoc, quod Sanctus hic totam vitam ſuam impenderit in ægris curandis, & in omnibus beneficiendo: *Pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes.* Act. 10.

2. In hoc, quod pro omnibus beneficiis, ac meritis, quibus profuit hominibus, ab his nihil præter injurias recepit. Ecce in Jeſu Chriſto exemplum miſericordiæ, & patientiæ; Ecce an S. Rocco imago utriuſque perfecta, ſed quæ viciſſim auditoribus meis eſſe poteſt exemplo. Hæc partitio eſt elogii ipſius.

V. *Numquid conſideraſti ſervum meum Job, quod non ſit ſimilis ei in terra.* Job 1. In libro Job legimus, Deum quadam die petiiſſe ex Satana, utrum in totius terræ circuitu, quem luſtraverat, ut cuipiam noceret, conſideraſſet, fidelem ſervum ſuum Job, cujus ſimul fecit elogium, dicens huic ſimilem in toto terrarum orbe non inveniri, fide, ac virtute. Non ſum ita audax; ut Sancto huic Viro auferre velim gloriam, quod ſolus dignus inventus fuerit admiratione Angelorum, & hominum, & propoſitus fuerit tanquam exemplum fidelitatis erga Deum, & charitatis erga proximum; verum aſſerere non dubitabo, inter omnes novæ Legis ſanctos glorioſum S. Rocchum perfectam habuiſſe ſimilitudinem cum S. Viro Job.

1. In virtutibus, quæ in Scripturis memorantur, ac Dei ipſius teſtimonio; ſcilicet in rectitudine cordis, in timore Dei, in peccati fuga, & in fidelitate inſerviendi Deo; hæ quippe ſunt qualitates, quas Dæmoni objecit Deus nequitiæ ejuſdem quodammodo inſultaturus; *homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo.* Quod primæ partis erit argumentum. Job 1.

2. Videbimus illum intentum operibus miſericordiæ, devotum pauperum, & infirmorum levitio, tanquam Job alterum, qui dicebat ſecum natam fuiſſe miſericordiam. *Crevit mecum miſeratio*; ita ut ille miſerorum omnium eſſet perfugium. Job 31.

3. Denique tertia in parte conſiderabimus illum tanquam exemplar patientiæ in graviſſimis tentationibus, quibus illum tanquam alterum Job ea pertus eſt Deus, illum terribili morbo affligens, lue videlicet, a qua ipſe plurimos curaverat, irriſionibus, & contemptu propinquiorum, a quibus deſtitutus ſunt, & quibus ſe noluit tradere cognoſcendum. Quibus addere poſſumus Deum, a quo ipſe ad miſerum ſtatum huc fuerat redactus, remuneratum fuiſſe illum cumulatius, in Cælo, ac in terra, quam Job, quem duplo reddidit ditiorem, beatiorem, ac ſpectabiliorem, quam fuerat, antequam moleſtis his eaſibus affligeretur.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde hauriri copia poteſt ad propoſita argumenta exornanda, & Auctores, qui de Sancto hoc ſcripſerunt.

SUrius ad decimam ſextam Auguſti diem fuſius affert vitam S. Rocchi; ſed arguitur dixiſſe incerta, & gratis aſſeriſſe ea, quæ omni carent fegumento. [Vitæ Scriptores.

P. Theophilus Renault habet compendium vitæ Sancti hujus, & profert auctores, qui fuſius de illo locuti ſunt, nempe

Albertum Krantzium *lib. 9. metrop. cap. 15.*

Pe-

Petrum Exquilinium *in appendice ad Sanctorum vitas*, *tap.* 15. Claudium de Rota, Petrum Pinum, Ludovicum Maldura.

Epitome Annalium Ecclesiasticorum, Oderici Rainaldi ad annum 1328.

Patres Concilii Generalis Constantiensis S. Rocchi meritum, & sanctitatem recognoverunt decernentes illi honores, quis per illius intercessionem liberati fuerant a peste, quæ Iste populabatur urbem, dum ibi Concilium haberetur.

Bailler ad diem 16. Augusti historice narrat S. Vitam, sed more suo in dubium revocat, quidquid occurrit admirabilius, & glorioſius.

Concionatores celebrantes.

Bivar in tertio Orationum Panegyricarum volumine, unam habet hujus argumenti.

P. Texier tomo secundo Panegyricorum.

In Christianis Sermonibus de præcipuis festivitatibus, tomo tertio.

P. Patres qui tractarunt de infirmorum cura.

S. Augustinus in libro *de bono Patientiæ* multa habet ab hoc argumento non abhorrentis.

Idem, vel auctor alius in tomo 9. habet tractatum *de visitatione infirmorum*.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Applicationes Scripturarum huic Argumento.

Loci, qui huic argumento possunt inservire.

Pertransiit benefaciendo, & sanando omnes. Act. 10.

Circumbat omnes civitates, curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Matth. 9.

Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 5.

Non te pigeat visitare infirmos. Eccli. 7.

Deus qui sanat omnes infirmitates. Psal. 102.

In tua infirmitate ne desperas te ipsum, sed ora Dominum, & ipse sanabit te. Eccli. 38.

Domine, ecce quem amas infirmatur. Jo: 11.

Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Ibid.

Curam illius habe. Luc. 10.

In duritia manus tuæ adversaris mihi. Job 3.

Quia accepisti eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. Tob. 12.

Hanc tantummodo permisit Deus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus. Tob. 2.

Crevit mecum miseratio. Job 31.

Infirmus eram, & visitastis me. Matth. 25.

Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ibid.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? 2. Cor. 11.

Sequebatur autem multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Jo: 6.

Suscipite infirmos. 1. ad Thess. 5.

Exempla, & Figura ex Scripturis huic argumento congruentes.

S. Rocchi vita non iccirco ac Salvatoris impedita fuit ab exercendis in pauperibus. Act. 10.

HOC vulgatissimum fuit Filii Dei in terris officium, ægrotantibus optimam reddere valetudinem omnibus in locis quocumque illum charitas ageret; & fatetur Evangelium his admirabilibus curationibus, quas ubique operabatur: *Pertransiit benefaciendo, & sanando omnes*; nam modo principes, & spectatissimi urbium viri accedebant rogaturi, ut domos suas illum adducerent salutem sallsturum iis, qui jsmjam agebant animsm; modo populi catervatim sfluebant, & ponebsnt infirmos secus viss, per quas ingrediebatur; & modo etiam benelicus iste Medicus infirmorum preces prævertebat, & eos interrogabat, utrum vellent curari. Quamvis sutem Salvator hanc ipsam facultatem Apostolis communicsverit, & sæpe etism Sanctis peculiariter in argumentum potestatis, & gratiæ, quam spsd illum obtinebant, hoc tsmen vulgatum præsidium non ast, cui adhærere debeamus, & providentis nobis humans tsntum reliquit subsidia; verum cum non desint illi infinita consilia, excitat charitatem personarum virtute præstantium, ut illis opem, cujus egent, minilirent. Quam sanctum hoc munus est, qusm Deo acceptum! in hoc enim ipse Dei Filius plerumque occupatus erst. Hoc fsne sibi proposuit exemplum S. Rocchus in poriori vitæ suæ parte; hæc res illum coegit, ut de urbe in urbem migrans joviveret nosocomia, ægrotantibus operam suam, opemque collaturus in omnibus illorum necessitstibus; hæc Ssnctum nostrum impulit, ne vitæ quoque suæ parceret, ut proximi necessitatibus subveniret, quoniam semper Iubentissime sese objecit inferviendo tetra lue infectis, ut urgentis charitatis ardorem explerel.

Multitudo eorum quos caritatis proximi gratia, & S. Rocchus cum Angelo quasi movere comparatus.

Ubi considero nosocomia, publicss plateas, & nonnunquam etiam majores vias mifens, & infirmis oppletas, qui longa fuperant numero eos, qui in domibus sunt: videre mihi videor Evangelicsm pscinsm porticibus undique septam, ubi non videbsntur nisi cæci, claudi, paralytici aliique id genus homines, præstolantes, donec descenderet Angelus aquæ motum dsturus. Qusm autem aquam a nobis petere possunt omnes infirmi, quibus terrarum orbis plenus est, nisi illam quam elicere debet chsritas, & miseratio ex oculis nostris ad tot malorum intuitum? Sed S. Rocchi fatis non fuit flerilis miseratio, omni carens fructu; fertur ille per compita, & quadrivia, omnes vias lustrsns, ut in pscinam, hoc est in nosocomia sdducst ægros omnes, & infirmos, neque in aquis perturbandis, ut Evangelicus Angelus, immoratur, sed per potestatem, sibi a Domino collatam, optimam reddit laborantibus valetudinem, & non magis curis suis, qusm precibus sanat quoscumque infirmos invenire potest, illos etiam, qui us malis sfflictabantur, quæ jam erant conclamata; hac in re imitatus non solum Angelum Domini, sed Salvstorem ipsum, de quo scriptum est: *pertransiit benefaciendo, & sanando omnes.*

S. Rocchus a cane imitatur, ut olim Patriarcha Elias a corvo.

Divina providentis, quæ alias corvotum opera prophetis suis alimomam fuppeditaverat, cane uti voluit ut S. Roccho escam sferret. Canis hic quotidie afferebat illi tantum panis, quantsm satis erat ad victum Ssncti nostri, qui in morbum inciderat in penitiori nemore, omni prorsus humano destitutus suailio: quod illi contigit, cum posiquam ægris inservlerat, in terram patriam reverti cupiens, quoniam virtus ipsius nimis inclarueist in aanodochiis, quibus versatus fuerat, forte pereussus fuit & ictu sagittæ, & retra lue; qusmobtem ad ridicem arboris discumbere debuit, omni prorsus carens subsidio.

S. Rocchus in adolescentia sua in paterna domo sese in sublimissimis virtutibus exercentem, quin simul reminiscar adolescentuli Danielis, *qui* & ipse pueritam suam transegit in zubus Nabuchodonosor, pie, integreque vitam ducens, renuens etiam fingmari dspibus, quibus Princeps ille vescebatur, & illis etiam, quibus uti licebat, tranquillam servans faciem inter gravissimas austeritates; Deum Israel adorans in medio populi idololatræ, qui genu flectebat coram simulacro hominis superbi. Ob oculos vestros ea habens adolescentis hujus Prophetæ vitam, præter mentem, exposui vobis veram Sancti nostri imaginem viventis in domo patris, sobrii inter epulas, verecundi in oculorum aspectu, in verbis proferendis circumspecti, honestia, licitisque solariis utens quasi non uteretur, ad singularitatis speciem tantummodo evitandam, cum interim sodalitstes eorum, qui shqua suspicione laborabant, cane pejus, & sngne perhorrescbant. Quot ille evitavit periculs sapienti hac fuga? Cordis sui dominus, arbitrar sctionum fusrum, cum omnibus cupidinatibus suia fstisfacere posset, cumque mihil ipsi deesset, ut illas expleret, qua virtute non indiguit, ad tuendsm innocentiam in aula omni deliciarum genere affluenti?

S. Rocchus in adibus Patrii comparatum a se relictum ingressus, Nabuchodonosor.

S. Paulus Apostolus Moysis fidelitatem celebraturus, sit ipsum reliquisse Pharaonis aulam, & nunquam confiteri voluisse, se filium filiæ Principis illius, tantæ hujus dignitsti altersm præferens, quod videlicet simplex esset Dei fimulus: *Negavit esse filium filiæ Pharaonis.* Maluit summus ille vir affligi cum populo Dei, qusm frui deliciis sulæ Regis Dei imperiis rebellis. Msgnum hoc esemplum ad unguem imitatur est S. Rocchus; reliquit consanguineos suos, negavit quodammodo se parentum fuorum filium, abdicavit se omnibus commodis, quæ sibi ea genere suo poterat polliceri, calcavit omnia fortunæ suæ jura; idque ut viveret pauper, ignotus, & fieret humilis servus pauperum ægrotantium in terra altena; ut adhæreret Cruci Salvatoris, nihil in mundo habens sntiquius, quam ut dsvino huic prototypo sese conformstet.

Moysi comparatur in abdicat one omnium fortunarum mundi. Ad Hebr. 11.

Applicationes aliquot Scripturæ locorum ad hoc argumentum.

Actus pauperibus præstitus, ut præstentur, infirmi, & languentes, ut visitentur, ad Rocchum pertinet.

Infirmus eram, & visitastis me. Matth. 25. Magna profecto opus est charitate, ut nosmet abdamus omnigenæ bonorum operum praxi; verum, quis dubitare potest, utrum prorsus peculiaris charitas requiratur, ut quis hoc sibi negotium vindicet pauperibus ægrotantibus inserviendi, præsertim vero si pnculosis inficiantur mslis, quandoquidem nihil adest in abjectissimo hoc ministerio, quod naturæ affectiones palpet, cum omnis sensus irritent, & munia simul & humilia sunt, & molesta? ita ut si humsnis dumtaxat consiliis ea spectentur, nausea, & fastidium inter hujusmodi exercitia facillime obnantur? Hoc in nobis cient misersbilia objecta, quorum cura fumenda est, & abjectissims ministeria, quæ obeunda sunt, mihil habent illecebrarum, quod laborem, ac tædium valeat imminuere. Oculi tsntum Christiana tristbus hujusceomodi spectaculis assuescere possunt, & nisi snimati fuerimus sancto fervore, & virtute plus quam humans, perfunctorix devotionis sensus, qui felici aliquo casu ad id nos impulerint, non satis virium habebunt, ut in eo perseveremus. Sed ad exeitsndum constantem hunc, generosumque fervorem in omnibus illis, qui aliquam sibi magni hujus operis psrtem vindicant, in mentem illis revocandum est, se ipsi Dei Filio inservire in persona ægrotantium. Singularis quidem obtigit prærogativa, atque bonum incomparabile sanctis illis mulieribus, de quibus loquitur Scriptura, quæ quocumque Dominum subsequebsntur, ejusque necessitatibus consulebsnt: Sed dsvina

hujus objecti præſentia, quod ob earum oculos obſervabatur, talem in earum mentibus vim habebat, ut ſe beatas putarent, quæ dignæ haberentur hoc munere. S. Rocchus hac forte gaviſus non eſt ſerviendi Filio Dei in perſona illius; ſed non defuit illi meritum opem ferenti eidem in membris ejus, & non ſolum ſubvenienti illi in membris, quatenus infirmis, & infirmis conclamato morbo laborantibus, ſed etiam quatenus pauperibus; quoniam quatenus talibus indiget Salvator opera illorum, qui illis opitulantur; quæ res magnum hunc Sanctum ad ſublimiorem perfectionis gradum perduxit.

Confidite: ego vici mundum. Matth. 16. Licet eximius ſit virtutis actus, & inſignis effectus gratiæ mundum relinquere: hæc duo magis connotanda ſunt, quo magis mundus cognoſcitur a relinquentibus illum. Nam ea varia hominum qualitatibus pendet varietas certaminum, quæ illos exercent; & honor victoriarum, quæ ab iis referuntur. Arduum non eſt homini humili loco nato, & non multa bona poſſidenti, neque ingentem ſpem aliquam animo foventi abrenuntiare ſæculo, & omnibus bonis illius. Hæc abrenuntiatio non eſt admodum difficilis. Sed ubi videmus hominem nobili genere, opibuſque inſignem; cui objecta omnia ſeſe illi cum omni pompa offerunt, ea calcare, & fuga omnia hæc impedimenta ſuperare: hic tuto dicere poteſt cum Apoſtolo; *Ecce nos reliquimus omnia.* Fatendum eſt victoriam hanc eſſe difficilem, & eo magis glorioſam Salvatori, qui principium eſt, & cauſa hujus contemptus, quo magis contemnens in mundo nitet: verum ſi unquam mundus alicui ſe obtulit cum omnibus illecebris ſuis, hoc ſane accidit Sancto Rocco qui unigenitus erat, & ſolus hæres unius ex ſpectatiſſimis ejus provinciæ dominis; quandoquidem filius erat Principis Montis Peſſulani. Quot objectiones illi ſuperandæ fuerunt, quot obices infringendi, ut extremum vale diceret omnibus mundi illicitis, honoribus, opibus, voluptatibus, Omnia illi conculcanda fuerunt, ut cum Apoſtolo dicere poſſet: *Omnia arbitror ut ſtercora; ut Chriſtum lucrifaciam.*

Charitas Chriſti urget nos. 2. Corinth. 5. Conſiderare S. Rocchum ab illius ortu ad extremum uſque vitæ ſuæ ſpiritum. Sequimini illum in innumeris ſuis, ultra tot centas leucas percurrit: omnes illius actiones perpendite; ullam ne invenietis, quæ charitatis characterе notata non ſit? Ulla ne eſt in orbe Chriſtiano provincia, quæ experta non fuerit benignos ſuarum interceſſionum effectus? Patres in Generali Concilio coacti non fruſtra illius opem popoſcere tunc temporis, quo mors, & contagio ſimul conjuraſſe videbantur, ut frequentiſſimas urbes, atque provincias popularentur. Ipſa Gallia ſub magni hujus Sancti præſidium confugiens precum illius efficientiam experta eſt, & fateri debuit nunquam deſuiſſe illius opem, iis qui ad illius preces confugerant. Hinc populi ipſum tanquam Sanctum invocarunt, antequam etiam Eccleſia illius apotheoſim celebraſſet. At ſi vultis erga vos expenri charitatem, imitamini charitatem illius erga pauperes ægrotantes; qui eatiterunt præcipuum amoris, eurarumque ejus objectum.

Crevit morum miſeratio. Job 31. Si S. Rocchi naticitati præfuit miſericordia: hæc etiam in educatione aſſitit illi, atque de illo dici poteſt, quod de S. Job aſſeritur, miſerationem cum illo creviſſe uſquequo Deus illum videns parem ſuis officiis obeundis, interiori aſflatu præcepit, ut in noſocomiis opem pauperibus ferret. Hæc tibi, o Sancte, nobilis provincia demandata fuit; hoc erit tuarum victoriarum argumentum, hoc etiam erit gloriæ eux. Nunquam Dua absquis alacrius accepit exercitus imperium, nunquam aliquis in Regis aula potens Provinciæ regimen ſibi delatum ſuſcepit, quam S. Rocchus hanc amplexus eſt, qui ægrotis opitulari, & in xenodochiis opellam ſuam collocare jubebatur. Omnes ſæculi curas abjicit, ut eo fungatur miniſterio, quod ſibi divinitus creditum fuit, abdicat ſpes omnes, quas habere poterat in ſæculo, ut eam ſubeat Provinciam, quam divina Providentia ei commendaverat. Peregre proficiſcentis formam induit, ne ab ullo in Gallia agnoſcatur, & in aliam regionem ſe confert flagrans ardenti cupiditate ineundi officium ſuum, & ſuſceptæ provinciæ partes implendi.

Infirmus eram, & viſitaſtis me &c. Matth. 25. Animadverſione dignum eſt, quod cum pauperibus noſtram locamus ſervitutem, ſimul omnia miſericordiæ opera exercemus, quæ nobis enarravit Salvator in vita ſua, & quæ iterum nobis recenſebit noviſſimo judicii die: Namque per eleemoſynam illi collatam eorum ſimem, ſitimque relevamus: *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare &c.* neque expectaſtis donec illi vos precibus fatigarent. Peutionem, preceſque illorum occupaſtis. Hoſpites, & peregrinos excepiſtis ea in domo, quæ ad illos non pertinet, eiſque ad victum neceſſaria ſuppediaſtis; *Hoſpes eram, & tollegiſtis me.* Nudos indumentis texiſtis; tunicas illis, linteamina, & quidquid ad pulſandum frigus neceſſe erat, dediſtis; & hæc ea ſunt veſtimenta, quibus Dei Filium in eorum perſona cooperuiſtis: *Nudus eram, & cooperuiſtis me.* Ægrotantes inviſiſtis, vel miſiſtis, qui illos veſtro nomine inviſerent &c. Videte quot actiones charitatis exerceri poſſunt in ſola ope, quæ præſtatur, vel procuratur pauperibus ægrotantibus.

Homines poſtilentes diſſipant civitatem. Prov. 9. Lues malum eſt adeo ſubtile ſimulque adeo terribile, ut niſi celeris, & ſeita præcautio adhibeatur, difficile ſit, eadem non infici: quibus adde malum hoc perfecte noſtram infectari naturam, atque ita ſenſim, & ſine ſenſu obrepere, ut per quodcunque viarum genus irrepat. Morbus enim ita contagioſus communicatur per propinquitatem, per ea omnia, quæ paſſim in uſu quotidiano uſurpantur, immo per ipſam aeris reciprocationem. Si verſaris cum aliquo atra lue laborante; ſi merces evolvis; ſi veſtibus, libris, papyro uteris ex locis, qui ſunt infectis, allatis, fere ſemper tibi pernicioſa hæc labes adhæreſcit. Hoc ipſum accidit in animæ morbis; nam ſicut per originale peccatum, vitium factum eſt virtute vulgatius; hoc magis adhæret, & mortalis hæc lues ſenſim omnia corumpit. Peccamus, ut alii peccant; invicem alii alios trahimus lapſu noſtro; verbo, ſine ſenſu perniciosam hanc haurimus contagionem, aliſque communicamus. S. Rocchus has veritates intelligens, & videns contagioſos corporum morbos ſæpe effectus eſſe morborum animæ, non arctavit charitatem ſuam, ut omnia præcaveret ad curandos eos, qui lue erant infecti, ſed hortationibus ſuis, ferventibuſque ſermonibus eos coegit, ut ſerius cogitarent de morbis animarum ſuarum, & hæc fuit ratio, qua infinitos id generis miſeros convertit, & corporibus ſimul, atque animabus ſecit medicinam.

Curam illius habe. Luc. 10. Tibi, Sancte, Deus hoc mandat; hanc tibi provinciam tribuit. Vox illius evocat te de ſuperbis ædibus parentum tuorum in xenodochia: præcipit tibi ut ſæculi honoribus vale dicas, ut omnia abdices bona, omneſque honorum titulos abjicias, neque aliud inquiras, quam curam pauperum, ægrotantium, atque ſaucjorum, eique ſervitutem præſtes in infirmis membris illius. Hæc impoſterum eſſe debent curarum tuarum objecta; Hæc tuæ charitati divina Providentia commendat, Deus vult munus hoc a te haberi tanquam ſolam hæreditatem, quæ te optime decet, tanquam ſola, & unica illi placendi ratio, & via ſola, per quam ad ſupremam felicitatem pervenias.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum, aliorumque qui ad hoc argumentum referri poſſunt.

Facilius eſt aliquando ægrotare, quam ægrotantem curare. Poeta Tragicus Euripides.

Quid boni habeas ſanitas, languor oſtendit. S. Hieronymus in Epiſtolis.

Sic coneris expellere morbum animi, quemodo amicus hujus ſæculi ſolet morbum corporis. S. Auguſtinus lib. 50. homiliar. homil. 38.

Divina diſpenſatione agitur, ut prolixiora vitia, agritudo prolixior curet. S. Greg. hom. 9. in Evangel.

Medicina utraque tam corporis, quam animæ eſt a Deo. Idem de moribus Eccleſ. cap. 28.

Mederi opus miſericordiæ eſt. Idem lib. 4. de Doctrina Chriſti.

Dei imago eſt homo benefaciens. Clemens Alexandrinus lib. 2. ſtromat.

Nihil adeo divinum habet homo, quam benefacere. Gregor. Nazianz. Orat. 16.

Ubi Deus veram miſericordiam invenit, ibi imaginem ſuæ pietatis agnoſcit. S. Leo Serm. 10. de Quad.

Nec ſi in his charitatis officiis (nempe erga peſte infectos) obierimus, ad Dominum evolabimus. S. Bernardin. Senenſis.

Sive moriamur, ſive ſuperſtites vivamus in juvandis ejuſmodi peſte infectis, non poſſumus, Deo ſerviendo, non lucrari. Idem.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia petas, ad hoc argumentum valeat depromi.

MIrum non eſt, Deum curam geſſiſſe ſalutis hominum, atque nobis etiam atque etiam commendaſſe, ut mutuo nobis in ſpiritualibus animarum neceſſitatibus ferremus opem; ſed videre, illam providentiæ ſuæ partem ad id proferre, quod pertinet ad corporeas proximi noſtri neceſſitates; ac ipſum velle per nos miſerorum ſolatio conſulere: hoc profecto magnum eſt admirationis, æque ac gratitudinis argumentum. Vult charitatem, quam ipſe accendit in cordibus noſtris, & cujus nobis tot præbuit exempla, in adeo humili officio verſaſi, ut licet ſpirtualis, eurarn gerat corporalium infirmitatum proximi noſtri. Hujus rei plures afferri poſſunt rationes, quarum prima eſt; ne unquam otietur charitas noſtra, neque illi defit uſpiam occupatio: ſi enim ſpiritualibus tantum proximi neceſſitatibus invigilare voluerimus, perraro accidet, quod illis opem ferre valeamus. Hujuſmodi quippe neceſſitates cum ut plurimum oculos noſtros

Ut Victoria quam vere ille de mundo S. Rocchus gloriatur eſt, quo plures obices illi vincendi fuerunt.

Ad Phil. 3.

S. Rocchus magis commotus eſt paupertate cum qua ipſe ſi divinum ſuorum de paupertate quid mundi ſit chorus cognoſcat ſint homnis hominibus.

S. Rocchus non in eo immoratur ut corporis tanti ægritudinibus medelā afferat, ſed ſimul ſpiritualibus morbis ſalutem defert.

Omnibus temporalibus bonis abrenuntiat, ea hæreditate ſua filiolum ægrotantium curam depoſcens.

Vult Deus fideles ſuos operibus charitatis operam dare, & præferrum pauperibus ægrotantibus pauperibus ſubleva-dis.

noſtros fallant, & a ſenſibus noſtris obſint; cum e contra vero morbi ſatis frequentes ſint in mundo, & cum nequeant latere, in ſingula momenta ſuppeditant amplum Charitati noſtræ argumentum, & effectus ſuos effundendi materiem. Ratio alia, propter quam voluit Deus oſtendere nobis curam, quam gerebat noſtrarum infirmitatum corporearum, etiam incurabilium, ea fuit, quod cum pauperes, potiſſimum vero ægrotantes cum minime poſſint ſibimet ipſis conſulere, voluit, ut qui bona fruuntur valetudine, & quibus ſuppetunt opes, curam gererent valetudinis aliorum, qui propriis malis nequeunt ſubvenire. Tertiam afferre poſſumus rationem, eaque eſt, cum Deus per providentiæ ſuæ legem hanc ſibi irrogaverit neceſſitatem omnibus hominibus in eorum neceſſitatibus, & ægritudinibus opitulandi; quemadmodum plerumque id propriis nonnisi minime præſtat, neque enim ſemper tenetur operari miracula, id exequitur manibus alienis præcipiens ut homines ultro citroque mutuis ſeſe juvent auxiliis, & in re hac ſuæ vicem gerant providentiæ, cujus œconomia eſt uti ſecundis cauſis ad agendum nos, ut ita dicam; in locum illius ſubrogans, ut nobis merendi aperiat viam. S. Rocchus perfecte has veritates eſt aſſecutus. Non in eo immoratus eſt, ut ſolum in communibus neceſſitatibus proximo ferret opem; ſed totus an eo verſabatur, ut proximorum morbis, licet conclamatis medicinam afferret, illis etiam quos natura, ac mollities noſtra maxime perhorreſcit.

Majori opus eſt fide ut Salvatorem cognoſcamus in ægris, quam cernere eum in egenis.

Vividiori fide opus eſt ad hoc, ut J. C. cognoſcamus in pauperibus, ægrotantibus, ulceribus plenis, & omni infirmitatum genere obrutis, quam in egenis illis, qui paſſim oculis noſtris occurrunt; benevalentes, & quorum egeſtas ſola noſtro indiget ſubſidio. Et ratio conſtat, quia Dei Filius taliter abſconditus eſt in ægrotantibus, ut difficile ſit nobis credere, illum nobis apparere velle ſub imaginibus, quæ horrorem cient. Deum ſibi in Rege repræſentare, non magna eſt difficultas, fulgor, quo ille ſepius eſt aliquam nobis aſtruere poteſt gloriæ imaginem, & ſupremæ illius felicitatis. Credere illum a nobis videri in Judice, in viro in dignitate conſtituto, aliquod in eo deprehendi poteſt ſupremæ ſuæ auctoritatis lineamentum; in perſonis vero, quæ ſunt e populo, ſi nihil eſt, quod nobis Dei præſentiam oſtendat, ſaltem nihil eſt, quod eidem repugnet. Sed credere ſe illum in noſocomio videre latentem ſub imagine hominis ulceribus manantis, quæ per labem ſuam prohibere videntur, ne quis ad illum accedat; opus eſt ſane hac excellenti fide, & multo magis ut illi in miſero hoc ſtatu deſerviat. Sanctus autem Rocchus quam longe aberat a fide ita viva, ſi conjectura faciendæ eſt ex illius conditione? Princeps erat adoleſcens, cui ingenita erant ſtudia procul abhorrentia a noſocomiorum famulatu, gloriam amabat; & nihilominus illam ſacrificat ægrotantium curæ. Eo natus erat in ſtatu, a quo mollities nequaquam ſeparari poſſe videtur; tamen corpora tabentia illi faſtidium minime creant. Attrectat vulnera ſanie manantia, pus morburum conclamatorum animum illius non abſterret, videtur immo felicitatem ſuam in eorum curatione conſtituere.

Major eſt meritum ægris opem ferentium quam pauperibus bene valentibus.

Sic licet ſervire Deo, opera charitatis erga pauperes exercere generatim ſumpto; longe magis meritorium eſt illum agnoſcere, eique deſervire in perſona pauperum in noſocomiis ægrotantium; ubi duo, vel tria mihi occurrunt, quæ facilius nos ad id impellere valeant. Primum eſt, quod qui in hujuſmodi locis recipiuntur, cum ſimul egeant, & ægrotent, magis egent auxilio, quippe ſibimet ſolatium invenire non poſſunt, neque victum ſibi quærere, vel operari, ut habeant, unde vivant. Sola paupertas in nobis ciere debet miſerationis ſenſus erga eorum miſeriam; ſed paupertas, ubi acceſſerit ægritudo, eorum calamitatem ad extremum redigit, ideoque nobis imponit neceſſitatem urgentiorem illis opem ferendi; quod innititur præcepto eleemoſynæ erogandæ, quod ex Theologorum ſententia obligat ſolum divites ad pauperibus ſubveniendum ex eo, quod illis ſupereſt in communibus neceſſitatibus; ſed hæc eadem obligatio ſe extendit uſque ad partem neceſſarii; cum miſeria extrema eſt, & cum de vita pauperum agitur. Si unquam pauperum neceſſitas id genus fuerit, eſt ſane cum illi morbo afflictantur; hoc enim impares fiunt, qui ſibi victum procurent, omnemque illis auferi facultatem laboribus ſuis aliquid ſibi ſolatii inquirendi, & alioquin in hoc ſtatu plurimus indigent. Ad hæc eum ſemper magis deficiat ſibi conſulendi poteſtas ea, quibus carent, iiſdem ſuppeditari non poſſunt, niſi per eleemoſynas eorum, qui ſunt locupletiores, quo deficiente ſubſidio, ac ſolatio, nonne illi ſemper in vitæ ſuæ diſcrimine verſantur; quæ juxta chriſtianæ charitatis canones præferenda eſt non ſolum nitori, & decori conditionis veſtræ, verum etiam iis omnibus, quæ ad propriam alendam vitam non ſunt vobis neceſſaria; ita ut etiamſi aliquod vobis immineret incommodum, minus laute vobis eſſet vivendum; chriſtiana charitas poſtulat, ut his rebus omnibus præferendam cenſeatis pauperum vitam; & vobis credendum eſt vos ineluctabili obligatione teneri. Sanctus noſter non quæſivit tot rationes, atque cautiones: namque non ſolum ſuperfluum, ac ipſum etiam neceſſarium largitus eſt, ſed etiam vendidit omnia bona ſua, proptiam vitam ſacrificavit, ut ægrotantium neceſſitatibus ſubveniret, & peſte laborantium ſaluti proſpiceret. Quodnam veſtrum eſſet conſilium, Divites ſæculi, quorum ambitio, avaritia, mollities tanta eſt, ſi tantundem exquireretur a vobis?

Rationes, propter quas permiſit Deus ut S. Rocchi comites ſui generis afflictentur, & quæ illos ſuppeditat.

S. Joannes Chryſoſtomus plures excogitavit rationes, propter quas Deus morbis exercet juſtos, e quibus nonnullas aſſeremus. Prima eſt, ut magnalia, quæ operatur Omnipotens eorum miniſterio, non ſint illis cauſæ gloriandi; ſed ut illi ſuam cognoſcentes infirmitatem ex malis, quæ patiuntur, ſe coram Domino humilient, & exinaniant. Altera eſt, ut qui teſtes ſunt heroicarum actionum, & miraculorum, videntes illos communibus obnoxios difficultatibus, fateantur illos eſſe ejuſdem naturæ, ac alios homines, & ſi mira, & magna præter humanas vires operantur; non illis, ſed Deo gloriam acceptam eſſe referendam. Tertia eſt, ut Deus in illis oſtendat efficientiam gratiæ, quæ per hæc adeo infirma inſtrumenta tot operatur miracula, virtute ſuæ ſupplens vitium eorundem defectui. Quarta, ut mundus admiretur horum mortalium patientiam & quanta integritate Deo ſerviant propter ipſum, non autem propter conſolationes, quibus afficiuntur. Quinta, ut eorum augeat merita, & poſtmodum etiam præmia, eoſque confirmet ſpe coronarum, quis illis in æternitatem reſervat. Sexta, ut Sanctorum exemplum nos conſoletur, ſi in id genus infirmitates incidimus. Septima, ut cum nobis horum virtorum exemplum proponitur, iiſdem infirmitatibus, ac nos obnoxiorum, reminiſcamur, ſi participes fuerimus paſſionum ipſorum, acceſſuros etiam in partem meritorum, atque præmiorum ſuorum. Octava, ut nos doceat, verum hujus vitæ bonum non eſſe poſitum in bona valetudine, in ſolatiis, & voluptatibus. Hæ cauſæ fuerunt, propter quas permiſit Deus, ut Sanctus Rocchus contagioſa hac lue percuteretur; a qua liberandi gratiam quoſcunque eadem infectos, a Domino acceperat.

S. Rocchus licet innocens maximam in ſe auſteritatem exercet.

Mirum non eſt, ſi in Sanctis Scripturis legimus, David adulterum regalem abjeciſſe purpuram & ſe ſacco, & cineri operuiſſe, cineribuſque pines aſperſiſſe, ac porum ſuum proluiſſe. Æquum erat, ut caro adultera plecteretur, & ille qui tot beneficiis auctus a Domino Sanguinem innoxium fuderat, debitas lueret pœnas. Non miror, ubi inter deſerta video Magdalenas, atque Pelagias viventes adhuc ſeſe in rupibus ſepelire, & in ſpecuum caligine concluſas deliteſcere: inſignes extitere peccatrices, ideoque magna indigebant pœnitentia. Sed quænam intercedit ratio inter Sancti Rocchi innocentiam, & patientiam? Cui duodennis puer, qui ſemper in virtutis praxi vitam duxit, qui baptiſmi gratiam ſartam, tectamque ſemper ſervavit, contra ſeipſum adeo ſeveras auſteritates exercet? Summus quidam vir dicebat olim, in pœnitentiæ ſtatu peccatorem, ubi ſe videt ab irato Deo exagitatum, ſaccum induere, & caput ſuum cineribus aſpergere, ut hoc pacto, ut ita dicam, perſonſtus, poſſit, ſi tamen fieri poteſt, fallere oculos Dei. Sed Sanctus Rocchus hujuſmodi perſonis non indiget. Cui igitur juger ex oculis ejus manant lacrymæ? cur ex imo pectore ducit ſuſpiria, cum fundit preces? Qui videret cilicium, quo ſe tegit, illum inſignem aliquem peccatorem eſſe crederet. Num illius eſſet conſilium hoc nobis perſuadendi? Scimus tamen hunc duodennem eſſe puerum, qui ſemper ſuam ſervavit integritatem. Numquid mens illius eſt efficere, ut a Domino minime agnoſcatur? Non ita, imo e contra; ille capit ſe in oculis ejus gratiorem præbere, quo magis in ſeipſo, ut S. Paulus ait, complebit ea quæ deſunt paſſionum Salvatoris.

S. Rocchus in perfectorum famulatum mortem, vere martyr cenſetur.

Sancto Roccho ſatis non fuit pſuperibus, & ægrotantibus generatim deſervire; verum iis etiam, qui lue erant infecti, & eorum vitam ſalvam facere quærens, non ſolum objecit ſuam pluries, verum etiam re ipſa illius jacturam paſſus eſt charitate heroica eo uſque ut magni nominis Theologi teneant, eos qui mortem obeunt in actu charitatis hujus vere martyres ſint, & martyrii coronam æque in noſocomiis peſte laborantium, ac in eculeis inveniri poſſe, ubi Chriſtiani capite plectebantur; & quidam ex præteriti ſæculi litteratiſſimis viris tractatum edidit, ubi oſtendit, quicunque chriſtianæ charitatis conſilio ſeſe objicit pauperibus derelictis inſerviendi, ſi in ſancto hoc munere moriatur, vere martyrem eſſe, non ſolum per hujus nominis applicationem, quod ſatis vulgo defertur iis, qui vitam ſuam conſumunt in pœnitentiæ laboribus, vel in religioſæ vitæ auſteritatibus, & omnibus in perſecutionibus, quas propter Deum patimur: ſed etiam in ſenſu proprio & proptia ſignificatione nominis hujus Martyrii; quale eſſet propter fidem mori, & id, quod appellant charitatis martyrium. Quæ ſententia innixa eſt auctoritati Eccleſiæ, quæ in Martyrum album refert plurimos Sanctos, qui in hoc miniſterio afflarunt animam, & qui in Romano Martyrologio per Sanctam Sedem approbato recenſentur: Quod ſi hæc ſententia non eſt fidei articulus, innititur ſententiæ primorum Eccleſiæ Patrum, ideoque locis aliquibus Scripturæ, & congruentiæ cum martyrio, quod propter fidem, vel aliquas virtutes alias ſubitum eſt, de quo non ambigitur. Neque deſunt

P. Theophylus Raynaud.

Docto-

Doctoribus valida argumenta ſententiam ſuam probaturis, & quibus adverſariorum objectiones exſufflent. Poſita vero ſententia pro vera, nonne glorioſus S. Rochus coronam martyrii toties meritus eſt, quoties ſe mortis periculo objecit, ut peſte infectis ferret opem ex eauſa ardentiſſimæ charitatis, non quia ſolum in hac exercitatione mortuus eſt, ſed quia hæc exercitatio vera fuit mortis ejuſdem cauſa?

Diſertam S. Rochus an Sanctorum numerum relatus eſt.

Duplex eſt in Scripturis genus Canonizationis; alterum quod fit per Summi Pontificis oraculi, siteum vero, quod fit voce, votiſque populorum. In priori Pontifices locunt Sanctos ſuper altaribus, declarantes illorum ſanctitatem, & populorum cultui illos exponentes. In poſteriori autem celebritas Sanctitatis eorum ducit initium a cultu populorum, ac inde migrat ad Altaria. Duobus his canonizationis ſpeciebus præeſt Spiritus Sanctus, eum hoc tamen diſcrimine, quod in prima illa non agit niſi inſpirans Summo Pontifici, qui perſonæ ſanctitatem declarat, eamque refert in eorum nomenclaturam, qui ab Eccleſia habentur in honore; ſed in ſecundi, agit in ſpiritibus populi totius. Ibi uno tantum ore loquitur, hic ſexcents adhibet ora, ut Sancti meritum ſignificet. Hujuſmodi ſunt S. Rocchi exiſtimatio: recepit remunerationem ſuam abunde per gloriam, quæ data ſunt nomini ejus, & per honorem, quem illi tota præſtitit Eccleſia. Quot tunc in ſolio Reges, Principeſque ſedebant, quot ævo illius ſummi viri florebant, qui in præliis ceciderunt, vel etiam qui propter relatas a ſe victorias inclaruerunt? Tamen eorum nomina oblivione delecta ſunt, & eorum gloria umbræ inſtar evanuit. Simul ac oſſa eorum in monumentum elata fuerunt, ibi etiam illorum triumphi, atque magnalia contumulata ſunt? *Periit memoria illorum cum ſonitu*. Sed S. Rocchi gloria perennis erit uſque ad finem ſæculorum, & nomen ejus in ipſa etiam immortalitatis ſede celebrabitur.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aſceticis nuperiſque Concionatoribus loci huius argumenti.

S. Rocchi nativitas & educatio.

SAnctus ille in tota Chriſtianitate celeberrimus, cujus elogium teximus, ortus erat ex quadam præſtantiſſima Occitanniæ familia, ac pater ejus Princeps erat Montis Peſſulani. Inauras vitales prodit eruce etuenta inſignitus, quod pis mater, quæ ſæpe illum s Deo popoſcerat, tanquam felix futuræ ſanchitatis ſitu ſui omen fuit interpretata. Vix duodecimum annum attigerat, eum divini præventus gratia ac Cæleſti lumine illuſtratus delicias mundi hujus faſtidire cœpit, inter quas educabatur. Aliquot annis poſt cum Sancti Pater morti eſſet proximus, arceſſivit filium ſuum, eumque ita eſt allocutus: Ecce me, fili, ad extremum uſque ſpiritum redactum, atque jamjam properantem ad aſpectum Dei ab æquiſſimo ejus conſilio accepturus ſecundum ea, quæ fuero operatus bona, vel mala in moleſto vitæ hujus exilio. Cum nihil mihi in terris ſit antiquius te, cumque omnes curas impenderim, ut huc uſque te ſecundum Deum educarem, audi priumper hæc pauca, quæ mihi ad te dicenda ſuperſunt. Abs te quæſo, teque obteſtor, ut ſemper honore ſummo divinam illius majeſtatem proſequare, & quodcunque feceris hac mente facias, ut illi placeas. Habeto ſemper in mente Paſſionem Sanctam, eruciatus, & mortem Chriſti Jeſu. In hoc omnes curas intende, ut viduis, orphanis omnibuſque pauperibus opitulere, ſive infirmitatibus, & morbis premantur, ſeu aliqua quacunque neceſſitate urgeantur. Fuge avaritiam, tanquam teterrimum monſtrum, ſerva hoſpitalitatem, virginibus potiſſimum ſer opem, quæ paupertate cogenre in lapſus periculo verſantur. Ne dedigneris ſervire fratribus tuis, videlicet infirmis, quocunque morbo ſint affecti. Hoc pacto præbebis te dignum ea mereede, quam Electis ſuis Deus pollicetur. Sanctus puer ex optimis patris ſui rudimentis ita profecit, ut in aulis vixent, tanquam ſolitarius, & in loco deliciarum ſeſeeniss auſteritates eaercens vitam duceret, Anachoretarum vitæ ſimillimam. *Ex Hiſtoricis vitæ ipſius.*

S. Rocchus ex Patricial bonoribus paſſione verdabona ſua, eque pauperibus attribuit, anor in Italiā migrat, peſte laborantibus opem fatu-ris.

S. Rocchus ubi paſſus eſt jacturam parentum ſuorum in prima adoleſcentia, non ita magnum temporis ſpatium elabi paſſus eſt, ut ex paternis documentis proficeret. Ut urgenti charitati ſuæ farisfaceret, vendidit omnia, quæ habuit, conſtstsmque inde pecunism pauperibus diſtribuit. Ditionis ſuæ regimen tradidit avunculo ſuo, & mox patriæ, domui, cognatis, atque amicis dicens extremum vale, puperis formam induens abiit ſcera inviſurus loca in urbem chriſtiani orbis caput. Jure Spiritus Sanctus in ſcripturis air, etiam ſi vir bonus omnia relinqueret, ut ſuam charitatem expleret, tamen credere debere ſe tandem nihil feciſſe. Cujus rei veritstem in Sancto hoc noſtro deprehendimus; cum enim amori ſuo ſatis non fuiſſet omnia bona ſua diſtribuiſſe, opus illi fuit ſexcenties vitam ſanctificare ſuam, ut illum expleret. Cum igitur annus ejus acciditſet, Italiam univerſam lue infectam eſſe, & hoc Dei flagellum univerſam felicis illius regionis plagam in horridum ſepulcretum redegiſſe; ſtatim iter ingreſſus eſt, & ultra ſreeentas leucas proceſſit, ut afflictis populis ferret opem. Prima civitas ubi ſpeciem præbuit charitatis ſuæ fuit Aquæ Taurinæ in ſtatu Eccleſiaſtico. Statim in Noſocomium ingreſſus eſt ubi omma erant perturbata. Ægrotantes plurimi, pharmaca pauca, nulla remedia, miſerorum numerus ingens, & qui illis ſubvenire curet, nemo. Urget ille, horiatur, obteſtatur, alios, qui opem ferre poterant in tanta neceſſitate, & oſſiatim quoque emendicat, unde laborantibus opitulerur. Denique Sanctus ille vir, cum aliquot ſocios quæſiviſſet, tam eximii muneris coadjutores, tandem damnatur voti, & miſerum illud oppidum, a tanta liberat calamitate. Quis erediditſet unquam adoleſcentulum adeo illuſtri genere natum, adeo humili munſterio operam eſſe daturum? Adoleſeentulum in præclaris ædibus nstum cui tot apparebant famuli, habiturum eſſe hoc tam abjectum miniſterium, & pro domicilio illi fore Xenodochium lue infectum; ejus munus futurum peſte laborantibus opellam ſuam locare? Sed hoc illud eſt, ut quo charitas de nsturæ noſtræ infirmitate triumphat, & ſicut illa Salvatorem de Patris dextera in ſiabuium detraxerat, ut languoribus noſtris mederetur; edusit Rocchum de deliciis domus ſuæ, & de ſæculi vanitatibus, ut illum pio huic munsri conſecraret. Fuit profecto ſpectaculum dignum Cæli ipſius admiratione, intuori juvenem nobilem noſocomii ſordes verrere; cubilia ægrotantibus ſternere, plateas, & compita circumire quæſturum ſsnie tabentes; eoſque humeris ſuis impoſitos in ſanctam illam domum inferre. Quam ſpecioſum erat illum intrepide attrectantem videre peſtiferos earbones, quibus pauperes adhuc viventes abſumebantur; ulcera mulcere, impiſſimas quaslibet vomicas aperire, & eitra nauſeam ſuſtinere ſatuem, fœtorem, & luem corporum putreſcentium! *Texier, & Bivar.*

Poſtquam pauperibus lue tabeſcentibus deſervit in Noſocomiis Aquatum Tsurinirum, charitatis ardore captus ſe contulit Cæſenam, Caſena Piscentiam, Placentia Romam, ubi in ea urbe totius mundi Prineipe prodidit illos charitatis eseeſſus, in quibus vitam ſuam conſummsvit. Fingite vobis calamitoſiſſima ea tempora, quibus aſtra nomniſi malignos ſundebant influxus, ubi arebat tellus, ubi ser, qui reciprocabatur, lethifer erat; & nonniſi morborum impreſſiones, & iræ Divinæ relinquebat monumenta. Tempus funeſtum, quo vivitur ſine ſucio; ubi malum fuſertur fine ſpe, quo inviteſimi homines feeedere tenentur ab iis, quæ homines habent ehiriors. Pster a filius, vir ab uxore; & boni licet miſericordes, erga ſemet omnem ſervant charitatem. Squallebat urbs illa terribili hoc flagello percuſſa, quod illi infinitum fere incolentium numerum auferebat. Divites in ſemotioribus ſeceſſibus ſeeurum quærebant latibulum; pauperes, qui in urbe permanere cogebantur, vel fame enecabantur, vel contagione eaterminabantur; & Roma non erat aliud, quam mortuis quidem cœmeterium, & viventibus noſocomium. Illud vero luctuoſius erat, quod ſpiritualia deerant ſubſidia miſeris retra lue laborantibus. Mortis timos Paſtores disjecerat; nemo ſatis generoſus erat, ut vitæ panem morientibus miniſtraret, ideoque illi duplici, ut ita dicam, morte interibant. S. Rocchus publicam hanc vaſtatem reſpexit, tanquam uberem meſtem, quam ipſi Deus offerebat ad exercendam charitatem. Quis numerando referre poteſt eos, qui minuum ejus tactu convaluerint? Quot esebones ad ſolum Crucis ſignum evanuerint; ſed præcipue quot per vividas ejus adhortationes ſalvi facti ſunt, qui alioquin diebus ſuis finem injeciſſent funeſta deſperatione. *Fletcher in ſimili argumento.*

Sanctus hc luſtrat urbes lue infectas, & ſanitati reſtituendo opem latura. Se confert Romam, ubi manifeſto plures ſanat.

Deus confert S. Rocchi donum miraculorū, ut ægrotantibus medeatur.

Deus, ut magno huic Sancto viro facultatem præberet explendæ charitatis ſuæ, quæ humanis opibus non poterat omnibus ægrotantibus ſubvenire, impertiit illi donum miraculorum, quæ tamen ad ægrotantium curationem pertinerent. Adeo movebstur pruperum infirmitatibus, ut omnibus medicinam facere voluiſſet, vel ipſe unus omnia ægrotantium ulcera puti, ac ſuſtinere. Verum cum ſæpe contingeret, ut morbi vis opellam illius ſuperaret, deficienti poteſtati ſuæ Dei ipſius poteſtate ſupplebat; & quod proprius manibus facere non poterat, hoc msnibus, ut ita dicam Omnipotentis efficiebat: ita ut ſuo munere fungeretur ſimul quatenus ſervus, & dominus; quatenus dominus, imperabst enim infirmitatibus, ut feeederent; quatenus famulus, manibus enim ſuis operabatur, ut ægrotantium neceſſitatibus opem ferret. *Bivar.*

In Sancti Rocchi Perſona fingere vobis licet illum novi Teſtamenti Angelum, quem miſit Deus, miſertus tandem illis vſſlitatis teterrimæ diebus, quibus Divina Juſtitia ſumebat pœnas de peccatis populorum. Tunc Ssnctus Rocchus omnes zeli ſui vires colligens uſus eſt ea facultate, quam illi contulerst in morbum, qui non admodum a morte diſtat, & contra quem imbecillia ſunt humana remedia, & plerumque inutilia. Loquor de ſævisſima lue, quæ in Italia grsſſabatur. Illuc peregrinus conclamatiſſimis morbis opem affert, quam neque ægrotantium, neque amicorum manus audent afferre. Illic unus homio ht populi totius liberator. Ubicunque lues ſævit, eo Sanctus Rocchus pergit; & quocunque ſe confert, ceſſat contagio. Pergit Cæſenam, Arminium, Placentiam, ubique adhibito ſolum Crucis ſigno admirabiles

biles efficit curationes; tot ferme fuscitat mortuos, quot aderant morientes; & ubicunque cæleste flagellum devorat Israel prævaricatorem; misericors hic Moyses Deum alloquitur in tristitia, & mœrore animæ suæ, & super afflictum populum extendit manum fere æque potentem, ac sint serpens in deserto. *Auctor recens.*

Excellentia S. Rocchi.

De magnitudine Charitatis Sancti hujus judicium ferri potest ex qualitate eorum quibus præsidio fuit. Sunt enim pauperes, rerum omnium egeni, quos omnes horrent, & propter luem ipsis inhærentem fastidiunt. Morbus magna est tentatio iis etiam, qui omnibus commodis diffluunt, & qui omnia sibi procurare possunt solatia ei statu necessaria, ad quem redacti sunt. Paupertas vero minus malum non est; namque in perfectissima etiam valetudine cognoscitur. Illi vero, quos traducit Deus per has utrasque molestissimas tentationes, duo us diversis indigent subsidiis; nam quatenus ægri indigent alienis curis, vigiliis, remediis, & nemo unus ignorat ad quas necessitates tristis hic status eos redigat; & quatenus pauperes alienis indigent eleemosynis atque fidelium charitatibus; aliquin reliqua illis deessent; & quocunque zelo aliquis actus esset ad opem illis ferendam, hoc in irritum cederet, & omni careret effectu. Hinc igitur inferri potest, quo zelo animatus esset Sanctus noster, & cujus pretii esset apud Deum sacrificium vitæ suæ, quod obtulit Deo sese devovens inserviendo peste laborantibus in nosocomiis. Quam magnum hoc est in oculis hominum! cum post Patris obitum hæres sit non exigui principatus, & opulentissimi patrimonii! Sed quanto major in oculis Dei, eum in pauperes erogans immensas familiæ suæ divitias relinquit Avunculo suo regimen ditionis suæ molestam, obscuramque vitam secuturus? Quam magnus est in oculis Angelorum, cum peregrini formam induens transcendit Alpes Romanæ urbis loca sancta visiturus! Quam magnus, eum nomen, atque dignitatem suam dissimulans, pannosa veste quæsit in Xenodochiis tutæ perfugium! Quam magnus eum sese abjectissimis ministeriis submittens, suæ oblivisceur conditionis, ut membris Jesu Christi subveniret, quæ magis quam seipsum diligit! Quam magnus, eum seipsum, quocunque pedem infert videns se populorum admirationem facium, rejicit delatos sibi honores, & ex civitate aufugit in civitatem, ut importunum gloriam evitet! Roma illum respicit tanquam virum a Deo missum: Confluunt omnes ad miraculorum ejus famam; colitur ab omnibus propter sanctitatem, omnes illum sequuntur per devotionem, laudant propter animi grati sensum, jure inter Divos recensetur; merita illius prædicantur; ipse vero unus pudore suffunditur, & erubescit; ab omnibus Sanctus habetur, & unus ille omnibus his refugit honoribus, quos sibi temere, ac importune deferri arbitratur. Seipsum tanquam peccatorum omnium nequissimum considerat, ac fideliter rejicit in Deum gloriam, quam uni Deo novit acceptam esse referendam. *Auctores Recentiores.*

Deus Sanctum Rocchi fidelitatem probaturus permittit, ut laboret, & ægrotet, quia alios labore juvaret.

Sanctus denique Rocchus postquam operam suam non sine admirabili constantia præstitit pauperibus, & infirmis urbium omnium ubi aliquantisper commoratus est, ipse quoque peste percutitur, & permittit Deus, ut vir hic tanta flagrans charitate non solum haberet persecutores fratres suos, verum etiam, ut qui tot egenis subvenerat, mali ejus vi opprimeretur, a quo ipse tot alios curaverat. Ita accidit. Post tot labores ad ægrotantium solatium susceptos enm in regionem suam postliminio concessisset, captus fuit tanquam explorator quidam, ideoque in obscurum carcerem conjectus. Sed cum omnia illius vota eo spectarent, ut in cruce animam efflaret, malunt a proximis suis, subditisque, tanquam ignotus, quam quinam vere esset aperire. Quam miserum spectaculum! Quodnam eor adeo durum non misertum fuisset, videns Sanctum hunc tanta repletum Charitate, qui tot in Nosocomiis operam suam collocarat, qui tot infirmis opem tulerat, toc lue laborantes curaverat, qui per miraculosa opera tot morientibus vitam obtinuerat, & qui in Xenodochio angulum invenire non potest, ubi moriatur! Moritur ergo abomnibus derelictus, & sine ope, in tetri carceris caligine. Quis non obstupescerat videns in statu adeo luctuoso Sanctum hunc animum efflantem; audeo dicere quis non scandalizaretur? Illustris enim hic vir ignotus, Sanctus ita derelictus, nomine moriens erumpere poterat in eos S. Jobi querelas: *tentatus es mihi in eradolem.* Bonitas tua, Deus, mihi conversa est in maximam severitatem? Verum non ita; cum enim Magno huic viro persuasum esset, cruces maximæ esse beneficia, quæ electis suis Deus impertitur, sexcentis cum gratiarum actionibus excipit munus Dei, quo fit conformis imagini Crucifixi Salvatoris, exsultans in cruce. Tutelares Angeli tot millium quos Sanctus noster curavit, vel quibus opitulatus est, cur non hominum formam induti, ut olim, sæpe defecentibus, ut homini huic misericordiarum ferretis opem? Non ita? Sed cum divina Spiritus illi norint Sanctum Rocchum fuisse perfectum J. C. Imitatorem, ita in morte etiam illum imitari debere; ideoque debere exhalare animam, ab omnibus derelictum in terra, & in Cælo, quemadmodum Jesus in Cruce expiravit derelictus ab omnibus. *P. Texier.*

Sancti hujus mors.

Morere igitur, Magne vir prorsus a creaturis omnibus derelicte; ita enim divina jubet Providentia. Non diu permanebit solitudo, ac destitutio. Videre mihi videor animas tot infirmorum, quibus opem tulisti, & omnium morientium, quos salutaribus adhortationibus consolatus es, eurisque tuis salvos fecisti, occurrere tibi, ut triumphantem te in beata sede recipiant, ubi ipsorum Salvator, ac tuus præclaram tibi mercedem, tuis meritis debitam reservat: & hic idem Deus pro hac derelictione, quam æquo, & alacri animo subisti, vult, ut post obitum tuum sis auxiliator, ac liberator populorum omnium, qui impostorum lue contabescent, & per infinita miracula potentiæ, quam apud Deum obtines, in secula omnia refulgeas. *Idem.*

Si non omnes ad heroicum vocari.

Equidem scio non omnes ad ministerium adeo heroicum vocari, uti S. Rocchum, sed quilibet singillatim nonnihil conferre tenetur; quod in infirmorum pauperum subsidium cedat, vel per se, vel per alios in nosocomiis, ubi expositi sunt oculis nostris, & nostram cient miserationem. Hi enim tandem sunt ægroti publici, absit invidia nomini, quia publicæ charitati derelicti sunt. Omnibus indigent, & difficile est necessitati adeo generali consulere, quin singuli aliquid conferant. Satis esse puto dicere, illos pauperes esse, & ægrotos, atque in hoc statu destitutos esse omnibus commodis; itaut proprie sint objectum omnium actuum charitatis, qui fieri possint, & videtur Dei Filius eos complexus fuisse in ea septchensione, quam aliquando facturus est illis, qui renuerint, vel subvenire neglexerint eorum necessitatibus, *Infirmus eram & non visitastis me*; quasi diceret eo in statu, in quem redactus fuerat, illum tot tebus propter animam & corpus indiguisse, ut id ignorari non posset, non secus ac nulla poterit præterii crusa, propter quam opem illi negaverint. *Infirmus eram, & non visitastis me. Recens Auctor.*

Si non omnes ad heroicum vocari, tamen illis pro modulo suo eidem succurrere debent.

Neque gravare feramus Sancti hujus absentiam. Mundus jacturam faciens hominis, protectionis ejusdem jacturam passus non est. Servavit Deus illius ossa, ut esset nostrarum venerationum objectum, & si eidem largitus est donum miraculorum, ut dum viveret, suam expleret charitatem, ipsi quoque concessit etiam post mortem ejusdem potestatis exercitium. Excessit ille e vita, diutius vivere cupiens, ut diu ægrotantibus posset ferre opem; sed hodierna die charitas ejus non continetur in duobus vel tribus Nosocomiis, sed late se extendit ad infirmos omnes, & Deus illius nomini, ac ipsamet tribuit facultatem curandi morbos, qui per tactum sese communicant, ut charitati Sancti hujus quamdam immensitatis, atque æternitatis speciem impertiat. Adhuc in Orbe Christiano videmus manifestum argumentum subsidii ipsius erga fodalicia, quæ non alio munita amuleto, quam Sancti hujus patrocinio cita metum, atque periculum ingrediuntur loca sube infecta, ut pelle laborantibus subveniant in nosocomiis, ubi clausi commorantur procul ab omni eum reliquis viventibus consuetudine. Inveniri ne potest apertius indicium ejus subsidii, quod Sanctus Rocchus hactenus impertit id genus hominibus, qui ut illius imitentur charitatem sese pro hac, sanctoque ministerio devovent? *Bivort.*

Cum ægrotantes in nosocomiis percant omnia, nemo ignorantia cauſari poterit, quin eorum miseriis ea ignorent.

Pium hoc officium subvenjendi, ac inserviendi pauperibus ægrotantibus, cæteris quibuscunque eleemosynis præstat, ut ab hoc nemo secum valeat dispensare, ut ab aliis, præterendo ignorantiam earum necessitatum quibus premuntur. Sæpe enim aliæ latent necessitates, neque illas tenemur inquirere. Nonnunquam pudibundi pauperes illas contegunt propter erubescentiam, propter quam durissimam sustinent necessitatem, quin audeant illam aperire; adde his, plurimos simulac majores, quam re ipsa sint; & quia nonnulli concurrunt, qui hac utuntur calliditate, ad excitandam divitum misericordiam, sæpe eor illorum indurtur contra veras aliorum calamitates. Sed satis est nosocomium ingredi ad cognoscendas veras illorum necessitates, qui ibi cernuntur. Ibi enim non admittuntur, nisi qui aliunde nullam spem habent, nullumque subsidium. Si charitas ea esset, quæ deberet in vero Christiano; nullæ usquam essent excusationes, nullique prætextus, qui quemquam dispensarent a suppeditando miseris hujusmodi præsidio. Vera charitas oculos præstat ad detegendos pauperes, & infirmos, ubi sunt; præbet viscera misericordiæ, ut misereantur, quin ad examen vocent, utrum paupertas sit extrema, an communis; suggerit mentus, ut quocunque in statu illi sint, eos aliqua afficiant consolatione. Sed eum ista charitas, qua olim S Rocchus animatus erat, elanguerit, objiciuntur vobis hi pauperes languidi, & unum in locum congregantur, ad auferendam causam, quæ solet prætexi, vel ignorandi, ubi sint, vel difficultatis eos inquirendi; & ibi eorum ulcera totidem ora sunt loquentia, & opem vestram flagitantia; & si desunt illis vires, ut ad ostia domorum vestrarum adrepant vobis miseries suas testaturi, nobis officium imponunt palam in templis vos de eorum necessitatibus admonendi. Nos silentii eorum fumus interpretes; nos illis vocem commodamus, ut clament; *Induite viscera charitatis.* Dividue saltem cum Sancto, quem hodierna die colit Ecclesia meritum actionis sanctæ, & si vobis deest ani-

Ad Colos. 3.

animus inserviendi ægrotantibus, ut ille, ut saltem subvenire eleemosynis vestris. *Ex Sermone Manuscripto.*

Eleemosynæ præceptum facile adimpletur in nosocomio quia omnia charitatis obsequia ibi congregata inveniuntur.

Alia etiam consideratio, quæ arctiorem efficit necessitatem ægris opem ferendi, hæc est, quod hoc charitatis officium nobis facilius reddit præceptum eleemosynæ, quia determinat locum, atque personas, quibus potissimum debetur, eodemque tempore exercentur alia quælibet officia, quibus tenemur erga proximum nostrum. Non ideo tamen fert animus coarctandi zelum, & charitatem vestram, ita ut ad hoc unum charitatis opus sit restringenda; sed ostenturus sum, pauperum in nosocomiis visitationes Deo gratiores futuras, quam alias inutiles visitationes, quas vocatis officiosas, & quæ pertinent ad morum elegantiam, atque urbanitatem. Hi charitatis actus post familiares curas, efficerent vicissitudinem quamdam officiorum, quæ vos sancte occuparent. Assidui in Templis præsentia, & prolixæ preces, in quibus nonnulli omnem locant pietatem, ad aliquod tempus interpellatæ, ut simul Martha, atque Magdalenæ munera obeatis, nunquam minus gratæ essent Deo, postquam illi adeo accepta officia præstitissetis. *Recens Auctor.*

Invitantur Ecclesiastici ad eruditionem & confolandos pauperes in Xenodochiis.

In magna hac urbe magnus adest numerus Ecclesiasticorum, qui sexcentis bonis operibus occupatur; cur non liceat mihi hoc iis suadere, ut aliquando ad pauperes hos infirmos studiendos, hortandosque accedant? Propheta quidam in persona filii Dei, dixit, se missum fuisse a Spiritu Sancto, ut pauperibus evangelizaret. *Evangelizare pauperibus misit me;* Hoc ipsum facere possent zelotes isti ministri Domini, si eodem spiritu animarentur. Neque illi procul erunt inquirendi; eorum quippe paupertas, & ægritudo eos congregat in nosocomia. Matura messis adest, dispositæ; Eos rogo ut ad messem peragendam festinent. Non desunt Religiosi, quorum Charitas non quærit aliud, quam munus aliquod, vel provinciam obeundam; si paupertas, quam profitentur, illos ab eleemosynis, quas alii erogant, dispensat; sciunt profecto, spiritualem eleemosynam eo magis esse pretiosam, quo magis anima corpori præstat, atque inter charitatis officia, quæ immediate ad salutem pertinent, cæteris quibuscunque esse præferenda, ac pluris facienda. *Idem.*

Nosocomium non est naufragi locus, sed fecis a sinum.

Liceat mihi addere huic sermoni, nosocomium vere scholam esse virtutis, ubi omnes addiscuntur. Hæc schola charitatis est, ubi modis omnibus exerceri potest; stadium est, ubi in omnibus bonorum operum genere purissimis rationibus, & integerrimis intentionibus versari possumus; ratio enim, quæ nos agit, est respicere Salvatorem in fratribus nostris; cogitare, nos illi in ægrotantibus deservire; nos denique illi subvenire, per ea, quæ illi præstamus officia ad S. Rocchi exemplum, qui totius vitæ suæ spatium transmisit in sancta hac exercitatione cum omni amoris, & pietatis sensu, quem ille fovere potuit, ipsi Jesu Christo deserviens. Hi fuerunt miserationis sensus, quibus S. Rocchus afficiebatur; qui effecerunt, ut patri: soli oblivisceretur, cogitans patriam suam ubique esse, ubi Salvator in membris suis patiebatur. Hæc fuit causa, propter quam tandiu adhæsit sancto huic ministerio, & secu, ne in patriam reverteretur, nisi postquam valetudinem, viresque suas absumpsisset, & nullibi ultra inveniret suæ charitati exercitium. *Ex Mss. Sermone.*

Vitæ causæ, quas præscribimus, ut ab ope egentibus præstitu non noceant dispensemus.

Neque mihi diacritis, si egeni ægrotantes, qui in nosocomiis clausi sunt, majori laborant necessitate, quam alii, non tamen illis deesse pios homines, qui eorum curam gerant; neque fundum, unde victus illis suppeditetur. Nam præter quam quod fundus hic adeo modicus est, ut sufficere nequeat tertiæ illorum parti, qui actu ibi curantur, quot illi sunt, quot quotidie non admittuntur, & quibus expectandum est, ut alii vacuum ipsis locum relinquant? Quanto major esset illorum numerus, si supperet, unde alerentur? Nonne quotidie videmus hanc esse quamdam gratiæ speciem, illos admittere? Nonne ad id necessarius videtur patronorum, & amicorum favor, calamitosis id genus beneficii procurantium; & usuvenit, ut qui non egentiores sunt, sed qui potentioribus intercessoribus suffulti sunt, recipiantur; cum interim divites res sint mortis aliorum, eo quod non præstant ea, quæ tenentur subsidia, secundum magnitudinem divitiarum, quas illis contulit Deus? *Idem.*

Infinitus essem, si conquirere vellem præcextus omnes, quos amor proprius excogitat, ut sese eximat ab officio subveniendi proximo in ejus infirmitatibus, vel potius ipsi Salvatori in membris suis. Satis a me dictum fuisse reor, ut intelligatis, (auditores optatissimi) ad vos dirigi ea Prophetæ verba: *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor.* Dei Providentia profecto consuluit victui pauperum ægrotantium, qui in nosocomia se se recipiunt, sed consuluit præcipiens iis, qui commode vivunt, ut illis opitulentur. In eorum manibus posuit fundum, ex quo hauriendum est, quidquid in illorum curandis infirmitatibus erogandum est. Non ignoramus technas, & ambages amoris proprii, fallaceisque causas, quibus utitur ad necessitatem adeo urgentem eludendam. Seio equidem limites, atque cancellos, intra quos concludi consuevit, necessarium, superfluum, decorum; necessitas communis, catrema, totque alia nomina, quæ ideo inventa fuisse videntur, ut præteai possent ad cordis duritiem dissimulandam, & ad justum hoc officium fallendum. Missa faciamus, quæso, isthæc omnia; unicam adhibeamus causam charitatis, & omnes hæ futiles excusationes illico evanescent. Vin' oculum esse cæco, pedem claudo, fulcrum infirmo, & quodammodo etiam salutem infirmo, ut loquitur Job? Curas omnes intende, ut illis solatium afferas. S. Rocchi secutus exemplum, quem hodierna luce colimus, ea ingredere loca, ubi tot egeni, ac infirmi a te necessaria malis suis expectant remedia. Sancti hujus legens vestigia obibis urgentissima Christianæ Religionis officia, & ad beatam pervenies gloriæ immortalitatem, quam ille adeptus est præclara nobis præbens exempla. *Auctor recens.*

Calores carnei sunt inanes, & futiles excusationes hominum ut se ab hoc officio dispensent. *Psalm. 18.*

PRO S. DIONYSII AREOPAGITÆ
PRIMI PARISIORUM EPISCOPI.
PANEGYRICO.
MONITUM.

NON latet, eruditi horum temporum Critici in dubium revocare ampliſſimum Gallia honorem, asserentes unum ex vetuſtiſſimis Regni hujus Apoſtolis, S. Dionyſium Areopagitam fuiſſe; ſed creditum fuit adhærendum eſſe Romani Martyrologii, ejuſdemque Romana Eccleſiæ ſententia, & horum temporum Criticem poſthabendam eſſe traditioni, quæ ultra ducentos, & mille annos viguit, & auctoritati eruditiſſimorum virorum, qui octavo ante hanc diem ſæculo floruerunt: ipſius etiam Pariſienſis Concilii, & unanimis conſenſus Eccleſiæ Græcæ, & Latinæ, quemadmodum annalium Pater Baronius in notis ad Martyrologium animadverſit.

Nec latent quidem conatus, quos iidem Critici exeruerunt imbecillis innixi conjecturis, ut gloriam ſcriptis adeo divinis comparatam, quæ univerſa vetuſtas a Sancto Dionyſio conſcripta fuiſſe confeſſa eſt, in alium, ignotumque Auctorem conferrent, qui cum poſſet apud poſteros promereri æquiſſimam laudem, nomen ſuum operibus affigeret, & non vulgarem gloriam, alterius nomen eſſet mutuatus ſine cauſa, ſine utilitate, ad Eccleſiam fallendam, cum verſutia non ſatis digna Auctore ſuo, qui ſibi non minorem promeritus eſt exiſtimationem, & laudem, quam per admirabilem ſcientiam, quæ in omnibus ſcriptis ejus collucet.

Itaque Oratori, qui exornandum aggreditur S. Dionyſii panegyricum, quin in hac permaneat controverſia, perſuaſum eſſe debet, Eccleſiæ, plurium Conciliorum, & plerorumque virorum ſententiam, qui æque ſaltem eruditi, prudentes, & perſpicaces ſunt, ac nuperi id genus Critici, anteferendam eſſe recenti opinioni, quæ funebres ſuos non idcirco meliores efficeret, licet eos redderet eruditiores. Hinc his neglectis proferemus in lucem quidquid collegimus de converſione, miſſione, & martyrio Sancti Dionyſii Areopagitæ Galliarum Apoſtoli, & primi Lutetiæ Pariſiorum Epiſcopi.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Synopsis Sermonum hujus argumenti.

Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt; in quibus & Dionysius Areopagita. Act. 17.

I.

Ofito hoc historico facto, quod a S. Luca narratur, innixi traditioni immemorabili, a S. Sede confirmata, asserere possumus Galliarum Apostolum, & primum Parisiensem Episcopum fuisse celeberrimum S. Dionysium, unum ex perspicacissimis Areopagi luminibus, qui adhærens doctrinæ, quam S. Paulus prædicabat, addidit fidem verbis illius, & credidit ess veritates, quas ille annuntiabat. Licet ergo mihi et hihere vobis duplicem statum, qui vitam illius diviserunt, vobis ostendendo quantus ille fuerit, seu spectemus fidem, quam recepit, seu fidem quam annuntiavit. In altero horum statuum videbitis eum tanquam præclarissimum fidei trophæum; in altero vero tanquam zelotem Evangelii præconem, fideique patrocinium. Videbitis

1. Ejus docilitatem in recipienda fide, licet tot illi adversarentur obices quos humana scientia, & humana ratio illi objecere poterant.

2. Ejus imperterritam animi constantiam in morte propter fidem subeunda, sine ullo cruciatuum metu, qui manebant eos, a quibus nuntiabatur Evangelium. *Elogia Historica.*

II. *Mirificavit Dominus Sanctum suum.* Psal. 4. Homines possunt in triplici statu considerari, in ortu, vita, obitu. In ortu nihil sunt nisi infirmitas; in toto vitæ curriculo sexcentis sunt obnoxii laboribus, atque adversis; mors vero dolorum omnium est cumulus. Sed quocunque in statu Sancti respiciantur, undequaque videntur admirabiles. Si spiritualis eorum spectetur nativitas, aut vocatio ad Christianam Religionem, jam exinde luminibus repleti sunt; si eorum vita, atque officia considerentur, repleti sunt gratia; si eorum martyrii ratio habeatur, vel mortis, repleti sunt fortitudine. Hæc omnia Sanctis omnibus generatim conveniunt; sed in S. Dionysio admirabili fulgore coruscant.

1. Prorsus admirabilis est in conversione sua, quæ sinceriſſima est, nihil obstantibus iis difficultatibus, quas a ratione ipsa pati poterat.

Admirabilis in missione; cum enim vix ille fidem recepisset, hanc aliis studuit communicare.

2. Admirabilis in Martyrio, quod summa cum fortitudine perpessus est, potius quam fidem, quam semel fuerat ampleaus, relinqueret.

Cum Deus infidelem, vel peccatorem convertit, producit in mente illius lumen, quod illum in cognitionem adducit erroris, & peccati sui, peccatum enim simul ac animæ possessionem adit, illam statim replet tenebris, quæ gratiæ lumine dissipantur, ubi anima ipsa convertitur. Cum vir Doctus, qui in errore fuit, sese convertit; plurimos in conversione sua secum rapit imitatores conversionis suæ. Sed cum Infidelis iste, & peccator, hic vir eruditus, postquam illuminatus fuit, ad eum generositatis gradum pervenit, ut mortem subeat pro tuenda veritate semel perspecta, asserere possumus hunc prorsus esse admirabilem. Hæc vera est S. Dionysii Tabula. Huic tres inerant pravæ qualitates, Infidelis erat, peccator erat, eruditus erat, videlicet imbutus erat hac humani scientia, quæ non aliud est, quam vanitas mera, sed cum erutus fuit de peccato, & lumine gratiæ Salvatoris illustratus, ad eum pervenit fortitudinis, & constantiæ gradum, ut nullum ultra esset supplicium, quod non pateretur, atque mallet ipsam subire mortem, quam abrenuntiare Evangelio, cui, & Apostoli verbo semel fidem habuerat. *Ex Specimine Panegyricorum.*

III. Ostendi potest in S. Dionysio per S. Paulum conversio

1. Effectus gratiæ Jesu Christi in homine idololatra, in homine erudito, atque scito politico.

2. In S. Dionysio populus convertente, postquam ipse conversus fuit ostendere possumus Zelotem Apostolum, Doctorem admirabilem, & Martyrem strenuum.

IV. S. Dionysius triplici modo potest considerari, tanquam Idolorum cultor, tanquam Philosophus, & seirus Areopagita. Deus eodem usus est, secundum tres has rationes.

1. Illo usus est, ut converteret Ethnicos, qui illum cognoverant iisdem superstitionibus addictum.

2. Illo usus est tanquam Philosopho, ut Philosophorum, Doctorumque conversioni operam daret.

3. Illo usus est tanquam Sapiente Areopagita, ut eos, qui in dignitate constituti sunt, doceret sequi magna cum æquitate vias justitiæ, & Evangelii placita in administratione primum quidem Athenensis, mox vero Parisiensis Episcopatus.

Considerari potest S. Dionysius

V. 1. Tanquam Ethnicus, sed eruditus, & qui S. Pauli opera conversus factus fuit ea illo tempore particeps luminum magni hujus Apostoli.

2. Tanquam Apostolus, qui lumine gratiæ illustratus, primum incumbens ad patriæ suæ, mox etiam Galliæ totius conversionem suum zelum ostendit.

3. Tanquam Martyr generosus, cui cum satis non fuisset suis prædicasse Evangelium, decrevit primum illud in Galliam quoque proferre, cujus Apostolus factus est; eumque omnia sustinuisset Martyrum tormenta, ibi tandem mone sua adeptus est immortalem gloriam, & habitus fuit Magni hujus Regni Patronus.

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde hauriri copia potest ad propositas Panegyricorum structuras ornandas, & Auctores, qui hoc argumentum pertractant.

Acta S. Dionysii conscripta e Vislico, teste oculato martyri Sancti hujus, palam memorant S. Dionysium Areopagitam S. Pauli prædicatione conversum, a S. Clemente in Gallias missum, Parisiensem Ecclesiam instituisse, & Felcennini Præsidis jussu, martyrium subisse.

Hilduinus S. Dionysii Abbas ad nutum Ludovici Pii restituit, & ex oblivionis caligine in lucem protulit hæc acta, quæ temporum diuturnitate fere erant exesa, quamobrem factum est, ut hic haberetur tanquam primus auctor vitæ, ac missionis S. Dionysii in Galliam. Hinc injuria nuperi Critici illum infimulant, quasi infignis hic Abbas commentus fuerit hæc acta, & primus fuerit, qui ut Monasterio suo majorem celebritatem compararet, asseruerit, Areopagitam Dionysium in Galliam missum fuisse a S. Clemente, quandoquidem summi viri Abbatis hujus æquales de ipso verba faciunt tanquam de Cœnobita perfecto, moderato, gravi, sincero, rerum antiquarum peritissimo, ideoque minime apto, qui universæ sucum faceret Ecclesiæ, & Cæsari, qui hanc illi provinciam commiserat, ut factum istud historicum ad examen revocaret.

Ipse etiam confirmat eandem veritatem in responsione sua ad Ludovicum Pium, qui illi hanc curam ereditaverat, factum e tenebris in lucem trahendi, quod critici quidam Galliæ felicitati invidentes impugnare conrendunt. Hoc ipsum asserit in Epistola secunda ad omnes Christianos inscripta, ubi etiam describit S. Dionysii Martyrium iis omnibus circumstantiis vestitum, quas novimus.

S. Methodius Constantinopolitanus Patriarcha, & Martyr in S. Dionysii vita inquit, illum Athenis Romam venisse, & Roma excessisse missum a S. Clemente cum Sanctis Luciano, Rustico, & Eleutherio in Galliam, & nominatim Parisios.

Simeon Metaphrastes Martyrii S. Dionysii præcipua memorat facta, & supponit semper hunc fuisse Episcopum Athenarum, & eundem ac illum, qui primus fuit Parisiensis Antistes.

Michael Syncellus apud Lipomanum.

Surius, qui prolixius vitam ejus descripsit, dixit quidquid dici poterat in hoc argumento, supponens semper hunc eundem esse S. Dionysium, qui Athenis in Galliam profectus est.

Idem post Sancti vitam, addidit sine auctoris nomine satis amplam narrationem mortis, atque Martyrii S. Dionysii Areopagitæ prope Parisios.

Qui eum laude de S. Dionysii verba fecerunt.

Forcnatus Pictavicnsis Episcopus elucubratus est hymnum in laudem S. Dionysii Episcopi, Romæ in Galliam missi a Sancto Clemente, & qui alius esse non potest ab Areopagita.

Hincmarus, Hilduini Discipulus, & unus ex ævi sui eruditissimis, subscribit iis omnibus, quæ scripserat Magister ejus, cum quo Imperatoris jussu opus suum contulit in describenda Sancti hujus vita, & in probanda missione ejus, ac Martyrio in Gallia.

Paschasius Ratbertus Abbas Corbiensis in vita Sanctorum Martyrum Rustini, & Ulerii, summa cum laude loquitur de zelo, quem S. Dionysius restatus est sese devovens saluti populorum Galliæ, ideo deserens Athenas, & affirmans se ea vetustissimis monumentis hausisse, quidquid affert. Joannes Erigena in scripto ad Carolum Calvum Imperatorem rationem affert propter quam neque Eusebius, neque S. Hieronymus, neque S. Gregorius Turonensis locuti fuerint de missione in Gallias S. Dionysii Areopagitæ, & addit recentiores Historicos id descripsisse ex fidelibus monumentis, quæ visa non fuerant a veteribus.

Quidquid summi isti viri de hoc argumento scripserunt, confirmatur Epistola, quam Gallicani Episcopi scripserunt ad Eugenium Papam II. post Parisiense Concilium habitum annos decem antequam Hilduinus in lucem edidisset opus, cui titulus est *Areopagita*; & hæc epistola relata est a Cardinali Baronio, qui facti hujus veritatem

acce-

acerrime propugnavit. Qua in re lubentiſſime quærerem, utrum Epiſcopi Gallicani in Concilium redacti ignorare potuerint jugem, ac immemorabilem traditionem, an illud ſciverint, & indigna diſſimulatione mentiri voluerint.

Poſt hæc omnia teſtimonia nequaquam neceſſe puto hic referre quid aſſerant veteſtiſſima Martyrologia, illud enim, quod a Sancta Sede probatum ſunt, ſatis eſſe debet, ut ſilentium indicat Criticis. Si quis plura requirat argumenta facti hujus veritatem probantia, adeat P. Alexandrum ex D Dominici familia in ſecundo Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ tomo, qui ſolide reſpondet objectionibus omnibus, quæ hac in re fieri conſueverunt.

Il, qui tenent adminiſtrabiles libros qui S. Dionyſii nomine inſcripti ſunt, vere opus eſſe S. Dionyſii Areopagitæ.

Eruditiſſima, & pretioſa ſcripta, quæ S. Dionyſii Areopagitæ nomine circumferuntur, & quæ nonniſi ſub ſæculi quinti finem prodierunt in lucem, non ſunt minoris diſputationis argumentum inter Criticos, quam ejus in Galliam miſſio, & martyrium propè Pariſios. Primi qui illos alteri ignoto Auctori ferunt acceptos contra Conciliorum, ſummorum Pontificum, Sanctorumque Patrum ſententiam, ſunt Eraſmus, Laurentius Valla, Joſephus Scaliger, Scultetus, Rivetus, Daillejus, aliique nonnulli, quorum pars ſunt Hæretici, pars ſuſpectæ religionis, ſed quorum eruditio, atque auctoritas, quam ſibi in rebus Criticis comparaverunt, in eorum ſententiam non ita paucos Eruditos Catholicos pertraxit P. Morinus, Launoyus, Tillemontius, aliique nonnulli præoccupati contra miſſionem Sancti Dionyſii in Galliam, negarunt ſcripta, quæ de illius nomine nuncupantur, ejus eſſe, licet illa probent, & habeant in pretio.

Poſtremo Doctorum horum virorum auctoritas tanti momenti non eſt, ut ſit anteferenda auctoritati tot aliorum, qui quolibet ſæculo vixerunt, ea quo ſcripta hæc prodierunt, quemadmodum Pater Alexander ea ordine receſuit, qui etiam ſuum addidit ſuffragium, cui adjicere poſſumus illa Baronii, Leſſii, Lanſellii, Bellarmini, aliorumque plurimorum, quorum teſtimonia invenientur in diſſertatione infena in primo tomo Bibliothecæ veterum Patrum. Quamobrem audacter dicere poſſumus Dionyſium Areopagitam Sancti Pauli diſcipulum immediate hauſiſſe a divino præceptore ſuo inſignes veritates eloquentiſſime expreſſas iis in libris, de quibus ſermo eſt.

Aſcetici, qui locuti ſunt de Dionyſio Areopagita.

Godeau in elogiis Epiſcoporum, qui omnibus ſæculis doctrina, & ſanctitate floruerunt.

P. Novet in vita Jeſu Chriſti in Sanctis ſuis Meditationem habet pro itona Octobris die, de Martyrio S. Dionyſii Areopagitæ.

Pater Croiſet in Aſceticis Exercitationibus pro die eadem habet compendium vitæ, & Martyrii ejuſdem Sancti.

Concionatores veteres.

Guillelmus Pariſienſis unum habet Sermonem pro die Sancti hujus.

Dionyſius Carthuſianus tres edidit Sermones hujus argumenti.

S. Thomas Aquinas; qui pro themate elegit hæc Iſaiæ verba: *Vocans ab Oriente avem, & de terra longinqua virum voluntatis ſuæ.*

Concionatores recentes.

Jacobus a Voragine plures edidit Sermones de eodem S. Dionyſio.

Biroat tomo 3. Panegyricorum.

P. Senault Oratorii tomo tertio.

P. Texier tomo 1. Panegyricorum.

P. Duneau in Panegyricis Sanctorum tomo tertio.

In Specimine Panegyricorum tomo ſecundo tria ſunt compendia Sermonum.

In Elogiis Hiſtoricis tomo tertio Sermo inreger adeſt.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Figuræ, & Applicationes Scripturæ huic Argumento.

Loci.

Stans Paulus in medio Areopagi ait: Viri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video. Actor. 17.

Præterions, & videns ſimulacrum veſtrum, invent & Aram, in qua ſcriptum erat: Ignoto Deo. Ibidem.

Quod ergo ignorantes colitis, hoc annuntio vobis. Ibidem.

Tempora quidem hujus ignorantiæ deſpicions Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant. Ibidem.

Cum audiſſent reſurrectionem mortuorum, quidam irridebant, quidam vero dixerunt, audiemus te de hoc iterum. Ibidem.

Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt, in quibus, & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis. Ibidem.

Incitabatur ſpiritus ejus in ipſo (Paulo) *videns idololatriæ deditam civitatem.* Ibidem.

Athenienſes omnes, & hoſpites advenæ ad nihil aliud vacabant niſi aut dicere, aut audire aliquid novi. Ibidem.

Poſſumus ſcire, quæ eſt hæc nova, quæ a te dicitur, doctrina? Ibidem.

Deus qui fecit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei. 2. Corinth. cap. 4.

Tanquam aurum in fornace probavit eos. Sap. 3.

Noli timere, cum ambuleveris in igne tecum ero, ut non comburaris, & flamma non ardebit in te. Iſaæ 43.

Inſuuxit eos in montem ſanctificationis ſuæ, montem, quem acquiſivit dextera ejus. Pſalm. 17.

Mens, in qua beneplacitum eſt Deo, habitare in eo. Pſalm. 67.

Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti. 2. Corinth. cap. 4.

Populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam, ſedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Matth. 4.

Si decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres; nam in Chriſto Jeſu ego vos genui. 1. Corinth. 4.

Nonne opus meum vos eſtis in Domino; & ſi aliis non ſum Apoſtolus; ſed tamen vobis ſum; nam ſignaculum Apoſtolatus mei vos eſtis in Domino. 1. Cor. 9.

Idola projecerunt, & ſervierunt Domino Deo, qui doluit ſuper miſeriis eorum. Judic. 10.

Collegit (Tyrannus) *furorem ſuum in me, & ſumminans mihi, infremuit contra me dentibus ſuis: hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.* Job 16.

Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt, ſatiati ſunt pœnis meis. Ibidem.

Exempla, & Figuræ.

NIhil eſt adeo difficile, quam doctum hominem convenere, ubi in errorem inciderit. In rebus omnibus videntur Scribæ promptiores eſſe debuiſſe, ut Meſſiam ſequerentur. Facile us erat hunc cognoſcere per complementum Prophetiarum, quæ palam in illius perſona adimpleri videbantur: tamen quemadmodum ad litteram capiicuerunt eos Bibliorum locos, ubi ſetmo erat de Meſſiæ magnitudine, nobilitate, potentia, viribus, regno, & prorſus craſſum imbiberant conceptum adventus ejuſdem; nequiverunt illum agnoſcere in ſtatu longe alio ab eo, ſub quo illum venturum eſſe conceperant. Univerſua miraculorum ejus fulgor, tota vitæ Sanctitas, omnia Divinitatis ejus inſignia, exzqutre non valuerunt in obſtinatis eorum mentibus, adorabilem hanc humilitatem, quæ diſplicebat illis in Filio Dei, & quam cum qualitate Meſſiæ conciliare non poterant. Talis plerumque eſt infelix conditio virorum, qui ſcientia clarent, & fallacibus placitis imbuti ſunt. Dionyſius proculdubio fuit ea præſtantiſſimis ſæculi ſui ingeniis; ſed nativitatis ſuæ infelicitas illum in Ethnicarum ſuperſtitionum latebras impulerat. Erat ea numero eorum pſeudoſapientum, de quibus verba facit Apoſtolus, qui cum Deum cognoviſſent, non ideo tamen eum tanquam Deum glorificaverunt; qui contenti ſpeculativa quadam cognitione Entis ſuprcmi, quin illud legittmo, & rationabili cultu proſequerentur, miſere evanuerunt in cogitationibus ſuis; qui inanis prudentiæ fama, quam inutilit ſcientia ſibi apud populos compraverant, ſuperbi evaſerant mortalium omnium inſipientiſſimi, & ſeipſos tanquam ſapientiſſimos ventitabant, quia poſtquam ſe uſque ad Creatons cognitionem extulerant, hujus imaginem cum ea miſerabilium Creaturarum confuderant: magis cæci, quod ſibi Deum Æternum, atque incorruptibilem fiaerant ſub imagine turpiſſimorum animalium, quam ſi permanſiſſent in craſſa populorum ignorantia, quorum ſimplicitatem, atque innocentiam corruperant. Hujus generis fuiſſe docet Athenarum, atque Romæ Philoſophos, S. Paulus in capite primo ſuæ ad Romanos Epiſtolæ. Ut vere dicam, S. Dionyſius Lapſus non eſt in hoa errores, in quibus recto ſupplicio Deus ſuperbos hoſce ſpiritus dereliquit, inquit Apoſtolus; ſed inficias ire non poſſumus, quo minus ille ad tempus uſque converſionis ſuæ fuerit infectus ſuperſtitionibus Ethnicorum, & ille, quem hodie colimus eſſet noſtrarum lacrymarum objectum, niſi Deus uſus ſuiſſet Apoſtolorum omnium eruditiſſimo ad converſionem tanti hominis, qui ævo ſuo facile princeps ferebatur.

Exemplum Jephte perfecte quadrat S. Dionyſio.

In Judicum libro legimus, Jephte ex meretricio compleau genitum, veruntamen ſtrenuum Ducem, cum aliquando permanſiſſet in terra Thob, ubi frequens vagorum, atque latronum turba graſſabatur, electum ab aliis fuiſſe in Principem, ſed mox creditam ſibi provinciam abdicaſſe, & noluiſſe ulterius uti ea peritia, quam cum illis inter arma ſibi comparaverat, niſi, ut fortius in illos, ac feliciua armis uteretur, ubi ſe præfectum cognovit populo Dei. Facilis mihi occurrit ſimilitudo, inter hunc Scripturæ locum, & Sanctum virum, de quo nobis eſt ſermo. Erat Dionyſius unus ex Principibus, ſupremiſque Areopagi Judicibus, qui ad apicem callebat ſuperſtitioſas Ethnicorum cæremonias, & quidquid ad inanium Deorum cultum pertinebat. Contigit illi ex Matre, & in urbe Idolorum cultrice in lucem prodire; quam Scriptura tanquam turpe ſcortum ſpectat, & cujus filii ſunt prohibendi ab hæreditate, quæ nonniſi legitimis debetur. Populi, qui vero Deo eripiunt cultum, quem debent, ut idolis adoleant thura

ſum, æquo jure tanquam fures traduci valent, illum ſibi ducem præfeceranr, qui omnes eorum lites ſeu ad Religionem, ſeu ad Forum ſpectantes dirimeret. Sed eum tandem felix illa dies illuxit, qua cognovit, ſe malam cauſam tuendam ſuſcepiſſe; hanc ideo reliquiſſe videtur, ut illam vehementer impugnaret, & ſua uteretur experientia, ut illam optato eventu feliciter expugnaret. Ex Areopagi Senatore conſtitutus fuit Epiſcopus: ſemper Superior, ſemperque Judex, ſed a ſeipſo longe alius. Semper multa cum eruditione, zeloque agens, ſed non amplius eaſdem ſuſtinens opiniones, neque partes eaſdem: e contra magni animi, ingeniique ſui dotibus utens ſolum, ut frequentiores referret triumphos ad eum, a quo illas receperat, ideo in idololatriæ ſinu altus, atque innutritus, ut ejus infantiam melius exploratam haberet; & facilius populos ſuos ab erroribus revocaret.

Comparatur S. Dionyſii converſio cum converſione S. Pauli.

S Dionyſius licet unus ex perſpicaciſſimis Athenarum Senatoribus nihilo minus cæcus erat, & ſcientiæ ſuperbia illi propriam fecerat quamdam inſciliam, quæ vulgo doctos ſuperbos concomitatur. Omnia cognoviſſe videbatur, tamen Deum, & ſeipſum ignorabat. Qua in re felix illius ſors alia omnino ab illa Sancti Pauli fuit. Magnus hic Perſecutor Eccleſiæ evaſit dumceps in magnum Apoſtolum: lumen ejus hujus oculos perſtringens excæcavit illum, ut fieret fidelem. Sed Dionyſius beatiore caſu per tenebras illuminatus fuit, ac veram lucem videre cœpit per eandem caliginem. Dum Dionyſius ſepultus erat adhuc in umbra Ethnicæ ſuperſtitionis, Dei Filius vivebat ſuper terram, & cogitabat de reconciliandis Patri ſuo peccatoribus in cruce animam perflans; & ubi acceſſit tempus ad magnum hoc factum conſtitutum, Dionyſius, qui forte aderat Heliopoli, repente ſtupore captus, propter tenebras, quæ contra naturæ leges terris incubuerant, hac ipſa caligine illi ſicem præferente, illuſtrari cœpit, & exclamavit: *Aut Auctor naturæ patitur, aut mundi machina diſſolvitur.* Ita Dionyſius tenebrarum favore excutere cœpit erroris, atque peccati tenebras; quarum alteram per hos generales tenebras excuſſit, alterum vero ad S. Pauli prædicationem excutiet.

S. Dionyſius in ardenti fornace comparatur tribus pueris Babylonis.

Prodigium illud, quod accidit in gratiam trium puerorum Babylonis, mirum quidem fuit; Illud veto, quod in S. Dionyſii gratiam non eſt minus admirabile: Angelus, qui apparuit in medio trium puerorum fornacem refrigerans, & mutans ignem in tenuem auræ lenis flatum invitavit S. Pueros iſtaellitas ad Deum laudandum, & Canticum laudis illis concinendum. S. Dionyſius conjectus a tortoribus in ardentem fornacem, hæc Sancto huic in ſæcellum converſa eſt; igne obedienre Domini imperio, ne unus quidem capitis capillus læſus eſt, neque fimbria veſtimentorum ejus ex ſumo labem contraxit. Caruit ignis vi omni, niſi ut liqueſceret catenæ quibus revinctus erat. Ita & S. Laurentius invicta conſtantia de igne quodammodo triumphabat, tyrannos irridens, dum ejus caro tunderetur. Sanctus iſte Diaconus nonniſi ex parte triumphavit; quippe ipſo integram ſervante fidem, totum illius corpus æſtabatur; ſed S. Dionyſius dupliciter de igne triumphavit, & in anima ſua, & in corpore ſuo. Impavide fornace ingreditur, ſed ſimul Deus efficit corpus ejus invulnerabile, ubique manet illæſus; & ſicut trium puerorum fornix locus fuit refrigerii per Angeli aſpectum; fornax S. Dionyſii illi fuit Paradiſus per opem, quam inter hos ardores illi attulit Spiritus Sanctus.

Comparatio Scriptorum S. Dionyſii, de quibus dubitatur, cum ſimilibus ſub terra fluminibus.

Operæ pretium puto memoriæ ſcriptorum S. Dionyſii, de quibus lis adhuc ſub judice eſt. Verum eſt plures in dubium vocaſſe, utrum eſſent Sancti hujus opera; adque in cauſa fuit, quod illius codices, ſcientia refertiſſimi nonniſi tertio, vel quarto Eccleſiæ ſæculo prodierunt in lucem. Hæc potiſſima eſt ratio, quam objiciunt eruditi, qui factum hoc revocant in dubium, & hac una ſuffulti circumſtantia, Sancto huic debitas laudes furripiunt, quanquam nullo jure valeant alteri cuipiam ſequentium ſæculorum auctori opus probatiſſimum acceptum referre. Verum ſi attente ad examen vocetur qualitas operis, perſpicuitas, & eloquentia, qua Auctor altiſſima fidei noſtræ myſteria tractat, nullus dubitandi locus eſt, utrum Sancto noſtro facile referendum ſit, cum ſatis videatur ex argumentorum celſitudine, uni hunc hauſiſſe, tanquam Diſcipulo illius Apoſtoli, qui uſque in tertium Cælum raptus fuerat, hujuſmodi argumenta tractare. Objicienti vero ſcripta hæc ſero nimis in lucem edita fuiſſe, reſpondeo, illa extitiſſe ſimilia quibuſdam fluminibus, quæ cum diu per ſubterraneos meatus defluxerint tandem eo perveneruntt, unde in lucem exilirent: ſed non ideo minus ubertatem attuliſſe terris, per quas defluxerunt. Cæterum quot opera intuemur, quæ tandem in lucem prolata ſunt, poſt plura ſæcula ab obitu auctorum ſuorum, velut Ariſtotelica, ac plurimorum aliorum, quos ſingillatim appellare faſtidium crearet, & ad buſtonum pertmeret positus, quam ad noſtrum argumentum?

S. Dionyſius cum S. Joanne Baptiſta & S. Paulo comparatur.

Æque vetus, ac mors S. Dionyſii traditio eſt, poſtquam hujus caput obtruncatum fuit, corpus ejus in pedes ſurrexiſſe, ac gerens in manibus caput ipſum detuliſſe illud in eum uſque locum, ubi modo ecclitas eſt, quæ ab ejus nomine nuncupatur, quæ cauſa fuit ut univerſus fere populus converteretur. Tres habemus ſummos viros, qui in tribus præcipuis Civitatibus capite percuſſi fuerunt. S. Joannem Baptiſtam Jeroſolymæ, S. Paulum Romæ, S. Dionyſium Pariſiis. Primi amputatum caput manavit ſanguine ultionem repoſcens ſceleris Herodis, & Herodiadis, quæ tulit illud in diſco. Alterius caput lacte manavit, & poſt mortem triplicem edidit ſaltum, unde tres profluere fontes; quia lacte cæleſtis doctrinæ ſuæ nutriturus erat Eccleſiam. Tertius demique, poſt obitum ſuum, ſi jam obierat, detulit caput ſuum in locum, quem ſibi elegerat, ut ibi manſionem ſuam collocaret, & ut ibi tanquam Galliæ Patronus coleretur.

Applicationes quorundam locorum Bibliorum huic argumento.

§. Dionyſii ſpiritus repletus fuit luminibus; pertenebras paſſionis Domini.

DEus, *qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere*. 2. ad Cor. 6. Jeſus Chriſtus utitur tenebris, quas mors ſua in terras effuderat, ut divina clantate S. Dionyſii mentem perfunderet. Exteriores tenebræ fecerunt, ut ille cognoſceret interiores animæ ſuæ tenebras, & hæ ſpiritum illius illuſtrantes per gradus deduxerunt illum ad cognitionem Dei; quia conſocians animadverſiones, quas ejus ratio inſtituit ad intuitum admirabilis Eclypſis, quæ præter naturæ curſum contigerat, cum iis cognitionibus, quibus Sancto Paulo prædicante imbutus fuit; agnovit ſe nequaquam fuiſſe deceptum ubi Jeſu Chriſti mortem præſentit. Ita ratio illius illuſtrata ſpiritum ejus ad fidem præparavit. Verum ne putetis, S. Dionyſium in converſione ſua commune tantum recepiſſe lumen; S. Paulus communicavit illi omnem, quæ de tertio cælo hauſerat ſcientiam. Inter hominum, & Dei ſcientiam hoc intereſt, ſcientiam videlicet hominum, ſuperbam eſſe, atque difficilem; ſcientiam vero Dei humilem, atque ſuavem. S. Dionyſius in converſione ſua amiſit totam hanc ſuperbam, ſpinoſamque ſcientiam Philoſophorum, & humili, lenique J. C. ſcientia fuit illuſtratus; ſcientia hæc non fuit iners in ejus anima; mentem enim illuminavit, & cor ejus accendit. Fax fuit, quæ totam naſcentem Eccleſiam illuſtravit, & cojus radii ad nos uſque perveneruut.

Plures audiunt verbum Dei fed pauci inde proficiunt.

Quidam viri adhærentes ei (Paulo) *crediderunt; in quibus, & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris.* Actor. 17. Cum S. Paulus in Areopago peroravit, frequens erat conſeſſus: Apoſtolus verba faciebat ad omnes, iiſque cælu viam annuntiabat, & Deus illis ſalutis adminicula tradebat per os Evangelici hujus præconis. Fidei lux lucebat omnibus, ſed non omnes obedierunt Evangelio: Dionyſius, nobilis matrona, aliique nonnulli pauci ſunt. Talis erit grex ille, cui Dominus regnum cælorum pollicitus eſt. Prædicantur, & ut ita dicam, de tectorum culmine Religionis veritates annuntiantur. Nemini celatur legem J. C. & moralis divinæ ſanctitatem. Turmatim, & agmine facto concurritur ad excipiendum verbum Dei: divitea, pauperes, nobiles, magiſtratus, Regni Præfecti, aliquando ſaltem inveniuntur in his cœtibus fidelium, ubi veritatis verbum nuntiatur: Nihil aptius ad ædificandum, nihil ad conſolationem utilius, hac auditorum cavea. At tamæ huic multitudini par eſt numerus converſionum! Vix, & ne vix quidem recenſeri poſſunt, qui concionibus interſunt & facile numerantur ii, qui converruntur. Dionyſius, Damaris, aliique nonnulli cum iis, nihil ad ſupputandum facilius. Dionyſius erat ex horum Magiſtratuum numero: Dimaris erat nobilis Mattona. Ita vult Deus, ut ad confundendas animas, quæ aures obſtruunt vocibus gratiæ, ſemper adſint animæ dociles, & fideles in omnibus ſtatibus. S. Paulus univerſo Areopago prædicat Evangelium, ferme quingenti celeberrimi illius magiſtratus viri tranquille Dei Verbum audiunt; Omnes Oratorem admirantur, unus ſe gratiæ illecebris victas dat manus: Ita in urbe una vox Dei a Principibus omnibus, omnique populo audita: ita in communitate, ubi omnes eaſdem regulas habent, omnes eandem habent morum diſciplinam, omnes eadem exempla; ubique ne divinum hoc ſemen in omnibus fructum cenuplum affert! Domine Deus! hoc ſatis aperte probat parvulum numerum Electorum. *Pauci Electi.*

§. Dionyſius eſt inter auctores eſt, & Gallix Apoſtolus.

Et ſi multa millia pædagogorum habeatis, ſed non multos patres. 1. Cor. 4. Quamvis Martyres omnes patres noſtri ſint, & ſanguis, quem effuderunt, ſit germen illud ſacrum, ex quo nati ſumus in Eccleſia; ſunt nihilominus quidam, quibus plura debemus quam aliis, & qui æquum titulo gloriari poſſunt ſe nos in Jeſu Chriſto genuiſſe, ſeu quod nobis Evangelium prædicaverint, ſeu quod nos exemplis ſuis confirmaverint, ſeu quod corporis vitam amiſerint, ut nobis gratiæ vitam conferrent. Inter autem tot ſummos viros, neminem video, qui glorioſam hanc ſibi vindicare qualitatem potiori jure valeat, quam S. Dionyſius, quippe hic eſt Galliæ Apoſtolus, & illius vocatio noſtram complectitur, & præterea Lutetiam Athenis noſter fuit primus Concionator, & Præſul.

Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. 1. Cor. 1. Minax hoc Domini verbum nun-

S. Paulo per ſcientiã quam à Deo receperat frimmebat de Dionyſio humana licentia tumente.

nunquam verius inventum fuit, quam in converſione Dionyſii Areopagitæ, cujus cauſa fuit S. Pauli prædicatio. Paulus advens, & ignotus; Paulus æque contemptus a Stoiceis, & ab Epicureis, eum quibus paulo ante diſputaverat, ſed fruſtra; eſt inſtrumentum illud, quo utitur Deus, ad inſpirandam fidem veritatum maxime incredibilium Philoſopho, Judæi, homini in Ethnicæ ſuperſtitionis ſinu innutrito, mollitiei, & Græcorum corruptioni dedito, qui in pretio, atque honore habebatur ea in urbe, ubi tota ſapientiæ calliditas, & vetus ſuperſtitio dominabatur. Quamnm intercedat ſimilitudo, Tertullianus ait, Philoſophum inter, & Chriſtianum, inter Athenas, & Jeruſalem, inter Græciæ diſcipulum, & exli candidatum? Ille ſtudet ut ſeſe perficiat per ſcientiam; hic ſe nihil, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc Crucifixum ſcire profitetur. Ille ſemper errores hsurit, recenteſque adjicit veteribus ut inanem in terris ſibi compares celebritatem; hic ſpiritus ſui exilitatem cognoſcens, ſeſe exuit omnibus conjecturis, humaniſque omnibus præventionibus, ut ſemet primæ ſubjicist veritati. Denique ille ſuimet ebrius, pertinaciter omnibus ſententiis ſuis inhæret, eaſque propugnare contendit; reſpicit tanquam jugum non ferendum alterius cujuſpiam regimen, & ratus ſe ſtudiis, vigiliſque ſuis invenire poſſe quomodo ſapientior evadat, ſeſe in Magiſtrum attollere cupit, quin prius ad diſcipuli qualitatem ſeſe demittat. Hic autem econtra infirmitatis ſuæ ac ignorantiæ, præſertim vero in iis, quæ ad Religionem pertinent, conſcius, ſed probe tenens quid interſit inter ea, quæ a Deo, & quæ ab hominibus proficiſcuntur, delet e mente ſua, ac inde abradit quaſcunque imagines noxias, & pravas, quas ſcientiæ profanæ forte ibi reliquerunt.

S. Dionyſius in ardentem fornacem conſiciunt.

Tanquam aurum in fornace probavit eos. Sapient. 3. S. Dionyſius, cujus hodierna die triumphum recolit Eccleſia, præclara præbuerat ſolidtatis ingenii ſui ſpecimina, eum ſidem adjecit incredibilibus myſteriis, quæ S. Pſulus prædicavit Athenis, & quæ aliorum Areopagitarum oculos perſtrinxerant. Præfetulerst cordis ſui fidelitstem obſequens gratiæ vocationis ſuæ; ideoque abdicans ſe magiſtratu, propter quem in Græcis florebst. Fortitudinem atque conſtantiam probaverat longs ſuſcipiens itinera, ut Evangelium, & J. C. nomen ad varias gentes perferret. Perſpicua tsndem dederat Apoſtolatus ſui srgumenta in inſtitutione Eccleſiæ urbia illius, quæ Gallix caput eſt. Sed Deus, qui Dionyſium sd ſublimiorem charitatis apicem attollere voluit, qui in eo ſitus eſt, ut det quis animam ſuam pro fratribus ſuis, periculum facere voluit charitatis ejuſdem, non ſecus ac aurum in fornace probatur, permiſit, ut conjiceretur in ſornacem ardentem, ex qua tamen ſine ullo dolore, ſine labe egreſſus eſt. *Tanquam aurum in fornace probavit eos.*

S. Dionyſius ſeipſum devovit, ut ſalvam ſuæ ecclesiæ Gallix, quemadmodum S. Paulus ſe feciſſe teſtatur pro fratribus ſuis.

Libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris. Ad Corinth. 12. Verba hæc, quæ Apoſtolus olim dicebat Corinthiis poſt recenſitos glorioſos labores, quos ſubierat pro Evangelii inſtitutione, videntur mihi transferri poſſe non immerito in os S. Dionyſii, qui commotus veneratione noſtra erga ejus memoriam, & confluentis hujus populi concurſu ad glorioſo protectori ſuo honorem adhibendum, cum S. Paulo dicit: impendi vigiliss, ſudoreſque meos; vitam, & ſanguinem pro veſtra converſione, & ſalute; ſed præſto ſum adhuc, ut ſuperimpendam quidquid auctoritatis udeptus ſum apud Deum, ut hujus benedictiones in vos derivem. Sunt Ssncti quidam qui nsti videntur, ut omnes homines ſalvos faciant; ſunt alii, quorum zelus enituit in peculisribus quibuſdam provinciis, dum viverent; ſed quorum lypſana alio traducta fuerunt poſt obitum; perinde ac voluiſſet Deus locupletare alios fructibus laborum ſuorum, & ſubſidia intercesſionis eorum in alios effundere. Sane denique qui dum viverent, & poſt mortem, tanquam tutelares Angeli, cuipism Regno adhæſerunt, quod in clientelam ſuſceperunt. S. Dionyſius ex hoc fuit numero in Galliam. Vivens, & moriens, pugnans in terrs, ac triumphans in cælo ſe noſtræ protectioni devovit. *Libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris.*

Roma, cur S. Dionyſius in fornace non ſenſerit. Ignis in fuerunt quæ pueri experti ſunt.

Tanquam aurum in fornace probavit eos. Si tribus Hebræis pueris contigit videre ſeeum quærtum in fornace virum qui ſimilis erat filio hominis; S. Dionyſii bonum toto cælo majus eſt; non enim ſolum vidit alterum, qui Salvstori ſimilis erat, ſed vidit fornacem in Parisiſem converſam, ubi nactus eſt Filium Dei ipſius in perſona ejus, cui, ſummo hoc favore in admirationem raptus inquit: *Et hic eris mecum, o bone Jeſu!* O præclarum, & ſalubre documentum quod ſuggerit nobis illuſtris Galliarum Apoſtolus! Oſtendit nobis, ubi divina providentia probabit nos igne tribulationum, & adverſitatum vitæ hujus, nihil nobis eſſe pertimeſcendum: quia ſemper nobiſcum eſt Deus. *Noli timere*, inquit ille per Prophetam, *cum ambulaveris in igne, totum ure, & non combureris, & flamma non ardebit in te.* Videlicet hæc bonorum jactura, calamitas, infortunium hoc a nobis habendum non eſt tanquam doloris argumentum, & indicium divinæ in nos iracundiæ, ſed potius tanquam occaſio quam Deus ſuppeditat nobis, te- Iſa. 43.

ſtem illi faciendi amorem noſtrum, & charitatem. Fornax eſt, non abnuo, ſed fornax optanda magis, quam pertimeſcenda, quoniam ibi ſumus inventuri Dei ipſius filium. In hoc igne relinquemus amorem ſæculi, & fallacem hanc requiem, quam in erealis rebus nancisſcimur. In hoc amittemus noxiam adhæſionem voluptatibus mundi, ſumum hunc honorum, qui mentibus noſtris offundit caligmem. In eo tsndem intime adhærebimus Salvatori per ſublimiſſimarum virtutum praxim, quarum nobis adeo præclara in cruce reliquit exempla.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & ſententiæ Sanctorum Patrum, aliorumque Auctorum hujus argumenti.

Elogia, quæ Sancti quidam Patres ediderunt in laudem S. Dionyſii Areopagitæ.

Vir cæleſtis. Sanctus Chryſoſtomus lib. 14. de Sacerdot.

Antiquus, venerandusque Pater, & Doctor. S. Greg. homil. 34. de drachma perdits.

Celeberrimus rerum divinarum myſtes. Anaſtaſius Sinaita.

Sanctiſſimus, & in Theologia præſtantiſſimus. S. Damaſcen. de fide Orthodoxa c. 12.

Vertex Theologorum. Idem de eadem fide orthodoxa.

Sanctiſſimus, & eloquentiſſimus Dionyſius. Idem in Orat. de fidelibus defunctis.

Divinis rebus abundans, profundiſque Dionyſius. Idem de iis, qui in fide quieſcunt.

Magnus Angelus. Sic eum vocat Andreas Cretenſis.

Magnus Dionyſius. Idem.

Generoſus, & Germanus Aquilæ pullus. Idem.

Magnus Dionyſius. Generale Concilium ſic eum appellat, & reliqui Pstres, qui de eo loquuntur.

Sanctorum Pstrum loci, qui huic potiſſimum ſpplicari poſſunt.

Tolle martyrum certamina, tuliſti coronas; tolle cruciatus, tuliſti beatitudines. S. Ambroſius lib. 4. in Lucam.

Num eam beatum Paulum exiſtimo, quod raptus ſit in tertium cælum, quam eum cenſeo beatum propter vincula. S. Chryſoſtomus in Epiſt. ad Epheſios.

Nihil eſt æque præclarum, atque vincula pati propter Deum. Vinctum eſſe propter Criſtum præclarius eſt, quam eſſe Apoſtolum, quam eſſe Doctorem, quam eſſe Evangeliſtam. Idem ibidem.

Si quis Chriſti amore utitur, novit vim vinculorum, & maluerit, eſſe vinctus propter Chriſtum, quam habitare cælo. Ibidem.

Mihi optabilius eſt male pati pro Chriſto, quam honorari pro Chriſto, hæc eſt gloria, quæ omnia exuperat. Idem ibidem.

Mihi ad amplificandam, & latius diffundendam religionem optius martyrio generoſo ſuſcepto propter inſignem vim eam ardui operis ad bonum præmeantis. Clem. R. Conſt. 5. ad 5.

Morte Martyrum Religio defenſa, cumulata fides, Eccleſia roborata eſt, vicerunt mortui, vilii perfecuterat ſunt. Sanctus Ambroſius lib. de Reſurr. Fidelium.

Pretioſa mors eſt, qua emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, qua accepit coronam de conſummatione virtutis. S. Cyprianus in Epiſtola ad Martyres.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia deprimi valeat in hoc argumento.

Rationes propter quas difficilius eſt doctos convertere qui divites, ac potentes auctoritate.

UNanimi, conflatoque conſenſu tenent Patres, ſemper difficilius fuiſſe eruditos viros; convertere, quam potentes, atque in dignitate conſtitutos, idque tribus potiſſimum de cauſis. Prima eſt; ſcientiam inflare conſueviſſe cor, & qui eam poſſident, arbitrari ſe tantum reliquis antecellere, quantum homines generatim cæteris præeunt animantibus. Vanitas hæc ſatis in moribus, & ſcriptis veterum Philoſophorum per ſe patet. Quomodo ergo qui ſe mundi totius magiſtros venditabant, & qui neminem ſententiarum ſuarum obtrectatorem ferebant, ſeſe ſubjeciſſent diſcipulis Apoſtolorum, qui quovis literaturæ genere erant expertes? Socrates nonne apud Platonem dicit, ſe natum fuiſſe, ut veritatem doceret, aliuſque redargueret? Si quis ergo illum docere voluiſſet, nonne huic dixiſſet, factus ſum, ut doceam, non ut docear? Ratio altera, quæ litterstorum, eruditorumque ſæculi virorum converſionem perdifficilem reddit, ea eſt, quod divina Religionis noſtræ myſteria incredibilia videntur iis, qui Philoſophorum placitis, atque principiis imbuti ſunt, non eo quod rationi repugnent, ſed quia ita rstionem ipſam excedunt, ut eidem oppoſita videantur. Hinc S. Pſulum ad Athenienſes verba facientem de Reſurrectione mortuorum, tanquam inſipientem reſpexerunt. Fabulis enim aecenſebant, atque inter metamotphoſes rejiciendum putabsnt Deum hominem factum.

ctum. Deus trinus, & unus fabulosos videbatur, quam vel Janus Bifrons; vel Geticus Tergeminus. Ratio tertia, propter quam admodum ardua est eruditorum conversio, ea est, quod abutuntur donis naturalibus, & ipsis eriam rationis luminibus; ita ut ex Apostoli sententia sint inexcusabiles, quia quin glorificarent Deum, quem ex Creaturis cognoscere poterant, eas in Creatoris loco venerabantur, & abdebant se nequissimis flagitiis, quæ in illis omnem pietatis sensum extinguebant. *Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Omnes hæ oppositiones in S. Dionysii persona reperiebantur. Potens erat auctoritate, quippe unus erat ex primoribus Magistratibus supremi Athenensium Tribunalis; habebatque aliam oppositionem fere insuperabilem, quod unus erat ex Sapientibus Græciæ. Itaque ejus conversio haberi potest tanquam gratiæ miraculum.

Rationes congruentiæ propter quas Deus S. Dionysii electi inter tot alios Athenienses.

Præsupponimus nullum naturalem corporis, vel animi perfectionem ullum mereri posse donum supernaturale, & quidquid est mere in ordine supernaturali, mereri non posse quidquid in ordine gratiæ, quemadmodum aliis sanctum fuit in Conciliis contra Pelagianos. Asserere tamen possumus, Deum sæpe rationem habuisse naturalium qualitatum eorum, quos ad supernaturalia destinat ministeria. Gratia non tolum naturam non destruit, sed perficit, secundum modulum, atque captum, quem nanciscitur, attollens illam ad ilatum perfectiorem. Ita, S. Thomas ait, Angeli ornati fuerunt gratia, & gloria, secundum mensuram naturalium eorundem perfectionum. Cum igitur Deus corporis, animique dona tribuit alteri, videtur hæc esse ratio, quia hoc utilius uti velit ad gloriam suam; quemadmodum in S. Paulo videmus, qui ad Apostolatum non communi via tuit evocatus; ad hoc, uti videtur, ut adhiberet ingenium suum prorsus ignitum, atque ardens, ut firmius inter gentes solidaret Evangelium. Non ideo tamen asserere velim, Deum teneri, ut hæc semper utatur ratione, cum liquet, illum operari posse magna licet infirmis utatur instrumentis, & ipsum ex lapidibus educere posse filios Abrahæ. Verum a veritatis specie non abhorret, Deum, cum decreverit uti S. Dionysio ob fines altissimos, ita nativitatem illius disposuisse, ingenium, studia, alaque bona, quæ natura in illo constituerat, ut superveniente gratia facile perficeretur adeo excellens natura; atque inde factum est, quod sublimis hic spiritus amator charitatis nequaquam rejecit S. Pauli Doctrinam, licet videretur opposita omnibus sationis luminibus, sed illam ad examen revocavit: nihilque inveniens non dignum fide, non elausit oculos luci Evangelicæ.

Cur Deus usus fuerit S. Paulo ad conversionem Dionysiani.

Cum placuit Salvatori efficere, ut lux Evangelii Græcis niteseeret; poterat ille per se movere, docere, erudire Dionysium. Inferre poterat in mentem illius primæ religionis suæ semina; sed sicuti usus erat Ananiæ, qui voluntatem Dei S. Paulo explicaret, eique divina ediceret justa; S. Paulo similiter usus est, ut Dionysium edoceret, quidquid illi non erat ignorandum. Deus enim fesvare volunt in ordine gratiæ pro hominum conversione, quod observat inter Angelos, tefte eodem Dionysio, ubi Superiores Hierarchiæ lumina sua impertiunt inferioribus, hisque Dei mandata communicant hominibus communicanda. Altaque potest afferri causa, propter quam noluerit Deus per seipsum, Dionysium alioisque eruditos viros immediate convertere, quia hoc pacto eorum superbiæ fuisset velificatus; ideoque eos humiliare voluit, docens illos ministerio aliorum hominum, quibus deesset auctoritas, potestas, & nominis fama, & horum ope tradere illis mysteria sensum, rationemque ita superantia, ut a viris doctis anilia haberentur commenta, & fabulæ, quæ nullam fidem merebantur. *Quia in Dei Sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.* Hæ potissimum sunt causæ, propter quas Deus in ipso Ecclesiæ principio, sæculoque primo, per Apostolorum ministerium operarus est conversionem eruditorum, atque potentium mundi, quos inter, dicere possumus S. Dionysium præ cæteris nitusse, quin unus erat ex Areopagi principibus, quod tribunal maximo habebatur in pretio: quia in Philosophicis sebus, ac politiori litteratura nullr secundus erat; & quia perspicax erat ingenium, quod liquet ex illa exclamatione, in quam erupit ad conspectum Eclypsis, quæ in morte Filii Dei terris universis offudit caliginem. De his hominibus, qui in scientiis omnibus consummati sunt, & qui magnam sibi comparaverunt auctoritatem, scriptum est: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Ad eruditos hos homines humiliandos utitur Deus erassionibus hominibus, & iis qui in speciem imperitiorea videntur ad eos convertendos.

Documenta quæ mutuetur Theologia a Scripturis.

Jure dici potest, Divinam Providentiam oculos conjecisse in Dionysium, qui jam inter suos Theologus appellabatur, propter profundam eruditionem, ut post Apostolos illum Theologorum magistrum constitueret; Omnis enim in illo sunt admirabilia, doctrina, stylus, eloquentia. Explicuit nobis, modo prorsus divino, aptissimisque verbis præstantissima nostræ religionis mysteria. Nemo unquam melius locutus est de natura Dei, de perfectionibus, operationibus, clementia illius; de personarum distinctione, deque illarum processione, de Verbi incarnatione, de ejus magnalibus, de amore divino, de illius effusionibus, effectibus, & proprietatibus. Nemo ordine meliori Hierarchias Angelorum descripsit, eorum varietatem, munera, & quidquid ad cælestes eas mentes pertinet. Nemo penetravit altius in mysticis Sacramentorum Ecclesiæ significationibus. Nemo distinctius finem, & scopum variorum rituum aperuit. Nemo clarius Ordines Ecclesiasticam Hierarchiam componentes distinxit. Nemo divinius Sacras Scripturas interpretatus est, potissimum vero in locis captu difficillimis.

S. Dionysii luce quotus inter pontifices.

Qui eminentius loqueretur Sancto Dionysio de perfectionibus Dei, de iis, quæ operatur in animabus Sanctorum, fuit nemo; & nescio, otrum illum appellase possim quintum Evangelistam, qu oniam supplevit ius, quæ alii in Evangeliis suis prætermiserant. Narrant illi quidem, quod Deus Salvator fecerat super terram in vita mortali; sed nihil ferme addunt de us, quæ facit in cælo, & quo pacto ibi adoretur ab Angelis. Hæc abdita sunt mysteria, quorum tamen cognitio erat necessaria. Quid autem divina providentia? S. Dionysium suscitavit, a quo hæc omnia explicarentur. S. Bernardus loquens de Apostolis refert varios fontes, unde scientiam suam hauserunt; *Joannes, in corde; Thomas, in latere; Petrus, in sinu Patris; Paulus, in tertio cælo.* Sed dicere possumus Dionysium ex quatuor his hausisse fontibus; & præcipue magistri sui doctrinæ inhærentem, ab eo mutuatum fuisse omnes scientias, quas fuerat adeptus. S. Paulus scientiam suam de Cælo tulit in terram, eamque discipulo suo Dionysio communicavit, ut absolutissimum faceret Evangelii præconem.

Deus Dionysio tria cognitu dona, cum tribunalitius, quo ad gentium conversionem delinavit.

Deus triplici mediorum genere usus est, ut Evangelium constitueret in universo mundo: Miraculis ad populos convertendos; scientia ad evincendos Philosophos, & fortitudine, & constantia ad triumphum de Tyrannis refetendum. Providentia cum delegisset S. Dionysium ad gentes convertendas, ad pseudosapientes confundendos, ad superandos Tyrannos in prædicatione Evangelii, illum tribus donis cumulavit, miraculis, scientia, & fortitudine, quæ erant necessaria, ut Dei de se consilia adimpleret? Sed ille omnia hæc impendit dona propter salutem animarum nostrarum: *Superimpendar ipse pro animabus vestris.* Videtur etiam ille miraculorum patrandorum facultatem obtinuisse, cum ingressus Templum inanium Deorum, solo aspectu idola prostravit; & cum postquam visibilia hæc idola consregisset, contrivit quoque invisibiles eorum reliquias, quæ in imis cordibus permanserant per enormia flagitia, quæ tunc in mundo dominabantur. Nonne se verum Sancti Pauli discipulum ostendit, cum scientia prorsus divina illustratus triumphat de diabolica scientia, qua occæcati erant Idolosum Sacerdotes, & docet vanos hos, & superstitiosos Philosophos profanas scientias contemnere, ut Jesu Christi Crucifixi scientiam amplectantur? Nonne visus est dignus Filii Dei imitator, quoniam prodiit ante Tyrannorum subsellia, quin perterreheret? cum ad hictorum, & suppliciorum aspectum hilarem tuetur tranquillitatem; & missus tanquam ovis inter lupos, non solum davoratus non fuit, sed lupos ipsos in agnos convertit, per conversionem persecutorum suorum, atque Carnificum?

2. Cor. 12.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asseticis, nuperisque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Ortus & institutio S. Dionysii.

DIonysius in lucem editus fuit octavo, vel nono anno post Domini nativitatem, summa cura institutus fuit in omnibus scientiis, atque superstitiombus Ethnicorum. Operam dedit studiis in celeberrima illa civitate, quo ex omnibus terrarum partibus præstantiora confluebant ingenia; quia ibi lyceum erat Græciæ totius florentissimum. Omnes ibi scientiæ, & facultates præstabant, inter cæteras vero Philosophia, atque Astrorum scientia. Ibi utramque hanc scientiam affectus est, atque ut se in Mathematicis quoque studiis perficeret, se contulit Heliopolim. Hac in urbe vidit ille admirabilem illam Solis Eclypsim, quæ in morte Salvatoris accidit. Intellexit statim Dionysius extra naturæ leges esse illum Solis defectum, quo in stuporem raptus exclamavit: *Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissolvitur.* Athenas reversus ibi floruit sapientiæ, eloquentiæ, ac ingenii laude. Delati ad illum fuerunt primi urbis magistratus, quin ulla haberetur ratio teneræ ætatis, & brevi visus est unus ex primis Areopagi judicibus. Hoc celeberrimum erat Græciæ Tribunal, & addt etiam potest Terrarum omnium. Sexcentis in locis jactat' historia integritatem eorum, ex quibus constabat. Romani ipsi tanti illud faciebant, ut complures ambiguas, ac difficiliores causas ad illud dijudicandas mitterent, & sibi honori vertebant, si in corpus illud admitterentur. Augustum hoc, atque insigne Tribunal maxime florebat, cum S. Paulus Athenas accessit. Civitas illa tunc reliquis præstabat cum propter scientias, quæ tradebantur, tum propter multitudinem discipulorum confluentium, & magistrorum, qui ex omnibus Romani Imperii partibus sese confesebant. Hæc etat velut generalia

neralis Academia omnium præſtantiſſimarum ſcientiarum; neque poterat S. Paulus ſibi eligere locupletius theatrum, ubi nunciaret Evangelium, neque locum ubi curioſius nova dogmata exciperentur, potiſſimum vero dum ageretur de Religione; nam ſcientiis profanis hoc proprium eſt, ut qui magis tument, ſe Deos eſſe putantes, ſint ſimul cupidiſſimi cognoſcendi reliquos Deos, qui in variis terrarum plagis coluntur, & invocantur. *P. Croiſet.*

Quomodo S. Dionyſius Areopagita converſus fuerit a S. Paulo?

Dionyſius fuit S. Pauli trophæum; & tantus Diſcipulus adeo illuſtrem magiſtrum decebat. Hic triumphus de Idololatria referri non poterat, niſi ab Apoſtolo, quem ſingillatim pro Gentium converſione deſtinaverat Deus. Athenæ Ethnicæ ſuperſtitionis, non ſecus ac ſcientiarum ſedes erat. Impietas ibi cum Philoſophia dominabatur; quæ illam debebat evertere, arma ſuppeditabat, ut ſemet conſervaret. Clam docebat illa, unum eſſe Deum, ſed palam patiebatur cultum complurium Deorum: ſibi lumen aliquod reſervabat, & populum in tenebris relinquebat. Mors Socratis, qui damnatus capite fuit tanquam Atheus, quia Dei unitatem tuebatur, os claudebat iis, qui in illius ſententiam diſceſſerant. Sapientes popularem in religione cultum ſervabant, & inaniſſimas fabulas in myſteria convertebant. S. Paulus ferens Evangelium in hanc regionem tenebrarum, quotidie contra Epicureos, ac Stoicos decertabat. Illi negabant immortalitatem animæ, negant omnis Religionis principium, & illud per ſe poterant refutare. Nomen eorum ipſis odium conflabat; neque eandem in populo fidem nanciſcebantur, quam Zenonis diſcipuli. Vitæ auſtentas quam ibi profitebantur, majorem iis veneration-em conciliabat: ſed placitorum ſuorum ſuperbia eos non minus inimicos reddebat Evangelio. Rumor diſputationum, & prædicationis S. Pauli perlatus fuit ad Judices Areopagi; a quibus in judicium vocatus Apoſtolus, rationem reddidit doctrinæ, quam prædicabat, admirabili, diſertiſſimoque ſermone. Exordium duxit ab epigraphe aræ cujuſdam, quam in urbe invenerat, hoc titulo: *Deo ignoto, vel ingnotis Aſiæ, Africæ, & Europæ nationibus.* Athenienſes quidem ſatis non eſſe rati venerari idola in regione ſua cognita, aram illis etiam ponere voluerunt, quæ minime noverant, quaſi veriti fuiſſent, ne ſatis eſſent in ſuis ſuperſtitionibus nequam. Ex Apoſtoli auditoribus quidam ne animum quidem adverterunt ad eas veritates, quas nunciabat; alii irriſerunt illum, de mortuorum reſurrectione loquentem; alii in aliam diem ſe illum audituros dixerunt, & pauci quos inter Dionyſius Evangelium acceperunt. Hic inter Areopagitas, ſcientia, & integritate eminebat. Audienti Apoſtolum de Filii Dei morte loquentem, ſuccurrit illi Eclypſis illa admirabilis, quæ acciderat cum olim Heliopoli degeret, propter quam dixerat, ut ſam ſuperius adnotatum eſt, vel Deum naturæ pati, vel mundi machinam diſſolvi. Ex temporis momento ſummus ille vir confeſſus fuit veritatem, quin illam cognoſceret, ſed quam cognovit, & credidit per Apoſtoli prædicationem. *Godeau.*

Quis effet S. Dionyſius ante converſionem ſuam?

S. Dionyſius ante converſionem ſuam fuit potens in Mundo, & in humanis litteris eruditus, its ut in eo omnes inveniretur obices, de quibus verba fecimus. Sed nihil impoſſibile Deo volenti ſimul efficere, ut ignominia Crucis triumphum referret de gloria Senatoris ampliſſimi ejus civitatis, quæ facile princeps erat Græciæ totius; & Doctrinam Evangelicam de mundana Sapientia ejus viri, qui inter ſæculi ejus eruditos eminebat. Dionyſius igitur non erat ex plebe, ſed unus ex duodecim conſcriptis Patribus Areopagi celebertimi illius Senatus, qui ſua auctoritate univerſam regebat Athenarum Rempublicam, & cujus deciſionibus plures externæ gentes difficillima quæque negotia committebant. Igitur potens erat, divitiis affluens, non vulgaris eruditionis, diſertus Orator, inſignis Philoſophus, præſtans Juriſconſultus, Magnus Politicus. Iter ſuſceperat in Ægyptum, & ibi Aſtronomiæ operam dedit. Fortaſſe ex narratione illius, quam ipſe habuit de illa admirabili Eclypſi, atreprra ſunt anſa tribuendr eidem verba, quæ a nobis alibi allata fuerunt; quæ nonniſi divino afflatu potuit dixiſſe: cum enim nondum ullam haberet Incarnati Verbi cognitionem, exiſtimare non poterat, Deum pati poſſe. Sed cum cæteroquin magnus eſſet Philoſophus, ſe videret totum Ordinem naturæ ſus deque perturbari in duobus illis ſydenbus, a quibus pendet mundi Machina, conjectura aſſecutus eſt, Deum, qui eorum Auctor erat, pati, quod tamen fieri non poterat, vel univerſum ad ſui exinanitionem tendere. Vit igitur tanta dignitate, ſe ſcientia præditus, facile ad primam S. Pauli Prædicationem perſuaderi paſſus eſt, & unus ferme fuit inter tot alios variis ſectis addictos eruditos viros, qui eadem, ac ille, audierunt, qui victas dederet manus veritati. *P. Daneau.*

Eloquentiſſimo Sanctitatis ſuæ Areopagitæ usus: Divinum ad ſalvandos ſequelam.

Sermo, quo S. Paulus Dionyſium Areopagitam ad fidem J. C. convertit, fuit ſane ex eloquentiſſimis Sermonibus, quos ille pronunciaverit, Apoſtolus hic Athenas ingreſſus compendiariam inſtituit hypotypoſim adorabilis perfectionum Dei, quem annunciabat; oſtendit magnitudinem, & infinitam immenſitatem contineri non poſſe anguſtis Templorum humana manu ædificatorum, humanum genus nihil eſſe, niſi poſteritatem hominis unius per illius omnipotentiam creati, Cælum terramque opus eſſe unius Verbi ab illo prolati: nos quin illum tangamus, videamus, agnoſcamus, in ipſo vivere, operari, & ſubſiſtere; magnum errorem eſſe illum ſibi fingere, ſub ligneis, vel æneis ſimulacris. Illum tantæ cæcitatis miſertum ſuſcitaſſe ſibi Miniſtros ſpiritu ipſius inflammatos, ut horterentur homines ad pœnitentiam ſuæ impietatis. Ab illo præſtitutam eſſe diem, qua univerſum terrarum orbem judicaturus eſt, ipſum prolaturum edicta juſtitiæ ſuæ per os adorabilis Filii ſui mortui, & poſt mortem ad vitam reverſi propter ſalutem hominum: Redemptionis opus conſummari non poſſe, niſi Redemptoris divinitas cognoſcatur; & niſi ejurato Idolorum cultu vero Deo ſchibeatur honor ille, quem ſibi Dæmon adfciverat. Eorum plures qui aderant S. Pauli verba in jocum verterunt, alu fidem illis habuerunt, inter quos S. Dionyſius fuit celeberrimus, & privata colloquia, quæ habuit cum Apoſtolo, aperuerunt oculos illi, & omnimodo in Jeſu Chriſti caſtra tranſtulerunt. Ethnicis ſuperſtitionibus vale dixit, bona, & honores ſuos reliquit, ut unum ſequeretur Dei Filium, & obſtupuit cum audiit a S. Paulo, Salvatoris mortem cauſam extitiſſe admirabilis Eclypſis, quam in Ægypto fuerat intuitus. *Ex Specimine Panegyricorum.*

1

S. Dionyſius multum profecit ex documentis S. Pauli qui judicat illi dignum Athenienſi Epiſcopatu.

Dionyſium perfecte edoctum S. Paulus baptizavit, & accurate inde efformavit unum ex chatiſſimis ſibi Diſcipulis. Communicavit illi omnia ſupernaturalia lumina, quæ ille ipſe hauſerat in ipſo fonte, cum ad rertium uſque Cælum raptus fuit, eumque in abſolutiſſimum vitæ myſticæ Magiſtrum converit. Creditur Sanctus Dionyſius comes acceſſiſſe S. Paulo in omnibus itineribus ejus ad triennium; cumque in ſingulos dies Fidelium numerus ereſceret, placuit Apoſtolo illum in Athenienſem Epiſcopum conſecrare. Credidit ille, ſe novæ hujus Eccleſiæ curam præſtantiori Epiſcopo committere non poſſe, quam novo huic Chriſtiano, quem magiſtrum ſimul & Diſcipulum finxerat. Tanto Igitur Magiſtro, cum efformatus ille fuerit, facile eſt intelligere, quænam illius fuerit ratio, zelus, & vita in Epiſcopatu. Nemo unquam Epiſcopus melius primos Apoſtolos imitatus eſt. Vita ejus imago fuit vitæ eorum; eadem innocentis, eadem pœnitentis, fervoridem, Cum Deus ſingulari dono illuſtraſſet mentem hanc ſuſpte natuta ſublimem, atque perſpicacem, S. Dionyſius evaſit in maximum Doctorem, & inſignem aſceticæ vitæ miniſtrum. Intimæ communicationes, quas habebat cum Deo, eminens donum contemplationis, ſcientia prorſus divina: hæc omnia patent ex admirabili ejuſdem libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, in alio de divinis nominibus, ac in cæteris. Ejus vitæ ratio compoſita erat ſecundum lumina ipſius, & in Athenienſis Eccleſiæ regimine innotuit. Sanctum hunc Præſulem Dei ſpiritu regi, & gubernari. Nunquam viſa eſt charitas, quæ Istius eſſe protenderet, & majori ferveret ardore: numquam viſus fuit zelus magis generoſus, ac univerſalis, nullus amor integrior erga Dei Filium. *P. Croiſet.*

Magna quidem facta eſt acceſſio gloriæ Chriſtianæ Religioni ab Idololatria avellere hominem adeo præſtantem, qualis erat Dionyſius, ut Ethnici excitarentur ad exemplum illius imitandum; & qui nullam prætexere potuiſſent excuſationem, quandoquidem unus, qui inter illos maxime celebrabatur, omnia lumins ſua, ſumque dignitatem Evangelicæ humiliati ſubjecerat. Et ſicut msgni momenti fuit ad Judæos convertendos, ubi viderunt zelotem Legis ſuæ obſervatorem non aliam amplius, miſi Evangelicam legem prædicare; ſimili ratione S. Dionyſii converſio magni ponderis fuit apud Athenienſes. Duplici converſione hac Deus evexit duo firmiſſima, alterum quidem Judaicæ, alterum vero Ethnicæ Religionis præſidia, esque in firmiſſimas Eccleſiæ columnas convertit. Illud autem in hac S. Dionyſii converſione admirabilius eſt, quod nullam viderit Prophetiam, ubi ſermo fieret de Jeſu Chriſto, neque aliud miraculum, quo divinitatis ejuſdem fides probaretur, neque ullum exemplum Confeſſorum, vel Martyrum, qui Chriſtianam fidem ſuam proprio ſanguine obſignaſſent; nec aliquod teſtimonium eorum, qui vel genere, vel eruditione præſtarent, & qui cum laude de eadem verba fecitſent. Nullum ex his fidei argumentis, propter quæ ipſi credimus, illum impulit ad credendum; tamen fidem addidit verbis S. Pauli, & doctrinæ ejus adhæſit: cum econtra poſt tot Prophetias, quæ per Judæorum manus in noſtras migrarunt; poſt tot miracula, inter quæ vix credi poteſt pleraque vera eſſe; poſt decies centena millia Confeſſorum, Virginum, Eremitarum, Martyrum, Doctorum, Epiſcoporum, Regum, Imperatorum, quæ fidem amplexa fuerunt, & quorum non pauci ſacrificaverunt vitam, dignitatem, bona, & voluptates ſuas, ut illam tuerentur; dubitamus adhuc de fide noſtra, & ambigimus, utrum in iis, quæ in controverſiam vocantur, rationes huic inde fuerint expenſæ? *Ex P. Daneau & Elogiis Hiſtoricis.*

Primum objectum zeli S. Dionyſii eſt civitas Athenarum.

Primum zeli S. Dionyſii theatrum fuit civitas Athenarum, ubi divina Providentis illum in lucem prodire juſſerat; hoc enim primum fuit objectum miſericordiæ illius erga gentem ſuam, quæ æque ac ipſe in Ethnicæ Reli-

eorum, & Religionis erroribus erat involuta. Numquid illum vobis exhibeam a Sancto Paulo consecratum Episcopum celeberrimæ illius Reipublicæ curis; laboribusque colentem fidei semina, quæ magnus ille Apostolus jecerat inter spinas, quibus infelix ex civitas septa erat, evertentem fallacia Sophistarum acumina, detegentem declamatorum vanitatem dissipantem populorum insectiam, adjicientem ardori zeli sui vitæ austeritatem, expiantem lumina scientiæ profanæ occupationibus vitæ Apostolicæ, jacientem fidei fundamenta super rudera Idololatriæ; crucem Filii Dei super reliquias eversorum numinum, & ubique trophæa victrici Ecclesiæ attollentem? *Ex Specimine Panegyricarum Orationum.*

S. Dionysius, cum alium in Athenarum Episcopum consecrasset ab S. Clemente mittitur in Galliam.

S. Dionysius, eum Athenarum Ecclesiam confirmasset, quæ jam frequens erat, ac roborasset fidem eorum, qui Christianæ militiæ nomen dederant, atque scitum, zeloque ferventem orientem Ecclesiæ præfecisset Antistitem; audisset que Sancto Joanni Evangelistæ datam copiam discedendi ex Insula Patmos, quo propter fidem fuerat ablegatus, eumque Ephesum commigrasse, illum convenit, & post plurimas habitas invicem collationes ab eodem admonitus necessitatis extremæ, qua maxime Partes Europæ indigebant Apostolicis operariis, illo auctore Romam petere cogitavit, ut S. Clementi Papæ sese ad illam maximi momenti Missionem offerret. Dionysius igitur eum Publicium a S. Paulo conversum fidelibus Athenarum dedisset Episcopum, illum certiorem fecisset de statu ejus Ecclesiæ, eumque consecrasset, Romam iter instituit, ipsum comitantibus Rustico Presbytero, & Eleutherio Diacono duobus itinerum, laborumque ejus fidelibus sociis. Sanctus noster x S. Clemente benigne exceptus ea charitate, quæ arctissimis vinculis corda virorum Apostolicorum connectit, Sancto illi Pontifici suum exposuit consilium, eumque obtestatus est, ut sibi Missionis locus constitueretur. Summus Pontifex eodem illustratus spiritu, eodemque zelo succensus, misit illum in Gallias, ubi Ethnica superstitio imperiosius dominari videbatur propter crassam ignorantiam, in qua populi versabantur. Illuc cum sociis, aliisque egregiis ministris, quos Clemens illi addiderat, se contulit, ut inexultam vineam exerceret, & nationi illi Evangelium prædicaret. *P. Croiset.*

y. Dionysius Parisios venit, ubi prædicat Evangelii, & magnum populorum numerum converti.

Sanctus noster x Summo Pontifice Clemente jussus in Galliam proficisci, ibique Gentium illarum conversioni vacare, præ ardenti cupiditate latius proferendi regnum Jesu Christi, quam citissime fieri potuit corripuit viam. In vasta regione illa Ethnicæ superstitio impotenter triumphabat, & populi ita erant in crassa ignorantia sepulti, ut indigerent tali Evangelici Verbi Ministro, qualis erat Dionysius, ut ex illius tyrannide, & jugo educeret, excoleretque miseram illam regionem. Tunc præter propter centesimum agebat annum; sed defectum virilitatis, quam labor ille poscere videbatur, supplebat gratia. Iter igitur ingressus est, Rustico, & Eleutherio comitibus, quorum alter Sacerdos erat, Diaconus alter. Postquam secus viam pluribus populis annunciasset Evangelium, Parisios tandem pervenit, ubi tanta vehementia, atque tot prodigiis Evangelii veritatem probavit, ut magnus mortalium numerus inanium Deorum cultum abdicaverit, ut novum hoc lumen sequerentur, & amplecterentur fidem. Præconis Evangelici vita non minores habebat vires, quam ignea verba, & qui propius illam considerabant, censebant illam sufficiens esse testimonium veritatis, quam prædicabat. Quamprimum immutata est Lutetiæ facies, & quæ civitas erat superstitiosa, & infidelis, facta est religiosa, justa, tranquilla. Qui Evangelici Oratoris doctrinam calumniabantur, non poterant mores illius, vel Discipulorum ejus calumniari. Mutatio, quæ videbatur in urbe, non poterat non esse effectus divinæ potentiæ, quæ utebatur Dionysio Areopagita, ad illustrandam ejus Regni Metropolim, quod Christianissimi nomine hodie insignitum est. O Gallia! auferemus ne tibi gloriam, quæ tibi ex eo cedit, eo quod habueris hunc eundem S. Dionysium in Apostolum? Non ita fideles. Patres nostri ad fidem ejus ministerio conversi, Idola ipsius manu in Arelatensi urbe prostrata, Episcopalis Ecclesiæ fundamenta in urbe Regni hujus Principe posita, facta sunt satis gloriosa S. Dionysio Areopagitæ, ut illi hic honor acceptus referri minime valeat; & filius nimis jucunda, ut memoriam eorum minime velint instaurare. Mons celebris irrigate sanguine generosi hujus defensoris fidei, Augustæ Templa ad gloriam nominis ejus ædificata, cineres Regum nostrorum ad reliquiarum ejus pedes sepulta; solemnitas horum dierum tot ab hinc sæculis consecratorum in honorem ejus, vos illi pro nobis gratum, publicumque perhibetis testimonium eorum beneficiorum, quibus ab eo fuimus cumulati; & ejus gloriæ magnificentiæ elogium exornatia, quam cætera simul. Verum me subsistere cogirantem in tanta diverforum miraculorum turba, quæ charitas ardens S. Dionysii mens mea objecit, terribilis apparatus, quem in hoc intueor amphitheatro, me cogit exhibere vobis cruciatus omnes, quos passus est, & mox gloriosam ejusdem mortem describere. *Ex specimine Orationum Panegyricarum.*

Propagatio Christianæ Religionis singulari Dei.

Jam Christiana Religio Parisiis instituitor; jam ibi vero Deo templum ædificatur; jam Apostolus noster Clericos, & Presbyteros ad sacros Ordines evehit; jam magnus iste vir, quem Ecclesiæ Patres semper tanquam Apostolorum Hæredem duxerunt, efficit, ut ibi verus Deus adoretur; jam Sanctus ille Pastor, opem ferentibus sociis Rustico. & Eleutherio gaudio perfunduntur videntes populos ab Idolorum cultu recedere, ut Salvatorem mundi totius venerentur. Sed Ministri Satanæ, Sacerdotes cultores Idolorum indignantes Deos suos contemni, Patrum suorum Religionem antiquari, & aboleri sacrificia, quæ in ipsorum luerum cedebant; detulerunt ad Præsidem, & Magistratus hos novos homines tanquam rebelles Cæsaris imperio, & everfores cultus Deorum suorum, qui ubique gentium colebantur. *Elogia Historica.*

Ceu in sacerdotibus Idolorum, qui de se hæc apud Prætorem conquestus est.

Præses commotus questibus, qui undequaque auribus suis inferebant, contra Christi fideles præcipit, ut eorum capita conficiantur in carceres. Statim capti fuerunt S. Dionysius, Rusticus, & Eleutherius, qui apud Fescennium deducti sunt. Qui cum re adhuc integra nihil prætermisisset, non pollicitationes, non minas, ut vel illecebris, vel terroribus dimoveret S. Dionysium, sociosque ejus, & nihil profecisset, omnes in tetrum carcerem conjici jussit, eorumque cruribus, & brachiis suspensionem immanes lapides jussit, ut hoc supplicio constantiæ eorum periculum faceret. Non diu in statu hoc permanserunt; illos ad se adduci jussit tyrannus, qui videns ex generoso S. Dionysii responso se nihil profecturum, edixit ut flagellis ferreis aculeis præfixis cæderentur. Dignum sane erat spectaculum oculis Angelorum, videre Venerabilem Dionysium, cujus ætas sextum præter centesimum annum attigerat, concinentem Dei laudes dum crudeli hoc supplicio afficeretur. Præses tantam S. Dionysii constantiam miratus detrevit illum sævissimis quibuscunque supplictis torquere. Pancis post diebus præcepit Tyrannus, ut ad se Dionysius adduceretur; eumque non potuisset ejus labefactare constantiam, jussit illum ferreis ungulis laniari. & mox ardenti craticulæ imponi, quo supplicio affectus fuit Sanctus Laurentius Martyr, quin crudelis ille cruciatus posset hominis fatigare patientiam. Objectus fuit Leonibus; ut Sanctus Ignatius, & furentes illæ belluæ, quæ data opera jejunæ per dies aliquot fuerant relictæ. Sanctum hunc Apostolum violare ausæ non sunt, tamen nonnihil formidinis conjecerunt in illum. Verum non ideo deserbuit Tyranni sævitia; qui jussit, ut Sanctus noster cruci affigeretur, ut olim S. Petrus, & ex illa dolorum cathedra non cessabat Evangelium prædicare, magno cum astantium stupore, & hoc facto illos docuit, ne mortem quidem vim habere illi silentium indicendi. Præsidis vero barbaries cum potius fatigaretur torquendo Sanctum hunc, quam ille perferendo, præcepit, ut huic amputaretur caput, quod illico adimplerum fuit. *Elogia historica, & P. Senault Oratorii.*

Præter liber S. Dionysius cum 1 Cor. 10 carcerem trudit.

S. Dionysius rursus ad mortem ultro appetit, & de fidei constantia edisserit.

Cor S. Dionysii duplici distrahebatur desiderio, moriendi quidem pro Jesu Christi gloria, & desiderio vivendi propter Gallianum amorem. Impatienti æstuabat amore vitam pro vita reddendi, sanguinem pro sanguine, ut loquitur Tertullianus; verum simul optabat vitam sibi necessariam, ut omnia illius momenta consecraret conversioni populorum, ad quos missus fuerat, & Evangelicæ prædicationi. Artem ille nactus est, qua utrique huic satisfaceret desiderio, quæ tamen inter se videntur oppositæ, quoniam in ipsa morte servat vitam, & ex corpore suo tradito furora carnificum facit, ut Apostolus ait: *Hostiam viventem*, victimam in supplicius immolatam, simulque victimam conservatam in supplicius, quæ sustinet, ut operetur salutem animarum per virtutem verbi, & exemplum martyrii. Corpus ejus erat Hostia moriens, quæ seipsam sanctificat per fuorum carnificum conversionem. Prædicabat inter cruciatus, inter leonum ungues, inter prunas ardentes, atque in cruce; permisit enim Providentia, ut illustris hic martyr vitam suam servaret adhuc postquam omnia hæc diversa perpetius sunt supplicia, ut illius prædicationi fieret virium accessio. Quis enim potuisset resistere hortationibus hominis, qui egressus ex fenssimarum belluarum gutture immani, & cruci fixus conjungeret vocem sanguinis sui cum voce verborum, & adeo gloriosis testimoniis confirmaret veritates, quas populis annunciabat? Poterat ille quidem Gallis omnibus dicere quod olim Sanctus Paulus dicebat fratribus suis, *Quotidie morior propter gloriam vestram.* Si agerctur de sola Dei gloria, quamprimum illi vitam meam consecrassem, sed quoniam mihi agendum est pro salute vestra, opus est, ut ad vestram utilitatem curam geram vitæ illius, sine qua sequi minime possum motus zeli mei, & ardentis charitatis, qua vos complector. *Quotidie morior propter gloriam vestram. Ex Specimine Panegyricorum.*

1. Cor. xv.

Numquid ufquam tot cruciatus expediri fuere, mortesque plures, ut omnibus simul Martyr unus torqueretur? Nonne flammæ illum debebant absumere, rufi Dei potentia refervasset illum de alia supplicia triumphaturum? Nonne feræ illum vorare debebant, nisi voluisset Deus mortem illius multiplicare, ut omnes magis, magisque illius constantiam admirarentur? Crux quæ æque crudelis, ac turpis est, nonne perficere debebat, quod

Conclusio de singulari hujus martyris.

alia

alia supplicia experta inutili fuerant contu? Et nisi voluisset Dominus confundere carnifices copia miraculorum; nonne Sancto huic Martyri licuisset vitam effundere eodem tormentorum genere, quo ille effuderat suam? Verum si minime censetis hæc supplicia pro mortibus habenda fuisse; & si minime creditis, Martyrem unum toties illam fuisse perpessum, quoties in craticula positus fuit, aut leonibus objectus, aut cruci suffixus; fateamini saltem desiderum illi non defuisse toties moriendi, quoties diversis cruciatibus fuit tortus. Fugite vobis Martyrem vulneribus confectum, cujus caro semustulata sit flammis, cujus artus fuerint leonum dentibus dilaniati, cujus pedes, manusque clavis perforati sint, quibus fuit Cruci connixus, nonne fatendum est omnem Imperatorum, qui terras domuerunt gloriam cedere debere gloriæ Sancti Apostoli nostri, & præstantissima summorum mundi hujus virorum evanescere, ubi conferantur cum præclaris Sancti hujus victoriis; quandoquidem tot promeruit triumphos, quot vicit Tyrannos, & quot cruciatus exhausit? *P. Senault Oratorii.*

Prodigium quod accidit in recitatione S. Dionysii.

Cum magnus hic Sanctus in Apostolicis laboribus consenuisset, cum novam hanc Ecclesiam instituisset, confirmasset que verbis, & exemplis; cum omnia ferme tormentorum genera fuisset perpessus, quæ persecutorum rabies potuerat excogitare, contigit illi coronam absolutissimæ perseverantiæ cum illa gloriosi martyrii conjungere. Et si Deus operatus est miracula in gratiam Sancti hujus viri, longe majus prodigium edidit, ut gloriam martyrii sui efficeret celebriorem, & ut conformaret fidem patrum nostrorum, quam Apostoli nostri mors poterat labefactare. Cum enim carnifices gladius venerabile caput amputasset, Sanctus hic noster accepit illud in manibus suis, & gestavit illud ad non breve itineris spatium, ad locum, ubi modo posita est Abbatia de ejus nomine nuncupata: sibimet quodammodo superstes, & ut ita dicam, ferens in triumphum reliquias suas. Utinam in orationis meæ exitu liceret mihi, in manibus sumere hujus Apostoli caput, illudque ostentare Præsulibus, ut illos eodem spiritu animarem, quo magnus hic Episcopus animatus fuit. Illud producerem etiam coram eruditis viris, ut sese gererent secundum lumina insignis hujus viri, & Evangelici Præconis. Illud exhiberem Judicibus: ut persuaderem illis ut vellent sua uti auctoritate ad servandam Religionis suæ gloriam, & ejus suum permittendi. Fidelibus omnibus dicerem, quibus contigit honor excipiendi Evangelium ex ore Sancti hujus, hunc futurum eorum Judicem, nisi in praxim redegerint ea documenta, quæ illis reliquit. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum, & ex Diroat.*

Quorum Dionysio debeamus.

Nostrum est testari Sancto huic humilem gratiarum actionem propter infinita ejus erga nos promerita. Non solum ille primus in hoc Regno nunciavit Evangelium sed sæpe etiam tutatus est ab Infidelium, populorumque barbarorum incursibus. Sæpe pro Galliæ Regibus decertavit, effecitque ut de hostibus sui triumpharent nonnunquam etiam in conclamatissimis occasionibus, ideoque in grati animi monumentum eorum plerique ejectatas de inimicis exuvias huic Sancto devoverunt, & ad pedes reliquarum illius voluerunt contumulari. Attendite hujus beneficii magnitudinem, nobis lumen Evangelii affulsisse opera Sancti hujus: & quanam esset econtra nostra calamitas, si nati, & regenerati minime fuissemus favore lucis hujus, quam nonnisi vitæ suæ jactura attulit nobis? Non ergo decidat ex memoria nostra tale beneficium, & in omnibus, quæ occurrere poterunt dubitationibus confugiamus ad Apostolum nostrum, iterum nosmet illius patrocinio muniamus, si illius auxilio recentes obtinere gratias inquirimus. *Pater Duneau.*

Quomodo S. Dionysium pro nobis veneremur.

Quid igitur reliquum est, quod vobis dicamus, nisi quod ut perfecte magnum Sanctum hunc imitemur, nobis vivendum esse secundum fidem, quam nobis annunciavit; nobis efficienda esse opera digna vocatione nostra; nobis adimplendum esse opus fidei, quemadmodum dicit S. Paulus; nam frustra nos fidem habere gloriabimur, nisi illam confirmaverimus operibus nostris; nam argumentum fidei nostræ solidissimum æque ac charitatis sunt opera. Quid enim prodest nosmet fideles in professione nostra ostendere, si infideles fuerimus in moribus nostris? Ut vere simus fideles, opus est, cum S. Dionysio, gestare caput nostrum in manibus nostris, videlicet actibus nostris fidem nostram probare: quia fides, ex S. Jacobo, mortua est sine operibus; quod David Propheta aliis ait verbis, animam suam semper fuisse in manibus suis, ideoque ipsum Dei legem semper observasse. Hoc pacto magnum Dionysium possimus imitari; eumque imitantes secundum vocationem nostram sperare possumus fore, ut ejus patrocinio protegamur, & in partem accedamus gloriæ immortalis, quam insignibus virtutibus suis, & generosa morte est adeptus. *Idem.*

PRO SANCTI MATTHÆI APOSTOLI, ET EVANGELISTÆ, PANEGYRICO.

MONITUM.

Iquet satis secundum consilium, quod mihi re adhuc integra proposueram, S. Matthæum non eum obtinere locum, quem habere debebat inter Panegyricorum argumenta. Illum equidem collocassem in Tomo Primo, ubi de illis Sermo est, de quibus loquitur Scriptura; nisi coactus fuissem, quandoquidem de omnibus verba fieri minime possunt, eos deligere de quibus vulgatius verba fiunt: verum cum admonitus fuerim, licet ea temporis pars, qua Festus dies S. Matthæi colitur, parum sit sermonibus audiendis idonea, tamen in Gallia, ubique plures Ecclesias esse, in quibus tanti viri celebratur elogium; credidi mihi reparandam esse emissionem, suppeditando supellectilem necessariam ad exornandum Panegyricum ea die, qua Ecclesia hanc recolit solemnitatem.

Neque mihi negotium facessit hanc invenire copiam; nam quin illa attingam quæ sum cum aliis Apostolis communia, vocatio ejus non communis, celebritas vero admirabilis, qua ille respondit vocanti, Sanctum Evangelium, quod ille primus composuit, ut ibi egregie aperit nobis præcepta Filii Dei, & ea quæ præstantissimi Auctores nos docuerunt de illius missione, & causa mortis, argumenta sunt satis distincta, quæ illius peculiarem constituunt characterem, & satis uberem campum aperiunt, per quem late spatiari licet, & utilem, eruditumque Panegyricum exornare.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti Systemata.

Cum transiret Jesus vidit hominem sedentem in Telonio Matthæum nomine, & ait illi: sequere me: & surgens secutus est eum. Matth. 9.

I.

Hæc verba sunt Matthæi ipsius, qui in gratiæ animi monumentum, narrat magnum illam Misericordiam, quam erga ipsum Jesus Christus exercuit, & omnibus seculis aperit miraculum suæ conversionis, & vocationem suam ad Apostolatum. Hic proculdubio fuit unus ex maxime admirabilibus effectis divinæ potentiæ. Jesus duo tantum dicit verba, eaque dirigit ad hominem, a quo non agnoscitur; ad eum, qui tantum aderat, ut ad illum audiendum paratus esset, ut immo curis, & cogitationibus distineretur, quæ prorsus Dei de ipso consiliis adversabantur. Tamen gratia verbis abscondita, & in oculis Jesu posita momento illum mutat: gratia hæc victrix cordium, quæ deinde Sanctum Paulum mutavit, & leonem in agnum convertit; fecit tunc ex peccatore Sanctum, ex fœneratore, immo

immo ex *Doctore famoso*, ut Sanctus Chrysostomus ait, Apostolum, & Evangelistam. Ubi animadvertendum est pro convertendis communibus peccatoribus Deum communibus uti gratiis: sed ubi insignes peccatores convertere vult, eosque proponere tanquam sanctitatis, & pœnitentiæ prototypos, tunc non vulgares gratias adhibere. Ita ille se gessit cum Maria Magdalena, ita cum S. Paulo, Augustino, aliisque insignibus peccatoribus quorum conversiones fuerunt causa æternæ lætitiæ in Ecclesia, ad replendas spe, atque solatio omnes animas pœnitentes. Sed fatendum est, vim hujus divinæ gratiæ, quæ momento mutat corda, singulari fulgore emituisse in S. Matthæi conversione, quia illum in ictu oculi a peccati statu ad statum gratiæ traduxit; ab avaritia ad Evangelicam pauperiatem; a Telonio ad Apostolatum.

1. Gratia in S. Matthæo ex insigni peccatore insignem Sanctum effecit.

2. Ex homine qui inexplebili obsessus erat avaritia, discipulum, & imitatorem pauperiatis Jesu Christi.

II. 3. Ex Publicano denique Apostolum. *Bironat.*

Non veni vocare justos, sed peccatores. Matth. 9. Sanctus Matthæus qui hæc refert Jesu Christi verba, hoc felicitèr fuerat expertus: fuerat per professionem, ac statum peccator, eumque ad pœnitentiam Salvator evocaverat: illum etiam in officii sui munere converterat, quod erat origo omnium ejusdem peccatorum, & ex ratiocinatore Publicani nescio cujus ad Apostolatus gloriam traduxerat. S. Augustinus explicans hæc verba, quæ tantum afferunt peccatoribus solatium, ait, Dei Filium non ideo venisse, ut justos vocaret, eos videlicet, qui se justos putant, justos superbos, & propter inanes virtutes suas tumidos, qualis erat Evangelicus ille Pharisæus, qui tantum aberat, quod sese coram Deo humiliaret, ut immo opera sua bona recenseret: sed humiles peccatores, qui clanculum pudore suffundantur ubi sui intuentur flagitia, qualis erat humilis ille Publicanus, quem Jesus Christus in Parabola opponit superbo Pharisæo. Felix hic Publicanus fuit gloriosus S. Matthæus, in quo considerare possumus.

1. Vocationem ejus ad Pœnitentiam:

2. Fidelitatem, qua respondit gratiæ vocationis suæ. Quæ duæ erunt hujus sermonis partes. *Ex Specimine Panegyricorum.*

III. *A Domino factum est istud, & est admirabile in oculis nostris.* Psalm. 100.

Licet Deus sit Auctor omnium conversionum; quædam sunt admirabiles adeo, & non communibus circumstantiis ornatæ; ut dignitas Dei ibi apertius impressa, quam in aliis trinotescat. S. Matthæi conversio id genus est, & ubi homo hic consideratur in rationario suo inter pecunias suas, & in suæ professionis exercitatione, quæ annexit cor terræ: cum in quam consideratur defectus opes, munus, officium spemque omnem, ut sequatur Jesum Christum vocantem, fieri nequit, quominus cum Propheta exclamemus, *a Domino factum est istud*, miraculum hunc simile unus tantummodo Deus potest operari. Quamvis Dei unus sit omnia posse, voluit tamen integrum esse homini, quem infinito amore prosequitur, velle hoc, & minime velle, ut gratia sua adjuvante, habeat omne meritum vel demeritum bonarum, vel malarum actionum. Hæc ratio, & hic amor Dei erga homines fuit principium conversionis S. Matthæi, ut qui duo possumus considerare.

Vidit eum vocantis fidelitate obedientem vocanti.

1. Vim verbi Filii Dei, qui vi fuivi quidem, sed minime necessaria traxit Sanctum Matthæum ad sui sequelam.

2. Promptæ Publicani hujus celeritas, qui licet insatiabili quæstus aviditate laboraret; omnia reliquit nihil hæsitans, ut amplecteretur vitæ statum pauperem, & contemptibilem in schola Salvatoris. Hæ duæ res admirabiles, sermonis hujus partitionem constituent. *Ex Specimine Panegyricorum.*

IV. *Et cum transiret Jesus, vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine; & ait illi, sequere me: & surgens secutus est eum.* Matth. 9. Si unquam inventum est magnum fidei exemplum ut audienda, & exequenda Salvatoris voce eo usque, ut statum omnia reliquerentur; hoc fane reperimus in admirabili Sancti Matthæi vocatione. Hic Dei vocem audit per rumores, atque fecularium negotiorum tumultum; hanc sequitur, licet impeditissimis vinculis detineretur. Re adhuc integra altissimæ hæc duo præbet sanctitatis monumenta, dimittere omnes cogitationes suas, ut Dei sui præceptis pateat; & impedimentis omnibus extremum vale dicere, ut non aliud ultra munus suscipiat, quam Deo obtemperandi. Nonne hoc specimen est perfectissimæ discipuli J. C. Et poterat ne proponere Ecclesia dignius nostri cultus objectum vel præclarius actionum nostrarum exemplum, ut in laudibus quas illi debemus haberemus & necessitatem, & medium illum imitandi? Ut intentionibus ejus adhæream; & nostram utilitatem, quæ illius mens est, cum Sancti hujus gloria conjungam, ostendam:

1. Difficultates, quas habere potuit Sanctus Matthæus audiendi Jesum Christum, & impedimentum, quod illi peperierunt divitiæ, & voluptates sæculi.

2. Constantiam S. Matthæi in superandis obicibus, arctisque necessitatibus illius imitandi. Hæ duæ erunt V. sermonis hujus partes.

Triplici ratione considerari potest Sanctus Matthæus. Spectari potest 1. Quatenus Evangelista, qui scribens primus historiam vitæ Domini nostri, ita omnes illius virtutes, & miracula suis distinxit circumstantiis, ut nihil omiserit eorum, quæ ad Ecclesiæ doctrinam, & ædificationem conferre possent.

2. Tanquam Apostolus, qui celeri gradu ingentes, distitasque regiones percutrens ad Salvatoris cognitionem innumeros fere populos Idolorum cultores, & barbatos perduxit.

3. Tanquam strenuus Martyr, qui non satis esse ratus pluribus regnis fidei lumen attulisse, mortem subiit eum circumstantiis prorsus singularibus pro ejusdem fidei institutione.

Assumptis pro themate verbis illis: *Non erubesco Evangelium.* Ad Rom. 1. vel aliis, cujus laus est in Evangelio 2. Corinth. 8. Ostendere possumus S. Matthæum secutum fuisse Evangelium, atque illi obtemperaviisse, antequam illud cognosceret, ac de illo verba fidei audiret; quin VI.

1. Reliquit omnia, ut Salvatorem mundi sequeretur; omnibus semet exuit terræ bonis, quod præcipuum est Evangelii dogma, & cætera complectitur.

2. Illum omnium primum scripsisse Evangelium tanquam tellem verborum omnium, & actionum Filii Dei, & mox cum aliis Apostolis prædicasse illud, qui populis non annunciarunt, nisi ea, quæ in Evangelio ab eodem conscripto, editoque, continebantur.

3. Illud propugnasse effusione sanguinis sui, vitam impendendo per gloriosum martyrium.

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde hauire copia potest ad has Sermonum partitiones exornandas, & Auctores, qui hoc tradiant argumentum.

S Anctus Chrysologus tres edidit Sermones in S. Matthæum, & in lucem protulit quidquid de eo loquitur Evangelium.

Venerabilis Beda duas edidit de Sancto eodem Homilias, in quarum prima illius humilitatem commendat, & explicat quid sit sequi Jesum Christum. *Sequere me.* In altera vero notat progressus, quos fecit Sanctus in gratia postquam ad domini sui sequelam vocatus fuit; & consolatur peccatores spe obtinendæ misericordiæ, si vere converti voluerint.

S. Petrus Damiani triplicem habet hujus argumenti sermonem. In primo laudat quæquid in magno hoc Apostolo maxime nitet, in altero præter propter eadem repetit; ac in tertio peccatores agentes pœnitentiam consolatur.

S. Thomas sermonem habet; ubi agit de bonitate, & misericordia Dei erga peccatorem, deinde de sanctitate hujus Apostoli, & horribili excitate Pharisæorum, qui obmurmurarunt, quia Salvator cum Publicanis manducabat.

S. Bonaventura tomo tertio sermonum de Sanctis duos habet Sermones. In primo ostendit Sancti Matthæi conversionem perfectam fuisse, & quid ad veram pœnitentiam agendam requiratur. In altero pro themate assumit illa Jeremiæ verba: *Convertisti me, & ego pœnitentiam*, & fuse loquitur de rationibus agendi pœnitentiam.

S. Laurentius Justinianus & ipse habet sermonem, ubi publicam hujus conversionem & altitudinem judiciorum Dei admiratur.

Dionysius Carthusianus tres habet sermones. Primum de hujus Sancti Festo die *in propria Sanctorum*, alterum in Evangelium dici festi. In tertio vero ostendit gratias quibus Deus illum cumulavit.

Guillelmus Parisiensis habet duos, in quorum priore texit Sancti hujus Elogium stylo concionatorio; in posteriore autem loquitur de vocatione ejus, & quomodo Filius Dei illum ad sui sequelam invitaverit.

Albertus Magnus ut hujus argumenti sermone pro themate verba illa defumit: *Non veni vocare justos, sed peccatores.* Matth. 9. Alardel.

Taulerus in sermone de vocatione Sancti nostri sex notat, in quibus secundum ejus exemplum sequi possumus Jesum Christum. *Sequere me.*

P. Novet in vita J. C. in sanctis suis habet meditationem pro festo S. Matthæi, ubi de illius tantum martyrio verba facit.

Lambert loquitur de vocatione, & celeri obedientia Sancti hujus prolixa homilia in diei Festi Evangelium.

Bironat tomo tertio Panegyricorum.

P. Senault Oratori, tomo tertio. Commentar. II.

P. Duneau, tomo secundo Panegyricorum.

Abbas Verjus in tomo Panegyricorum, qui nomine ejusdem inscribitur.

In specimine Panegyricorum tomo 2. tria sunt compendia sermonum hujus argumenti.

PARA-

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Figuræ, & Applicationes Biblicæ hujus argumenti.

Loci, ubi de Sancto hoc ſermo eſt, vel qui illi poſſunt congruere.

CUM tranſiret inde Jeſus, vidit hominem ſedentem in telonio Matthæum nomine, & ait illi: ſequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum. Matth. 9.

Non veni vocare Juſtos, ſed peccatores. Ibidem.

A Domino factum eſt iſtud; & eſt mirabile in oculis noſtris. Pſalm. 100.

Hæc mutatio dexteræ Excelſi. Pſalm. 76.

Qui concervat divitias ujurit, & fenore liberali in pauperes congregat eas.

Qui ſectatur avaritiam concurbat domum ſuam. Prov. cap. 15.

Quam difficile, qui pecunias habent, in Regnum Dei intrabunt. Luc. 18.

Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Pſalm. 44.

Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. 1. ad Timoth. 6.

Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Ibidem.

Opus fac Evangeliſtæ. 2. ad Timoth. 4.

Cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias. 2. Corinth. 8.

In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. 1. Cor. 4.

Prædicabitur hoc Evangelium Regni in univerſo Orbe, in teſtimonium omnibus Gentibus. Matth. 24.

Exempla, & Figuræ, ex Scripturis deprompta.

S. Matthæi converſio difficilior erat, quam Sauli, & Magdalenæ.

OPortebat ſolum illuminare mentem Sauli, ut voluntas ejus mutaretur; ſatis erat illi aperire zeli ſui iniquitatem, eique oſtendere, quod ille perſequens Chriſtum Jeſum perſequebatur Meſſiam promiſſum in lege, & per Prophetas annunciatum. Quibuſcunque illecebris detineretur Magdalena, modicum verecundiæ ſatis erat, ut ad officium revocaretur; oportebat ſolum injicere in illam horrorem peccati, & exhibere virtutis pulchritudinem; & ſtatim ac diſſipatæ fuiſſent tenebræ, quibus excæcabatur, lumine gratiæ, ſtatim cucurriſſet ad pedes divini ſui liberatoris. Duos hoſce nocentes corrigere ſatis erat, ut converterentur; mutare alterius quidem zelum, & amorem alterius, ut inde fierent duo inſignes amantes Filii Dei. At in S. Matthæo omnia gratiæ reſiſtebant. Ejus avaritia opponebatur charitati, quæ præcipua eſt Chriſtianæ Religionis virtus, duritia adverſabatur miſerationi, quæ adeo naturalis eſt membris omnibus unum corpus componentibus, inexplebile deſiderium, quo perituras opes congerere ſtudebat, obſtabat ſpei, ac deſiderio, quod habent fideles æterna comparandi bona; tta ut dici poſſit, opus fuiſſe, ut Dei Filius ad illum convertendum centum miracula operaretur, ut ſubigeret animi affectiones, quæ caliginem rationi ejus offundebant; ut confringeret catenas omnea, quæ voluntatem ejus captivabant, & mutaret omnia animi ſtudia, quæ cor illius obſidebant. Attamen Dei Filius ſemel tantum peccatorem hunc reſpexit, verbum unicum dixit huic avaro, & educens illum de telonio ſuo, coegit illum facere duas res æque difficiles, bona videlicet ſua relinquere, & illum ſequi. *Et ait illi, ſequere me: & ſurgens ſecutus eſt eum.*

S. Matthæi corruptio antea tantum Apoſtolici converſione difficilior.

Nulla eſt ſtuporis cauſa, quod Apoſtoli adeo facile obedierint Filio Dei, illos evocanti, quia nihil habebant in familia ſua, quod illos deterrere poſſet, vel mereri, ut illi cor eorum inhærerent. Facile quidem erat illis Domino dicere: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*; quandoquidem nihil relinquebat præter linteum, & retia, quæ omnia erant minimi momenti, & deferebant vitæ genus, cujus nulla erat utilitas, vel ſaltem leviſſima, & nullam habeant rationem, ſinendi eos ſibi ſubliniri promiſſionibus Filii Dei, qui illos in ſpem inducebant futurum, ut mox fierent captores non piſcium, ſed hominum, qui ad eos loquebatur de quibuſdam bonis, & quodam regno, quæ licet ab illis minime cognoſcerentur, eorum tamen deſiderium excitare poterant, & ambitionem. Sed nihil tale occurrebat in converſione S. Matthæi. Magna poſſidebat bona, quæ illius avaritiam palpabant; non ignorabat honorer divitiis potius conferri, quam meritis. ſciebat, quacunque labe aſpergeretur munus ſuum, illud tamen ſemper gloriosum fuiſſe; quoniam erat utile, quod ſecundum perverſam mortalium conſuetudinem honor cederet utilitati, & proculdubio ex ſociorum ſuorum exemplis didicerat ſe eo in loco eſſe poſitum ut poſſet attollere genus, fortunamque ſuam, ſi illuſtres ſibi nuptias comparaſſet.

In eviden converſione

Animadvertite quæſo, Dei Filium tres non vulgares operatum fuiſſe per ſemet converſiones, in quibus oſtendit ſupremam virtutem, quam habet in hominum corda, illas videlicet Magdalenæ, S. Matthæi, & S. Pauli; atque in tribus hiſce mutationibus viciſſe dominantes in hominibus cupiditates, & tres præcipuos Dæmones, qui in Mundo regnant; videlicet, ſuperbiam vitæ, concupiſcentiam carnis, & concupiſcentiam oculorum, hoc eſt avaritiam. Carnis concupiſcentiam vicit in Magdalena, avaritiæ cupiditatem in S. Matthæo, & in Sancto Paulo vitæ ſuperbiam. Non quæro hic loci quænam ex tribus hiſce cupiditatibus magis averſetur bonitati Dei, nec quænam majus objiciat gratiæ impedimentum, Tamen ſatis patet in avaritia quaſdam inveniri difficultates, propter quas ipſi ſpectare debemus S. Matthæi converſionem tanquam Dei victoriam, ac gratiæ Salvatoris triumphum,

bus Magdalenæ Sancti Matthæi & Sancti Pauli Deus de tribus dominantibus cupiditatibus triumphavit.

Dei Filius Apoſtolos vocavit omnes, omneſque illi obtemperaverunt. Vocat publicanum noſtrum, & Matthæus Salvatorem ſecutus in perfectum pœnitentem evadit. Evangeliſtæ alii de ejus converſione loeuti non ſunt; ipſe unus illam narravit, ut fateretur ſcelus ſuum enuntians miſericordiam Jeſu Chriſti erga ſe. Reliquit omnia bona ſua, ut divinæ Juſtitiæ faceret ſatis, & abdicavit ſe ea profeſſione, quæ criminum ſuorum extitit cauſa. Dolor, quo inde confectus fuit, charitati ejus par fuit; hæc enim duo ſemper in pari gradu ſunt in corde pœnitentis, S. Auguſtinus ait. Sed cum majorem teſtari nequeamus amorem erga Jeſum Chriſtum, quam S. Matthæus omnia relinquens ut tanta cum celeritate ſequeretur illum, hinc facilis patet conjectura de ea pœnitentia, quam ex læſo Deo ſuo ille concepit. Cum autem illum ſecutus eſt inviolabili fidelitate teparavit ſuos erroris annos, & extremam uſque ſanguinis ſui guttam profudit, ut tueretur fidem. Non juberis, Chriſtiane, te tua deſerere officia; verum ſi officia tua ſunt periculo proxima, teneris omnino illa abdicare.

S. Matthæus gratiæ reſpondens iis tum teſtatur amorem erga Deum per pœnitentiam, quantum ob eo receſſerat per delicta.

Dei Filius jubens S. Matthæum omnia relinquere, nihil illi pollicetur. Non implet animum ejus ſpe, ut hilari, & æquo animo præſentem ſuſtineat jacturam, & opum, atque poſſeſſionum ſuarum detrimentum. Non dicit illi, uti SS. Jacobo, & Joanni: *faciam vos fieri piſcatores hominum*; & contra naturem commercii, in quo Publicanus ille verſabatur: tegit utilitatem, quam cum ipſo relaturus erat, & damnum aperit tantum. *Sequere me.* Quem enim quæſtum ſibi fingere poterat publicanus ſe repetiturum, ſi ſequeretur hominem pauperem, qualis erat Salvator? Equidem ſcio ad aliorum Apoſtolorum merita extollenda, Sanctum Evangeliſtam noſtrum ſcripſiſſe, illos omnia bona ſua reliquiſſe, & ſecutos eſſe Jeſum Chriſtum; *relictis omnibus ſecuti ſunt eum.* Non ignoramus Eccleſiam, ut celebraret laudibus hanc ſtrenuam dereliſtionem modicarum rerum, quæ fiebat ab illis, dicere, eum multum relinquere, qui relinquit omnia ſus deſideria, & ſpem, & multo majora relinquere illum, qui relinquens omnia, habendi ſimul voluntatem relinquit. Verum licet mihi dicere a Sancto Matthæo plus fuiſſe præſtitum: Neque enim ſpem, neque modica prædiola, neque voluntatem aliorum poſſidendorum reliquit, ſed præter hæc omnia reipſa magnas, ingenteſque opes reliquit.

Salvator ut ad ſui ſequelam traheret Matthæum nihil hinc pollicetur, ut alibi Apoſtolis pollicitus fuerat.

Salvator, qui præter naturalem ſuam bonitatem pro hominibus omnibus peculiari dilectione proſequebatur Evangelicum adoleſcentem, ab ipſo petentem quid ſibi faciendum eſſet, ut vitam æternam conſequeretur; non aliam illi oſtendit viam, qua ad perfectionem perveniret, quam bona ſua vendere, conflatamque pecuniam pauperibus diſtribuere; ac ſequi ipſum tanquam Diſcipulum: *Cum audiſſet verbum adoleſcens, abiit triſtis.* Infelix cum mœrore excipit oraculum adeo ſalutare, & ignave abjicit ſpem omnem perfectionis, atque ſalutis æternæ. Undenam cæcitas adeo funeſta, & durities cordis adeo deplorabilis? *Erat enim*, inquit Evangelium, *habens poſſeſſiones multas.* Salvator plura dixit huic adoleſcenti; in eo ſibi complacuit. Sed tantum opus non fuit, ut Publicanum noſtrum attraheret: Jeſus illi dixit tantum: *Sequere me*; & paruit.

S. Matthæus conſulens eū ado'eſcentē Evangelico qui triſtis abiit.

Matth. 19.

Quttuor Evangeliſtæ ſunt quatuor illi ingentes fluvii Paradiſi terreſtris, qui ex eadem origine emanantes tulerunt ſalutares aquas divinarum veritatum in quatuor mundi plagas, ut eas uberes gratiis, ac virtutibus faceerent. Hæc ſunt quatuor illa Cherubim repleta ſcientia, ab Ezechiele Propheta deſcripta, æque ac in Apocalypſi magna cum pompa, & quæ traxerunt triumphalem currum Filii hominis per omnia mundi loca, ut regnum ſuum in corda omnia exerceret. Sed ſi horum Cherubim figuræ nobis oſtendunt communes qualitates quatuor Evangeliſtarum, diſcrimen faciemus, ſatis aperit, quidquid ineſt ſingulis proprium. Patres, qui verba fecerunt de myſtica viſione hac, dicunt S. Matthæum eſſe Cherubim illud, quod faciem, & ſimilitudinem gerit hominis: Quit, inquiunt, initium Evangelii ejus, quæ illius veluti facies eſt, nobis humanam J. C. nativitatem demonſtrat.

S. Matthæus quatuor ex quarumpr flu viis Paradiſi terreni, & unum ex quatuor ani, manentibus, de quibus loquitur Ezechiel Propheta; quorum unum habebat ſpeciem Filii hominis.

S. Matthæus plurimas ob cauſas ſæculi Hiſtoricis annecellit; nonnullis etiam de cauſis eſt Teſtamenti Veteris Prophetis anteferendus. Nam licet hi eodem ſpiritu Dei eſſent animati, ea ſæpe vaticinabantur, quæ ipſi minime intelligebant: & præterea videmus, Prophetias

S. Matthæus Prophetis antiquis præfert.

ſem-

semper aliqua caligine involutas fuisse. At S. Matthæus nihil scripsit, quod non intelleaerit, & quemadmodum eruditus fuerat in schola Spiritus Sancti, lumina ejus nullis erant tenebris pervia. Licet Prophetæ essent Historici Filii Dei, & eo miraculo, quod obstupescunt omnes, scriberent hominis vitam, qui nondum unus erat, illi hanc inter se partiti sunt, & nemo eorum ausus est singillatim attingere universam. Verum est, ubi eorum scripta simul connectimus, nos ibi deprehendere insigniores circumstantias vitæ Filii Dei; & gaudemus videntes eas pictas ab hominibus, qui variis temporibus, & procul remotis ab illius nativitate degentes, nihil unquam inter sese communicare potuerant. S. Matthæus sn hoc vetenibus illis præstitit Prophetis, quod totum nobis exhibuit Dei Filium, & non reliquit quidquam nobis optandum ex iis, quæ dixit, quæ fecit, & quæ passus est, memoria dignissima donec ille cum hominibus est conversatus.

Qui singulare sit Sancti Matthæi erga cæteros Evangelistas studium.

S. Ambrosius animadvertit S. Matthæum esse proprie Christianæ morum disciplinæ Evangelistam: *Evangelium totum S. Matthæi existimo esse morale.* S. Joannes describit Salvatoris nostri divinitatem; S. Lucas historiam vitæ ejus; S. Marcus illam miraculorum illius, & S. Matthæus morum suavitatem, sanctitatem, & puritatem Christianismi persequitur. Quibus adjicere possumus, si vita Sanctorum est vivens Evangelii explicatio, Sanctum Matthæum ipsum Evangelii explicationem fuisse. Illud scripsit tanquam Evangelista, servavit tanquam Sanctus, prædicavit tanquam Apostolus, fuoque signavit cruore tanquam Martyr. S. Lucas, & S. Marcus illud scripsere tanquam Evangelistæ: non tamen fuerant Apostoli. Scripsit illud S. Joannes, exercuit, & prædicavit, non autem sanguine suo illud significavit. Unius Matthæi fuit illud quadruplici hac ratione annuntiasse scribendo, exercendo, prædicando, & moriendo pro illius propugnatione, illudque Martyrii sui testimonio confirmando.

Applicationes aliquot locorum Scripturæ huic argumento.

4. Matthæus licet a ceteris evangelistis præferetur propius ipsi officium Evangelicæ paupertati, reliquis omnia hujus fuit ad regem Salvatorem.

NOn *veni vocare justos, sed peccatores.* Matth. 9. Cum mundi Salvator nobis persuadere vellet se præsertim venisse, ut peccatores salvos faceret, & nullam esse mortalium conditionem a vita salutis adeo abhorrentem, quæ sperare non posset se misericordiarum ejus futurum participem, dignius est in Apostolum suum eligere hominem, qui per professionem suam indignus videbatur hoc honore. Homo hic fuit S. Matthæus, Galilæus genere, Religione Judæus, sed professione universæ Judæorum genti perosus; quandoquidem erat Publicanus, hoc est Exactor vectigalium, quæ a Romanis in universa illa regione illis subjecta persolvebantur. Peculiare hoc Judæorum odium in Publicanos inde proficiscebatur, quia quatenus Israelitæ, & populus electus a Deo; credebant se immunes esse debere a vectigalibus externis nationibus persolvendis. Respiciebant Publicanos, tanquam sceleratos, quibus nulla esset Religio, & qui per fas & nefas omnia exrorquerent. Hæc erat ars S. Matthæi, antequam ille ad Domini sequelam evocaretur. Jesus Christus post annum fere, ea quo in Galilæa docebat, transiens prope Matthæi telonium, constitit, & in illum attente respiciens, eum omnia relinquese, seque subsequi jussit. Nunquam Salvatoris gratia vasa est potentior. Quilibet alius præter Dei Filium gravioribus egisset rationibus, ut id genus homini, terrenarum opum avido, & qui a Religione procul aberat persuaderet sese eo abdicare negotio, quod illius studiis, & amori proprio veliificabatur. Tamen vix illum Jesus sespexit, dixitque illi Verbum hoc: *sequere me*, cum hoc pereulsus ita cor animumque mutavit, ut ne momento quidem hæserit, an vocantem sequeretur; furerait enim ipso temporis articulo Matthæus, fecutus est Jesum, fa ejus Discipulum palam professus est. *Pater Croiset.*

Tipus conversio desiderata et, & illecebræ gratiæ Salvatoris.

Cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, &c. Explicatio hujus prodigii, conversionis videlicet S. Matthæi cruciem figit interpretibus. Celeritas ejus illis stupotem injicit, & intelligere nequeunt, quomodo vir, qui adeo violento nexu inhærebat opibus, repente ad hominis vocem eas deserit, & haud hæsitanter omnes confringit catenas, quæ illum aurea avaritiæ mancipium vinciebant. Duo illi infensissimi nomini Christiano inimici, Porphyrius, & Julianus Apostata levitatis, & imbecillitatis redarguunt hanc Apostolorum in Salvatore sequendo celeritatem, sed S. Hieronymus, qui hanc impiam ratiocinationem refert, illam duabus impugnat rationibus, quarum altera immitiat insigni nominis celebritati, quam Mundi Salvator sibi pepererat per miracula, quæ a S. Matthæo non ignorata fuisse, fidei consonum est. Ratio altera, quam S. hic Doctor affert, est; *Fulgor ipse, & Majestas Divinitatis occulta, quæ erat in facie refulgebat humana, videntes ad se trahere poterat prima affectu.* Quod ut facilius intelligamus gratiæ prodigium ex prodigio naturæ, ad magnetem nos mittit, cui propria inest facultas trahendi ferrum ad se, & metallo huic motu, sensuque carenti sensum motumque impertitur. Verum quin his rationibus smmoeemur S. Matthæi factum probantibus, non aliam inquicamus causam celeris obedientiæ vocî Filii Dei; quam virtutem verbi, quam illecebram, & omnipotentem gratiæ ipsius virtutem.

Quæ momenta fuit ratione Salvatoris ad convertendi peccatores, & quæ ex S. Matthæo.

Vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine. Matth. 9. Alii Evangelistæ defectibiles vocationem S. Matthæi, illius nomini parcunt. Eum Levi appellant, quia nomen hoc minus cognitum erat, quam Matthæi. Sed Evangelista noster eadem præcautione non utitur. Hoc in loco ait: Vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine, ubi vero Apostolorum nomina recenset, vocat fe Matthæum publicanum. Facile est illum cognoscere, ubicunque nomen suum proferet dicet, quod erat: Nullam omittit circumstantiam, quæ illum humiliare valeat, & ostendere misericordiæ Dei sui erga se magnitudinem. Obrutus Filii Dei magnam virtutem habent. Ipsum penetrant cor. Felices illos, in quos jacit similes oculos misericordiæ! Salvatoris obtutus principium fuit conversionis S. Petri, cum Evangelium inquit, Jesum vidisse sedentem in Telonio, loquitur de his efficacibus oculis, qui cor ipsum intuentur, atque convertunt. Dei Filius conjecit in S. Matthæum unum ex his benignis obtutibus. Hæc fuit causa, propter quam in ictu oculi mutuatum fuit cor ejus, & attrita fuerunt omnia vincula, quibus vinctus terræ adhærebat. Loquatur Dominus, satis est, hominem docilem invenet, qui gloriæ sibi vertet obedire voci illius, & qui illi manus victas dabit. Cum vocavit S. Matthæum, ostendit, quanta sit Misericordia sua. Evocaverat jam plures piscatores, homines rudes, ac meritis destitutos. S. Matthæus videtur adhuc indignior gratia, quam recepit. Qui eandem, ac ille, professionem exercebant, a Judæis habebantur, tanquam peccatores publici; homines nequam, & quos natio univetsa abominabatur.

Maximum argumentum bonitatis Dei est ut sua potentia ad convertendos etiam peccatores.

Relictis omnibus surgens secutus est eum. Matth. 9. Hæc maxima est divinæ bonitatis, atque potentiæ gloria velle, & posse omnes homines salvare, cujuscunque sint conditionis. Sed si fieri volumus Discipuli Filii Dei, attollere nos debemus corde saltem, & affectu super hæc pentura bona; & quod nobis superest relinquendum est propter J. C. amorem, illud potentis per os pauperum, & per manus eorumdem recipientis. Præ lo etiam noa esse oportet ut reliqui deseramus, si gloriæ illius interest, & hæc ratio nos urgeat. Non omnes Apostolos esse possumus; & Evangelistas, qualis fuit S. Matthæus; Sed tenemur omnes, illius fidem imitari, atque obedientiam, quæ illi has qualitates promeruit fuit. Opus est, ut fidei lumina aperiant nobis vitia terrenorum bonorum, ubi conferantur cum æternis; ut illa nobis ostendant mentem, & consilium Auctoris bonorum omnium, qui illa nobis largitus est, ut ad illius gloriam utcremur, & in ea ministeria, ad quæ vocaremur, & usus eorum nobis esset salutaris. Opus est, ut per obedientiam, & charitatem hæc adimpleamus officia, & ad unguem sequamur diligenter jussa illius, qui pauper factus est, & sese eainanivit, ut nobis procuraret incorruptibiles divitias, & gloriam immortalem. Opus est igitur sequi illum per fidem, per obedientiam, & charitatem cum S. Matthæo, secundum illecebras afflatuum, & lumen ejus nobismet proponentes pro vitæ nostræ norma sanctissima Evangelii sin placita, & pro actuum nostrorum prototypo admirabilia virtutum ejusdem exempla. Illum sequi debemus in ipsa bonorum affluentia, infignibusque fortunis, si illis fruimur, nunquam amoventes oculos ab æternis bonis, quæ nobis pollicitus est in remunerationem obedientiæ nostræ legi suæ. Quodcunque obstaculum conditio nostra, nostraque negotia ponant, hoc pacto Filium Dei sequi & possumus, & debemus. Nihil nos potest dispensare; quia vere Christiani esse non possumus, nisi quærentes Doctrinam, imitantes exemplum, & implentes Salvatoris exempla, quemadmodum fecit celebris S. Matthæus, cujus hodierna die memoriam colit Ecclesia.

5. Matthæus ad Jesu Christi glorium convertit omnia fuorum criminum instrumenta.

Hæc mutatio dexteræ Excelsi. Psalm. 76. Nemo unus ignorat quam insatiabilis est aviditas & crudelis eorum avaritia, qui consueverunt exigere vectigalia, S. Matthæus hujus erat ingenii, non secus ac idem munus obibat. Sed quisnam crudelem hunc hominem in pium virum convertet? Quis mutabit cor illud lapideum in carneum? Hoc præstabit gratia tua, Domine, quæ repente lupos convertit in agnos, & quæ in ictu oculi tigrides in columbas convertere potest. Quæ mutatio in Matthæo tanquam Evangelista, tanquam Apostolo, & Martyre, quorum tres hæ qualitates in ministerio, ad quod translatus est, continentur. Eadem manu, qua tot injustis edictis subscripserat, & qua in barbaras exactiones exercutus fuerat, Charitatis Evangelium conscripsit. Os idem quod tot probra evomuerat, quod tot calamitosos homines vexaverat, quod tot familias vastaverat, obit munera Apostolatus, & in universo mundo salutis legem enuntiat; & qui populorum sanguinem sitiverat, fuum ad extremam usque guttam profundit pro gloria Salvatoris.

Non esse aliquos Christi opera Salvator transire pro-

Cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in Telonio, Matthæum nomine, & ait: sequere me. Matth. 9. Non fortuito quidem, sed de industria Salvator hoc iter ingressus est, ut nanciscerctur occasionem patrandi miraculi in con-

perfectionem Matthæi, & in illum respexit.

in converſione S. Matthæi. Oculi iſti, qui abyſſum illuſtrare poſſunt; peccati abyſſum intuentur. Facies illius, quæ ut S. Hieronymus inquit, geſtat lineamenta Divinitatis, ſe ſe offert huic publicano; vox quæ ictu fulmineo vehementius perrumpere poteſt faxa, in peccatoris hujus aurem inſuſſurrat dicens: *Sequere me*. Hoc illi imperat, ac ſtatim parere jubet. Sed præter exteriores has gratias, quæ extrinſecus oculis, & auribus percipiuntur; immittit intus in animum gratiam correſpondentem & oculorum fulgoribus, & vocis tonitrui, eique repræſentans criminum ſuorum horrorem, intus, & in conſcientia ipſius tono imperioſiori, & validiori ait, *Sequere me*. Mirum ne eſt, ſi celeriter his obedit illicitis, & ſi quin mectat moras, ſe ſe dicto citius convertit, *Sequere me?* Miraculum hoc eo majus eſt, ut mutans hominem de peccato ad gratiam, ſecundam operatur mutationem in ea cupiditate, quæ in illius corde dominabatur, & ex homine illicitos quæſtus cupiente facit Evangelicæ paupertatis Diſcipulum. Hæc eadem verba ſingulis noſtrum Salvator ait voce elata, ita ut exaudiri poſſit, & in penitiori parte cordium noſtrorum: *Sequere me*. Væ nobis, niſi ad hoc verbum animum appulerimus! O homo! dicit Filius Dei, quicunque es, adhibe vires omnes animæ tuæ, ut me ſequaris, videlicet, ut me cognoſcas, ames, mihique fideliter ſervias. Ne imbecillitatem, conditionis noſtræ impedimenta, & negotia noſtra prætexamus. In Publicani hujus exemplo videmus quid ope gratiæ ſuffulti facere valeamus: ſed gratiæ hujc cooperandum eſt. Viribus illius noſtræ quoque accedant opus eſt. Omnes hæ catenæ ſtrenue confringendæ ſunt, quæ Mundo, Carni, & Diabolo vinctos nos tenent, & obſtant ne Salvatorem ſequamur: Si divinum adſit auxilium, nulla adeo tyrannis cupiditas eſt, quam vincere, & ſuperare nequeamus.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum, aliorumque Auctorum hujus argumenti, vel qui hunc argumento poſſunt congruere.

Chriſtus Matthæum, non Matthæi ſæculos requirebat. S. Chryſologus Serm. 18.

Propria deſeruit Matthæus, qui rapiebat aliena. Sanctus Ambroſius.

Quid mirum ſi Chriſtus publicanum non erubuit, quando nec meretricem erubuit, quam e fornicatione non ſolum eripuit, verum etiam pedes ſuſtulit permiſit? S. Chryſoſt. in Matth. cap. 9.

Vidiſti virtutem vocantis, diſce nunc vocati obedientiam. S. Chryſoſt. Ibidem.

Juſſit Chriſtus Matthæo, ut quod tulerat per miſeriam miſericordia provocaret, & inde redimeret pœnam, unde camparaverat culpam. S. Chryſolog. Serm. 28.

Quid eſt dare vitam morituro, hoc eſt largitatem tribuere avaro. Idem ibidem.

Quiſquis de illo vire cogitat, de magna Dei Miſericordia, de mirabilibus Dei muneribus cogitat. S. Auguſt. Epiſt. 32. loquitur de S. Paulino.

Qui facit te ſine te, non juſtificabit te ſine te. Idem ſerm. 15. de verbis Apoſtol.

Hæc mutatio dextera excelſi, non tanquam exemplum, ſed tanquam miraculum afferri debet. S. Bernard. Epiſt. 8.

Fulgor ipſe, & majeſtas divinitatis occulta (in Chriſto) *quæ etiam in humana facie relucebat, ut primo adſe videntes trahere poterat aſpectus*. S. Hier. lib. 1. Comment. in Matth.

Matthæum ſe, & publicanum nominat, ut oſtendat legentibus nullum debere ſalutem deſperare, ſi ad meliora converſus ſit, cum ipſe de Publicano in Apoſtolum ſit converſus. Idem ibidem.

Evangelium non eſt ſimplex Chriſti annuntiatio, ſed exhibitio, hoc eſt Evangelium, quod Sanctus hic ſcripſit, non annuntiat dumtaxat Jeſum Chriſtum tanquam Meſſiam, ſed illum ex operibus ſuis talem reipſa demonſtrat. Sanctus Ambroſius.

PARAGRAPHUS V.

Quid deprompſi poſſit ex Theologia ſanctibus in hoc argumento.

S. Matthæi converſio potius erga illum prodigium quam exemplum, in quo notabile conſidere debeant. *S. Bernard. Epiſt. 8.*

SI S. Bernardo credimus, converſio S. Matthæi æque ac S. Pauli eſt gratiæ miraculum. Sed hæc palpare non debet peccatores in ſceleribus ſuis, neque illos pertinaciter fundere, nihil aliud requiri, quam ictum oculi, aut vocem Filii Dei ad eos permovendos; eum enim duplex iſta converſio communes leges exceſſerint, habendæ ſunt potius loco prodigii, quam veluti exempla: *Hæc mutatio dextera excelſi; non tanquam exemplum, ſed tanquam miraculum afferri debet*. Etenim ſive ſpectemus vim, qua inceperunt, vel celeritatem, qua peractæ ſunt, & fidelitatem, qua ad perfectionis apicem perductæ ſunt; fateri tenemur, hæc miraculo propiora eſſe, quam exemplo. Si S. Paulus arma tenebat manu, minas ore, furorem corde; S. Matthæus intentus erat Telonio, opibus inhiabat, nihil niſi lucrum ſuum, aliorum vero detrimentum conquirens, exlex, irreligioſus, ſine honore, ſine conſcientia, & non pauciores per inexplebilem avaritiam cædes committens, quam alter per rabiem commuteret contra ſubditos Filii Dei. Numquid videri poterat magis oppoſitum gratiæ, quam nocens iſte? Quem ſi contulerimus cum Magdalena, vel Paulo, nonne inveniemus ſalutem illius magis conclamatam fuiſſe, & converſionem ejus longe difficiliorem?

Opera miſericordiæ Dei ſunt admirabilia, quam alia, quod loquitur Propheta in converſione S. Matthæi. *Pſal.* 144.

Licet quidquid in Deo eſt nos in admirationem rapere debeat; fatendum eſt tamen, opera miſericordiæ cæteris quibuſcunque antecellere oportere; *Miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus*. Hinc dixere Patres, Magdalenæ converſionem majus fuiſſe miraculum, quam Lazari reſurrectionem, & peccatoris converſionem Deo pluribus ſtare laboribus, quam mundi totius ſteterit illi creatio. Ratio, quam affert S. Thomas, eſt, quia univerſorum creatio intra temporis hujus bona coarctatur. Converſio autem peccatoris ſpectat ad bonorum æternitatem. Sed ſi unquam fuit admirabilis ulla converſio, ſane illa fuit S. Matthæi; hæc enim præcipuum fuit opus bonitatis, & miſericordiæ Dei, quippe peccator erat, qui callum duxerat in peccato ſuo. Hoc S. Evangeliſta teſtatur, cum ait, *hominem ſedentem in telonio*: qui ſitus exporis requiem ſignificat in peccato. Sine ullo conſcientiæ ſtimulo perſiſtebat in ea vitæ ratione, quæ vix peccati exſors eſſe poteſt, verſabatur ille in actuali, ac tranquilla exercitatione officii, quod periculis plenum erat. Mens & cor ejus nimis occupata erant curis, ac ſollicitudinibus augendi opes ſuas per eas vias, quas cupiditas & avaritia illi poterant aperire. Hinc temporis momento illum reſpicit Jeſus: *Vidit hominem ſedentem in telonio*: Jecit oculos in hominem hunc, S. Chryſoſtomus inquit, & avertit illum a peccato ſuo: *Vidit opus manuum ſuarum, ut non videret opus iniquitatis: Vidit hominem, ut peccatum non videret*. Vidit Deus de cæli vertice Publicanum hunc, tanquam lapidem preciosum in luto; & inde illum delegit, ut ornaret Sanctam Civitatem, & ex eo poneret unum ex fundamentis cæleſtis Jeruſalem.

Nullum eſt cor adeo duruum, quod Dei gratia non mollitat.

Deus abſolutum tenens imperium in corda, & voluntates hominum, illa quocunque libitum fuerit, flectit, atque vertit. Nulla unquam eſt adeo inflexibilis duricies, quam ipſe non frangat. Licet in præaltas iniquitatis abyſſus illi deſcendiſſent; unienm ejus verbum ſatis eſſet, ut illos ad cumulum ſanctitatis attolleret, & licet omnibus miſerii catenis obnexerint, momento eos ad libertatem poteſt revocare. Hæc eſt Dei poteſtas repente immutantis Apoſtolum noſtrum, & evellentis ab anima illius cupiditatem, funeſtam illam malorum omnium radicem, ut in ictu oculi germinent pretiosa gratiæ ſemina. Dei verbum eum triumphantis gratiæ virtute conjunctum hoc peperit miraculum: *ſequere me*. Verbum hoc ex peccati nihilo tanquam ex nihilo naturæ educit opera magis admirabilia; Verbum hoc, cui omnia parent, facit ex corde criminoſo cor innocens, ex corde avaro cor ab omni cupiditate alienum, ex corde luteo cor cæleſte, & ex inſigni peccatore Sanctum inſignem: *Et turpem ſecatus eſt eum*.

Avaritia vitiorum omnium maxime oppoſita gratiæ.

Nullus affectus eſt, qui plures opponat obices gratiæ, quam avaritia; affigit enim terræ cor, totumque replet curis mutilibus. Humanæ ambitionis inſania ſatis cognoſcitur; clam pudet impudicitiæ: ſed avaritia, quæ prudentiæ & œconomiæ nomen allumit, nihil in ſe criminoſum videtur habere. Avaritia cupiditas eſt, cui cæteræ famulantur, & ſicut autum, atque argentum homini offerunt, unde reliquas inordinatis cupiditatibus ſatisfaciant, nihil eſt, quod locupletandi libidini non pareat. Paret enim ubi primum huic ſatisfactum fuerit, levis negotii mox futurum opus, & aliis ſatisfacere. Hoc nos docet S. Paulus per hæc verba: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli &c.* Cor eorum ſe tradit infinitis, inanibuſque deſideriis, quæ mergunt homines in interitum, cupiditas enim eſt vitiorum omnium origo. Hinc enim verus inventur, inquit, S. Chryſoſtomus, ille Apoſtoli locus, ubi ait, Dei Filium in omnibus tentatum fuiſſe, *Tentatus per omnia*. *Ad Tim. 6.*

Peccatoris converſio propriæ eſt miſericordiæ Dei.

Quærunt Theologi ad quam Dei perfectionem pertineat hominum converſio, & mutatio quæ in illa fit de ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ, & ſanctitatis. Quamvis dici queat omnes Dei perfectiones aliquid in hoc opus conferre: pro certo aſſeri tamen poteſt, hoc opus eſſe bonitatis, & miſericordiæ Dei, quærere peccatorem in miſero ſtatu ſepultum, in abyſſo ſcelerum omnium, quin ullam gerat curam pro viribus parte, quæ gratiam hanc valeat mereri immo etiam invenire illum in eo ſtatu, quo redditur indignus omnibus gratiis. Triumphanti opus eſt bonitate, ut ita nobiſcum operetur: *Vocavit nos vocatione ſua ſancta non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis*. Ille ipſe mutationem [illegible] vocat, creationem in creaturæ nihilo poſitam, [illegible] ſecundo nihilo triumphantem, videlicet de peccatore [illegible] e regione gratiæ adverſatur. Verum ſi opus [illegible] tatis, & miſericordiæ concipere ſaluberrimum [illegible] peccatore conſilium, illud exequi ſane opus [illegible] potentiæ. Opus eſt, ut Deus adhibeat ac [illegible] efficientiam, ut peccati ſimul, & peccatoris [illegible] nientiam. Quod ſi Deus unquam [illegible] hac electione miſericordiam, vel ſum[illegible] potentiam, hoc proculdubio accipe[illegible]

magnum hunc peccatorem in Apoſtolum, ſanctumque virum convertit.

Deus non indigit operis hominis ad converſionem, ſed vult ejus conſenſum ad eā converſionem.

Si quam hominis rationem habuit Deus in ejus creatione, audeo dicere majorem in illius converſione habuiſſe. In creatione quippe non eguit hominis conſenſione; cum de nihili abyſſo illum extraheret, illum non conſulit, & ſi ad illum verba facit, ea facit, ut inde emergat, non ut conſulat. Sed in peccatoris converſione, licet illum ſui gratia præveniat, illum inter peccati tenebras inquirat; rationem tamen habet voluntatis ejuſdem, & illius cooperationem expoſcit. Hinc

Sermo 15 de verbis Apoſtoli. S. Auguſtinus inquit: *Qui fecit te ſine te, non juſtificabit te ſine te: ergo fecit naſcientem, juſtificat volentem.* Verum ſi quæ unquam converſio difficilis fuit, illam S. Matthæi fuiſſe difficillimam fatendum eſt. Cupiditas ejus erat avaritia; munus ejus erat juge concuſſionum atque extortionum exercitium. Dicere licet etiam, illum quo plures congerebat opes, eo magis ſeſe in ſcelerum abyſſum proruere ſolitum fuiſſe; & quo magis opibus inherebat, eo longius a ſalute receſſiſſe; namque ex humanis cupiditatibus pertinaciſſima eſt, ac ſordidiſſima avaritia. Sordidiſſima quidem, quia avarus nulla habita ratione duorum præceptorum Charitatis, vere humani generis inimicus appellari poteſt. Pertinaciſſime vero, quia ætas, quæ reliquas infirmat cupiditates, in ſingulos dies huic vires addit, ita ut ictus tonitrui non ſatis gravem edat rumorem ut avarum excitet, eumque de ſalute ſua cogitare cogat.

Quantū valeamus ſi ſolum velimus quod poſſumus.

Deſendum ſane eſt, jam paucos inveniri, qui ſatis norint pretium gratiæ vocationis ſuæ; quod paſſim occurrit, quandoquidem plurimi gratiæ huic intideles videntur. Ab hoc tamen quodammodo pendet tota noſtræ ſalutis œconomia. Huic cooperari poſſumus in omnibus ſtatibus, & conditionibus, & Deus neminem vocat ad ſtatum aliquem, quin in anteceſſum deſtinet illi omnia ſubſidia, quæ illi in munere ſuo eſſent neceſſaria, ut ad æternam perveniret felicitatem. Cum partitus fuerit Deus in terra omnes conditiones, ſingulis ab æterno locum ſuum deſtinavit. Nihil accidit in hoc mundo fortuito; omnia ſecundum æternæ Sapientiæ divinæque Providentiæ juſſa ſuccedunt. S. Matthæus licet in manifeſta profeſſione ſcenorum, & rapinarum, non haret, nec didici, quo minus ſuam vocationem ſequatur, omnia reliquit. & omnia ſimul, ut Salvatorem ſequeretur; ſed licet Deus non ita agere conſueverit erga homines, omnibus tamen largitur gratias, quæ ſunt neceſſariæ, ut quiſque ſuam vocationem ſequatur.

Cauſa ſubtilis concurſus Dei Motoris & gratiæ omnipotentis.

Cum in natura repente aliquam accidere mutationem videmus, cum Philoſophis dicimus opus eſſe, ut hæc celeritas ex rei ipſius facilitate procedat, cui cum nulla adſit affectio oppoſite virtuti agentis, ſtatim recipit formam, quæ illi tribuitur, vel ex vi cauſæ egentis, quæ omnino dominatur in ſubjectum, & quæ in ictu oculi triumphat de quocunque obice, quo impeditur. Videre Matthæum momento de peccatore graviſſimo Sanctum evadere; ſatis liquet, ſubitam hanc mutationem profectam non eſſe ex cordis ejuſdem facilitate, quod in vitio habitum jam contraxit, & occaluit. Dicendum eſt igitur hoc orti ex gratiæ omnipotentia, quæ obices quoſcunque ſuperavit. Verum quidem eſt Deum in vulgari peccatorum converſione non ita operari. Gratia lente agit, & paulatim diſponit ſubjectum, quod vult ſuperare. Cæterum libertas, quæ peccati contraxit habitum, aliquandiu gratiæ reſiſtit. Heu? quot præliæ, quot ſuſpiria, quot lacrymæ, antequam dici poſſit: *volo*. Sed hoc loco ſimulac Publicanus iſte reſpexit Dei Filium, ejuſque vocem audivit, nulla interjecta mora recipit gratiem, & abjicit peccatum. S. Cyprianus hanc celeritatem bello explicat verbo: *Non per moras temporum*, ait ille, *ſed compendio gratiæ maturitatem habet*. In Converſione hac nulla nectitur mora, ſed fit gratiæ compendium, quod fructui ſtatim affert maturitatem.

Difficultas ſefe convertendi toto cælo major eſt in eo, qui peccati habiti conſcius.

Plurimum diſcriminis intereſt inter hominem unius tantum noxæ ſibi conſcium, vel qui ſæpe in eamdem incidere conſuevit, vel qui noxæ ejuſdem contraxit habitum; & eum, qui per ſtatum ſuum, criminoſamque vitæ profeſſionem peccator eſt. Fateor equidem, ſi ſtatus ille periculo proximus eſt, arduum eſſe ab eodem recedere. Cum homo peccator dumtaxat eſt, licet aliquando cupiditati ſuæ, quæ ipſum dominatur, cedat; facilius tamen converti poteſt, & peccati ſui pœnitere. Poteſt ipſam coercere cupiditatem. Sed ubi ea in profeſſione verſatur, quæ per ſe peccatum eſt, quemadmodum nonniſi ſumma cum difficultate eam relinquere poteſt, nequit peccatum relinquere, quod certiſſime inhæret illi, & quod ut ita dicam eſſentiam officii ejuſdem conſtituit. Sanctus Joannes Chryſoſtomus animadvertit, Evangelium deplorabilis ſtatus hujus meminiſſe, ubi loquitur de Sancti Matthæi converſione. *Sedebat*, narrat de ſemet noſter Apoſtolus, in telonio. Quid porro eſt in telonio ſedere? eſt habere cor in avaritia poſitum, atque ſundstrum; eſt habere conſtantem, & habitualem firmitatem in ſcelere. Sedet, & quieſcit, vivit, quaſi quodammodo immutabilis eſſet. Num quid ultra requiritur, ut intelligamus, quam longe diſtent inter ſe Publicani profeſſio, & Apoſtoli miniſterium?

Aſpectus oculorum Salvatoris notat prædeſtinationem, quam Sancta Scriptura nobis ſignificat per obtutum oculorum Dei; videlicet, ſicuti cognitio, & amor ex oculis dignoſcitur: ita prima hominum electio effectus eſt cognitionis, & amoris Dei. Mox oculorum obtutui accedit vox, & verbum ad innuendum uſum, quem facit per potentiam gratiæ, quæ vox eſt ſecreta, atque interior, in corde dicens, id quod extrinſecus verbum ſignificat. Sane diſſimulanda non ſunt S. Matthæi crimine, quandoquidem conſtituunt gloriam converſionis illius, & fuerunt materialis cauſa gratiæ. Ipſe etiam peccatum ſuum confitetur, cum nomini ſuo adjicit alterum illud Publicani, & locus ipſe, in quo eſt, cum illum Dei Filius reſpicit, eum peccatorem eſſe clamat. Vidit illum, non utique in Templo, neque ad aras, ſed in telonio, exigentem vectigalia, hoc eſt fructum ſuarum crudelitatum, & rapinarum. Telonium hoc theatrum eſt ſceleruin ejus. Ibi illum convenit gratia, quæ de illius duritie triumphat. Quis cogitaſſet unquam, Salvatorem quæſiturum fuiſſe hunc Publicanum, in ſtatu adeo miſero, ac a Dei conſiliis abhorrente? Hic oculus eſt Filii Dei, S. Chryſoſtomus inquit, per peccati tenebras cor Sancti viri, & prædeſtinati perſpicientis.

Primus prædeſtinationis cauſa eſt benignus ac inferior obtutus Dei erga peccatorem.

Duplici modo de avaritia triumphus referri poteſt: primum omnes prorſus divitias relinquendo; mox non adhærendo divitiis, quæ hanc cupiditatem ineendunt, & alunt. Mutatio prior eſt Apoſtoli; ſed poſterior Chriſtianis omnibus eſt neceſſaria. Avaritia cupiditas eſt in omnibus mortalibus prædominans. Hæc plerorumque ſcelerum noſtrum eſt cauſa, funeſta fax eſt, quæ noſtra ſuccendit vitia, & corda noſtra comburit. Quid faciendum eſt? Quocunque pretio ſubigenda eſt miſera iſta cupiditas, coercenda eſt; & identidem cogitandum quid ſimus in natura, & in gratia, & quid aliquando futuri ſimus in gloria. S. Matthæus ſequi volens Dei Filium, non corde ſolum, & affectu, ſed re ipſa opes omnes reliquit.

Qua ergo S. Matthæus de avaritiæ dominatione triumphaverit.

Adnotandum eſt cum varii ſint in mundo ſtatus, non deeſſe, qui per ſe aptiſſimi ſint ad ſalutem in illis procurandam; qualis eſt ſtatus Eccleſiaſticus, & Regularis: ideoque nulla ibi mutatione opus eſt. Sunt vero ſtatus quidam palam noxii; & hi ommno ſine exceptione ulla ſunt relinquendi; qualis eſt ſtatus illorum, qui vitioſos habitus contraxerunt. Sunt & alii per ſe adeo periculo obnoxii, ut vix in illis vivere valeat homo, quin millies cadat, & in quibus excidium viderur inevitabile. Qui perſpicue videt, ſe in hoc ſtatu verſari, videt etiam ſe certiſſime interiturum, ideo inde illi reſedendum eſt, licet decies centenorum aureorum millia ei alioquin eſſent in lucro ponende. Cur hoc? quia cum Sententiarum magiſtro omnes Theologi docent, hic verſatur in proxima, jugi, & inevitabili occaſione peccandi: *Qui*

In 4. Diſt. 16. *debitus eſt alicui effectu, quod ſine peccato exercere non poteſt, verum pœnitentiam agere non poteſt, niſi deſeras illud.* Et Confeſſarius abſolvere nequit hominem in hoc ſtatu poſitum, & in eo perſeverare cupientem. Sed vere quidam ſunt ſtatus, & quædam conditiones, quas leges permittunt, ſed in quibus aliquod periculum ineſt: hos quidem ſtatus deſerere non tenemur; ſed evitanda ſunt ope, quam Deus nemini negat, id genus pericula. Cumque plerique ſtatus Reſpublicas, & Regna componentes, his periculis ſcateant; moneo verbis Apoſtoli, ut quivis vitam ducere conetur illi ſtatui conformem, ad quem ſe vocari cognoſcit; vigilet peccata, quæ ibi ſunt communia evaturus, atque ad ſalutem operandam iis utatur adminiculis, quæ illi ſuppeditat Deus. Sin autem munus hoc, & officium minime liceat: imitetur S. Matthæum, qui ne momento quidem hæſit, ut non ſolum telonium relinqueret, verum etiam reſtitueret quidquid in damnabili eo munere cuipiam furripuerat.

Tenemur relinquere munus nocivum, ubi illicitè eſt, quod exemplo ſuo nos docet Sanctus Matthæus.

PARAGRAPHUS VI.

Luci deſtti ex Aſſeticis, recentioribus Comionateribus hujus Argumenti.

NON ſine peculiari Providentiæ conſilio Apoſtoli omnes educti fuerunt, vel de obſcuri generis caligine, vel de peccati ſtatu, ut ad Apoſtolicum apicem attolle rentur. Voluit Deus omnibus hominibus ſignificare per oppoſitionem, quæ aderat inter id, quod erant, & quod facti ſunt; gratiam unam potuiſſe in illis tantam operari mutationem; verum ſimul prævertere voluit in Apoſtolis ſuis ſuperbiæ ſenſus, quibus tantum munus illos objiciebat. Aliorum Apoſtolorum conditio multo minus adverſabatur Apoſtolatui, quam illa S. Matthæi. Hi tudes quidem homines erant, ruſticique, ſed ſimplices, & culpa vacui; ideoque procliviores ad recipiendum Evangelii ſpiritum; cum e contra S. Matthæus eam exercebat profeſſionem, a qua verſutiæ, concuſſiones, & rapinæ vix poſſunt ſeparari. Non ſolum peccator erat, ſed publicus peccator, & male audiebat. Primus converſionis ejuſdem gradus erat, ſuum vivendi genus abdicare, cujus officium actuale erat peccatum, vel ſaltem jugis occaſio peccandi. At nihil adeo eſt arduum, quam publicam deſerere profeſſionem, in qua conſtituti ſe, & quam approbat Princeps; præſertim vero cum per illam bona, & opes acquiſitæ fuerunt. Diviteſ

Aliorum Apoſtolorum converſio longe facilior erat, quā S. Matthæi.

ſeden-

ſedentes in rationariis ſuis, obliviſcuntur fere judiciorum Dei, & rationibus ſuis unice intenti, non cogitant amplius de reddenda Supremo Judici ſuo, ea ratione, quam velint, nolint, ſunt reddituri: *Divites multi ſedent in telonio, obliti judiciorum Dei.* Attamen hoc telonium locus eſt, ubi Salvatoris gratia inquirit Matthæum, ut inde Apoſtolum faciat, & Evangeliſtam. Tranquille ſedebat ille in hac peſtilentiæ cathedra, in qua Prophetæ deprehendit tertium, vel poſtremum impietatis, & injuſtitiæ gradum; cum repente Salvator conſtituit illum in cathedra Moyſi prædicaturum gentibus æternas ſalutis veritates. Manus ejus non ſolum nocens erat propter injuſtitias, quas ſecum vulgo trahit, ſed Judæis maxime perofum, ac infenſum erat, qui libertatem amantes, vectigalia ranquam ſervitutis notas horrebant. Tamen hi omnes obices converſionis S. Matthæi ampliore triumpho gratiæ campum aperiunt: homo hic populi adipe faginatus, eligitur, ut ſuo cruore ſignet fidei veritates. Manus hæc fœdata concuſſionibus, & uſuris, deſtinatur ad deſcribendam vitam, & mortem Salvatoris mundi. Os hoc, quod tot viduas, atque pupillos damnavit, reſervatur ad proferenda coram Regibus Oracula Evangelii, & ad ſilentium oraculis dæmonum indicendum, quorum Sanctus noſter Apoſtolus fortilegia virtute crucis impugnat. *Ex Specimine Panegyricorum.*

S. Matthæus non ſolum perfecte converſus fuit, ſed pœnitens.

Duo ſunt omnino neceſſaria in peccatoris converſione; Deus illum vocet neceſſe eſt, & ille pareat voci Dei. Hic omnes vocavit Apoſtolos, & hi omnes illi paruerunt. Evocat S. Matthæum ad pœnitentiam; & Publicanus hic Jeſum Chriſtum ſecutus fit pœnitens perfectus. Evangeliſtæ alii non meminerunt converſionis hujus; ipſe unus hanc enarravit, ut ſuum ſcelus confiteretur, prædicans Salvatoris miſericordiam erga ſe. Omnia deſerunt bona ſua ut Dei juſtitiæ ſatisfaceret, & abdicavit ſe ea vitæ ratione, quæ ſcelerum illius extiterat cauſa. Dolor, quo inde confectus fuit, par fuit ipſius charitati; hæc enim duo ſemper parem obtinent gradum in corde pœnitentis, S. Auguſtinus inquit. Quemadmodum vero majorem teſtari nequeamus charitatem erga Jeſum Chriſtum quam S. Matthæus omnibus abrenuntians, ut tanta celeritate ſequatur illum; non difficile eſt ferre judicium de eo dolore, quo afflictatus fuit propter ſua ſcelera. Cum autem inter illius affectus adlectus ſint, integerrima fide lapſos evagationis ſuæ annos reparavit, & ſanguinem ſuum ad extremum uſque guttam effudit, ut fidem tueretur. Sed in hac S. Matthæi muneris, ac divitiarum abrenuntiatione, notandum eſt, Deum non exigere ab omnibus utrumque; cum munus exercetur, & divitiæ ſecundum ordinem Providentiæ diſpenſantur, & cum bona æquo jure comparata ſunt; ſed tunc ſolum ea munera, & eos ſtatus, qui nobis ſunt cauſa damnationis, quia pravi ſunt, & injuſti, & licet tales non eſſent, prohibemur tamen nimio affectu illis inhærere. *Ibidem.*

S. Matthæi exemplo docemur, ubi in Deo vocamur, haud hæſitare vocantem ſequi. *Matth. 9.*

S. Matthæus præclarum nobis præbet exemplum ejus obedientiæ, qua Deo vocanti nobis eſt reſpondendum. Ne breve quidem momentum intercedit inter verbum vocantis, *ſequere me*, & vocati reſponſum: *Et ſtatim ſecutus eſt eum.* Opus non eſt ut illum humi proſternat, ut ingenti lumine circumdet, & de cælo, ut cum Saulo agendum fuit, ingenti voce intonet: *Sequere me.* Repente de fœneratore, & Publicano fit diſcipulus, & Apoſtolus Jeſu Chriſti. Inde vero admirabilis illius enituit obedientia, qua tria potiſſimum illum deterrere poterant: munus, cui præerat; periculum, cui ſe objiciebat deferens cauſam Cæſaris, cujus vectigalia exercebat; & lucrum, quod ipſe referebat. Adde his, illum jampridem provinciam hanc obtinuiſſe, & collectas opes in illo magis, magiſque inflammaſſe, non autem habendi cupiditatem extinſiſſe. Verum Dei verbum inſtar gladii ancipitis omnia ſcidit vincula, quæ illum poterant remorari. Non veretur ille Cæſaris pecunias deferre; nullæ cogitationes, quæ illum diſſuadere potuiſſent in re tanti momenti, eum retinent, & licet hoc illi vita ipſa ſtatutum eſſet, ne momentum quidem cunctatur ſequi Filium Dei, a quo vocabatur. Qua celeritate oſtendit, probavitque ſe aptum Regno Dei: quandoquidem ex quo miſit manum ſuam ad aratrum, retro nequaquam reſpexit. Non defuit illi poſt hoc, otium ea omnia perpendendi, quæ faſtidium illi creare poterant ſervitutis Domini; nihil diſcipulis ſuis polliciti, niſi perſecutiones, & cujus ſtipendia de hoc mundo non erant: Sed fidelis ad mortem uſque permanſit, & confirmavit per perſeverantiam martyrio coronatam, beatam electionem, quam fecerat, converſione adeo inopinata. *Ex Specimine Panegyricorum.*

Modeſtia, qua de ſe ipſo loqui nuſquam in Evangelio, magnum eſſe debet noſtræ humilitatis exemplum.

Notandum eſt, S. Matthæum nunquam de ſe ipſo loqui niſi ſumma cum humilitate & modeſtia, quamvis plures ei ſuppeterent occaſiones de ſe ipſo in æquiorem partem verba faciendi. Vocationem ſuam deſcribit, ut palam ſua crimina fateatur; illius memorat circumſtantias, ſi divina Salvatoris ſui miſeratione factus erat Apoſtolus, aotea per avaritiam ſuam factum fuiſſe Publicanum, & niſi eum reſpexiſſet Jeſus, & efficax illud addidiſſet verbum, ſe permanſurum fuiſſe in munere ſuo, atque & ſaluti ſuæ pernicioſo, & honori contumelioſo. Cum recenſet Apoſtolos, & ſe ipſum nominare cogitur, adnexit ſemper Apoſtolicæ dignitati publicani notam; ut omnibus futuris ſæculis liqueret, ſe a Salvatore abſtractum fuiſſe a Telonio, ut ad Apoſtolatum evocaretur. Ex hoc exemplo diſcere nos oporter, Dei magnalia evulgare, ejus erga nos bonitatem profiteri noſtram indignitatem, ac humilitatem præ nobis ferre; & ſi quid boni nobis ineſt, hoc acceptum referre infinitæ Dei miſericordiæ manentibus nobis in nihili noſtri infirmitate, ac noſmet ranquam infinite indignos tot beneficiis confiderantibus. *P. Senault ex Oratorio.*

Alacritas S. Matthæi ſequentis Jeſum, ubi timentibus, quid inde eſſet eventurum.

Nondum Salvator fatis hunc Publicanum reſpexerat, neque ea protulerat verba, *Sequere me*, cum hoc perculſus verbo, illico paruit; ac ſtatim in arena eum ſecutus eſt; nihil ſollicitus de iis, quæ dicerentur de ſe, vel quæ accidere poterant, palam ſe illius diſcipulum profitetur. Matthæus grati animi cauſa Salvatorem excipit convivio: plerique convivæ Publicani erant, ac alii, qui male audiebant in populo, quibus Dei Filius libenter aditum permittebat ad ſe, ut eos ad pœnitentiam, vitæque mutationem pelliceret. Ejus benevolentia præſertim erga Matthæum diſpicuit Scribis, & Phariſæis, qui nullum ſtatuebant diſcrimen peccatorem inter, atque peccatum. Palam igitur conqueſti ſunt de Filio Dei, quod cum peccatoribus manducaret; ſed reſponſio eorum criminationibus reddita, os illius obſtruxit. Dixit ſe temere, ac injuris redargui, quaſi peccatoribus faveret; ſuam cum illis conſuetudinem offendere, quo in ſenſu dixerat Deus per Oſeam Prophetam, charitatem, quæ miſeretur malorum proximi, & quæ illis ſolatium afferre contendit, ipſi gratiorem eſſe, & antiquiorem omnibus ſacrificiis; ſi Medici præſidio indigemus, non indigere eodem illos, qui bona fruuntur valetudine, ſed qui mala afflictantur; igitur opus fuiſſe, ut ille tanquam medicus animarum noſtrarum, opem ferret illis potiſſimum, quorum animæ in majori interemendi periculo verſabantur: tandem vero licet ille veniſſet ad generatim ſalvos faciendos omnes homines, ſeu peccatores, ſeu juſtos; præcipue tamen mentem ſuam eſſe cooperari ad converſionem peccatorum, illos ſuaviter ad officium ſuum revocare, ut ſenſim, ac ſine ſenſu illis vitii quidem horrorem, virtutis autem amorem injiceret. *P. Croiſet in Aſcetic.*

Apoſtolus noſter poſt converſionem ſuam præ aliis magis adhæſit perfectæ & doctrinæ Salvatoris.

Salvatoris reſponſum ita Publicanum noſtrum illexit, & peculiare colloquium, quod cum eodem habuit, lucratum eſt illum, ut quin ad Telonium ſuum redire vellet, ſeſe profeſſus fuerit diſcipulum magiſtri adeo boni, & miſericordis, necnon individuum omnium itinerum ejus ſocium. Adeo mirabilis converſio magnum edidit rumorem in populo. Intellectum eſt, novi hujus Prophetæ verbis (plurimi enim talem dumtaxat exiſtimabant illum) virturem ineſſe prorſus divinam. Diſcipulus iſte nunquam receſſit a Filio Dei; hunc ſubſecutus eſt in urbea omnes, & pagos, quo ſe conſerebat ad prædicandum Regnum Dei; tantumque aberat; ut Matthæus rubore ſuffunderetur, eo quod omnia reliquiſſet, & ſe pauperem feciſſet propter amorem Domini indigentia, ut gaudio exultaret, cum videbatur in hoc humili, egeno, & mortificato ſtatu Capharnai, ubi paucis diebus ante præclarum ſui ſpecimen præbuerat. Quemadmodum amor ejus, atque adhæſio Salvatori paſſa non eſt, ut ne ad unum dumtaxat diem abeſſet, nullus inter Diſcipulos Filii Dei fuit magis aſſiduus auditor omnium dogmatum ejus; neque teſtis magis irreprehenſibilis omnium miraculorum illius. *P. Croiſet in Aſcetic.*

Dicere poſſumus S. Matthæum majori indigniſſe contumelia quæ alii, quam huic longe terribiliores ſuperandi erant inimici.

Non vereor dicere, S. Matthæi virtutem multo magis enituiſſe in oculis noſtris, quam aliorum Apoſtolorum in vocatione ſua. Neque mihi mens eſt offundendi caliginem gloriæ primorum Chriſtianæ Religionis Heroum, ut Sancti noſtri gloria magis eluceſcat. Illorum laus fatis firmis nititur fundamentis, ut nulla timenda ſit labes: hujus vero nimis ſolida eſt, nec fallacibus fulcienda eſt ornamentis. Deus omnibus thronos pollicetur, ubi in Sæculorum fine judicaturi ſunt omnes gentes in præmium zeli, & fidei, quem illum ſequentes teſtati ſunt. Eorum quilibet omnia reliquit: ſed fatendum eſt hæc aliorum omnia parvum quid fuiſſe, ubi conferantur cum iis, quæ Matthæus reliquit. Omnia illorum bona poſita erant in retibus, & naviculis piſcatoriis, & ſi complecti velimus etiam ſpem, in tam humili fortuna profecto ingens eſſe non poterat. Sed S. Matthæus pro J. C. reliquit opulentam domum, fortunam florentem, ingentes opes, ſpem ingentiorem, & magnifica auſa, quæ illi inſpirare poterant eadem divitiæ, quæ inſtrumenta ſunt ingentium conſiliorum, & fortunarum. Profecto ſi fides, & obedientia S. Matthæi non fuiſſent fortiores, ac majores, quam reliquorum Apoſtolorum, fatendum eſt, inimicos ab ipſo ſuperandos, & tentationes ab eodem infringendas tanto graviores fuiſſe, ut illi triumphus referendus eſſet de iis, quæ in natura ſua erant fortiſſima; videlicet de carne, mundo, & dæmone, omnibus ſimul. *Verjus.*

S. Matthæus primus eſt exemplum Chriſtianæ magnanimitatis in Chriſtiana religione.

In Converſione S. Matthæi primum in terris viſum eſt exemplum Chriſtianæ magnanimitatis: opes pro paupertate deſertæ; annihilationes, & Jeſu Chriſti opprobria prælata fulgori & pompæ fortunarum maxime nitentium. Apoſtolus noſter omnium primus docuit exemplo contemnere opes, & theſauros, tot caſibus obnoxios, qui tot laboribus, ſudoribuſque comparantur, qui tot curis afferventur, atque tot lacrymis amittuntur; ut omnia

ſtudia noſtra amoremque impendamus, incorruptibilibus cæli theſauris, quos ærugo non poteſt vitiare, neque hominum fraus imminuere, in quos jus non habet fortuna, neque vim ullam poteſt habere. Magnus iſte Sanctus primus eſt, qui cognita cauſa, cum diu omnes vitæ mortalis delicias guſtaſſet, & ad examen vocaſſet Evangelicæ vitæ auſteritates, has generatim præelegit, & præcultit Salvatori, quam opibus deſervire. Vix erudiſſet aliquis, difficultates, & perſecutiones, quæ ſunt individuæ chriſtianæ vitæ ſociæ, præferendas eſſe nitori, & copiæ, qua mundi ſectatorea lætantur; niſi vir propria edoctus experientia, perhibuiſſet verbis ſuis, & exemplis teſtimonium adeo probatum; & quoniam difficile eſt adeo cor avellere a divitiarum amore, quæ ſuis nos palpant illecebris, nobiſque omnes vitæ voluptates offerre videntur; pauci ſortaſſe animum induxiſſent ad eas relinquendas, niſi noſter Apoſtolus omnium primus teſtimonium adeo authenticum reliquiſſet. *Verjus in Sanctum Matthæum.*

Ex S. Matthæi exemplo manifeſtum quam difficile ſit divites ſalvos fieri; ſed hoc cum Dei gratia fieri poſſe. Matth. 19. 24.

In S. Matthæi vocatione non minus enituit gratiæ virtus, quam miſericordia Salvatoris; quid enim ſuavius, quam ea vitæ ſuſtitutio, quæ ingentes quæſtus affert? Quid difficilius quam radicem convellere, quam jecit amor divitiarum? Nullus dives eſt, qui contremiſcere non debeat, ubi animum advertat ad ea Filii Dei verba: *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum Cælorum.* Undenam ergo proficiſcuntur magni obices iſti, qui vetant, ne plerique divitum ambulent in via ſalutis? Hi profecto oriuntur ea impreſſione, quod cupiditas divitiarum exerceat in illos, qui ſunt illarum mancipia. Divites animum ſuum inducere nequeunt, ut non diligant bona ſua; & ſalvi fieri nequeunt, donec funeſtus hic amor in eorum corde perſeveret, Jeſus Chriſtus palam edixit ea, quæ ab hominibus fieri nequeunt, a Deo fieri poſſe. Hoc manifeſte probatur S. Matthæi exemplo. In ictu oculi cor ejus perfecte vacuum factum eſt terrenarum rerum amore, præſto eſt, ut omnia relinquat Filium Dei ſecuturus. O admirabilem gratiæ effectum! Inſtaura Domine hoc miraculum in favorem tot divitum, qui vere malunt ſub imperio numinis divitiarum, quam ſe tibi ſubjicere. Tu unus infringere vales vincula, quibus in miſera detinentur captivitate. Libera eos de duriſſima ſervitute, ut obtenta filiorum Dei libertate poſſint offerre tibi cor vacuum amore bonorum mundi hujus, & diſpoſitum, ut te unum deinceps amet, & diligat. *P. Croiſet in Aſcericis.*

Vivum fidei lumen, quod illuxit Matthæo, causa fuit, propter quod cor ejus quidquid mundus depoſuit.

Licet tota Chriſtiana perfectio ſit, ita ſe habeat Filii Dei verbum, ſequere me, S. Matthæus tamen non deſponet animos.

Satiſne intelligimus duorum horum verborum ſenſum, *Sequere me?* Videmus hunc Dominum, quem S. Matthæus ſequitur, & cujus non aliud munus eſt, quam Judææ urbes, & vicos peragrare, illic prædicaturus Evangelium cum omnibus, quæ ingruere poſſunt, ærumnis, atque laboribus. Hunc videmus tanta laborantem inopia, ut nullum certum habeat perfugium, quo ſe recipiat. Miraculorum ejus nitor excivit in illum invidiam, & odium principum nationis ſuæ; & placatorum ejus ſeveritas, atque in vitia corripiendis licentia plerorumque mortalium indignationem in eundem ſuccendit. Ut quia ſit ejus diſcipulus diligens eſſe debet obſervator legum, atque doctrinæ illius; eſſe debet ſocius laborum, atque paupertatis ſuæ; particeps fiat oportet odii, & calumniarum, quibus ejus nomen impetitur, & injuriarum, quæ illi inferuntur; & ſi Phariſæorum, ac Sacerdotum rabies ulterius procedit, conſilium ineundum eſt permittendi, ut ſcopus fiat odii, & furoris eorum, æque ac ille factus eſt, & eandem ſubeundi perſecutionem. *Verjus.*

Elevatio S. Matthæi ad Apoſtolatum, & Evangelicæ dignitatis ſublimiſſimum eſt fidei vivæ, & ardentis Charitatis ejuſdem.

Singularis fuit gratiæ triumphus vincere cor avari, qualis erat Matthæus.

Si unquam Salvatoris gratia de peccato retulit triumphum, hoc proprie contigit in Publicani noſtri converſione. In peccatoris hujus perſona victrix facta eſt divitiarum, & vanitatum mundi; & Dei Filius recepit primum pretium, ac præmium, quod ejus paupertati Pater promiſerat. Cum alios evocavit Apoſtolos, eoſque coegit reliquere phaſellos ſuos, & retia; avaritiæ cupiditatem ex dimidia tantum parte ſuperaverat. Cur? quia non erant illis ingentia relinquenda bona, & modicis non ita vehementer poterant adhærere. Evangelicæ paupertati totus ſuus affectus, & ſpem, quam ſuas cupiditates facraverant: Sed cum Salvator convertit S. Matthæum, avaritiam in maximo illius æſtu ſuperavit; triumphavit de opibus in eorum nitore, & dicere poſſumus telonium hoc, quod erat ſcenoris, & avaritiæ theatrum, factum fuiſſe gratiæ trophæum, quæ in cor ejus ingreditur ad illius mutationem, & converſionem omnibus numeris adimplendam. Poſtquam illi omnia abſtulit bona, eum ad evangelicam evocat paupertatem, & ille quidem factus eſt Salvatoris diſcipulus, Salvatoris itaquam non perpetrantis miracula, & mortuos ſuſcitantis, ſed Salvatoris pauperis, & egeni. Hic terminus eſt admirabilis hujus mutationis, hoc eſt gratiæ hujus miraculum. Scriptura nihil nos docet de vocatione plerorumque aliorum Apoſtolorum, ſed illa S. Matthæi adeo mirabilis eſt, notabiles ejus circumſtantiæ, & heroicæ virtutes, in illa elucebunt, ut inferre valeamus, ſi quod interceſſit diſcrimen inter merita, virtuteſque Apoſtolorum, Sanctum Matthæum inter hos mundi totius magiſtros, non minori lumine conſcaſſe. *Bibrac, & Verjus.*

Eadem argumentum.

En gratiæ Salvatoris, & virtutis S. Matthæi triumphum! En eximium opus charitatis Filii Dei, ac virtutis Apoſtoli noſtri! Obices, quos ejus fortuna nexuit ejus felicitati, conterent, ut magis magiſque generoſitas ejus refulgeat. Simul ac Jeſus protulit validiſſima hæc verba, *ſequere me*, perfregit vincula omnia, quæ illum terræ nectebant, omnes diſſipavit nubes, omnes periculoſas tenebras amovit, quas inſignium fortunarum faſtus parit; ut conſideret vivum lumen, quod ferit oculos ejus, eſque deregit vias ſalutis. Conculcat omnia ſuæ conditionis bona, ut Jeſum Chriſtum ſequatur: *Et relictis omnibus ſurgens ſecutus eſt eum.* Dominus vocat illum, ipſe vero nullas nectit moras, ut omnia relinquat, ut ſequatur eum. Satiſne intelligimus tanti operis neceſſitatem? In ſe convertit odium ſimilium ſibi jamjam in adeo inſigni converſione videntium damnationem flagitiorum ſuorum; ſibi contemptum & irriſionem totius mundi conciliat, qui adeo generalem bonorum omnium abdicationem tamquam ſtultitiam traducet, & inſipientem vocabit hominem, qua adeo florenti fortunæ nuncium mittit, ut adveræ pauperis, ignotique hominis diſcipulus fiat. *Verjus.*

Quemadmodum S. Matthæus in vocatione ſua admirabilia dederat vaventis fidei, & ferventis charitatis ſuæ ſpecimina; ita æquum erat, ut ſicut æquiſſimus hic Paterfamilias Evangelicus, ſemper nova adjicit bona talentis, quibus utimur fecundum Domini mentem, attolleret Sanctum hunc meritis inſignem ad altiſſimum apicem cognitionum fidei, & conferret illi præcipuum charitatis miniſterium; videlicet opus erat, ut Diſcipulus hic obſervantiſſimus, & obediens dicto Filii Dei, Evangeliſtæ, atque Apoſtoli ſimul dignitate inſigniretur: ita ut quandoquidem præſtantiſſima cognitione excellebat, ampliſſimum etiam doctrinæ cæleſtis miniſterium aſſequeretur. Evangeliſtæ cumulatiſſimam habuerunt cognitionem Myſteriorum fidei noſtræ; debuerunt repleti eſſe luminibus Divinis, quæ large effuſeque omnibus mortalibus elargirentur. Et quoniam fuerunt Spiritus Sancti amanuenſes per ſtatum gratiæ, & Præcones delecti, ut ſcripſis ſuis prædicarent omnibus gentibus, omnibuſque ſæculis novæ legis inſtituta; oportuit, ut omnia adorabilia divini hujus ſtatus ſecreta, & omnia ſublimia ejuſdem placita ipſidem committerentur. *Verjus.*

a Matthæus primus fuit qui ad preces ſuadentis Domini, & eorumdem conſolationem ſcripſerit Evangelium.

Poſt gloriofam aſcenſionem Filii Dei, & diſlapſum Spiritus Sancti, S. Matthæus fidem prædicavit cum aliis Apoſtolis in Judæa, ubi triennium præter propter commoratus eſt. Antequam inde abiret alibi fidem prædicaturus, divino afflatus ſpiritu, & a converſis Judæis exoratus, ut illis hiſtoriam conſcriberet, vel compendium earum rerum, quas illos docuerat, donec cum illis verſatus erat: accedentibus etiam fortaſſe Apoſtolorum fligrationibus, S. Matthæus ſcripſit, antequam Apoſtoli diſcederent Jeroſolymis, divinum hoc volumen, cui titulus Evangelium, & quod bonum, beatumque nuntium ſignificat. Profecto hæc erat hiſtorica explicatio boni, felicisque nuntii, quod Angeli Paſtoribus nuntiaverant in nativitate Domini, neque contoebat aliud præterquam quod ipſe Jeſus Chriſtus Evangelium nuncupaverit. Hæc erat mera Filii Dei doctrina, ejuſque prædicatio conjuncta cum miraculis, quorum ipſe Matthæus fuerat teſtis; quibus addiderat ea, quæ didicerat a Deipara de Filii nativitate, & ea quæ acciderant uſque ad illius Baptiſmum, ut regularem rexeret hiſtoriam. Ejus conſilium in hoc Evangelio, S. Auguſtino teſte, fuit, exhibere nobis humanam vitam, quam Salvator inter homines vixit; cum S. Joannes ſibi propoſuiſſe videatur nobis oſtendere Jeſu Chriſti nativitatem. Itaque Evangelium ſecundum Matthæum generatim fidelibus omnibus utilius videtur, quia potiſſimum in eo poſitum eſt, ut narret facta, & præcepta, in quibus, ut ita dicam, Jeſus Chriſtus temperavit Sapientiam, & divinam Majeſtatem ſuam, ut præberet exemplum vitæ ſuæ facilius imitandum, & infirmitati noſtræ accommodatius; cum præfectim ea, quæ pertinent ad mores, fuerit conſectatus. Tu igitur, vir ſancte, primus es, qui fidelibus omnibus, omnibuſque ſæculis publicaſti opes, gloriam, & potentiam Regis æterni,

Quantum de eo ſcripſerit.

Tu es,

Tu es, qui primus evulgasti sanctas leges Imperii ipsius, salutaria placita status sacri, regulas, & admimcula, quibus assequeremur pacem, atque æternam felicitatem, quam fidelibus suis pollicetur. Tibi immensa cedit gloria, fuisse primum, & antiquissimum tot ineffabilium mysteriorum interpretem. Sed multo majora tibi debemus, eo quod inceperis dissipare tenebras errorum nostrorum, & immortalitati sacrare scriptis tuis sacram Doctrinam hanc, a qua mundi totius pendet felicitas. *P. Croiset, & Verjus.*

Peculiaris character qui S. Matthæus ab Apostolis, & Evangelistis differt.

S. Matthæus quatenus Evangelista reliquis præstitit, & melius de Ecclesia meritus est scriptus suis, quam verbis. Nam licet divini isti Præcones terram universam lustraverint, tamen dici potest, eos nequaquam singillatim omnes gentes atque provincias luistrasse. Mundum sibi divisserunt; & singuli eos, qui sorteu singulis obtigerunt, erudierunt. Sed Evangelistæ terram universam illustraverunt, cumque eorum libri maria transverint per universum orbem fidei facem Ethnicis omnibus pertulerunt. Eo scripta illorum pervaserunt; quo inferre non valuerunt arma sua gentium domitores; & plures Filio Dei subditos acquisiverunt, quam tot Heroes, quos jactat antiquitas. Prædicatio Apostolorum bonum fuit perfunctorium, & sæculum ipsum, quod illos nasci vidit, eosdem etiam desinere consexit: Sed Evangelium bonum est usque ad sæculorum finem duraturum, & quod eosdem cum Ecclesia cancellos habens, omnes eruditi fideles, usque in finem. Fateor equidem has laudes non ad Matthæum dumtaxat, verum ad alios quoque Evangelistas pertinere, sed quædam illius propriæ sunt, in quarum partem alii accedere non possunt, & quæ illum ab aliis secernentea gloriosum, & singularem ejus characterem possunt constituere. Nam temporis habita ratione primus est Evangelistarum: primus est, qui hoc opus fuerit aggressus; primus fuit Spiritus Sancti organum, & Interpres. Primus est, qui calamum, deateramque sacraverit in Filii Dei historia scribenda: & si inter Martyres, & Protomartyr celebertimus est, fatendum est etiam, inter Evangelistas, qui aliis præluxit, majori in honore esse habendum. In laudem ejus addamus, ipsum fusius scripsisse, quam alii edmirabiles illi scriptores, illum omnes enatrasse actua, & verba, & inflammatum Præceptoris sui charitate, eredidisse sibi referendas esse omnes vitæ ejusdem circumstantias. Illud vero, quod nos maxime movere debet, hoc est, quod licet scripserit propter Judæos, spem tamen Gentibus fecisse; cum unus ille descripserit stellæ appantionem, Magorum adventum, eorum ingressum in specum Bethlehemiticum, & nos docuit Dei Filium æque Gentilium Salvatorem esse, ac Israelitarum. *P. Senault ex Oratorio.*

De Apostolica S. Matthæi vita.

Mihi videtur, paucis verbis Sancto Matthæo locupletissimum exornari Panegyricum, qui dicitur Apostolus fuisse, videlicet unus ex domitoribus terrarum, qui Deo tot animas lucrati sunt in toto mundo. Sane mihi videtur gloria ejus in præclaram lucem perferre, cum ille charitate Apostolica repletus ostenditur, postquam ostensum fuit eximium ejusdem opus in vocatione illius; quandoquidem eminenter complectitur virtutes omnes; & postquam Biblia illum descripserunt in albo duodecim illorum Principum terræ, qui gentes omnes sunt judicaturi, & qui miraculis, virtutibusque suis illos subdiderunt suavi jugo Evangelii, nulla possunt adjici encomia quæ infirma non sint, atque inutilia. Quid enim glorioſius, atque amplius est, quam eligi a Deo, ut sequester omnium secretorum ejus, & divinorum mysteriorum illius dispensator? ut sis unum ex nitentibus astris primæ magnitudinis, quorum luce mundum universum vult illuminare? ut sis vas sacrum Dei spiritu plenum, ut in mortalium omnium cor diffundas divinum ignem, quem tibi large, effuseque donavit? Ille, de quo loquimur, singularibus enituit prærogativis, luminibus, quæ illius propria fuerunt, cursibus, motibusque particularibus, effectibus, influxibusque, qui eo quod omnino explorati non sunt; non ideo tamen minus sunt salubres, atque admirabiles. *Idem.*

Cur divinæ minime placuit Providentiæ, ut nobis innotescerent S. Matthæi cursus, & labores sancti hujus.

Divinæ minime placuit Providentiæ revelare nobis, ubinam gentium Sanctus Matthæus Apostolicis laboribus suis finem imposuerit; & nos ignorare præclaras ejusdem, necnon collegarum ipsius res gestas; esse fortassis ob causam, ut cognoscentes nos illos simul omnes unum dumtaxat corpus effecisse per charitatis unitatem, eosque unius Jesu Christi organa fuisse, dispensatoresque Mysteriorum Dei unius, unanimi, consentoque consensu cooperantes ad unius Ecclesiæ institutionem, unicuique eorum acceptum referemus fructum, & labores reliquorum, & populi generatim omnes, & peculiariter singuli pro Magistris Patribusque suis divinos venerarentur ministros hosce; qui tot sudoribus, vigiliis, laboribusque exoluerunt, & suo cruore irrigaverunt universum terrarum orbem antea prorsus incultum, ac dumis, sentibusque sylvescentem; sed quem Deus eorum ministerio, gratisque suis coegit, ut modo edeo admirabili fructus afferret. Nobis ergo agendæ, habendæque sunt S. Matthæo gratiæ tanquam uni ex instrumentis magnarum rerum, quæ in universa terra peractæ fuerunt in Idolorum cultu stirpitus convellendo, & in Ecclesia instituenda. *Verjus in Sanctum Matthæum.*

Mors, & Martyrium S. Matthæi.

Veteres nonnulli rerum Ecclesiasticarum Scriptores, quibus haberi potest fides, affirmant Sanctum Matthæum in Æthiopia potissimum effudisse lumen Evangelii, ibique glorioso fine stadium suum coronasse: eamque Provinciam extremum fuisse campum illustrium ejus certaminum, & cumulatissimæ gloriæ ipsius Theatrum. Ibi tandem perfecte secutus est Jesum Christum in illius passione, suppliciis, & morte. Ibi postremo fidei, & charitatis conatu, generose sacrificavit vitam suam, ut olim fortunam suam sacrificaverat gloriæ magistri sui; & saluti populorum. Præclara reliquiæ Christianæ Religionis, quæ ad nostra usque tempora, incolumes servatæ sunt in tanta Mahumedis assectarum impietate, & barbarie aliorum Africæ populorum, qui Regnum illud circumdant, eatant adhuc gloriosa magni hujus Apostoli trophæa victoriatum illius, ex quibus dignoscere licet, quanam firmitate, ac robore ibi instituta fuerit religio laboribus, & sanguine ipsius, quot miracula fuerit operatus; quam vim obtinuerint ejus prædicationea, & exempla: quandoquidem Christiana fides in ingenti eo regno per tot sæcula, inter generalem finitimorum corruptionem viguit, & viget. *Verjus in Sanctum Matthæum.*

Descriptio Martyrii ejus, & ejusdem occasio.

Quidam olim crediderunt S. Matthæum in Persidem concessisse, & præsertim in Parthorum regionem, in Mediam, & Caramaniam ad Evangelium prædicandum: sed probatior eorum videtur opinio, qui in Æthiopiam tenent abiisse. Asserunt, hunc eum in magnum hoc regnum pervenisset, alacriter exceptum fuisse ab Eunucho Reginæ Candacis, quem S. Philippus Diaconus baptizaverat; eumque in urbe quadam nactus fuisset duos magos, qui populo universo os sublinebant, eumque præstigiis suis in idolorum cultu confirmabant: Sanctum nostrum non solum populo aperuisse eorum fortilegia, sed omnes eorum conatus irritos fecisse, quæ res incolas magia, magisque in Christiana Religione roboravit. Sed causa potissima mortis ejus hæc fuit. Regis Filiam Iphigeniam nomine converterat, eique auctor fuerat, ut virginitatem suam Salvatori devoveret. Inter hæc Rex ad plurea abierat, ac Princeps defuncti frater in uxorem ducere cupiebat neptem, qua nuptias renuente, tanta exarsit iracundia adversus Apostolum, ut statim satellitibus imperaverit, ut ad illum interficiendum citato gradu contenderent. Hic Sanctus noster honorem nactus est sacrificium suum cum Jesu Christi sacrificio conjungendi, & expirans ad aras eontigit illi sanguinem suum cum illo Summi æternique Sacerdotis miscere. Crudelis enim Princeps, qui ut regnum occuparet, uxorem sibi conjungi cupiebat Regiam Virginem neptem suam, sciens, se, donee Matthæus viveret, nihil profecturum, neque illam a sententia suscepta dimoturum, jussit illum in Templo, dum sacra litaret hostia, trucidari. Ita Apostolo nostro contigit immolari in ara eadem, ubi Mundi Salvatorem ipse immolabat; & simul esse & victimam, & Sacerdotem. Felix conformitas! perfecta similitudo inter Dei Filium, atque Apostolum ejus, qui Sancto huic gloriam immortalem procuravit eodem tempore, quo mortis vulnus recepit. *Verjus, & P. Senault ex Oratorio.*

Quomodo & in quo S. Matthæi imitari valeamus?

Operæ pretium est modo intueri, quomodo ex magnis Sancti nostri exemplis proficere valeamus. In vitæ ejusdem historia tria præsertim occurrunt quæ imitari possumus, & debemus; quorum primum est relinquere professionem, munus, statum, & officium, in quo sumus, vel quod sumus ampleai, si statua hic nocens fuerit, periculo proaimus, & oppositus Christianæ Religioni; quemadmodum S. Matthæus nos docuit exemplo, relinquens Publicani statum, ut lumen Evangelii sequeretur. Debemus etiam Sanctum hunc imitari divitiarum amorem abdicantes; non eo quod necesse sit paupertatem amplecti, & ad summam inopiam se se redigere. Non omnes pares sunt magnæ huic perfectioni: sed bona nostra in fratrum nostrorum egestatibus sublevandis impendentes, illis non adhæremus; illa nobis in idolum non convertimus, ut faciunt avari, qui nihil sibi satis esse arbitrantur. Ratio tertia imitandi Sanctum hunc, est se se, ut ille, transferre de peccati statu in statum gratiæ, & nihil inausum intentatumque relinquere, ut hanc semel acceptam, sartam tectamque tueamur, nihil negligentes, quod possit nos in illius possessione unire; & alacriter, fideliterque sequentes vocem Salvatoris nos avocantia; & ut omnia verbo complectar, illi sacrificantes omnes cupiditates nostras, & eas præsertim subigentes, quæ nominantur in nobis; atque vitam nostram, si opus fuerit, illi offerentes. Hoc pacto Sanctum hunc Apostolum possumus imitari, aliquando cum illo gloria immortalitatis perfruituri. *Recens Auctor.*

PRO INDULGENTIA PORTIUNCULÆ, ET FESTIVITATE B.ᵐᵉ VIRGINIS ANGELORUM

Nuncupatæ.

M O N I T U M.

Nceps diu hæsi, utrum argumentum hoc mihi pertractandum esset, seu quod nesciebam ubinam esset collocandum; seu quod sequi non poteram methodum illam, quam in reliquis ad unguem retinui. Titulus Beatissimæ Virginis Angelorum mihi auctor erat, ut hoc argumentum collocarem inter Sancta Virginis mysteria, una cum Rosarii, & Scapularii argumentis, cum quibus nexum aliquem habere videtur. Sed in Portiuncula Indulgentia Deipare intercessio locum non habet, nisi quadam veluti circumstantia, quæ non nisi minimam in ea obtinet partem. Oratio, quam Sanctus Franciscus obtulit Salvatori, & quam Salvator exaudit, peculiaris est actio vita Sancti hujus, & una ex insignibus gratiis, quibus Deus illum cumulavit; quæ locum nullo est in Sancti ejusdem Panegyrico, Cæterum cum non solum satis uberem invenire possem supellectilem ad argumentum hoc juxta institutum meum pertractandum; verum etiam cum viderem hoc in universa Sancti Francisci familia de suggestu pertractari, & hanc præ cæteris Religiosis Ordinibus latius protendi, duxi mihi argumentum adeo commune nequaquam esse prætermittendum. Hoc igitur consilium ingressus sum, ut extra ordinem illud in hoc volumen rejicerem, & adhærerem peculiaribus circumstantiis hujus Indulgentiæ, quæ peculiariter habenda est in pretio propter inæstimabile bonum, quod peccatores omnes inde possunt percipere; quandoquidem illa omnium certissima, amplissima, & ad lucrandum facillima est. Ut igitur omnes ad illius acquisitionem impellam, collegi quidquid solidius nactus sum in Sermonibus, seu editis, seu manu exaratis, qui sane sunt pancissimi.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Synopsis.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. Psalm. 2.

I. Mirum non est in Scripturis intueri, summos viros, & eos potissimum, qui Sanctitate floruerunt, aliquid effictim concupisse, ac illud efflagitasse. Scimus, Salomonem præ cæteris Sapientiam optasse, eamque omnibus terræ bonis, omnibusque Mundi thesauris prætulisse; Patrem illius David unum a Deo petisse, quod aptum esse credebat, ad satisfaciendum omnibus cupiditatibus suis: *Unam petii a Domino; hanc requiram*: Danielem nuncupatum fuisse virum desiderio- Psalm. 26. rum: Moysen a Deo pro Israelitis veniam postulasse tanta vi, & cura, ut Omnipotens quodammodo cedere cogeretur vi illi, quam servus ejus suaviter inferebat. In nova autem lege nemo unus ignorat tria vota, quæ Augustinus concepcrat. Quæ res mihi persuadet non nequaquam admirandos esse, ubi audieritis hujus festivitatis causam ardens esse desiderium incomparabilis S. Francisci. Cum enim Salvator illi, non secus ac Salomoni fuisset pollicitus, se illi concessurum quodcunque petiisset; magnus hic Sanctus oblitus sui, & ejus boni, quod obtinere potuisset ex adeo officiosa oblatione, ut ex eo id peteret, quod nemo unquam antea Sanctus petierat, & quam Franciscus censebat Deo ipsi jucundissimam esse futuram petitionem; flagitavit Indulgentiam pro peccatoribus, quærite expiati refectique Sacris Mysteriis, aliisque conditionibus dispositi Templum inviserent, quod Sanctus ille sibi in mansionis suæ locum, & quietis elegerat a Deo vero, cujus infinita bonitas est, & qui ipsam etiam dispositionem cordis servorum suorum exaudit, ut inquit Propheta, se cum Francisco gessit qualem gesserat cum Salomone, æmulans illum aliis gratiis, ac beneficiis, & illi concedens large, effuseque quidquid pro aliis petieret. Missa faciamus ea, quæ Sanctus hic sibi promeruit, & unice id inquiramus, quod nobis procuravit; ut enim hoc petamur, huc simul convenimus. Consideremus igitur:

1. Quanti a nobis fieri debeat hæc indulgentia modo admirabili obtenta.

2. Cogitemus utilitatem, quam inde percipere possumus, ex quo Sancta Sedes illam ad omnia Ordinis S. Francisci Templa latissime extendit. Hæc duo erunt puncta, & tota Sermonis partitio. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

II. Applicando verba hæc Prophetæ ad Indulgentiam Portiunculæ: *Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum*: Psal. 33. Offendere possumus, 1. Franciscum, qui pro peccatoribus orat, & qui per merita sua dignus est, qui exoret: *Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.* 2. Sanctam Virginem pro Francisco intercedentem, & quæ pluribus de causis ad ad se actam videt. 3. Dei Filium, in Matris, famulique sui gratiam concedentem indulgentiam, quam respicere debemus tanquam insigne Dei donum.

Ad primam partem amplificandam exhibere possumus Franciscum, 1. Tanquam pauperem voluntarium, 2. Tanquam pauperem crucifixum, 3. Tanquam pauperem pro se minime cupidum, & propter alios zelo succensum, Pauperem voluntarium, pauperem Evangelicum, Institutorem Ordinis perfectorum pauperum imitantium paupertatem Jesu Christi. Pauperem crucifixum; videlicet Pauperem indutum mortificatione Jesu Christi eo usque ut in se gestet stigmata Dei hujus Salvatoris. Pauperem ab omni cupiditate alienum. Pro quibus enim nuncupabat vota? nempe pro aliis, quin pro se ne verbum quidem facetet.

In parte altera considerabimus Sanctam Virginem pro Francisco intercedentem, & id duplici agentem ex causa. 1. Ex causa maternæ pietatis. 2. Ex causa proprii cultus. Ex causa maternæ pietatis erga S. Franciscum; quia Mater Dei proculdubio unice diligere debebat hominem, qui se illius famulum palam profitebatur. Ex causa proprii cultus, de qua enim re agebatur in concessione illius Indulgentiæ, quam Franciscus petebat? Nempe agebatur de reparando honore, qui adhibebatur Templo de Portiuncula, vel alio nomine Mariæ Angelorum, nuncupato: agebatur de novi decoris accessione eidem facienda, si Francisci precibus impetraretur, ut populis eo quotannis confluentibus Deiparæ cultus restitueretur.

In tertia Sermonis parte confiderare possumus Salvatorem Mundi per Virginis intercessionem inæstimabilis pretii gratiam concedentem. 1. Quia hæc est Indulgentia immediate a Filio Dei concessa, quæ nobis esse debet certissima. 2. Quia Indulgentia hæc probata fuit certis miraculis, quæ in dubium nequeunt revocari. 3. Quia hæc Indulgentia diffusa est in populo Christiano cum admirabili profectu animarum, & per conversionem etiam plurimorum peccatorum, qui citra hoc præsidium in periculo fuissent in sceleribus suis moriendi. *P. Bourdalove.*

III. Plerorumque mortalium exitium est non affici, nisi iis, quæ sensus dumtaxat percellunt; ita ut quemadmodum pretium, in quo habent res, sequitur semper conceptum, quem semel de illis animo imbiberunt; mirum non est, nisi tanti faciant, quanti opus esset bonum tantum ac tantæ utilitatis, quantæ sunt Indulgentiæ. Nunquam fortasse meditati sunt, neque intellexerunt, ut opus est, magnitudinem pœnarum, a quibus in arcta vita liberant animas, neque summam illam beatitudinem, cujus possessionem festinant. Tamen ex duobus hisce locis, tanquam maxime sensibilibus Indulgentiarum utilitatem cognoscere tenemur, & excitamur, ad minime negligendum bonum, quod forte aliquando redimere optabimus omnibus Mundi hujus thesauris, si nobis integrum esset. Sed quantumvis validæ, ac solidæ sint hæ rationes, quæ ad Indulgentias pertinent generatim; cum illa Portiunculæ sit singularis, & satis per se gravis ad pertractandum hujusmodi argumentum, quin in iis immoremur utilitatibus, quæ huic communes

sunt

ſunt cum aliis, fert animus ex iis tantum circumſtantiis, quæ propriæ ſunt, haurire neceſſarias rationes, ut oboriatur in vobis ſublimis ejuſdem conceptus, & quas in illius Inſtitutione reperio, quæ conſtituit hanc feſtivitatem, quam hodierna die celebrat Eccleſia. Dico igitur alteram ex his circumſtantiis eſſe,

3. Fructum meritorum Magni, & Seraphici Patriarchæ S. Franciſci, qui hanc flagitavit Indulgentiam ductus ardenti deſiderio opem ferendi animabus; quapropter S. Bonaventura unus ex Filiis ejus teſtatus eſt: S. Franciſcum credidiſſe ſe Deum amare non poſſe, niſi amaret animas ad Dei imaginem factas, & pretio ſanguinis ejuſdem redemptas.

2. Ipſum Dei Filium per ſe Indulgentiam hanc conceſſiſſe orationi Sancti hujus; efficiendo, ut bene verteret ejuſdem conſilium adverſus omnes obices, qui in eo exequendo reperti ſunt.

3. Denique glorioſa Dei Mater voluit velificari juſtæ petitioni Sancti hujus in gratiam peccatorum, ac ejus erga ipſos miſeratio nunquam melius emituit, quam in hac occaſione. Itaque tres hæ perſonæ, quarum merita inter ſe longiſſime diſtant, aliquid videntur contuliſſe, ut aliquod præberent ſuæ charitatis argumentum, in ea de qua loquor Indulgentia. Hoc ſane eſt quod illius meritum attollit, & quod vobis in inſignem aſtruet ejuſdem conceptum; ſi volueritis illam ad examen vocare.

IV. *Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.* Pſ. 33. Quis videns Franciſcum ad Jeſu Chriſti pedes in Portiunculæ Sacello proſtratum non crederet poſcere aliquod ſuæ miſeriæ ſolatium? Pauperem hunc ſuffuſis lacrymarum imbre genis, & ſingultibus ex imo corde prodeuntibus in iis poſitum neceſſitatibus, quas ne præverteret, fervor obſtiterat, adhibere quidquid illi relliquum eſt virium, & vocis, ut divinam exoret Providentiam; Attamen abſit, ne ita judicetis. Quemcunque ardorem pauper hic in ſua oratione præferat, nihil poſtulat ſibi: neque de ſuis eſt, ſed de noſtris neceſſitatibus ſollicitus. Nimium voluntariæ ſuæ paupertatis contentus, nobis opitulari vult in ſpiritualibus neceſſitatibus, quas patimur. Charitas ejus officioſa, & præveniens noſtras ipſas prævenit aerumnas, & ſciens, peccatores longe calamitoſiores eſſe in copia, quam in inopia, in eorum gratiam conatur ſuſpiriis ſuis, conſequi a Deo, quidquid illi deſiderant. *Iſte pauper clamavit.* Intelligitis, mentem eſſe mihi apud vos hodierna die Sermonem habendi de inſigni illa Indulgentia, quæ conceſſa fuit S. Franciſco in Eccleſia Portiunculæ. Indulgentia adeo ſingularis in omnibus circumſtantiis ejus, ſeu ſpectetur Salvator illam per ſe concedens, ſive eorum miniſterio, quos in terris conſtituit gratiarum ſuarum diſpenſatores; ſeu ſpectetur Beatiſſima Virgo, quæ ad illam obtinendam expedit quidquid habet auctoritatis, & gratiæ; ſeu tandem ſpectentur peccatores, qui ibi labore modico plenam, integramque peccatorum ſuorum remiſſionem nanciſcuntur. Sed ſemper Franciſcus Aſſiſinas miſeratione, & charitate erga nos plenus, exhibet Filio Dei noſtras neceſſitates, eiſque ſolatium obtinet. Ne dubitemus; *Si iſte pauper clamavit*, Dominus exaudivit eum; quæ ea ſunt, quæ vobis dicturus ſum de inſigni hac Indulgentia.

1. Franciſcus pro nobis petit, & obtinet gratiam utiliſſimam.

2. Obtinet illam modo omnium efficaciſſimo.

3. Obtinet illam conditionibus adeo commodis, & quæ tanta poſſunt facilitate compleri, ut qui negligit illas, nullam queat exeuſationem prætexere. Hæc tota erit hujus Sermonis partitio. *Fromentieres.*

V. *Domine, propter famulum tuum, juxta cor tuum, feciſti omnem magnificentiam hanc; & non eſſe voluiſti univerſa magnalia.* Paral. 1. 17. Ad perfectæ explendum argumentum inſignis hujus Indulgentiæ, quæ Portiunculæ nuncupatur, dicere poſſumus hanc non ſine miraculo conceſſam fuiſſe; non ſine miraculo fuiſſe evulgatam, & non ſine miraculo receptam.

1. Miraculoſe a Jeſu Chriſto conceſſam, & Summorum Pontificum auctoritate probatam.

2. Miraculoſe ab Epiſcopis in univerſo Chriſtiano orbe promulgatam.

3. Miraculoſe receptam perfectiſſima populorum ſubmiſſione, qui inde mirabilem fructum perceperunt.

VI. *Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.* Pſ. 33. Ut univerſam argumenti hujus magnitudinem unico Sermone complectar, polliceor me vobis juxta textus mei verba oſtenſurum,

1. Gemitus S. Franciſci ad obtinendam a miſericordia Dei pleniſſimam Indulgentiam in peccatorum contritorum gratiam. *Iſte pauper clamavit.*

2. Miſericordiam Salvatoris Indulgentiam concedentis S. Franciſco gratiam, quam adeo ardenter petierat.

VII. *Apparuit ei Dominus... & ait, audivi orationem tuam. Oculi mei erunt aperti, & aures mei erectæ ad orationem ejus, qui in loco iſto oraverit.* Paralip. 2. 7. Solemnitas hæc adeo inſignis, & recens duo nobis magna proponit objecta, quæ eo majorem exigunt attentionem, quo eſt infrequentior, & ut ita dicam, unica.

1. Primum eſt Franciſcus ipſe Aſſiſinas, qui oblitus ſui, gratiam pro peccatoribus expetit in loco ſancto, ſub Beatiſſimæ Virginis patrocinio.

2. Ipſe Dei Filius, qui in Deiparæ gratiam humilis ſervi ſui orationem excipit, eique large effuſeque concedit, quidquid ille pro peccatoribus deprecatur.

Pro Sermonis argumento deſumi poteſt communis Theologorum Catholicorum ſententia, dicentium tres conditiones requiri, ut quis particeps fiat fructus Indulgentiarum, VIII.

1. Auctoritas illas concedentis. *In concedente auctoritas.* Si ſupponitur poteſtas largientis Indulgentiam, dubitandum non eſt de hujus Indulgentiæ virtute; quippe ipſe Dei Filius immediate per ſe illam largitus eſt.

2. Pietas eſſe debet cauſa, *In motivo pietas.* Salvator hanc largitus eſt Indulgentiam per exceſſum miſerationis erga peccatores pœnitentes; neque illam petiit Sanctus Franciſcus, niſi propter ardens ſalutis alienæ deſiderium.

3. Sed quod præcipuum eſt, ſupponitur charitas in anima illius, qui eandem lucrari deſiderat. *In recipiente Charitas.* Videlicet requiritur, ut peccator ſit in ſtatu gratiæ; ideoque opus eſt, ut confeſſus fuerit peccata ſua, ut illorum abſolutionem perceperit, ut in ejus voluntate nullus exiſtat erga peccatum affectus. Tria hæc omnino neceſſaria ſunt ad Indulgentiam lucrandam, quæ etiam poterunt vobis præbere locum ad Sermonem de Portiuncula habendum.

Aſſimare non vereor, Dei Filium magis peculiariter videri fontem Indulgentiæ Portiunculæ, quam ceterum; & quin harum meritum deterere velim, æque manantium ex vulneribus Redemptoris, oſtendere volo IX.

1. Ipſum Jeſum Chriſtum S. Franciſco illam conceſſiſſe per interceſſionem Sanctiſſimæ Virginis eamque inſignibus miraculis confirmaſſe.

2. Ipſum etiam voluiſſe, ut a Summis Pontificibus confirmaretur ita, ut in quodam ſenſu antiquari non poſſet.

3. Huic Indulgentiæ hoc ſingularitatis ineſſe, ut in hac magis quam in cæteris Divini Salvatoris bonitas, & miſericordia renideat.

Quamvis ſolus Salvator eſſe queat unicus gratiarum ſuarum diſpenſator, Sanctiſſima Virgo orare poſſit pro nobis, & Sancti Angeli ſolum nos tueri; decebat tamen ut Dei Filius in Eccleſia ſua conſtitueret promum condum gratiarum ſuarum, qui eas hominibus diſpenſaret, ut Deipara ſui Verbi organum eligeret, quod pro peccatoribus orare poſſet, & Angeli Miniſtrum, qui hominum ſaluti invigilaret; quorum Salvator Pater eſt, Deipara Mediatrix, & Angeli Cuſtodes. Hodierna vero die glorioſus S. Patriarcha ad has curas omnes S. Franciſcus aſſumitur. Namque

1. Dei Filius illum conſtituit ſuarum gratiarum Quæſtorem, quas in manibus ejus conſtituit.

2. Beatiſſima Virgo illo utitur tanquam organo preces ſuarum, quas in ore ejus locat.

3. Angeli illum efficiunt Miniſtrum ſuarum curarum, quibus illum præficiunt, *Ex Characteribus Sanctorum Durandi.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde hauriri copia poteſt ad exornandas has Sermonum Structuras, & Auctores, qui de illis agunt.

AUctor libri, cui titulus: *Arbor vitæ Crucifixi*; qui eſt doctiſſimus Ubertinus Caſalenſis, qui viderat, vel videre potuit S. Franciſcum in terra viventem, & qui fideliter narravit apparitionem Salvatoris, & Deiparæ, & quidquid actum, tranſactumque eſt in Portiunculæ Indulgentia.

Bartholomæus de Piſis propter eruditionem, inſignemque virtutem ſuam celeberrimus *lib. 2. Conformit. cap. 2.* amplam inſtituit, honeſtamque mentionem hujus Indulgentiæ, & modi, quo conceſſa fuit Sancto Franciſco.

Annales Minorum ad annum 1223. & 1226. ubi tota narratur hiſtoria cum atteſtationibus, quæ ad illam probandam ſunt neceſſariæ.

Bartholus ab Aſſiſio in peculiari tractatu de hac ipſa Indulgentia.

S. Bernardinus Senenſis tomo 2. ſerm. 2. probatiſſimum affert teſtimonium, cum veritatis hujus Indulgentiæ, tum modi, quo fuit impetrata.

S. Antonius 3. parte Summæ hiſt. tit. 24. cap. 5. §. idem perhibet teſtimonium.

Liber, cui titulus: *Speculum vitæ S. Franciſci.*

Marcus Oliſiponenſis lib. 2. cap. 2.

Mariana Florentinus lib. 21. cap. 22.

Franciſcus Maurolicus, & Molanus in Menologiis ſuis.

Cardinalis Bellarminus lib. 2. *de Indulgentiis cap. 26.* confutat Kemnitium, qui hanc Indulgentiam anile putat deliramentum.

Auctor libri, qui inſcribitur, Hiſtoria Critica, & anticritica de Indulgentia Portiunculæ diligentiſſime collegit auctoritates, teſtimonia, quæ invictam efficiunt veritatem hujus Indulgentiæ, & occurrit omnibus recentium

criticorum objectionibus, ita ut omnes qui rationis compotes ſunt victas manus dare debeant.

Frementieres duos edidit Sermones hujus argumenti in tomo ſecundo.

P. Bourdaloue in altero tomo Sermonum pro feſtis Sanctorum diebus.

Auctor Sermonum in omnia Argumenta &c. in tomo primo particularium argumentorum.

Auctor Sermonum Chriſtianorum in præcipuas anni ſolemnitates tomo 3.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Figuræ, Applicationes Bibliæ huic argumento.

Loci, qui ad hoc argumentum aptari poſſunt.

Iste Pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum. Pſalm. 33.

Unum petii a Domino, hanc requiram. Pſ. 26.

Orantes in loco iſto exaudi eos de Cælo, & dimitte peccata ſervorum tuorum. 3. Reg. cap. 8.

Deſiderium pauperum exaudivit Dominus. Pſ. 9.

Poſtula quod vis, ut dem tibi, 3. Reg. cap. 3.

Domum tuam decet Sanctitudo, Pſalm. 92.

Zelus Domus tuæ comedit me. Pſalm. 68.

Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Pſalm. 50.

Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me. Pſalm. 37.

Si obſervaveris iniquitates Domine, Domine quis ſuſtinebit. Pſalm. 129.

Miſericordiam, & judicium cantabo tibi, Domine, Pſalm. 100.

Hauritis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Iſ. 12.

Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, 2. Corinth. 6.

Spiritus Domini miſit me, ut medear contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam. Ezech. 61.

Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: ait enim: tempore accepto exaudivi te, & in die ſalutis adjuvi te. 2. Corinth. cap. 6.

Deus, qui dives eſt in miſericordia, ut offenderet in ſupervenientibus ſæculis abundantes divitias gratiæ ſuæ. Ad Epheſ. 2.

Copioſa apud Deum redemptio. Pſalm. 129.

Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum. Pſalm. 84.

Ego autem libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris. 2. Corinth. 12.

Hic requies mea, hic habitabo, quoniam elegi eam, Pſalm. 131.

Audivi orationem tuam, & elegi locum iſtum mihi in Domum ſacrificii. Lib. 2. Paralip.

Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco iſto oraverit. Ibidem.

Exempla, & Figuræ Biblicæ.

S. Franciſcus deprecans Dei miſericordiam in templo Portiunculæ pro peccatoribus comparatur Salamoni oranti pro populo ſuo in Templo Jeruſalem. Reg. 3.

SAnctus Franciſcus in Portiunculæ templo proſtratus, ut olim Salomon in Templo Jeruſalem pro peccatorum ſalutem Deum precabatur. Salomonis cor erat rectum, puræ illius intentiones; non aliud ſpectabat, quam Sancti loci, populique ſanctificationem. Itaque non petit a Domino terrenorum bonorum copiam, non regnum florens, non cladem hoſtium, ſed hinc flagitat unum, ut nationes omnes locum a ſe Domino poſitum venerentur, ibique populus ſuus exaudiatur: *Orantes in loco iſto, exaudi eos in cælo; & dimitte peccata ſervorum tuorum.* Seraphicus vero Franciſcus æque puris intentionibus ad Aram proſtratus in Portiunculæ Templo nihil pro ſe poſtulat. Obliviſcitur ſui, familiæque ſuæ, ut reminiſcatur ſolum peccatorum, qui maxime derelicti ſunt, & mundi Salvatorem obteſtatur, ut illis concedere dignetur veniam criminum ſuorum, ubi aeceſſerint in templum illud miſericordiam a Domino impetraturi: *Orantes in loco iſto exaudi eos in cælo, & dimitte peccata ſervorum tuorum.* Si ea in lege, ubi timor unus paſſim erat animæ precum omnium, ubi Deus non videbat adhuc, ſaltem adeo communis Jeſum Chriſtum in ſervis ſuis oranrem, quandoquidem ipſi etiam Prophetæ illum tanquam eminus perſpiciebant, nihilominus Salomon exauditur: quem exitum erat habitura oratio in nova lege, quæ lex amoris eſt, facta a Franciſco in quo Pater Æternus vidit imaginem viventem Filii ſui? *Si timentibus, quid amantibus?* Auguſtinus ait.

§ Franciſ. unpropecrationibus obtinet gratiam eo copioſiorem quo interiorem puriorque erat oratio.

Diximus S. Franciſcum imitatum fuiſſe petitionem Salomonis, cui Deus optionem reliquerat, quidquid vellet, petendi; ſed nunc adjicere poſſum, quemadmodum Deus cumulate Regi huic largitus eſt ſapientiam, quam efflictim amabat pro populi regimine, ac utilitate, ut illam in adeo eminenti gradu poſſideret, ut eadem prædeceſſores ſuos ſuperaret; ita Sanctus noſter actus ardenti zelo, quo correptus erat, eum peccatorum utilitatem ſuæ prætuliſſet, & pro nobis petiſſet integram ſcelerum omnium remiſſionem, propter quæ divinæ juſtitiæ obærati eramus, in commodum noſtrum recepit hoc pignus, & effectum miſericordiæ Dei tali cum liberalitate, & copia; ut nunquam antea, vel deinceps ulla Indulgentia ſuperaverit hanc illi conceſſam, vel ipſa rei certitudine, vel extenſione, vel diuturnitate, quæ tria illam commendant, & in cordibus noſtris imprimere debent ſingularem admirationem tantæ profuſionis divinæ miſericordiæ, & meritorum Sancti hujus Patriarchæ, qui illam nobis ferventibus precibus obtinuit.

Cur ouris S. Francis. potius, qui Moyſ. in veteri Patriarchali exemplar.

Quis non admirabitur exceſſum divinæ bonitatis, quæ unius hominis, videlicet Franciſci Aſſiſinatis precibus commota inſignem hanc pro univerſis mortalibus gratiam conceſſit? num Dominus aliquid ſimile conceſſit unquam Moyſi, vel Davidi, vel alius antiquæ legis Patriarchis. Moyſes apud Deum veniam petit pro exigua nocentium manu; & vix illam aſſequitur. David etiam pro innocenti populo preces fundit, & repulſam refert. Sed ne miremur: Orantibus Moyſe & Davide, cæli clauſi eſſe videbantur. Nondum aperuerat Deus theſauros ſuos. Illi ſancti quidem erant, ſed legis antiquæ, ubi adhuc juſtitia dominabatur. Populi quidem Meſſiam præſtolabantur, ſed hic nondum oſtenderat amoris ſui magnitudinem erga homines; hæc omnia novæ legi reſervabantur, & in hac effuſurus erat copiam gratiarum ſuarum, præſertim vero in puſillos, in humiles, & eos, qui erant imitatori perfectius Meſſiam, non expectatum adhuc, ſed qui jam venerat, per vitam humillem, & crucifixam, qualis erat vita Franciſci Aſſiſinatis.

Franciſci comparatus cur oſtenderit magnitudinem gratiæ quam S. Franciſcus obtinuit.

Ut intelligatis magnitudinem gratiæ, quam nobis S. Franciſcus obtinuit, fingite quæſo, vos debere ingentem auri argentique vim, quæ millies omnes opes veſtras ſuperaret; vos ad æris alieni ſolutionem cogi, & arceſſiri a creditoribus ad Prætoris tribunal, qui omnia bona veſtra auctionario præconi ſubjicerer, prædia ipſa, & ſupelectilem, & poſtquam creditoribus adjudicaſſet ea, quæ erant veſtra, voſmet in obſcurum detruſiſſet carcerem donec ad extremum uſque quadrantem conflatum æs diſſolviſſetis. Verumtamen vobis ad miſerrimum hunc ſtatum redactis, vir quidam creditoris veſtri amiciſſimus, vir, cui nihil ille negare poteſt, vel de quo ille quocunque pretio vult benemereri, ab eo gratiæ, vel mercedis, aut familiaritatis nomine debiti veſtri deprecetur remiſſionem, non ſine facultate e carceribus abeundi, & chirographo, quo formiter profiteatur, æs ſibi debitum ſe dimittere ex aſſe, ita ut nullum vobis ulterius valeat negotium faceſſere; dicite mihi, quid de hoc amico, ejuſque erga vos generoſitate ſentiretis? Quod ſi ille vobis eſſet ignotus, ſi nullam vobiſcum chantatis conjunctionem haberet, nunquid alterum quempiam minus cupidum, & magis officioſum hominem vos inveniri poſſe cenſebutis? Intelligitis ſane, quid dicam. Vir hic minime cupidus, & officioſiſſimus eſt Franciſcus ab Aſſiſio, qui licet nos minime cognoſceret, apud magnum creditorem, qui Deus eſt, precibus ſuis obtinuit remiſſionem debitorum interminabilium, quibus divinæ juſtitiæ eramus obærati.

Franciſcus comparatus cum Moyſe ſolenti erga populum Iſrael.

In Scripturis videmus, cum vellet Deus perdere Iſraelitas, quippe crebræ eorum defectiones illius patientiam delaſſaverant, Moyſen, qui eorum interitum pati non poterat, gratia, qua apud Deum pollebat, adnixum eſſe eo uſque, ut ex quorumdam Interpretum ſententia, mallet de viventium numero expungi, quam illorum excidium intueri. Statuit ergo ſeipſum Deum inter, & populum; ejuſque preces tantam vim habuere, ut de manu Dei fulmina dilaberentur, qui pro noſtro concipiendi modo, ſimilis homini furenti, qui in ipſo furoris æſtu ſævire prohibetur, dixit Moyſi: *dimitte me, ut irafeatur furor meus.* Satis jam noſtis, hoc ipſum a S. Franciſco factum fuiſſe: Cohibet Dei iram, quæ jamjam in peccatorum caput erat ſævitura; ejus ultiones inhibet; ſe medium Deum inter, & homines inſerit; voti ſui compos, ſi pro illis victima fiat; ſi ſe objiciens omnibus jaculis juſtitiæ Domini, & exhauriens, ut Prophetæ verbis utar, ejus indignationem, illos Patri ipſorum conciliet.

S. Franciſcus commeratur Mardochæo efficienti, ut ſuo occursu edicto contra Judæorum genetem propoſitum.

Cum univerſa Judæorum natio, auctore ſuperbo Amano, de medio eſſet auferenda, atque conductus excidii dies non longe abeſſet; Mardochæus ejuſdem certior effectus graviſſimo dolore contabuit. Triduo cibo abſtinuit, & potu; ſcidit veſtimenta ſua, cinere aſperſit caput ſuum, & ſacco indutus per omnes urbis plateas, & compita uſque ad Regis ædes in hoc apparatu lugubri incedens clamare cœpit, nationis ſuæ calamitatem deplorans, & Aſſueri indignationem quoquo modo flectere feſtinans. Videtis jam, quid dicturus ſim, & vos jam vobis fingitis Franciſcum ab Aſſiſin, qui per auſteritates, & mortificationes, dolore conficitur in Portiunculæ ſacris ædibus; & qui ſciens Regem Regum fulmen tenere dexteram, illud contra peccatores jaculaturum, nihil intentatum relinquit, ut ejus mulceat iracundiam. Verum ſicuti Mardochæum non latebat, Eſther plurimum gratiæ apud Aſſuerum valere; eam de iis, quæ agerentur, admonuit; docuitque, cum ipſa quoque Judæa eſſet, & ſinguli charitate omne genus ſuum proſequererur, ea potiſſimum in occaſione illi præbendum eſſe ſpecimen ſuæ charitatis;

& regii

& regii patrocinii. Audiit illa Mardochæi preces, & accedens ad thronum Aſſueri, qui ea ea ſciſcitatus erat; quid cuperet, generalem pro Judæis omnibus gratiam obtinuit. Agnoſceris quid ex hoc Scripturæ loco ſim illaturus, adeo proprius, & noſtro argumento accommodatus eſt. Franciſcus Aſſiſinas dolore, atque auſtentatibus ſuis contabeſcens non ignorat, Sanctiſſimam Virginem piiſſimam illam Eſther, quæ olim nobiſcum vixit, nequaquam in dignitate ſua abjeciſſe eos amoris, & benevolentiæ ſenſus, quibus peccatores complectebatur, & quibus glonæ ſuæ partem acceptam referre debet. Ad hanc igitur confugit; ejus præſidium, ac protectionem implorat, idque illi ita beneverit, ut Dei Filius matri dixerit, quod olim Aſſuerus Reginæ Eſther: *Quæ eſt petitio tua Eſther, ut detur tibi, & quid vis fieri?* Peto, inquit illa, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ut pareas huic populo, pro quo oro te. Ita figura adimpleta eſt. Franciſcus per humilitatem ſuam metuens repulſam, ad validiorem confugit interceſſionem, quam ſciebat, repulſam minime relaturam. Ita Sancti hujus humilitas precum ſuarum effectum aſſecuta eſt. Quam hac utiliorem gratiam ſibi expectare potcrant peccatores?

Eſther. 5.

S. Franciſcus orans pro peccatoribus comparatur Prophetæ Nathan deſcendenti Regi David calamitatem populi, *Reg. 3.*

Cum olim coerceenda fuit Adoniæ impotentia, qui ſuper Iſrael regnum imperioſius ſibi cupiebat vendicare; Nathan Propheta Bethſabeam certiorem fecit tanti auſus, dixitque ei: Regem alloquere, exhibe illi ſubditorum ſuorum calamitatem, qui dominationi adeo duræ ſe vident obnoxios. Non deero tibi, & ipſe in aulis tecum adero, & pro virili parte ea, quæ eidem dixeris, fitmabo: *Adhuc tibi te loquente cum Rege, veniam poſt te, & complebo ſermones tuos.* Hic aliquid ſimile accidit, cum hoc tamen diſcrimine, quod Sanctus Franciſcus per Nathan repræſentatus exponit Filio Dei, & David peccatorum calamitatem, propter flagitia ſua dæmonis ſervitio mancipatorum; & Sanctiſſima Virgo, cujus imaginem referebat Bethſabee, ſeſe huic immiſcet tanti momenti cauſæ, eamque ſua auctoritate patrocinatur. Franciſcus plenariam poſcit Indulgentiam pro peccatoribus, & Deipara efficit, ut Illius exaudiatur Oratio.

Indulgentia Portiunculæ in præſentia pro peccatoribus præſcinda.

Plenariam Portiunculæ indulgentiam Probaticæ piſcinæ poſſumus aliquo modo anteferre. In hac qui curari capiebat, diutius illi erat expectandum; & niſi prior a natum deſcendiſſet, non curabatur; ille enim dumtaxat ſalutem acquirebat, qui aliis celeritate præſtabat; His adde, quod corporis tantum infirmitates ibi curabantur. Sed per Indulgentiam Portiunculæ centena hominum millia mundum poſſunt infirmitatibus animæ, & ſæpe etiam corporis; quandoquidem origo infirmitatum ſuarum plerumque peccatum eſt. Neque amplius dicere fas eſt, quod Patriarchæ illi Evangelicus, vos *hominem non habeo*, qui vos in probaticæ Piſcinæ aquam injiciat, ubi omnium malorum veſtrorum curationem invenire poſſitis: *hominem non habeo.* Hominem hunc inveniſtis in perſona Sancti Franciſci Aſſiſinatis, qui ſeſe vobis offert, in ſalutare hoc gratiæ balneum vos eſſe immiſſurum; immo balneum ipſum geſtabit in omnes terræ partes, ubi erunt Ordinis ſui domus ad prævertendam longiſſimi itineris eacuſationem. Addamus etiam, vos in illo habere Angelum eundem, qui deſcendebat de cælo, ut piſcinæ aquas commoveret. Utique, ille hic Angelus eſt, & hic Angelus proculdubio, ſine quo aqua gratiæ, quæ vos hodie ſanctificat, ad ſalutem vobis afferendam non moveretur.

Cæcus, eos qui negligunt hucusque Indulgentiam propter eamdem facilitatem. Reg. 5.

Satis deſſeti nequit quorumdam cæpor, qui uti negligunt hoc ſubſidio ita facili, & commodo divinæ juſtitiæ ſatisfaciendi. Hic quidem illis dicere poſſum, quod militares quidam dixerunt Naamano, ut illum cogerent ad ea faciendæ, quæ Eliſeus Propheta illi præceperat, ut eundem a lepra mundaret. Propheta hic juſſerat tantum ſilum ſepties ablui in Jordane, & quemadmodum ita conditio illi viſa erat omnium facilis & nimis commoda medicina, induci non poterat ut faceret imperata, ratus, eo quod remedium erat facile, ideirco futurum inutile. Jamjamque in Syriam reditum cogitabat, cum quidam ex ſuis offenderunt illi, ipſam medicinæ facilitatem præ cæteris cauſam eſſe debere propter quam eadem uti vellet. Quid putas, dixerunt ei; inutile igitur erit iter ſuſceptum? Si Propheta præcepiſſet tibi magnum aliquid; & arduum, id certe facere debuiſſes; & rogaſceris, cum a te rem facillimam quærat? Per vos mihi liceat hoc ipſum vobis dicere. Si Deus vobiſcum ageret ſecundum communem juſtitiæ ſuæ conſuetudinem, reſervaret ſibi debitas peccatis jam remiſſis pœnas in juſtralibus flammis poſt mortem a vobis expiandas multorum ſæculorum ſpatio; & eum in præſentiarum dignetur vos ab hac lepra mundare, & has pœnas remittere per Indulgentiam plenariam; dummodo aliquot Templa viſitetis, & quaſdam preces recitetis; nonne vobiſmet crudeles eſtis, ſi proficere negligitis, cum adeo facilis ſit medicina? Offert ille vobis gratiam ſuam, & ne dubitetis, adjicit veritati promiſſionis ſuam auctoritatem; eamque largitur in perſona ſua coram matre ſanctiſſima, ſervo ſuo Franciſco Aſſiſinati.

Apparitio Filii Dei S. Franciſco præter enda eſt illis.

Cum Mundi Salvator, & ſanctiſſima ejus Mater apparuerunt Sancto Franciſco in Portiuncula, alter quidem, ut gratiam, quam emixe petebat, concederet, altera vero, ut eandem illi impetraret, ea nec viſio fuit, neque ſomnium: licet omnia myſtica eſſent, tamen ſimul omnia realia erant, & effectiva. Abrahim dicebat, ſe Deo locuturum, quia cinis erat, & pulvis; & Franciſcus alloquitur illum, quia per humilitatem, atque mortificationes ſuas ſuper ipſum cinerem exaruerat. Jacob viderat Dominum, idque in ſomnis tantum acciderat, quonam tanta cum tranquillitate in ſua paupertate ſoporem ceperat, ac omnes mundi theſauros poſſideret; & Franciſcus mortalium omnium pauperrimus illum vere conſpeat; quis omnium bonorum vacuus, inuce ſeſe providentiæ ejuſdem curæ derelhquit. Viderat illum in ardenti rubo Moyſes, quia futurus erat ingentis populi Pater Mediator Judæorum apud Deum, flagellum & excidium Pharaonis; & Franciſcus recens ille duodecimi ſæculi Moyſes vidit Salvatorem in Sacello Portiunculæ, quæ fuit veluti Ordinis ſui incunabula; quoniam electus eſt, ut ſit magnus Patriarcha, qui educat de ſæculi Ægypto plurimos filios in clauſtrorum ſolitudinem ad petendas, obtinendaſque pro peccatoribus gratias.

quia veteres Patriarchæ obſtiterunt.

Indulgentiam, quam Salvator vix, & fortaſſe ne vix quidem ſervo ſuo Franciſco, licet juſto ac fideli famulo, conceſſiſſet, hanc ille concedit orationi Sanctiſſimæ Virginis; cui quid non concederet? Nonne diceres S. Franciſcum hoc in loco perſonam induere Joab ducis exercituum David, qui cum non potuiſſet Regi perſuadere, ut Abſaloni filio ſuo parceret, viduam Thecuitidem arceſſivit, quam ſapientia, & auctoritas commendabant, ut verborum ſuorum illecebris Regis iram mulceret, atque ab eo gratiam filio, qui omnem humanitatis ſenſum exuerat, conciliaret? Morimur omnes, & ſicut aquæ dilabimur ſuper terram, idque in nullam reditus ſpem; ideoque acceſſi Dominum meum allocutura, eumque deprecatura, ut me, filiumque meum de inimicorum noſtrorum manibus eripiat. Cui rex ait: nonne verum eſt; omnia, quæ dixiſti, a Joab fuiſſe conficta: *Numquid manus Joab tecum eſt in omnibus iſtis?* Si beatiſſima Virgo non indiget, ut Franciſcus ipſi artem edoceat flectendi cor Jeſu Chriſti, ut peccatorum miſereatur; ſaltem illa repræſentat Franciſci preces, & vota Filio ſuo, qui illi dicere potuiſſet, ut Thecuitidi David: *Numquid* Franciſci *manus tecum eſt in omnibus iſtis?* Quomodocumque ſe habeat res, Salvator Franciſco diait verba non longe abhorrentia ab iiiis, quæ Joabo Rex dixit; *Ecce placatus feci verbum tuum.* Fiat, quod petis. Vade, congrega peccatores, & die peccata ipſorum illis eſſe remiſſa; & in hoc templum ingreſſi non fine vero pœnitentiæ ſenſu, lucrabuntor Plenariam Indulgentiam, pro qua in eorum gratiam laboras.

S. Franciſcus & Sanctiſſima Virginem orant, ut pro peccatoribus deprecetur, comparatur Joab ſollicitanti Thecuitidem pro Abſalone.

2. Reg. 6 14.

Eccleſia Portiuncu æ Cœnaculo comparatur.

Qui rite conſideraverit cæremoniam, qua Sancto Franciſco conceſſa fuit magna hæc Indulgentia Portiunculæ, nonne poterit illam conferre cum ſolemnitate maximi jubilæi, quem Deus hominibus elargitus eſt, eum Dei Filius miſit eis Spiritum Sanctum? Omnia ſimilia ibi fuiſſe videntur. Lapſus Spiritus Sancti in Cœnaculum Sion fuit incunabula Chriſtianæ Religionis, & auguſtiſſimorum illius myſteriorum; & deſcenſus Filii Dei, ejuſque Matris in Portiunculam, replevit Eccleſiam gloriois, admirabilibuſque prodigiis. Deſcendente in Cœnaculum Spiritu Sancto, Apoſtoli ſummam conſecuti ſunt auctoritatem ad Evangelium prædicandum, & Spiritus Sancti gratias communicandas. Sanctus vero Franciſcus in Portiuncula Apoſtolicam accepit libertatem & vim verborum, & operum ad perſuadendam Indulgentiam pro peccatorum ſalute conceſſam. Cælum deſcendente Spirito Sancto, cœnaculum univerſum ignis divini flammis opplevit, ad expiandos Apoſtolos, atque diſcipulos, & mox ceteros homines per illorum miniſterium; in cæleſti S. Franciſci viſione, viſus eſt de cælo dilabi fons gratiarum ad pœnitentium peccatorum animas expiandas. Cœnaculum primum fuit Sanctuarium, ubi Deus hominibus imperint, in perſona Apoſtolorum, & aliorum, qui adetant eminentia, liberalis ſux Magnificentiæ dona: Et Portiunculæ Templum fuit tanquam alterum Sanctuarium, ubi Dei miſericordia ſeipſam exhaurire, ut ita dicam, viſa eſt in gratiam peccatorum, ut Summi Pontifices illi aſſenſum ſuum præſtare debuerint.

Applicationes quorumdam Scripturæ locorum huic argumento.

Oratio S. Franciſci adeo ardens fuit ut Deus illum exaudire non nequiverit.

Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum. Pſalm. 33. Quomodo potuiſſet Deus ſeſe tueri adverſus orationem ejus, qui eadem confidentia, qua Apoſtoli, dicebat: Domine omnia reliqui, & memet ad paupertatis ſtatum redegi, cui ſimilem nondum mundus aut vidit, aut exercuit, & multa mortalium millia exemplum meum ſequi coegi. Vide, Domine Deus, quam tandem gratiam nobis concedere velis: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* Æternam ipſe vitam nobis offers, eamque acceptamus; ſed reminiſcere Domine hanc te nobis alias ob cauſas fuiſſe pollicitum; locutus es de centuplo ſuper terram; ſed hoc abs te non petimus; & audeo dicere & omnium Fratrum nomine, & meo, nos illud flocci facere. Quæres igitur, Deus meus, in theſauris miſericordiæ tuæ gratiam magis conformem ſtatui vitæ, ad quem nos evocaſti, & quandoquidem pateris, ut hac in re meam

Matth. 19.

tibi

tibi mentem aperiam; Eheu! Domine, parce populo tuo, & exaudi eos, quicunque huc venerint te invocaturi, & absolutissimam eaimanum suorum remissionem deprecaturi. *P. Bourdaloue.*

Deus non preces tantum sed etiam corda ejus dilectorum audit.

Præparationem cordis eorum exaudivit auris tua. Pf. 10. Quam accepta Deo est oratio, & quam efficax apud illum est! Quoniam ille scrutatur penitiores latebras cordis eorum, a quibus diligitur, ut eorum eaaudiat vota, antequam etiam ea sibi nuncupentur. Quis dilexit Salvatorem ardentius Sancto Francisco? In quo ejus vulnera ita distincta rendent, ac in locis iisdem, ut alter dici possit Jesus Christus? Non eapectat igitur, ut magnus ille Sanctus aperiat os, ut illum exaudiat; audit motus cordis illius super Indulgentia Portiunculæ & si scriptura ait, Moysem in monte orantem ita vocem exeluisse, ut Deus illi hoc exprobrasse videatur, licet Propheta nullum protulisset verbum, sed tantum desideria cordis sui eapofuisset illi: hic simili ratione Dei Filius audit desideria cordis Sancti Francisci. Audit illius amorem ot antem, & licet gratia, quam pro peccatoribus omnibus deprecatur, illi per Sanctissimæ Virginis interceſſionem conceſſa fuerit: divinus Salvator huic jam illam conceſſerat, & cor illius præparatum jam erat, ubi conſpeaerat deſideria cordis Franciſci, & gloriosæ Virginis. Diſcamus hinc non labus tantum orare, quam corde, ne incidamus in illam Prophetæ eaptobrationem cum ait, Judæorum populum labia tenus orare, eor vero eorum longe abeſſe a Deo: Sed precemur eorde, ingrediamur in hoc feeretum, & Sanctuarium, credentes, quia Pater Cæleſtis, qui cordis abditiſſimas latebras ſcrutatur, nos eſt exauditurus. Verborum multitudo Ethoicos decet, qui ita agunt, quaſi vellent docere Deos ſuos de iis, quibus indigent. Sed Deus, quem eolimus, ſcit quidquid latet in cordibus noſtris, & minima etiam exaudit deſideria, eum illa gignit amor.

Miſericors S. Franciſco. Preces charitas repulſi ferre nequit.

Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum. Pf. 33. Si unquam hoc Prophetæ verbum eaauditum fuit, non ne hoc acciait Aſſiſinati Franciſco petenti Indulgentiam, cujus hodierna die ſolemnitatem recolimus? Oravit pauper iſte Evangeliens in inſigni illa apparitione, in qua Mundi Salvator cum Deipara ſua, ſe ſe illi tradidit conſpiciendum, & pollicitus eſt ſe orationi illius omnia conceſſurum. Non ille aegna, non opea, neque honores petit; ſumet oblitus eſt, & de peccatoribus tantum ſollicitus fuit, pro quibus plenam obtinuit Indulgentiam, quotieſcunque cum requiſitis diſpoſitionibus, ſtatisque diebus Portiunculæ ſacras ædes, Deiparæ dicatas, & ubi ille preces fundebat ſuas, viſitarent: Oratio adeo ſalutatis, & ſancta repulſam pati non poterat. Beatiſſima Virgo illam ſuo præſidio firmavit, & Dei Filius elementiſſime eidem ſubſcripſit, & Franciſcus lætatus eſt, eo quod graviſſimis peccatoibus procuraverit gratiam pretioſiſſimam, & certiſſimum ſubſidium contra Dei ultionem, ac pœnas, quæ in caput eorum impendebant. *Iſter pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.*

S. Franciſci Oratio vim mutuatur a conjunctos ei precum fructum cum gratiis) &c.

Cum clamore valido, & lacrymis offerens, exaudivit eum Dominus pro ſua reverentia. Hebr. 5. Præcipuum S. Franciſci mentum crux eſt Jeſu Chriſti. Hanc ille ſubiit, geſtavitque toto vitæ ſuæ ſpatio per jugem affectuum ſuorum mortificationem. Hæc illius, quam cum Salvatore Mundi gerebat ſimilitudo effecit, ut preces illius benigne exaudirentur a Deo. Hæc igitur optima eſt orandi forma, crucem fetre, quemadmodum eam tulit Sanctus hic Patriareba, dominium eaercendo in cupiditates noſtras per jejunia, vigilias, etque corporis maeerationes. Alioquin nullus nobis ſperandi locus eſt, oretiones noſtras exaudiri poſſe; etenim non niſi peaſecta eum Mundi Salvatore ſimilitudme fieri poteſt, ut ipſi vim inferamus Domino. *Exaudivit eſt pro ſua reverentia.* Hoc Franciſci privilegium eſt, qui in Portiunculæ Templo proſtratus orans, cum humilitate, fide, & perſeverantia ad obtinendam peccatoaibus gratiam expiandi ſcelera ſua; non ſecus ac Dei Filius de Cruce Patrem ſuum eaoravetat pro eorum redemptione, meritus eſt, per hanc perfectam ſuarum cum Dei ſui precibus conjunctionem obtinere uberes gratias, quas in eorum favorem petebat.

Pauperum quia eſt, pauper Evangelicus.

Deſiderium pauperum exaudivit Dominus. Pf. 10. Quiſnam eſt S. Franciſco pauperior? Paupertas ejus involuntaria non eſt, & mox aceeptata; ſed ab eo electa, & adoptata. Poterat honeſtam in Mundo vitam ducere, ſumma cum officii fide mercaturam eaereens, ſed quin hanc vitæ rationem ſibi a Patre oblatam ſequeretur: Evangelicam ampleƈtitur paupertatem, ac veaillum attollit, ut alios etiam ad eam ampleƈtendam invitet. Ecce igitur pauperem antonomaſtice, non autem e vulgo egenorum, qui poſt Dei Filium ſuit paupertatis amantiſſimus, ac ſolertiſſimus Evangelicorum Conſiliorum obſervator. Pauperi huic dixit Deus; *Poſtula quod vis, ut dem tibi*, ſed ille nihil invenit dignius electione ſua, quam paupertatem. Franciſcus non utitur paupertatis ſuæ meritis, niſi imploraturus miſericordiam Domini erga paupeaes. Pro his Franciſcus omnem ſusm impendit Charitatem, petens a Deo, ut eaudiat pauperum deſideria, eiſque ipſorum peccata dimittat. *P. Bourdaloue.*

3. Reg. 3.

PARAGRAPHUS IV.

Lex, & ſententia Sanctorum Patrum, aliorumque Auctorum, quæ huic argumento congruere poſſunt.

Ecce proponit tibi Deus, pete, quod vis: quid petituus es? S. Auguſtin. in Pſalm. 34.

Pete in hoc tempore, quod tibi proſit in poſterum; pete, quod te adjuvet in æternum. Idem in Pſ. 53.

Oratio juſti clauſa eſt Paradiſi; aſcendit Oratio, & deſcendit miſeratio. Idem Serm. 225.

Quiſquis pro aliis intercedere nititur, ſibi prius ex charitate ſuffragatur, & pro ſemetipſo tanto citius exaudiri meretur, quanto magis devote pro aliis intercedit. S. Gregor. in Moralibus.

Quid tam gratum, tamque jucundum, quam peccatoribus prædicare indulgentiam? S. Ambroſ. Com. in 1. ad Titum.

Omnis iniquitas parva, magnave ſit, puniatur neceſſe eſt aut ab homine penitente, aut a Deo vindicante. S. Auguſtinus in Pſ. 58.

Temporaliter hominem derimet pœna, quem jam ad damnationem non derimet culpa. Idem Tract. 124. in Joann.

Deus indignas penitentiæ ſatisfactiones deſpicit. S. Cyprianus.

Sancta Synodus declarat falſum omnino eſſe, & a Verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin univerſa etiam pœna condonetur. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 2.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia pœna in hoc argumentum valeat deprimi.

SUnt gratiæ, quas Deus ſecundum noſtram intelligendi rationem concedit, tanquam bonus, & quas effundit tanquam magnificus; vel ſi me alias uti verbis lubet: quædam eſt miſericordia communia, & uſitata, quædam vero, quam David magnam, & copioſam appellat. Poſteriori huic ſpeciei adſcribi poteſt gratia, quam S. Franciſcus obtinuit in ſacris Ædibus Portiunculæ in gratiam peccatorum, qua Deus non ſolum æternas remittit pœnas peccatis promeritas, quas peccatores divinæ debent juſtitiæ, verum etiam temporales, idque tanta cum liberalitate, ut dici poſſit, quod ipſe etiam Salvator docuerat: ſe in Mundum veniſſe, ut homines non ſolum vitam habeant, ſed etiam ut abundantius habeant; & alibi; ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia.

Quanta fuerit gratia, quam Deus largitus eſt S. Franciſco in Templo Portiunculæ.

Nunquam S. Franciſcus quidquam opeaatus eſt, quod majorem meritorum copiam illi conciliaverit, quam eum integerrima charitate propter propriam, & ordini ſui, qui tunc oriebatur, utilitatem, ſollicitiorem ſe præbuit, ut generalem pro aliis veniam obtineret, quam pro fratribus ſuis. Ita oratio illius eaaudita fuit, & Salvator illi multo plura conceſſit, quam quæ petierat. Adeo verum eſt, preces, quas pro aliis fundimus, Deo acceptiores eſſe, & gratias, quas pro aliis quærimus, celerius concedi.

Oratio, quæ fit pro aliis potius Deo grata eſt.

Licet Dei Filius Sancto Franciſco mentem immiſerit tantam pro peccatoribus gratiam deprecandi, hæc tamen nonniſi ad Deiparæ Virginis interceſſionem erat concedenda: ut intelligamus in neceſſitatibus confugiendum eſſe ſub præſidium illius, quæ peccatorum omnium parena eſt, & auxiliatrix; & Franciſco pro illis deprecante, ipſa obtinuit a Filio effectum petitionis humilis ſervi ſui. Hoc animadvertere potuimus in nuptiis Cans; in quibus Filius Dei viſus eſt mataem eaprobrare, cum interim illa imperans, abſit invidia verbo, conſecuta eſt ea omnia, quibus indigebant eonvivæ.

Exemplo S. Franciſci docemur nobis opus eſſe mediatione Deiparæ apud Filium, ut noſtrarum precum effectus ſuccedat.

Communis omnium ſententia eſt, opera, quæ Deus immediate per ſeipſum facit, ſemper eſſe præſtantiora, & perfectiora iis, quæ per ſecundas cauſas operatur. Si hoc verum eſt in natura, non minus verum eſt in gratia. Ita converſiones, quas pea ſe operatus eſt, veluti illam Magdalenæ, Pauli, Zachæi, perfectiores, & conſtantiores fuerunt; & hunc innati principio dicimus, bona, & gratias, quas in Euchariſtica menſa percipimus, nonnihil majoris virtutis habere, quoniam immediate pruncipiuntur ab illo, qui earum fons eſt, & origo. Hæc eadem ratio, propter quam maximi a nobis facienda eſt hodierna Indulgentia; quam Salvator ipſe Divo Franciſco largus eſt. Hoc ſemper inſigne, & locuples munus eſſet, undecunque procederet; ſed faciendum eſt quod cum Dei Filius ejuſdem immediatus ſit auctor; manum munerantis augere muneris pretium.

Portiunculæ Indulgentia eo præſtantior eſt, quia Dei Filius, eam largitus eſt in perſona ſua.

Liquet, Dei bonitatem nunquam hominum peccata dimittere, niſi hac poſita condtione, ut divinæ juſtitiæ ſuæ ſatisfiat, quod perſpicue innoteſcit ex ea ratione, qua eum Moyſe, David, aliiſque peccatoribus uſus eſt. Ratio hæc ſemper ſuit eadem; & nunquam immutata ſuit in gratia omnibus, quas large, effuſeque donavit. Sacramentum quidem Pœnitentiæ culpam, non autem pœnam

Portiunculæ Indulgentia ſacellissimum eſt medium, ut divinæ juſtitiæ ſatisfaciamus.

pœnam omnem remittit, & si ex me quæratur ad quid pœna hæc redigatur, dicam hanc quodammodo parem esse oportere criminum magnitudini. Ubi mihi propono majestatem infinitam scelere lacessitam; infinitam justitiam pœnas exposcentem; infinitam potentiam, quæ omnia exequi potest: hæc una confideratio me ad desperationem adducere posset, nisi Ecclesia tanquam mater optima charitate sua timores absergeret, mihique media suppeditaret, quibus tot debita dissolvere possem. Hæc autem media sunt Indulgentiæ; gratiæ per quas Deus ex mera misericordia sua mutat terribiles pœnas peccato debitas, in leves satisfactiones; & cooperiens peccatorem, qui a Sacerdotibus absoluti sunt, & vere contriti, meritis Filii sui, Sanctissimæ Virginis, & sanctorum, participes nos efficit fructu laborum, & superabundantiæ meritorum ipsorum. Sed ex omnibus Indulgentiis, fatendum est, illa, quam Sanctus Franciscus hodierna obtinuit die, adeo copiosa est, ejusque conditiones adeo faciles, ut omnes peccatores contriti ibi valeant invenire gratiarum abyssum; cum nulla sit in Ecclesia similis hujus Indulgentia.

Rationes propter quas Ecclesia non plenum semper tribuit de omnibus sevenitate debitis pœnis remissionem.

Non latet, plurimos invehi contra id genus gratiæ, quibus disciplinam ajunt laxari abusi eo nomine, quo Sanctus Cyprianus olim appellabat quosdam ævi sui Schismaticos, audaces hujusmodi gratiarum auctores, pœnitentiæ obsessores; & demum virio vertere Ecclesiæ Romanæ, nimia facilitate ab veterum Canonum severitate degenerasse, quemadmodum eadem testatur in Epistola ad insignem illum Episcopum data: *Absit ab Ecclesia Romana vigorem istum suum profanum facilitate dimittere, & nervos disciplinæ everso fidei majestate dissolvere.* Meum non est disceptare hoc loco, utrum esset optabile quod vetus servaretur severitas: sed licet illi concederemus, quid tandem dicendum esset de Indulgentiis? Earum abusus, futilis est contra illas objectio; & si auferendæ essent omnes, quibus abutimur, gratiæ, quo evaderent Sacramenta, mysteria, mota ipsa, & cruor Salvatoris, quæ mali Fideles polluunt quotidie? Utrum igitur insimulas, an non posuerit Ecclesia has instituere Indulgentias; an quod ita non semper iis usa fuerit? Qui teneat Ecclesiam non potuisse, hæreticus sit, oportet. Adeone difficile est intelligere potestatem a Dei Filio collatam omnia dimittendi adimi Ecclesiæ, si eidem Indulgentiarum facultas admatur? At enim non semper ita se gessit. Quis nescit ipsis etiam severioribus seculis, illam quibusdam in occasionibus, & quibusdam personis gratias suas fuisse elargitam? Nihil adeo vulgatum est; quam intueri martyres persecutionum temporibus in passionum suarum gratiam breviores efficere pœnas pœnitentibus inflictas; & in ipso etiam S. Cypriano nihil frequentius occurrit Indulgentia, quæ concedebatur Præsulibus, qui de schismate ad Ecclesiæ sinum revertebantur. Verum ut ad nostra hæc tempora revertamur, nunquid invenire licet aliquid validius ad probandam conditionem, qua proposita S. Franciscus peccatoribus gratiam deprecatur? Nonne verum est, ipsum hoc facto, non secus ac in aliis vitæ suæ imitari Salvatorem, & intentionem, quam habet redigendi peccatorum supplicia ad dolorem sincerum, & scelerum suorum confessionem, visitando Ecclesiam Ordinis sui, aliquam habere firmitudinem, si dicere fas est, cum voluntate, quam habuit Dei Filius redigendi evangelicæ peccatricis pœnam ad erubescentiam, quam sustinuerat, semet palam coram eodem accusans? Mirum igitur non est, si idem Filius Dei hos sensus approbat, & si servo ejusdem Francisco petenti pro peccatoribus gratiam hanc illi concessit iis conditionibus, quæ omnium sunt facillimæ.

Maxima bona, quæ pœnitentes peccatores recipiunt ex Indulgentia hujus Tunculæ.

Habemus in Ecclesia Romana admirabiles articulos fidei; sed audeo dicere, inter cætera fidem, quam plenariis Indulgentiis habemus, non minus esse admirabilem. Hæ quippe nobis aperiunt effectus misericordiæ adeo inauditos, ut citra divinam revelationem atque auctoritatem Ecclesiæ, nequaquam spiritus nostros subjicere possemus ad ea credenda, quæ omnem scientiam exsuperant, & quæ omnes spes nostras excedunt. Meum non est hæc gratiæ mysteria perscrutari. Non dicam vobis prodigio simillimum esse, Deum gloriæ suæ, atque justitiæ zelorem, qualis noster est, sese subjicere, ut omni suo jure decedat; idque breviori, & facilion via, quæ simul est omnium maxime gratuita, nempe per indulgentiarum concessionem. Non morabor hoc loco amplificandus hujus beneficii meritum, & magnitudinem, quæ possit ciere adversus mortales omnem dæmonum invidiam, quoniam verum est, peccatorem licet in omne vitium prolapsus esset, & fanda infandaque omnia perpetrasset, quæ rebellis creatura sibi fingere potest; omnia licet inferni supplicia meritus esset, ubi omnia hæc crimina confessus est, & vere contritus, lucratur plenariam Indulgentiam, ac sese invenit Deo reconciliatum, gloriari potest se nihil ultra debere justitiæ illius, & in oculis supremæ illius majestatis adeo putus, mundusque apparet, ac si recens ex Baptismi aquis emergeret. In eadem dispositione est, ac pueri sacris aquis abluti, ut sine obice, & sine mora ad immortalem gloriam admittatur: idem obtinet jus, quod martyres, qui recens sanguinem suum effuderunt, & propter Jesum Christum mortem subiere. Hic est status ille, ubi insignis Patriarcha Franciscus cupit omnes esse peccatores. Hoc ille a Dei misericordia in eorum gratiam obtinuit, & si Indulgentiæ a Summis Pontificibus collatæ tantam obtinent vim, quos fructus sperare non possumus ab Indulgentia Plenaria Portiunculæ ab eodem Salvatore Sancto huic Patriarchæ concessæ?

Quo in sensu Indulgentiæ remittant pœnas peccatis debitas.

Ne una quidem est plenarum Indulgentiarum a Summis Pontificibus concessarum Bulla, in qua verba illa desiderentur, *contriti, & confessi*; & si quæ adesset, semper hæc supponitur conditio, sine qua nullus profecto ex Indulgentiis fructus percipitur. Neque ideo Pontifices docent, Indulgentiis peccati culpam deleri; sed Indulgentiam re ipsa condonantem dimissi peccati pœnam, data occasione, remittere noxam; namque ad illam luerandam fideles excitantur ad dolorem scelerum suorum; ita ut non solum relinquant peccatum, sed omnino relapsum, reditum, omnemque licet minimum peccati affectum, & mundi accedant ad Corpons, Sanguinisque Christi Jesu Sacramentum, quo culpa quævis obliteratur. Id genus est etiam Portiunculæ Indulgentia, de qua hodierna die verba facimus; & omnes hæ conditiones in ea requruntur, si quis inde fructum velit percipere. Quod si Concilia damnarunt quosdam eleemosynarum captores, qui similes Indulgentias falso jactitabant; inde factum est, quod homines avari talibus calumniis dabant simul culpæ, & pœnæ absolutionem, & turpissimo hoc mercimonio os fidelibus sublinebant, eorumque sæculos in propriam utilitatem emungebant.

Conditiones omnino necessariæ ad Portiunculæ cameraliaque omnes Indulgentias lucrandas.

Conditiones omnino ad lucrandam Indulgentiam necessariæ, hæ sunt. Peccato prorsus abrenuntiandum est; non mortale solum, verum etiam veniali; non solum actui peccati, sed etiam omni ejusdem affectui. Si remanet in corde minimum desiderium, vel minima adhæsio criminosa, & voluntaria, sis licet pius omnibus sodalitia ascriptus, omniumque devotionum particeps, nunquam plenariæ Indulgentiæ fructum vales percipere. Ita Catholici docent Theologi innixi hunc fidei principio: Deum nunquam peccati pœnam remittere, donec peccati affectus in anima perseverat. At, Doctores inquiunt, Indulgentia plenaria est remissio generalis pœnæ omnibus peccatis debitæ: Supponit ergo omnem peccati affectionem sublatam jusse per absolutam, & omnimodam peccato abrenuntiationem. Conditio procul dubio essentialis, & æquissima; nam peccatori dicit Deus, desine velle ad iracundiam me provocare: & ego te punire velle desinam. Hæ igitur eædem conditiones consequenter necessariæ sunt ad luerandam hanc Indulgentiam Portiunculæ, cujus memoriam tanta celebritate recolit Ecclesia.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis, nuperisque Cruciamentoribus loci hujus argumenti.

Quid & Portiuncula alio nomine S. Mariæ Angelorum nuncupata sit

VErum est J. C. fontem esse omnium gratiarum, & omnia Templa nostra sancta esse ac venerabilia, qua loca sint, ubi nobis omnia emanant bona. Tamen fatendum est, quasdam esse gratias, quarum Dei Filius saltem modo magis peculiari sons est, quam aliarum; & quædam etiam sunt Templa, ubi ille videtur eas libentius, uberius, ac largius effundere. Hujusmodi est exiguum Portiunculæ Sacellum, alio nomine, titulo Mariæ Angelorum nuncupatum, inter reliquas Ecclesias. Si illius ædificium intuemur, longe abest ab aliorum Templorum magnificentia. Erat enim Sacellum arctum, cujus fartatecti S. Franciscus procuraverat, ut illic seorsim exercitationibus orationis, & mortificationis operam daret. Quoad murorum septum, angustus erat locus, quem Seraphicus homo Portiunculam, hoc est exiguam portionem suam nominavit. Verumtamen haberi potest tanquam unum ex amplissimis Orbis Christiani Templis, eo quod origo sint duobus insignibus Ordinibus S. Francisci, & S. Claræ, & propter excellentiam donorum singularium, quibus locum hunc cumulare divinæ placuit liberalitati. Cæterum quæ ibi non acciderunt portenta, seu ad Fidelium solatium, seu ad pœnitentium peccatorum salutem? Illuc mundi Salvator descendit, Deipara, cælestium mentium legionibus comitantibus, Illic apparuit S. Patriarchæ, & cum eo familiariter collocutus est. S. Franciscus ibi a Dei Filio gratiam, cui parem nunquam reperies, quæsit, cujus testes irreprehensibiles sunt Angeli, & cujus Oratrix accedit Dei Mater, ut petenti facilius annuat Salvator. Gratia hæc hodierna die constituit nostræ pietatis objectum; cujus participes fieri non possemus, si hæc Indulgentia, similis exiguo fonti, cujus origo est in Templo Sanctæ Mariæ Angelorum, non crevisset in magnum fluvium per omnia Ordinis S. Francisci Templa fluentem. *Sermones Christiani.*

Charitas S. Francisci non secus ac Salvatoris nullis finibus coercetur. Ille erat pro omnibus peccatoribus.

Neque unquam S. Patriarcha Franciscus melius Salvatoris sensus affecutus est. Jam in omnibus vitæ suæ circumitantis visus fuerat imago vivens Hominis Dei. Natus erat ut ille, in stabulo; amplexus erat, ut ille, perfectissimam paupertatem. Nihil reliquum erat, nisi ut non secus, ac ille, charitatis, atque universalis misericordiæ

cordiæ ſpiritum haberet. Itaque ejus oratio nullos habet fines. Orat pro omnibus peccatoribus, pro quibus Dei Filius mortuus eſt. Salomon olim Sapientiam quæſivit, ut mens ſua cæleſti lumine illuſtraretur, & S. Petrus pro Fratribus ſuis, pauperiatis, & abrenunciationis ſuæ mercédem quæſivit. Sed quid infirmitatis eſt in his petitionibus, ſi eum Patriarchæ noſtri conferantur! Charitas illius non ſe continet in Ordine ſuo, neque in regione ſua. Ignis eſt, qui abſumit quidquid prope eſt; ſed qui etiam vehementi ſpiritu Dei ſuccenſus mundum univerſum cupit incendere. Zelus eſt, qui æque late patens ac ille S. Pauli eum cogit, ſi minus iiſdem utitur verbis, eoſdem ſaltem fovere ſenſus. *Teſtis eſt mihi Deus, quomodo cupiam vos omnes in viſceribus Chriſti.* Sanctè admirabilis! cui non uteris ea poteſtate, quam J. C. tibi concedit, cum optionem permittit tibi, quodcunque placuerit, petendi? Nonne eodem jure, quo Petrus ab eo quærere potes quidquid pro ipſo reliquiſti? Vel, ſi Charitas tua non ſinit te petere peculiarem tibi gratiam, loquere pro filiis tuis; pete, ut Salvator in eorum gratiam eluceſcere faciat juge ſuæ providentiæ miraculum; & ſicut Ordo tuus non alteri innititur fundamento, quam charitati, illum eadem potentia ſuſtineat, qua ſuſtinet terram, videlicet nihilo. At non ita, hoc nimis parum eſt ſeraphici Patriarchæ noſtri zelo. Ejus Charitas, non ſecus ac illa Salvatoris noſtri non alios habet fines, quam orbis totius. Ejus fervor Salvatoris fervorem imitatus, illum urget, ac rapit. O Deus! obſecro te, ait, per viſcera miſericordiæ tuæ, ut omnibus peccatoribus veniam indulgeas: exaudi benigne pœnitentes, qui in hunc Sanctum locum acceſſerint tuam clementiam exoraturi: ita ut dicere poſſimus de anima S. Franciſci, quod D. Chryſoſtomus de S. Pauli anime dicebat, illam patuiſſe univerſo mundo, & ſatis magnam fuiſſe, ut illum totum contineret. *De Fromentieres.*

Ad Philip. 1.

Quibus in rebus hæc Indulgentia præeat aliis, quæ à ſummo Pontifice concediuntur?

Poſtquam Dei Filius in Cælum aſcendit, & S. Petro poteſtatem reliquit ligandi, atque ſolvendi, hanc reliquit etiam in illius perſona omnibus poſt ipſum ſummis Pontificibus, eoſque conſtituit omnium Indulgentiarum ſequeſtres cum facultate diſponendi illas prout operæ pretium cenſuerit. Omnes iſtæ Indulgentiæ ſunt velut aquæ in Eccleſiæ receptaculis contentæ, quorum claves Summo Pontifici credidit Deus. Sed in Portiunculæ Indulgentia hoc proprium eſt, quod ipſe Dei filius, adnitente Despara, conceſſit eam S. Franciſco pro peccatoribus omnibus pœnitentibus, ſicut alibi dictum eſt. Juſſit quidem Jeſus, Patriarcham hunc ſummum adire Pontificem ſed non ad obtinendam gratiam, quæ jam illi fuerat conceſſa, ſed ut hæc magis eſſet authentica in Eccleſia, in qua poterat non abeſſe mendacii ſuſpicio, ſi deeſſet auctoritas, & conſenſus Capitis ejuſdem. S. Franciſcus ea erat humilitate, ut hunc non deeſſe poſſet officio. Re ipſa Honorium III. convenit, qui eum admiraretur, quod Sanctus noſter minime urgeret Indulgentiæ ſuæ confirmationem conſecuturus, & parum ſollicitus non laboraret de Apoſtolici Brevis expeditione, hoc a Franciſco retulit reſponſum, Salvatori eidem curæ futurum, ut in mundo ea cognoſceretur Indulgentia; quandoquidem ipſe illam conceſſerat. Verum S. Franciſcus cum ex Dei filio ſciſcitatus eſſet quodnam ſignum deberet Summo Pontifici præbere, ut probaret eidem acceptæ Indulgentiæ veritatem, Jeſus Franciſco tale ſignum oſtendit, ut Papa eidem nequiverit negare, quod flagitabat. Quin etiam Præſules, qui juſſi fuerunt hanc publicare Indulgentiam dubitantes utrum Caput Eccleſiæ tanti momenti gratiam conceſſiſſet; pro virili adoiſi, ut illam ad annos decem coarctarent, coacti fuerunt, licet inviti, & contra ſententiam ſuam, evulgare illam Plenariam, ac in perpetuum. Aliæ indulgentiæ ſuos limites habent vel pro qualitate, vel pro tempore; ſed nullius metuendi locus eſt hanc fuiſſe antiquaram, cum Salvator ipſe illam in ævum omne conceſſerit huic Sancto Patriarchæ, & voluerit hanc nullis coarctare cancellis, ſeu qualitatis, ſeu diuturnitatis, & illam indiſcriminatim applicari poſſe omnibus peccatoribus, dummodo ad Templa Ordinis accederent cum ſenſu contriti cordis, & cum requiſitis conditionibus: *Ex Chriſtianis Sermonibus.*

Sequitur idem argumentum.

In aliis Plenariis Indulgentiis fit, ut ita dicam, permutatio pœnæ æternæ peccatis debitæ eum pœna temporali. Hæc autem redimitur jejuniis, abſtinentiis, mortificationibus, aliiſque ſeveris exercitationibus, quas pœnitentiæ ſpiritus ſuadere poteſt. Peccator ibi quidem gratiam nanciſcitur, ſed non ita plenam ex parte miſericordiæ, ita ut minime teneatur aliqua pœna divinæ juſtitiæ. Juſtitia jura ſua perſequi vult, vel in hoc mundo, vel in altero; Sed Indulgentia Portiunculæ diceres miſericordiam cum juſtitia conſentire, ut peccatori numeris omnibus abſolutam gratiam largiantur, modo ſincéram emittat omnium criminum ſuorum confeſſionem, modo contereat eor ſuum atque coram Deo ſe proſternat; modo per ſenſus pœnitentiæ efficiat, ut membra ejus corporis, quibus abuſus eſt, ut ſerviret iniquitati, deinceps Sanctitati deſerviant, modo offerat Deo adipem precum ſuarum in Templis Franciſcanæ familiæ, & ſperare poſſit, ſibi dimiſſa fuiſſe crimina ſua. Magnum, & incomparabile privilegium, quod glorioſus hic Patriarcha pro peccatorum ſalute petiit, atque obtinuit, & quod potentis memoriam futuris ſemper ſæculis commendabit. *Ex Chriſtianis Sermonibus.*

Quo in ſtatu creditis glorioſum hunc Patriarcham ſeſe offerre filio Dei, ut tantam pro peccatoribus gratiam deprecetur? Ad flectendam Salvatoris juſtitiam, tunica exuus inter vepres, ac ſpinas cellulæ ſuæ proximas ſe volutat, quaſi precaturus hanc gratiam per tot ora, quot vulnera ſpinæ in illis membris infixiſſent. Zelo, quo magnus hic Sanctus provehere ſtudebat animarum ſalutem, ſatis non erat effundere lacrymas; Cælum votis fatigare, Sanctiſſimæ Virginis interceſſionem ſibi promereri, ut humiles preces, ac ſupplicationes filio ſuo exhibere dignetur. Satis non eſt caſtigare corpus ſuum & communibus pœnitentiis illud crucifigere. Ut melius imitetur ardentem amorem filii Dei, quo peccatorum ſalutem quærebat; ex omnibus artubus corporis ſui manar ſanguis, omneſque lancinat ſpinæ, ira ut poſſit dicere cum S. Paulo ad Corinthios: *Ego autem libenter impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris. Ex Sermonibus Chriſtiani.*

Quo in ſtatu Franciſcus Salvatorem adit, ut hanc Indulgentiam obtineat?

Si ex me quæſieritis, quomodo S. Patriarcha obtinere potuerit pro peccatoribus tantam hujus Indulgentiæ gratiam; reſpondebo primum Deum gratiam hanc eo tempore, iiſque peccatoribus, quibus ipſi placuerit, conferre. Munerum ſuorum dominus eſt; cumque ea, quæ paſſus ſunt, ſint menti infiniti, eorum functus applicare vult iis perſonis, & conditionibus, quæ ipſi maxime placuerint. Illi nulla erat cauſa, propter quam pateretur; quia erat innocens, & eadem Sanctitas. Itaque quod paſſus eſt, in noſtram ceſſit utilitatem, & ubi volunt, ſpirituales hos aperuit theſauros, ut nos eorum participes faceret. Dicam ſecundo, Franciſcum ad hanc Indulgentiam facilius obtinendam, patrocinium Deiparæ aucuparum eſſe. Hæc Angelis ſtipata in Portiunculæ ædem dilapſa eſt, & apud filium ſuum nihil prætermiſit auctoritatis ab eo ſibi conceſſæ, ut illius flecteret juſtitiam, & ſibi conciliaret miſericordiam. Hac igitur in occaſione dicere de S. Franciſco poſſumus, quod in alia S. Paulinus dicebat: *Habes in Chriſto magnum pignus, & ambitioſum ſuffragium.* Petis plenarium a J. C. indulgentiam, & Sanctiſſima Virgo ſua auctoritate fulcit petitionem tuam! *Beatus, cui eam numeroſa apud Chriſtum ſuffragia ſunt, & cujus caput tam multiplex ambit illuſtrium corona gemmarum.* Quam felix es, eum tot habeas, tantaque apud Deum patrocinia! cum videas aulam Cæleſtem, ſuis apud Deum pro te laborare ſuffragiis, atque tot beatos Spiritus, qui pretioſorum inſtar lapidum circum te admirabili in luce coruſcant! *De Fromentieres.*

Rationes duæ, propter quas Salvator facile concedit hanc Indulgentiam peccatoribus.

Ep. 13. ad Pammach.

Quod autem in hac Indulgentia S. Franciſco conceſſa potiſſimum perpendendum eſt, ſumma facilitas eſt, qua illam poſſumus lucrari. Quid facilius, quam Templa inviſere, & preces aliquot recitare, & velle adſcribi ſodalitio hujus S. Patriarchæ. Quænam ratio inventur inter pœnas, quas Indulgentia remittit, & media, quæ ad eam lucrifaciendam, requiruntur? Quænam proportio inter auſteras, & prolixas ſatisfactiones divinæ juſtitiæ perſolvendas, & leves conditiones, quibus acquieſcit miſericordia? Hoc jam dixeras, Deus, per officioſa ea verba, quibus apud Prophetam uteris, nos omnes invitans, ut timore ſepoſito veniamus ad te: *Omnes ſitientes venite ad aquas*, accedite ad gratiæ meæ fontes, & ad delicias uſque faluberrimus aquis inebriamini. Dei unius eſt ita loqui; vult a vobis has aquas emi; quippe eas niſi cooperantibus largiri vult; ſed aurum, vel argentum non vult; quia nihil vobis eſt, quod tantum hoc beneficium mereatur. Invitat, ut accedatis, quia vult tantum munus non ſine aliquo orationum veſtrarum, operumque bonorum pretio comparari; ſed neque vult vos veſtra paupertate deterreri; nam licet toto cælo locupletiores eſtetis, omnes hæ ſpirituales divitiæ, neque vini vim, neque lactis dulcedinem vobis oblatam exæquabunt. *Fromentieres.*

Quæ facile ſit requiſitis adimplere conditiones.

Iſaiæ 55.

Aliquæ in conventione, aut contractu inter homines inito viſæ ne ſunt aliquando conditiones minus oneroſæ? Dei Filius non flagitat jejunia, eleemoſynas, ſtationes, aut alia id genus pœnalia opera, tamquam medium aliquod neceſſarium; id unum petit, a quo in ordine juſtitiæ ſuæ nobiſcum diſpenſare non poteſt; dolorem videlicet criminum noſtrorum, ſine quo peccatum remitti non poteſt, neque illud ſubſequens pœna. Hoc poſito, tota ſua utitur poteſtate. Verum eſt, ſicuti in Principum donis non deſunt viri conſtituti, qui illa cenſoria virgula notent, & ad examen revocent, utrum liberalitas excedat vires, aut coronæ jutibus obſit; videtur Salvator aliquid ſimile operari in hac Indulgentia, quam S. Franciſco largitur. Mittit enim illum ad Summum Pontificem, ut alibi dictum eſt, ut illam ratam habeat, annulo piſcatoris ſubſignet, forſuiter acceptetur, nullumque ei debit authenticæ auctoritatis argumentum. Quas igitur cauſas, & excuſationes prætexere poterimus, ne tanto bono fruamur, & quod tanta facilitate comparatur, & ne ex hoc theſauro hauriamus, unde omnia debita noſtra perſolvamus? Si hic nobis cuncus inquirendus eſſet, & Aſſiſium uſque petendum, prope quam urbem ſitum eſt Myſticum hoc ſacellum, ubi conceſſa fuit hæc S. Franciſco Indulgentia, ut participes fieremus tanti boni, quæ

Magna facilitas invitare nos debet ad hanc Indulgentiam lucrandam.

quæ erat neceſſaria conditio in prima hujus Feſtivitatis Inſtitutione; hæc tamen gratia meretur, ut hoc iter ſuſciperetur; quemadmodum profecto plura mortalium recenſebantur millia, quotannis ex omnibus Europæ Regnis confluentium, quæ pluribus deinde ſæculis viguit conſuetudo. Sed hodierna die cum tantus hic theſaurus propius acceſſerit, atque ut omnes fideles ejuſdem fieri poſſint conſortes, uſus adeo facilis evaſerit: itane propriam negligemus utilitatem, quæ in extremis etiam terarum plagis eſſet conquirenda? *Frementieres.*

Hujus Indulgentiæ ſucceſſus in Eccleſia, argumentis eſſe hanc ejus Dei.

Id etiam eſt animadvertendum, quod oſtendit ſupremam illius poteſtatem, qui celeberrimam hanc tribuit Indulgentiam; videlicet, quod ille ſpondet pro ejuſdem proſpero eventu, & aſſerit ſibi curæ futurum, ut gratia hæc a Summo Pontifice probaretur, & rata haberetur, quidquid illius miniſtri obniterentur. Ille dominus eſt cordium, & humanarum voluntatum, illas movit, quocunque voluerit circumagere; oſtendet Summo Pontifici fulgore miraculorum hanc eſſe voluntatem ſuam, & obices omnes, qui in re hac exequenda occurrent, fient validiſſima argumenta veritatis hujus Indulgentiæ, & Verborum Filii Dei. Itaque magnus hic Sanctus non dubitavit amplius, quominus factum omnino votis ſuis reſponderet. Quod vero hanc Indulgentiæ peculiarem certitudinis tribuat gradum, quo ab aliis quibuſcunque diſtinguitur; hoc eſt, quod præter conſueras vias per quas tranſit, ut ad nos uſque perveniret, adſunt circumſtantiæ adeo ſingulares, ut niſi quis fidei abnegantiæ, quæ habenda eſt cognitus, exploratiſque miraculis, & niſi hanc ſibi vindicaverit licentiam negandi, quidquid explicite in Scripturis revelatum non eſt; nemo de illius præſtantia, atque auctoritate valeat ambigere. Summus Pontifex authenticæ illam comprobavit; quod aliis etiam indulgentiis eſt commune; huic vero ſingulare eſt, quod ille, in per ſe teſtatus eſt, hanc peculiari numinis afflatu conceſſit: quod conceſſit illam contra Cardinalium ſuffragia, qui cenſebant, hanc Indulgentiam ceteris quibuſcunque vim abrogaturam. Qua in re noſtis difficultates, & obices, qui ab hominibus nectuntur, eo plerumque tendere, ut magis magiſque Dei potentia eluceſcat, non ſecus ac in Chriſtianæ Religionis inſtitutione, quæ cum Dei opus eſſet, egit triumphum de omnibus Philoſophorum contradictionibus, deque perſecutorum omnium potentia. *Auctor Sermonium in omnia argumenta.*

Probatur virtus Indulgentiæ de Portiuncula.

Hæc ut plurimum ſors eſt inſignium Dei beneficiorum, contumeliis hominum dubitationibus oppugnari, qui quod ignorant blaſphemare conſueverunt. Sibi perſuadent, Deum facere non poſſe, quod ipſi capere nequeunt, & ea, quibus per incredulitatem indigni ſiunt. Hujuſmodi præter propter factum eſt celeberrimæ Indulgentiæ Sanctæ Mariæ Angelorum, Portiunculæ nuncupatæ. Quidquid S. Petri, atque Apoſtolorum ſucceſſores, Summi Pontifices, & Epiſcopi, homines Apoſtolici quinque ſæculorum dicant de Portiunculæ Indulgentia, ſemper inveniuntur ſpiritus rebelles, & increduli, qui in errorem lapſi eſſe illi mancipant, ac tradunt, ut teſtatur Apoſtolus, in reprobum ſenſum, omnem rejicientes auctoritatem præter ſuam, & rati eam præventionem, quæ ipſos fallit, regulam fidei ſuæ eſſe debere. Conabimur tamen, ſiu minus eos ad veritatis cognitionem adducere, ſaltem quatuor regulis eos oppugnare, quas critice accurata obſervare conſuevit ad facti veritatem aperte probandam. Prima eſt Hiſtoricorum antiquitas, altera teſtium probitas; tertia eorum, quæ illi teſtantur, uniformitas: quarta perpetuitas fidei de facto; quod probandum eſt. Quatuor hæ regulæ, quas ſequi profitemur ad oſtendendam veritatem Indulgentiæ de Portiuncula, probabunt cæleſtem eſſe ejuſdem originem, quoniam in hac occurrit quidquid veræ criticæ ſcientia deſideret, videlicet Hiſtoricorum vetuſtas; probitas teſtium, teſtificationum conformitas, & conſtans quinque ſæculorum traditio. Hi veritatis characteres adeo perſpicui ſunt, & manifeſti, ut nemo ſanæ mentis illis fidem detrectare nequeat.

Canon primus deſumitur ex teſtium antiquitate. At quinam inveniri poſſunt teſtes antiquiores veritatis hujus Indulgentiæ illo ipſo, qui immediate illam a Dei Filio confecutus eſt, nempe S. Franciſco Aſſiſinate, pluribuſque ejus ſodalibus, additiſque ſeptem Epiſcopis Aſſiſii qui deinceps ſubſecuti ſunt, & qui illam publicarunt? Altera probatio, qua factum hoc redditur certum, ex eorundem teſtium probitate deſumitur. Quænam vero probitas major illa Sancti hujus Patriarchæ, & Conſtratrum ejus, quorum plurimos in Sanctorum albo deſcripſit Eccleſia; quorum ſinguli fidelem facti enarrationem texunt, de quorum rectitudine bonaque fide Hiſtorici, qui illos ſubſecuti ſunt, ita erat perſuaſum, ut nihil præcavendum cenſuerint ſibi contra impoſitiones, & contradictiones, quas inventre poſſet factum adeo novum, & ſingulare? Tertius canon eſt teſtimoniorum congruens conſenſus. Nemo alteri contradicit, quod alii teſtati ſunt, aliorum teſtimonio confirmatur; & licet ut plurimum in relationibus plurimæ occurrant varietates, Hiſtorici qui de hac Indulgentia verba fecerunt ne tranſverſum quidem unguem aberrant. Quartus denique eſt conſtans traditio, & hujus fidei perpetuitas. Omnia præterierunt, omnia conſenueſcunt, omnia temporum vicitſitudine & antiquitate in nihilum redeunt; ſed tantum abeſt, quod inſignis hujus beneficii Sancto Franciſco in Portiuncula conceſſi fides excidat, ut ſemper reflorefcat, & reviviſcat nova virium acceſſione, eamque talem poſſideamus, qualem majorea noſtri tam acceperunt. Quænam major auctoritas exquiri poteſt, quam conſtans traditio quingentorum annorum, quam generalis illa approbatio, quæ ab omnibus Summis Pontificibus qui deinceps ad hæc uſque tempora obtinuit? quam Concilia, Epiſcopi, Inquiſitores, qui in examine factorum id genus, quam illi denique Eccleſia contulit univerſa? Numquam niſi hæretici, & omnis pietatis oſores extiterunt, qui contra Indulgentiam hanc furerent, cum interim Summi Pontifices, Concilia, contra hæreticam pravitatem Inquiſitorea, Univerſitates, Præſules, Doctores, omnes, ut uno verbo me expediam, poſt S. Franciſcum altiſſimum ſervarunt ſilentium hac in re, cum ipſis eſſet de facti veritate perſuaſum. Fierine poteſt hos Religionis magiſtros, hos fidei Judices obmutuiſſe, ut plauderent, & velificarentur mendacio adeo inſigni, quale hæc eſſet Indulgentia, ut quædam inquieta blaterant ingenia, quibus nihil juſtum videtur, nihil verum præter fallacia lumina ſua, ſi quod illi ineſſet falſitatis initium? Quod ſi hujus Indulgentiæ veritas adhuc controverſa eſt propter quorundam incredulorum pertinaciam, quos alio nomine mundus ſpiritus fortes appellat; quamvis pleraſque eorum objectiones exploſerimus, adjiciemus cum Sancto Auguſtino de eorum ſimilibus loquente: *Quiſquis adhuc prodigia, ut credat, inquirit, magnum ipſe prodigium eſt, qui mundo credente non credit.*

Reſponde-tur ſilentio S. Bonaventuræ de hac Indulgentia quod objiciatur.

Contra probatam adhuc certitudinem Indulgentiæ de Portiuncula objici fortaſſe poterit, S. Bonaventuram, qui S. Franciſci vitam conſcripſit, & cui plurimæ non deſuerunt occaſiones de hac Indulgentia, ne verbum quidem de illa feciſſe in Patriarchæ ſui vita; quod manifeſto argumento eſt, illi de eadem minime perſuaſum fuiſſe. Ad hæc reſpondeo; Numquid mendax fuit S. Franciſcus, qui illam annuntiavit? Num ſodales ejus, qui retulerunt illam? Num ſeptem Epiſcopi, qui illam prædicarunt; atque tot alii viri graves, qui poſt Ordinis inſtitutionem de eadem verba fecerunt? Ad hæc, ſi S. Bonaventura de illa non ſcripſit, opus eſt, illi non deſuiſſe cauſas, ut hoc faceret. Quænam fuit cauſa iſtæ? En illas. Prima eſt, quod cum Generalia Ordinis comitia Narbone haberentur, pio hunc Generali opera demandata eſt ad examen revocandi omnes S. Franciſci vitas, & ipſe juſſus fuit ſupplere iis, quæ deeſſent, quin tamen in medium afferret illa, quæ mundo univerſa erant notiſſima. Hæc fuit cauſa, propter quam ſilentio involvit plurima inſignia facta, quæ ab alia ante ipſum fuerant memorata. Præterea hoc factum erat, cujus veritas quotannis a Concionatoribus confirmabatur. Ratio altera eſt, quod acceperat ex ore B. Lennii, qui fuerat a Conſiliis, & Secretis S. Patriarchæ, Sanctum hunc virum edicto caviſſe ne quis ſe vivo loqueretur, & ſcriberet modum, quo ſibi hæc Indulgentia fuerat conceſſa: *Uſque ad tempus mortis tuæ*, ideoque in Hiſtoria vitæ S. Franciſci, quam tres illius ſocii ſcripſerunt, legimus tantum, Sanctum hanc adiiſſe Summum Pontificem Honorium III. quemadmodum alibi dictum eſt, ut illi ſimpliciter aperiret gratiam ſibi a Domino conceſſam, quin aliud adjiceret, uni Salvatori glorium reſervans hujus Indulgentiæ evulgandæ. Numquid præterea requirebatur, ut S. Bonaventuræ ſilentium indiceretur? S. Bernardinus Senenſis, Vicarius Generalis Ordinis, & S. Joannes de Capiſtrano nonne id indigitarunt eorum Religioſorum numero, qui quotannis Aſſiſium ſeſe conferre debebant Indulgentiam hanc lucraturi? Nunquid eorum non ſufficiunt teſtimonia, vel quidnam in illis reprehendi poteſt? Sed tandem, inquies, S. Bonaventura, hujus Indulgentiæ non meminit. Non erat opus, ut id memoraret, quippe tantus erat numerus eorum, qui de hac re ſcripſerant, ut de ea nemo poſſet ambigere. Sed aſſerere audeo Seraphicum hunc Doctorem nihilominus de re eadem verba feciſſe. Quoniam capite ſecundo in S. Franciſci vita, narrat quamdam Sancti Viri viſionem, quæ non nifi de Portiunculæ Indulgentia poteſt explicari. His omnibus addendum eſt, ſi unius Scriptoris ſilentium probare poteſt facti alicujus nullitatem, cum alii plures ejuſdem meminerunt; Lazari reſurrectionem, & miraculum Cana, quæ unus S. Joannes memorat, & tres alii præterierunt Evangeliſtæ, nulla eſſe, & mendacia.

Authentica-tas Indulgentiæ hujus.

De certitudine hujus Indulgentiæ dubitare non licet, hanc quippe certiſſima comprobaverunt miracula; quippe Indulgentia hæc in univerſum populum ehrilianum effuſa eſt cum admirabili animarum progreſſu, & manifeſtis pietatis incrementis, quæ privilegia eam nobis eſſicere debent pretioſiſſimam; Indulgentia immediate a Jeſu Chriſto conceſſa. Verum eſt poſſe Vicarium Filii Dei concedere Indulgentiam: ſed quæcunque hæc ut auctoritas fidelibus diſtribuendi dona Dei; Indulgentia, quam concedit, poteſt aliquando eſſe nulla, quia vel deeſſe poteſt illi cauſa ſufficiens, vel alia conditio eſſentialiter neceſſaria. Hoc docet Theologia. Sed Indulgentia directe, ac præſertim conceſſa ab ipſo Dei Filio certiſſima eſſe debet. Salvator enim nonne cognoſcit omnem poteſtatis ſuæ magnitudinem? Nonne ſemper ſecundum Æternæ Sa-

næ Sapientiæ ſuæ Canones agit? Cæterum cum penes ipſum ſit omnium gratiarum ſuarum arbitrium, num in earum diſtributione nulli obnoxius eſt legi? eaſque quomodocumque ipſi placuerit, diſpenſare non licet? In hoc ſita eſt Indulgentiæ hujus prærogativa. Jeſus Chriſtus per ſe eam Sancto Franciſco concedit, ſed ſimul imperat, ut factum cum Summo Pontifice communicet, ſeque illius judicio, luminibuſque ſubjiciat. Indubium argumentum, in conceſſione, & publicatione nihil acciderſe non recte factum, nihil a Dei Spiritu abnorme. *P. Bourdaloue.*

Idem argumentum aliter tradatum, & conditiones indubitatarum tradicionis generarim requiſitæ.

Cum ipſe Dei Filius celeberrimam hanc Indulgentiam S. Franciſco conceſſerit, nihil de illius virtute, aut effectu dubitandum eſt; quod non æque certum eſt in aliis Indulgentiis, quamvis ille hunc eundem theſaurum reliquerit Eccleſiæ ſuæ, & ſummam illius diſtribuendi facultatem juxta varias fidelium neceſſitates. Et ratio patet, quia qui theſauri hujus claves habet, & poteſtatem illius impendendi, nonniſi œconomus eſt, ejus diſpenſator, non diſſipator per nimis frequentes, importunaſque profuſiones. Juſtam habeat cauſam neceſſe eſt, urgentem neceſſitatem, occaſionem, in qua prudenter judicet, hoc ceſſurum eſſe in Dei gloriam, & utilitatem Eccleſiæ, cujus univerſalis eſt Paſtor. Deinde adnectere debet æquas conditiones, & onerofas actiones, ne aliqua adſit proportio. Denique non eſt ita Indulgentiarum arbiter, ut ad arbitrium diſponat quin Deo rationem reddat. vel quin Deus ratas habeat illius largitates. Verbo, plures ſervandæ ſunt formalitates, plures replendæ conditiones, & ſæpe plurima meruenda ſunt mala. Sed qui hujus diei largitur Indulgentiam a nulla hujuſmodi re pendet. Cauſa juſta eſt, ex quo probat illam, & nihil deeſſe poteſt, ubi ille vult, & præſtet aſſenſum. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Deſcriptio Portiunculæ.

Per vos mihi liceat hoc loco dicere, quid eſſet hæc Portiunculæ domus, nunc temporis in univerſo Chriſtiano orbe percelebris, quam S. Patriarcha Franciſcus delegit, ut illuc cum filiis ſuis ſe reciperet, & quid tunc eſſet illa domus. Diruta, atque deſerta domus erat, ideoque placuit Sancto huic, quippe quæ maxime conformis paupertati, quam fuerat amplexus. Anguſta domus erat, & derelicta, ideoque ille ſibi deligendam cenſuit; quia melius indigitabat characterem humilitatis, & Evangelicæ paupertatis, quam profitebatur. Sed potiſſimum illi placuit, quoniam domus erat Deiparæ conſecrata. Ubi illam intuitus eſt Franciſcus, eadem illectus fuit, & ad Sodales ſuos converſus, Fratres, ait, hæc terra eſt benedictionis, quam nobis pollicitus Deus eſt. Hic locus pacis meæ, *hic requies mea in ſæculum ſæculi.* Verum eſt domum hanc rebus omnibus eſſe vacuam; ſed mementote, nos eſſe filios Providentiæ, mementote nos eſſe Reginæ Cælorum domeſticos, & familiares: Ego quidem, addit vir iſte Seraphicus, toto cælo hanc puto potius diligendam exiguam portiunculam ex dictione Deiparæ, quam omnia Regna, & Imperia Principum ſæcula, & quandoquidem aditum ſumus poſſeſſionem hæreditatis ipſius, nihil eſt, quod a Deo ſperare nequeamus ſub potenti illius Patrocinio. *Pater Bourdaloue.*

Franciſcus non contemnit lacrymas fidelium ſuorum in peccatorum conversione pro hac vitam quoque ſuam offerit.

Sanctus Franciſcus pro peccatoribus miſericordia ductus oravit, exoravitque proſtratus plenam hanc, miſignemque Portiunculæ Indulgentiam. Zelus ardens ſalutis eorum exploratus, compertuſque erat, ita ut illius fuſius texere encomium opus non ſit. Ignitus hic zelus illum impulerat, ut maria tranaret, quæſiturus quo pacto eumdem expleret apud Saracenos, aliosque Infideles; & vorarum illius cumulus extitiſſet, vitam ſuam eo in munere ſacrificare, in quo Salvator impenderat ſuam. Videbat Ordinem ſuum florentem, & in omnia Europæ regna diffuſum. Itaque actus, & eo fervore ſuccenſus, qui fulcit, & animat recentia quælibet inſtituta, proſperoque eventu converſionis animarum, qui conceptam ab eo ſpem exæquabat, jugiter ſe ſe offerebat Deo hac mente nihil majus, & divinæ majeſtati jucundius agnoſcens. Sed his inter ſucceſſus, & benedictiones, quibus Deus omnia Franciſci cœpta proſequebatur, reliquum erat in illo dolore, ſecretæque moleſtiæ argumentum, quod gaudium, & conſolationem cordis ſui ex parte imminuebat. Hoc autem erat, quod ævi illius peccatores ſimiles erant illis noſtri hujus. Videbantur apud eos converſiones, & mutationes vitæ; ſed pœnitentiæ, & peccatorum expiationes nullæ fere videbantur. Quos ille a vitiis, flagitiisque revellebat, his ſatis eſſe putabant deinceps vitam ducere magis frugi, ſed non ideo pro ſceleribus præteritis ſatisfacere adnitebantur. Fatebantur quidem ſe plurimum divinæ debere miſericordiæ, quod ipſos de erroribus ſuis avocaſſet, ſed parum attendebant, utrum divinæ juſtitiæ feciſſent ſatis, quæ ſibi dimiſit æternas pœnas, quas merti ſunt, exigit temporarias pro criminum eorumdem expiatione. Credebant ſatis ſibi fuiſſe inferni pœnas evitaſſe, & non ultra impoſterum relabi in eum ſtatum, qui illis malorum omnium cumulum poſſet promereri; Ita ut, quod non erat æternum, parum moveret animos eorum, & nihilum præcaverent ſupplicia, quæ in luſtralibus Purgatorii flammis etiam pro dimiſſis criminibus expianda reſervantur. Magnus hic Sanctus humanæ cæcitatis miſertus, quam gignit naturalis horror, quo pœnitentiæ rigorem fugiamus, & alit nimis tener corporum noſtrorum amor. Sanctus hic inquam in eo totus verſatur, ut aliquod lenimentum inveniat, ut ſervatis divinæ juſtitiæ legibus, Dei flecteret miſericordiam, ut humanæ indulgeret infirmitati; & videns non aliam adeſſe, quam viam Indulgentiarum, quæ æquiſſimum hoc gignunt juſtitiæ divinæque miſericordiæ temperamentum, hoc Franciſcus hunc quidem ſatisfaciet ardenti deſiderio peccatoribus opitulandi, inde vero illis omnimodam obtinere conabatur remiſſionem noxæ ſimul & pœnæ peccatorum. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Qui charitate Salvatoris S. Franciſcum arcuit. Viſio admirabilis.

Franciſcus hac adeo fervens oratione raptus in Deum voce quadam admonitus fuit, ut ſe in Templum conferret, ubi Salvator, ejuſque gloriosa mater illum præſtolabantur; ibi enim cum Deo agendum erat de ea re, quam meditabatur, & ex qua felicem exitum ſe habiturum ſperabat. Cucurrit ille, eoque ſe contulit, velut alter Moyſes: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam.* Quam admirabile ſpectaculum! Franciſcus obſtupeſcit; nihil enim in mundo fuerat intuitus, quod ad pompam illam accederet; ibique coram Divina majeſtate proſtratus: quæ in renidenti gloriæ luce coruſcabat, Beatorum ſpirituum corona ſepta, ſumma eum reverentia audit zelum ſuum a Domino probari; in cujus gratiam ab eo petere dignatur, quid ſibi vellet. Hic lubentiſſime Sanctum Auguſtinum ſequor, qui in fictione ſimili ex hujus mundi homine quærit, quid ipſe in tali occaſione peteret a Deo? *Ecce propenit tibi Deus, Pete quod vis; Quid petiturus es!* Heu! quos theſauros, quas dignitates, Sanctus hic Doctor clamat, non peteres pro te amiciſque tuis? *O quanta promitteres tibi tribunda, & aliis largienda?* Hæc tibi negotium faceſſeret electio, & deliberatio petendi id, quod tibi eſſe poſſet acceptius, vel utilius. Sed Sanctus Franciſcus non hæret; nihil eum movet magis, quam cæcitas, ac ſtupiditas peccatorum. Nihil illi antiquius eſt, quam opem illis ferre, & ſalutis vias illis efficere faciliores. Hoc illi unum cordi eſt: *Unam petii a Domine, hanc requiram.* Noſti, Domine, quid cupiat famulus tuus; quoniam ſcrutaris penitiores cordis latebras. Cupio applicationem ſanguinis, quem fudiſti pro peccatoribus; cupio remiſſionem pœnarum, quas exigit ab iniquitatibus eorum juſtitia tua; verbo, cupio Indulgentiam pro iis omnibus, quicunque viſitaverint ſanctum hunc locum, quem tuo ſanctificare dignaris aſpectu, dummodo acti ſincero dolore læſi numinis, huc accedant tuam deprecaturi miſericordiam. Scio quanti ſteterint tibi hæ animæ, & quanto amore illas proſequare; concede igitur in gratiam earum id, quod miſer peccator conſequi non mereretur. Quid vobis videtur de hac petitione? quid de zelo Sancti hujus Patriarchæ populi bonum ſuo præferentis, & qui cum poſſet aliud quodlibet orare, ſollicitus tantum eſt de gloria illius, cui placere ſtudet promovens ſalutem animarum, qua nihil optatius eidem contingere poteſt? Sed heet charitatem hanc adeo ardentem, & minime cupidam tanti non faceremus, quanti facienda eſt: magnitudo beneficii, quod univerſæ procuravit Eccleſiæ omnibuſque Fidelibus eam conſtituentibus, nunquam eſſet ex animo noſtro obliteranda. *Auctor recens.*

Non ſolum Franciſci ſanctitas, ſed vita ejus cum virtutibus conformis illum inter ſocios ſuos ſanctum oſtendit. 2. Petri 1. 9.

Videre mihi videor Franciſcum tamquam Salomonem alterum in Sanctuario proſtratum, & manus attollentem in cælum illud ipſum a Deo petiturum, quod Rex Iſrael cum Templum Jeroſolymitanum dedicavit: *Oranres in loco iſto exaudi eos in cælo, & dimitte peccata ſervorum ſuorum.* Domine, dixit vir ille Seraphicus, parce populo tuo, & dimitte peccata iis, qui in hunc locum acceſſerint te invocaturi. Ita enim Franciſcus oravit, & dignus fuit, qui exoraret. Cur? Num quia Sanctus erat? hoc ſatis quidem eſſet ad petitionem ejus probandam; docet enim fides, nihil apud Deum eſſe ſanctitate potentius. Quis autem miretur, ſi Deus exaudiat Sanctum, qui illum orat, & æque ardenter amat, ac Sanctus hic; quandoquidem ſecundum ſcripturas facit voluntatem timentium ipſum? Si Dei timor, S. Auguſtinus ait, tantum auctoritatis habet apud Dei majeſtatem, quid amor non poterit? *Si hæc timentibus, quid amantibus?* Sed neque ſolus timor, neque ſolus amor, neque generatim S. Franciſci ſanctitas ſicilem illi procurat apud Salvatorem Mundi acceſſum; ſed vitæ ſuæ cum vita Filii Dei conformitas; nempe quia conabatur S. Franciſcus in perſona ſua exhibere omnes præſtantiſſimas virtutes Redemptoris. *P. Bourdaloue.*

Portiunculæ Indulgentia eo miſericordiæ ſit, quod ejus beneficio quæ ſunt tot alia ejusdem generis dilpenſata.

Indulgentia Portiunculæ non eo ſolum commendabilis eſt propter eum, a quo obtinetur, ſed multo magis propter eum, qui eandem largitur, ipſe totius mundi Salvator. Hic quatenus bonorum ſuorum Dominus, & arbiter donorum ſuorum ad arbitrium poteſt illa conferre, qua in re hæc Indulgentia præ cæteris, quæ non minus late patent, & quas eadem facilitate lucrari poſſumus, hoc habet ſingulare, quod illæ dantur a Summo Pontifice, qui vices tantummodo gerit Filii Dei ſuper terram, hæc autem immediate eſt a Filio Dei ipſius; quod illas haunt Eccleſia ex immenſis theſauris meritorum hujus hominis Dei, cui idem eorum commiſit diſpenſationem. In hac autem ille qui eandem ſuo cruore promeruit, idem eſt, ac qui largitur illam; quod ſanguinis hujus

fructus,

fructus, infiniti pretii, applicetur ab eo ipso qui effudit illum. Denique quod qui pretiosum hunc thesaurum acquisivit, ipsum se quodammodo illius dispensatorem reliquit. Quod vxlidum sane argumentum est ad eogendam peccatorum contritorum confidentiam, & ad illos excitandos efficientius, ut accedant ad liberalem hujus Salvatoris Dei magnificentiam, qui dignatur eos participes facere bonorum *suorum*. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Quantum debeamus S. Francisco propter hoc magnificum donum, quod nobis sua charitate procuravit.

Fingite, quæso, vos propter scelera vestra extremo afficiendos esse supplicio, quod nulla potentia, nulla vis, nullæ amicorum vestrorum preces a capite vestro nequeant prohibere. Unus homo, quem flocci facis, satis habet auctoritatis, ut non solum prolatam sententiam, non differat solum, sed antiquet, & vos missos faciat, & vobis hoc beneficium confert, quin a vobis quidquam expectet, ac speret, numquid hac lucis usura digni essetis, si nullus vos grati animi sensus afficeret? Heu! quod S. Franciscus vobis contulit beneficium toto cælo majus est, Quantum divinæ justitiæ debemus? Num suppeteret nobis unde conflatum æs alienum dissolveremus, licet in solo pane, & aqua toto vitæ nostræ spatio jejunaremus? Licet omnia bona nostra, omnemque substantiam, ut S. Paulos loquitur, pauperibus erogaremus; licet omnes veterum pœnitentium austeritates sustineremus, nullus scio, utrum omnia debita cum Divina Justitia contracta dissolveremus. Ad hæc: nonne fortasse sexcenties meriti sumus æternum supplicium? Esto divinæ misericordiæ vi, dolorem nostrum misertæ, ac virtute sacramenti, quæ peccata nostra delevit, pœna infinite imminuta fuerit, ac in temporeum supplicium immutata, fortasse nescimus, vel nondum satis meditati sumus omnia tormenta, pœnam hanc majorem esse omnibus tormentis, quæ in hac vitæ pati possumus secundum Sanctorum Patrum sententiam, ejusque durationem sæpe ad plures annos, & sæcula extendi, & multitudinem, ac magnitudinem horum cruciatuum animo concipi nequaquam posse. Sed ecce fidelis amicus, & charitate refertus pro nostra liberatione deprecator; illam petit, & obtinet in præmium suorum recte factorum; aperit nobis tutam, facilem, indefectibilemque viam, ut nos inde eripiat; hancine negligere possumus, eamque dedignari? *Auctor vecors.*

S. Francisci exemplo discimus hominem licet offensum Deo posse sese in se convertere posse.

Ne dixerimus amplius in homine nihil esse, quod in se oculos Dei convertere possit, & fragile opus hoc nihil in se habere, quod nonnisi Auctoris sui contemptum, ac despectum mereatur. Hoc crediderat David, æque ac nonnulli veteres Patriarchæ. Sed ea, quæ hodierna die accidunt in æde sacra Portiunculæ, hunc nobis errorem debent auferre. Franciscus Assisinas vir ille in speciem abjectus adeo, & qui mundi probrum, sordesque videtur, tamen singulari beneficio dignus habetur præsentia Jesu Christi, qui de cælo in terram dignatur descendere, ut hic perfectum sui videat imitatorem. Recens, atque renidens lumen sese in Sanctum hoc sacellum effundit, ut olim in Templo Salomonis. Apparet ibi Homo Deus, non quidem velut Judex inexorabilis, ut fores damnet, sed tanquam Pater misericordiæ, ut eorum misereatur. Adest Beata Virgo Angelorum legione stipata, atque tota hæc augusta celebritas in eo sita est, ut glorioso Patriarchæ S. Francisco omnium Indulgentiarum celeberrima concedatur. Verum igitur est hominis imbecillitatem non esse absolutam oppositionem visitationi Creatoris, quamvis verum sit, hanc ex mera illius misericordia procedere, quæ nullius objecti humilitate potest coarctari. *Fremontiorat.*

Integritas, & ardens S. Francisci charitas pro peccatorum salute, eo admirabilior est, quo facilius est, ardentes zelotesque viros aberrare, & sub specie tuendi honorem Dei, ejusque majorem gloriam quærendi, contendere, ut regnum ejus diruant in animabus, quæ sanguine ejus redemptæ præcipuum sunt objectum, in quo sibi complacet Deus. Hoc pacto temere egerunt duo illi discipuli, qui Salvatorem oraverunt, ut sibi permitteret igne de cælo demisso absumere Samaritas, cum horum inurbanitas eorum nimis amarum zelum provocasset. Sanctus noster Patriarcha longe oppositam rationem hodierna die servat. Si qua pollet apud Deum auctoritate, & Salvator illi optionem facit, quodcunque voluerit petendi, nonnisi pro peccatoribus petit. Orat, ut eorum mentes illuminet, ut eorum corda moveat, ut in illis infinitum peccati horrorem cieat, superemumque dolorem Numinis læsi. Vult Franciscus, ut totum orationis suæ robur vertetur in peccatorum utilitatem, ex qua cum ille proficere posset, omnem illis fructum applicare conatur. Quæ cum ita sint; quid tandem nos sentire decet? Sanctus vult nobis precum suarum applicare fructum; ipsi vero pro virili non adnitemur hanc utilitatem percepturi? Ipse obliviscitur sui, ut nos lucretur Deo, nos adversabimur conatibus charitatis ejusdem fatali, & Dei, & nostrum met ipsorum oblivione? Sese ille conjungit cum voluntate Dei sanctificationem nostram cupientis; numquid ipsi æternum sanctis Dei voluntatibus adversabimur? Denique ille pro nobis sancta importunitate fatigat Dominum; numquid ipsi obluctabimur, & cælestia contemnemus, ac animæ nostræ tantum geremus curam, quantam si animæ esset hostis infensissimi? *Fremontiorat.*

Maximi fructus Indulgentiæ de Portiuncula.

Nonne mirum est celeres intueri progressus hujus Indulgentiæ de Portiuncula? Nonne magnum est argumentum agendarum Domino gratiarum, eique debitas conferendi laudes pro tanto beneficio! Indulgentia hæc sese effudit in omnes fere terrarum plagas, fructus ejus adeo sunt uberes, ut omnium ætatum, sexuum, conditionum homines illos fuerint experti. Quia recensere posset numerum peccatorum, quos universalis hæc gratia convertit, ac immutavit, illos ex molli, noxioque vitæ genere ad austeram, ac pœnitentem vitam traducens? Quot vetera, ac recentia debita cum Dei justitia conflata hoc pacto dissoluta fuerunt? Quot animæ olim captivæ, & sub crudeli Satanæ servitute gementes, crudele, & non ferendum jugum hoc excusserunt fructuri amabili servitute Salvatoris Mundi? Alii experti sunt valido hoc præsidio cupiditates suas deferbuisse. Alii concupiscentiæ suæ igniculum extinctum fuisse. Hi se non ultra ultionis, & iracundiæ furiis corripi. Illi se non ultra terrenis affici gaudiis; Evangelicum jugum sibi suave, & jucundum videri, quod prudem illis non ferendum videbatur. Quot fideles, quos servilis tantum metus coercebat, in semet experti sunt spiritus adoptionem, postquam emundati fuerunt aquis salutaribus, quæ S. Francisci meritis fuerunt concessæ? Qui lethali laborabant letargia repente excitari visi sunt, & mox vitam ducere prorsus novam, & pleni zelo, & fervore non solum beata hæc principia sancta perseverantia coronarunt, sed exemplorum suorum sanctitate alios etiam inflammarunt. *Sermo Manuscriptus.*

Contra negantes Indulgentiam Portiunculæ.

S. Francisci spiritus a Summo Pontifice recognitus, ab omnibus fidelibus probatus fuit per authenticas miracula, quæ facta fuerunt in confirmationem Indulgentiæ, quam Salvator Sancto huic Patriarchæ concesserat. Sacra Traditionis deposita! Historiæ Ecclesiasticæ Orthodoxæ! hujus usque ad sæculorum finem eritis monumenta: Ora obstructa incredulis spiritibus qui de certissimis rebus diffidentes, omniaque in dubium revocantes, quasi brachium Dei abbreviatum esset fidem habere nolunt iis etiam, quæ sensibus suis percipiunt tanquam bruta jumenta. Ut fidem nostram ædificemus, & credamus Indulgentiam S. Francisco concessam, sufficiant nobis argumenta ex Traditione desumpta, & tanta nube testium fulsulta. Relinquamus infidelibus miracula; neque jactemus profanam prudentiam, quæ scrutati vult omnia, eaque ad sensum suum redigere, Apostolo admonente, ne credamus omni spiritui, sed in dubiis nosmet subjiciamus Ecclesiæ. Cum igitur omnia enarrantur prodigia, quæ evenerunt in Indulgentia S. Francisco concessa, Præsulem illi fines præstituere volentem obmutuisse: Cedamus huic veritati, quæ hactenus pro certissima habita est, eique debitum obsequium, ac fidem habeamus. *Sermo Manuscriptus.*

Contra Christianos ofientantes, qui negligunt lucrari hac Indulgentias.

Quam durum est turpem justituere comparationem horum ofcitantium Fidelium, qui Indulgentias vel negligunt, vel irridunt, cum Hæreticis, qui omnia commenta sua, ac deliramenta commendant, exremonias vero, sanctosque ritus nostræ Religionis sibi vertunt in ludibrium. Etenim nonne verum est hunc Indulgentiæ de Portiuncula thesaurum esse in Ecclesia tanquam talentum absconditum in agro, quod est inutile ignavis fidelibus, qui sæculi torrenti se trahi sinunt, & relaxationem, quæ in mundo grassatur, secuti non extendunt manum ad thesaurum hunc, qui ipsis offertur, & ad quem acceptandum sollicitantur? Hæreticus similiter audit vocem Ecclesiæ, a qua recessit, & quæ dicit illi: Memento ex qua petra excisus fuisti; ne obliviscaris Abraham patrem tuum, nec Saram matrem tuam, quæ tot eum doloribus partivit te. Habet illa pro te vias reconciliationis; hinc quidem Sacramentorum piscinam, in qua elui vales, ac inde emergere æque mundus, ac puer vix ex salutaribus Baptismatis aquis egrediens. Inde habes Indulgentias S. hujus Patriarchæ concessas: Venite & emite absque argento; hic novus est fons ex latere Salvatoris emanans. Sed hæreticus autem obstruens voci Ecclesiæ tanquam Christianus omni pietate vacuus, post acceptam medicinam perit, quæ proculdubio illius curationem operabatur. Tange eor Deus misericordiarum, & obliviscere iniquitatum suarum. Moveat te illorum pernicies, quos tuus amor non movet, & fac, intelligant non deesse tibi gratiæ omnipotentes, quibus rebelles etiam animos vales compellere. *Sermo Manuscriptus.*

Horratio ad ignavos Christianos qui ex hac Indulgentia fructum percipere nequeunt.

Sive igitur consideremus authenticam hujus Indulgentiæ veritatem, eamque ab eodem J. C. concedi, sive spectemus Matrem, misericordiæ pro illa laborantem, sive cogitemus S. Franciscum primum hujus petitionis auctorem; Filio Dei, gloriosæ ejusdem Matri, atque Francisco unam esse mentem, videlicet opem ferendi, ut ad extremum usque quadrantem in hac vita dissolvamus debita nostra per hanc plenissimam Indulgentiam, ut digni simus fruitione Dei nostri ex eo momento quo carne hac mortali exuemur. Nonne eandem habere deberemus cupiditatem colligendi pretiosum hunc thesaurum, quam avarus, ingentem aurivam defossam humi inveniendi? Sed heu! bonum invisibile cupiditatum non ciet. Frustra nobis exhibetur, remedium hoc amplum esse, & generale

pro

pro omnibus criminum generibus; Frustra monemur, illud nobis admirabili facilitate animæ salutem afferre: hæc eadem facilitas nobis præbet ansam illud neglegendi, adeo terræ inhæremus. Excutiamus ergo lethalem hunc soporem, & proficiamus hoc salutari remedio, quod eo facilius comparatur, & aptius est nostris infirmitatibus medendis, quia idem Salvator noster, hic supremus animarum nostrarum medicus, dignatus est illud nobis gratificari. *Sermo MS.*

Contra eos qui neglegunt sacrati Indulgentias.

Quis non admirabitur insignem mortalium insaniam, præsertim vero nequissimorum peccatorum, qui ubi audiunt evitare severas sæculi futuri pœnas jejuniis, eleemosynis, & mortificationibus corporis, quas requirit pœnitentia, conqueruntur de remedii adeo necessarii difficultate, & cum illis exhibetur via Indulgentiarum, quæ est suavior, hanc negligunt, atque contemnunt; & nnn desunt etiam, qui vix sibi persuadeant Deum usque huc esse misericordem. Quid igitur agendum est cum his ægrotis adeo morosis, quibus omnia displicent remedia; qui omnibus adversantur, qui dolent modo quod jugum Domini sit nimis grave, & modo nimis leve esse queruntur? numquid exprobrandi sunt, quemadmodum S. Paulus olim Galatas exprobravit; eos secreto nescio quo præligio fascinari, & non vereri ex supplicia, quibus eos sua objicit negligentia? Num vestram insinuabo infidelitatem? Nequaquam: etenim proculdubio loquor apud Fideles, & homines in Ecclesiæ sinu educatos; sed nostræ succenseo ignaviæ, quæ inanes fcrutatur prætextus ad evitandum modicum illud crucis, quod hic in vita perferendum est, ut tanto bono perfruamur.

Preces pro alijs oblatæ facilius exaudiuntur.

Faciammi necesse est, cum pauper pro seipso petit, misericorditer audiri, sed cum petit pro aliis audiri cum admiratione. Cum orat pro se, propter illius miseriam exauditur; cum vero pro aliis, propter ipsius merita exauditur. Hæc tamen non est vulgata postulandi ratio. Nimis nostra quærentes aliorum facile obliviscimur, cum interim S. Franciscus pro peccatoribus omnibus agat pœnitentiam. Oblivisceris sui, milhes seipsum immolat pro mortalium omnium salute, & sacrificium hoc in Portiuncula sacrata æde instaurat, peccatores conciliaturus eum Deo, per Indulgentiam quam obtinet. Sese Deo offert tanquam publicam victimam, satis voti sui compos si sacrificium suum æqui, bonique fiat, quin ullam pro se postulet gratiam. *Ex pluribus Auctoribus desumptum.*

Confidentia causa ut peccatorum auditores ad hæc Indulgentiæ. Opera S. Francisci.

Licet paulisper oculos conjiciamus in multitudinem iniquitatum nostrarum, vel in earum gravitatem, nobis diffidendum est de nobismetipsis, nosmet humiliare debemus, nosque tanto beneficio indignos existimare. Verum si cogitaverimus ipsum Dei Filium nos tanto misericordiæ suæ dono prævertere; omnis nobis esse debet confidendi causa ac nosmet eum in statum constituendi, ubi proficere possimus medio adeo facili, ad emergendum ex tot malorum abysso, ubi consepulti sumus. O Sancte, tu pro peccatoribus petisti insignem hanc Indulgentiam: tu pro illis obtine quæso mihi etiam scintillam ignis illius, ardorisque Seraphici, qui animavit te, eo in sermone, quem habuisti ubi primum hæc Indulgentia evulgata fuit, ut evincere valeam corda ignava, ac indurata de tanti beneficii pretio, & de ea necessitate, in qua sunt ex eo proficiendi, eo inquam in sermone, qui in omnium cordibus tantam excivit cupiditatem perfruendi fructu zeli tui, ut ex omnibus Europæ regnis ad illud promerendum plerique confluerent. Sed hodierna die hanc nobis gratiam deprecare, ut nostræ utilitatis sensu magis afficiamur, & pluris faciamus tantum boni, quod nobis procurasti. Non minor tibi apud Deum auctoritas, aut pro mortalium salute minor zelus est, quam olim. Utere igitur utroque ad excitandos Auditores meos ut fruantur bono, quod in hæreditatem reliquisti filiis tuis, & cujus optasti Fideles omnes esse participes. Ne finas quæso imperfectum opus tuum; & quandoquidem adeo insigne bonum illis obtinuisti, fac, ut Deus in illis excit desiderium illud sibi applicandi, veluti viam tutissimam, qui possint aliquando pervenire ad gloriam, qua fruetis. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

PRO DIE FESTO ET PANEGYRICO
OMNIUM SANCTORUM MONITUM.

QUandoquidem fieri nequit, quod non semel admoni, Concionatoribus supellectilem ad singulos Sanctos exornandos suppeditemus, credidi me huic tertiæ Operis mei parti finem non inlius imponere posse, quam abunde suggerens ea, ex quibus exornari valeat Omnium Sanctorum generatim Elogium. Hoc est Ecclesia ipsius mentem assequi, quæ statam indixit diem Omnium Sanctorum Festivitati recolendæ, ea de causa, quia cum infinitus propemodum sit eorum numerus, ne debitus illis cultus adhiberetur, se teneri censuit ad eam instituendam celebritatem, qua illos in communi veneraretur.

Caterum cum mihi hunc potissimum finem proposuerim, delectum facere eorum, de quibus vulgatius sermo haberetur, munere meo defunctus sum, cum omnium characterum Sanctos viros elegerim, ita ut fieri nequeat, ut aliquis eorum, quos prætervimus, rationem non habeat cum aliquo eorum, de quibus verba fecimus, si minus omnimodam habeat similitudinem.

Moritos autem lectores meos volo, in hoc generali Sanctorum omnium Panegyrico non latius excursuros esse in magnitudinem felicitatis, quam possident; quoniam hoc argumentum alibi uberius pertractatum est, sub Titulo Beatitudinis; sed tantum nos orationem habituros de viis, quibus usi sunt, ut illam assequerentur, de exemplis virtutum, qua nobis præstantissima reliquerunt; & quo pacto singuli in statuum & conditionum tanta varietate ad sanctitatem pervenire possimus.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Panegyricarum Orationum Synopsis hujus argumenti.

Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, stantes ante thronum. Apocalyps. 7.

I.

Ea multitudo numero carens, ex omnibus terrarum populis conflata, indigitat coetum eorum omnium, qui scripti sunt in libro vitæ, & quorum nomina revelabuntur ea die, qua singuli secundum opera sua sunt recepturi. Ingentem hanc Sanctorum copiam Ecclesia peculiari cultu hodie prosequitur, cumque illam constituat argumentum solemnitatis præcipuæ, vult, eandem nobis filius suis esse communis lætitiæ, & consolationis causam, ostendendo nobis, neminem esse, qui non possit aliquando in beata, ac innumerabili hac turba Sanctorum recenseri, quorum nobis proponit & gloriam celebrandam, & legenda vestigia. Tria, ut plurimum, nos a Sanctitate deterrent. Sanctorum numerus adeo arctus nobis exhibetur, ut spem adjiciamus ad illum sanctitatis apicem perveniendi. Sanctitatem nobis fingimus adeo arduam ac difficile comparandam, ut opus Sanctificationis nostræ deseramus, antequam illa manum admoveamus. Ignoramus adminicula sanctificanda nosmetipsos; & colorem hunc prætexentes illa negligimus. Ut triplici huic malo occurrat Ecclesia, quid agit hodierna die?

1. Nos ad nostrummet sanctificationem excitat, proponens nobis turbam magnam Sanctorum.

2. Injicit nobis spem, ut sanctificatione ipsa Sanctorum juvemur intercessione.

3. Eorum proponit exempla, ut in operis nostri perfectione duces illos sequamur. Magnus Sanctorum numerus eos ad nosmet sanctificandos inflammat. Eorum intercessio nos in hoc opere adjuvat; exemplum vero docet, quo pacto sanctificemur. *Ex specimine Panegyricorum.*

II.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum. Matth. 5. S. Ambrosius hæc Salvatoris verba explicans, animadvertit, in Christiana morum disciplina beati-

beatitudinem initium ducere ex eo, quod ſecundum hominum ſententiam conſtituir ipſam calamitatem: videlicet ab ipſa paupertate. *Beati divites, mundus ait; Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt; Beatus populus*, Pſal. 143. David xit, *cujus Dominus Deus ejus. Beati pauperes ſpiritu*, Salvator inquit: Quæ verba æque vera ſunt, ſeu de præſenti vita, ſeu de futura intelligantur; quippe ti ſolum, qui pauperes ſunt ſpiritu, videlicet qui ſæculariburs euris expediti ſunt, beati ſunt, quantum homo in hac vita beatus eſſe poteſt; & hæc ſpiritus paupertas, quæ ſola conſtituit veram hujus mundi felicitatem, ſola via eſt, ut ad perfectam vitæ alterius felicitatem perveniatur. Hinc Salvator, qui facilenus locutus fuerat per os Patriarcharum, & Prophetarum, os divinum aperiens, ut per ſe homines eruditet quaſi fundamentum doctrinæ Cæleſtis, hoc ſubſternit principium, quod re xdhuc integra evertit omnia mundi placita, quæ eſt impugnaturus: *Beati pauperes ſpiritu*. Sed non hic ſubſtitit, ſed in toto hodierni Evangelii decurſu deinceps aperit omnes viax felicitatem aſſequendi, & genera virtutum, quas Sancti exercuerunt, & nobis proponir duss validiſſimas rationes, quæ in animabus noſtris excitare valeant pietatis amorem, exemplum, & retributionem. *Beati pauperes*; hoc ſanctitatem efficit: *Quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum*; hæc merces eſt. Conſiderandum eſt igitur

1. Sanctos reliquiſſe nobis exempla, quæ nos ad noſtram debent excitare ſanctificationem.

2. Sanctos in Cælo frui beatitudine Dei ipſius, ideoque nobis ad eamdem comparandam eſſe adnitendum. *Ex Specimine Panegyricorum.*

III. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum.* Matth. 5. Si ad beatitatem acquirendam pati ſufficeret, nullus in terris mortalium eſt, qui jure ſuo contendere xd illam minime valeat; nemo enim eſt, qui non patiatur; ſed ſupremæ retributionis promiſſio ad eos pertinet tantum, qui propter juſtitiam patiuntur. Sancti omnes, quorum memoriam hodierna luce colit Eccleſia, hunc præſtetulerunt characterem; non niſi per paſſionem ingreſſi ſunt in gloriam Chriſto duce, & auſpice. Singuli rulerunt particulam dominicæ crucis; omnes de Calice ejuſdem biberunt; ac felicitatem ſuam debent perſecutionibus, quibus acti fuerunt: hoc pretium eſt, quo beatam ſibi vitam comparaturunt. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam*. In hoc ſtatuendum mihi eſt elogium, habendum de communi eorum gloria. Omnes Sancti ſunt, quia omnes paſſi ſunt, & gloriam ſuam acceptam referre debent uſui præſtantiſſimo esrum perfectionum, quax pertulerunt. Sat igitur loqui de neceſſitudine gloriæ Sanctorum eum eorumdem paſſione, ac vobis oſtendere

1. Vitæ hujus ærumnas illis ſanctam conferre impatientiam ad Cælum perveniendi.

2. Gaudium quo ſe aliquando ſeparaverunt in eo deliciarum loco perfruituros, animos illis addidiſſe, ut vitæ hujus mala perferrent. *Ex Specimine Panegyricorum.*

IV. *Salutant vos omnes Sancti*. 2. ad Cor. 1. Quamvis Apoſtolus dixerit verba iſta de Sanctis adhuc in terra degentibus, videlicet de Fidelibus, qui per S. Paulum, amicos fratreſque ſuos in Chriſto ſalutabant; non reor tamen me temere, ac importune facturum hac præſertim die memoriæ Sanctorum omnium facra, ſi triumphantis illius cœtus nomine vos ſalutavero. Cælum oblivionis locus non eſt, ubi non meminerint ultra amicorum ſuorum beati: *Non eſt Cælum terra oblivionis*. Involucra, & umbræ Religionis prætereunt: ſpei gemitus ceſſant, ſed victrix ſepulcri remporumque omnium Charitas in beata fede illa æternum viget; neque dubitandum eſt, quominus inter primos charitatis hujus effectus adnumeretur miſeratio, qus laboribus noſtris afficiuntur. Sunt illi in portu beatæ æternitatis, cum nos adhuc procelloſi hujus pelagi fluctibus jactamur ſexcentos inter ſcopulos, atque pericula. Perfruuntur illi fructu victoriarum ſuarum, donee ipſi cum infeſtiſſimis ſalutis noſtræ inimicis manus conſerimus; illi ad metam pervenerunt, nos adhuc ſumus in via, ideoque in errandi periculo, atque in æternæ perditionis ſubeundæ diſcrimine. Beatos contemplor in ſublimi gloriæ ſolio nitentes, eaque majeſtate coruſcantes, quam Cælum ipſum miratur in apparatu, ac pompa eorum triumphi, nec non ſub pedibus ſuis habentes ea, quæ ipſi obſtupeſcimus. Non ideo tamen credendi ſunt tanto gloriæ ſuæ fulgore perſtringi, ut obliviſcantur eorum, qui eorum indigent ſubſidiis; & quandoquidem nobis ſalutem dicere dignantur, nos quoque viciſſim illos ſalutemus. Sancti enim in Cælo ſalutem noſtram ſus tanti putant intereſſe, ut ex ipſius Filii Dei ſententia, lætentur, & præ gaudio exultent, ubi illis nuntium affertur pœnitentiæ, & converſionis peccatoris unius. Non ne æquum eſt, ut peccatores, homines videlicet, qui donec verſabuntur in terris, hoc appellabuntur nomine, ſua patiter intereſſe cenſeant, ubi de Sanctorum agitur felicitate? Ideo militans Eccleſia magnum hunc diem tanta celebrat alacritate, ut in partem accedat pompæ illius, quæ in Cælo triumphat, & ut aliquid conferat æternæ horum Beatorum gloriæ cultu ſuo; ſicut illi plurimum conferunt precibus, ſubſidiſque ſuis æternæ beatitudini noſtræ. Hac mente, & hac de cauſa Feſtum hoc inſtituit Eccleſia, quemadmodum ipſa teſtatur in orationibus, quas fundit Deo hac in occaſione. Sed ut apertius argumentum meum aſſequamini, oſtendsm,

1. Eccleſiam revereri Sanctos eo cultu, qui decet ſtatum ipſorum, tanquam Dei amicos, & filios ſuos, qui jam adierunt poſſeſſionem regni ſut; jam victores mundi hujus, & tranquillæ, beatæque immortalitatis poſſeſſores.

2. Eamdem illos in neceſſitatibus ſuis invocare, illis nuncupare vota, tanquam interceſſoribus, quos adhibet, ut facilhorem habeat aditum per illos apud Jeſum Chriſtum, & per Jeſum Chriſtum ad Deum. In duobus hiſce officiis totum ſitum eſt argumentum. Rstionex invenientur in alteto ex prolegomenis, quæ primo Panegyricorum Tomo præhxa ſunt. *Auctor Sermonum in omnia argumenta, &c.*

Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum. Lev. t. & Petr. 1. V. Ita eſt, Fideles; hominem Deus jubet, ſanctum eſſe. Sed homo hic quam eloquens eſt in amplificandis difficultatibus, & obicibus in via ſalutis occurrentibus, ut totidem ignaviæ ſuæ prætexat excuſationes! Diſertis verbis tanquam coloribus exhibet infirmitatem ſuam, impedimenta, conſuetudinem, habitum, temperamentum, tpſamque naturam: Sibi terribilem aſtruit imaginem imperatæ Sanctitatis, tanquam difficillimæ, & toto cælo ſupra vires hominis poſitæ. Sed proh hominum imbecillitatem! aſſertas difficultates, futiles excuſationes! Hæc omnia hodierna luce evaneſcunt, ubi intueamur gloriam, & exempla Sanctorum, quæ in hac ſolemnitate ob oculos ſtatuit Eccleſia. Nobis adnitendum eſt, ut noſtræ ſanctificationi demus operam, ad id glona Sanctorum nos uget. Quidquid eſt in hoc opere difficultatis, ſuperare poſſumus & Sanctitatem adipiſci; hoc nobis perſuadent Sanctorum exempla: quæ duæ ſunt veritates, auditores lectiſſimi, quas vobis enucleandas hodie ſuſcipio.

1. Nihil aptius eſt ad nos ad Sanctitatem ciendos, quam gloria Sanctorum.

2. Nihil aptius eſt ad probandum Sanctitatem xequiri poſſe, quam Sanctorum exemplum. Atque ut hæc omnia ad apertiorem redigantur ſimplicitatem: gloria, quæ Sanctorum merces eſt, validiſſima eſt ratio, quæ nos debear inſtrmmare ad Sanctitatem acquirendam. Hoc primum punctum eſt. Exemplum Sanctorum validiſſimum eſt argumentum, ex quo colligimus, nos poſſe ſanctificari. Hoc alterum. *Auctor Sermonum in omnia argumenta, &c.*

Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum. Levit. 11. Feſtivi- VI. tas, quam hodie recolimus, non xliud eſt, quam reparatio Fœderis, quod ſacro vinculo jungit Eccleſiam in Cælo triumphantem, cum ea, quæ militatur in terris. Hoc Sanctum eſt amoris, & charitatis commercium inter duax hiſce nobiles partes Regni Jeſu Chriſti. Lætitiæ vocibus, plauſibus, & epicuniis proſequi debemus triumphales Beatorum victorias, nos vero viciſſim omne præſidium, atque auxilium ab illis ſperare debemus. Nos illos venerari, & celebrare, opus eſt; neque illi nobis opem, favoremque negabunt, ſi hæc ipſi mereri didicerimus. Cultus acceptior, quem illis adhibere poſſumus, proculdubio eſt virtutum eorumdem imitatio. Hoc pacto.

1. Nos illa teſtabimur amorem, ac æſtimationem Sanctitatis eorum, in vita moribuſque noſtris ipſorum exprimentes imaginem.

2. Et hac ratione illos nobis favere cogemus, eorumque amicitiam comparabamus tanto hoc xmoris erga illos noſtri teſtimonio.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cælo- VII. *rum*. Matth. 5. Quantumvis bteve oculos conjiciamus in gloriam Sanctorum, & in laborex, quos ad eamdem promerendam paſſi ſunt; nihil ultra requiritur ad diſſipandos errores duos, quibux fallimur, & celerius ineundam ſalutis viam; & id ſatis ſuperque erit ad infringendos duos validos obices, qui adverſantur, negligeotiam videlicet, atque deſperationem. Tandem enim oculos attollamus in Cælum, & contemplemur gloriam, & bona, quibus Sancti perfruuntur. Adminicula, quibus in tertis uſi ſunt ad hoc gloriæ pondus acquirendum, conferamus cum iis, quæ nobir offert quotidie Religio, atque rune noſtra intelligemus officia. Ad eorum felicitatis aſpectum vellemus id eſſe, quod ſunt: ſed conſolemur, ipſi fuerunt, quod ſumus; & ipſi nihil fecerunt quod ipſi facere nequeamus. Hæ duæ ſunt rationes, quax vobiſcum ad eximen revocare conſtitui. Volumus eſſe id quod Sancti ſunt in glona, nobis igitur facienda ſunt, quæ illi feceruot in terra. Illi fuerunt, quod ſumus, poſſumus ergo facere, quod fecerunt.

1. Nobis faciendum eſt, quod illi fecerunt: hoc oſtendit, noſtra intereſſe imitari Sanctos in laboribus, laboriſoſque vita, quam in terris vixerunt.

2. Facere poſſumus ea, quæ ipſi fecerunt, quod oſtendit in noſtra poſitum eſſo poteſtate Sanctos imitari in actionibus, quæ illos ad hunc gloriæ apicem pertulerunt. Decet nos eſſe Sanctos; licet nobis ſanctos eſſe. Hæc totx eſt Sermonis partitio. *P. Rutus.*

VIII. *Filii Sanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Tob. 2. Catholica Eccleſia in hujus diei celebritate Cælos nobis aperiens, non unum duntaxat Sanctum, ſed ſimul omnes generatim proponit, ut illi nobis hanc prædicent Sanctitatem, ſine qua S. Paulus ait, nos nunquam viſuros eſſe Deum: *ſequimini ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.* Hæc de cauſa duplicem nobis Eccleſia objicit horum Sanctorum imaginem; In quarum altera oſtendit, quid illi fuerint in terra, in altera vero, quid in præſentiarum in Cælo ſint. Prior exhibet nobis præſiorum generoſitatem, fidelitatem, ac firmitatem cordium, quas illi præſtiterunt; poſterior autem gloriam triumphorum, magnitudinem & felicitatem præmiorum, quæ illi conſecuti ſunt. Poſt hæc vocem attollit Eccleſia, & ſermonem convertens ad Chriſtianos omnes, qui, ut S. Petrus ait, ſanctum hunc populum conſtituunt, *gens ſancta*, dicit illis, *Filii Sanctorum ſumus.* Vos eſtis horum Sanctorum filii, qui adeo fideliter decertarunt, gerita in vobis horum Martyrum ſanguinem, ex quo hauſiſtis originem; Voa eſtis illuſtris horum Sanctorum progenies, quos Deus in Cælo coronavit. Dico autem vobis Sanctos per Eccleſiam propoſitos, & hoc modo accuratius inſpectos effecturos tres validas impreſſiones in animis, cordibuſque noſtris, niſi ipſi iisdem obicem ſtatuerimus.

ad Hebr. 12.

1. Quatenus Concionatores, nobis perſuadebunt, nos Sanctos eſſe debere.

2. Quatenus teſtes arguent, nos Sanctos eſſe poſſe.

3. Quatenus Cenſorea, & Judices damnabunt nos, quia longe abſumus a ſanctitate, quamquam Sancti eſſe & deberemus, & poſſemus. *Texier.*

IX. *Nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.* Pſ. 138. Hodierna ſolemnitas nobis immittere debet ſublimem Sanctorum venerationem, ubi oſtendere poſſumus,

1. Honorem, quem illis contulit Deus, eos ab æterno prædeſtinando ad gloriæ coronam, illis eſſe ſimul coronam miſericordiæ, atque juſtitiæ. Juſtitiæ quidem, quippe Deus illam confert ſolum merentibus: miſericordiæ vero; quia ex mera ſua bonitate largitur illis media ad illam promerendam neceſſaria. Vult Deus illos hanc mereri, & hoc pacto oſtendit magnum, quem illis confert honorem, præbens occaſionem ſibi virtute ſua immortalem comparandi gloriam quæ toto Cælo ſummorum Regum ſuperat gloriam. Tribuit illis etiam facultatem promerendi eam, ſine qua ad illam pervenire minime poſſent; & hoc pacto teſtatur illis amoris ſui magnitudinem. Infinitam illius bonitatem admiremur; diligamus, & colamus eos, quos ille amat, & colit.

2. Oſtendi poteſt honor, quo Deus dignatus eſt Sanctos exequens admirabile illud conſilium quod in eorum gratiam ab æterno conceperat; nam eduxit illos ex nihilo, & ſæpe etiam illorum mirivitatem illuſtravit ſupernaturalibus ſignis, atque portentis. Illos ad fidem evocavit, eoſque naſci voluit in Eccleſia, ut ibi tanquam filii, & hæredes Regni ſui educarentur. Prævenit illos benedictionibus ſuis, atque inſignibus beneficiis decoravit; Præſervavit eos a plurimis tentationibus, & periculis, & admirabilibus gratiæ ſuæ ſtimulis illos ad pœnitentiam perduxit. Eos patienter præſtolatus eſt, eis in locis eos collocavit, eaſque illis occaſiones præbuit, in quibus facile virtutes heroicas exequerentur. Denique erga illos adeo amabilis providentiæ curam geſſit, ut eos adduxerit ad thronum, quem illis ante ſæcula præparaverat.

3. Oſtendi poteſt honor, quo Deus excipit Sanctos in Cælia, & ſedes, quas illis in ſuo Regno diſtribuit. Quot ſunt in Cælo Sancti, tot ibi eoruſcant imagines nitentes diverſarum virtutum Dei, & Sancti omnes particibes ſunt ejuſdem beatitudinis, & gloriæ, quam ille poſſidet. Hinc facile patet judicium cum de honore, in quo apud Deum ſunt, tum de obſervantia & cultu, quem illis debemus. *Ex Medit. P. Nouet.*

X. *Filii Sanctorum ſumus.* Tob. 7. Sicuti Sanctos duplici in ſtatu poſſumus intueri, & in præteritis eorum laboribus, & in præſenti eorum gloria; ita Eccleſia duplicem eorum tabulam nobis ſpectandam proponit. Hinc nobis oſtendit quid fuerint in terra, inde vero quid modo in Cælo ſint; ut intelligamus eorum fortitudinem, atque conſtantiam, cum qua decertarunt, æque ac gloriam, cum qua triumpharunt; ut ex aſpectu certaminum ſanctitatis noſtræ argumenta eliciamus, & ex triumphi meditatione ſpem gloriæ noſtræ capiamus: *Filii Sanctorum ſumus.* Voi eſtis filii Sanctorum, qui pro Deo præliati ſunt, filii Sanctorum, qui gloriam aſſecuti ſunt. Ex duabus his tabulis ad eruditionem noſtram hauriamus duplicem conſiderationem, quæ nihilominus ad finem eumdem referuntur.

1. Altera quidem nos excitabit ad imitationem magnorum exemplorum virtutis, ut aliquid publicæ ipſorum gloriæ confetamus.

2. Altera gignet in nobis ſpem perveniendi ad gloriam, quam illi poſſident, ſi nobis adfuerit animus ſuſtinendi qualitatem Filiorum Dei, quam gerimus. Virtutum ipſorum imitatio, & ſpes aliquando acredendi in partem gloriæ ipſorum duo erunt Sermonis hujus partes. *Biroat.*

Oſtendere poſſumus Sanctorum exemplum tres in animis noſtris diverſas impreſſiones efficere, quæ omnes nos ad illorum imitationem invitent; Nos arguunt, ſollicitant, rubore ſuffundunt. XI.

1. Palam arguunt, nos & Sanctos eſſe poſſe, & Sanctos eſſe debere.

2. Valide nos ad exemplorum imitationem ſollicitant.

3. Nos pudore ſuffundunt, niſi illos ſequamur, & metum pudoris hujus injicientes, nobis perſuadent, ut illos imitemur, & ſequamur. *Biroat.*

Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum. Levit. 11. Quamvis Ethnici virtute præditos eſſe concupierint, tamen S. Auguſtino teſte, tria illis defuere ut virtutem perficerent; auxilium, exemplum, & merces. Auxilium quidem, quia cum deeſſet illis & Jeſu Chriſti gratia, & lumen Evangelii, nullam poterant opem invenire, quam obſcura lumina rationis. Exemplum autem, quia qui inter illos ſapientiam profitebantur, eamque ſe aliis tradere jactitabant, homines erant, qui ut plurimum vitiis ſcatebant, & ſexcentis flagitiis ſe ſe ingurgitabant. Merces denique, quia horum Antiquitatis Sapientium eruditiſſimi conſtituerunt illam in Mundi gloria, & hominum exiſtimatione; vel ad ſummum in ipſa virtute. Vera virtus Chriſti fidelibus erat reſervata, quia Deus ipſe eſt principium virtutis eorum per gratiam; prototypus virtutis illorum per opera; & mercea virtutis ipſorum per gloriam. Verum enim vero cum Fidelibus arduum eſſet virtutem ſequi, niſi proponerentur ipſis exempla, quæ facilius imitarentur, dignatus eſt in ſanctis ea proponere, quæ ſequi poſſumus. Stat ergo mihi hodierna die excitare in vobis XII.

1. Grati animi ſenſum per gratias, quibus hodie vos cumulat Deus.

2. Fervorem, per exempla, quæ vobis proponit.

3. Conſtantiam per retributiones, quas vobis pollicetur. Hoc totum eſt Sermonis hujus argumentum, *Flechier.*

Gaudete & exultate; ecce enim merces veſtra copioſa eſt in Cælo. Matth. 5. Ut æquum vobis aſtruam conceptum magnificentiæ ſolemnitatis hujus, quam Eccleſia Sanctorum omnium conſecrat gloriæ, per vos mihi liceat immorari in textus allati verbis, quorum litteralis expoſitio vobis meum aperiet argumentum. Ordinem, ac partitionem excipite: *Ecce merces veſtra copioſa eſt in Cælo.* Merces, quam præparat Deus electis ſuis, certa mercea eſt: *Ecce.* Deus illam vobis pollicetur, & ſi eam bona fide concupiſcitis, jam eſt veſtra: *Ecce merces veſtra.* Mercea hæc larga erit, ac uberrima, quæ non aliam habebit menſuram, quam Dei magnificentiam, & quæ veſtris deſiderijs cumulum adjiciet: *Ecce merces veſtra copioſa.* Denique æterna merces eſt, quam nunquam amitteris, quippe vobis in Cælo reſervata eſt, ubi nulla erit amplius immutatio, & jactura: *Ecce merces veſtra copioſa eſt in Cælis.* Qualitates profecto, quæ in animia, cordibuſque veſtris validas impreſſiones gignere poſſunt; præſertim vero ſi judicium de illis ferendum ſit ex earum cum mundi remunerationibus oppoſitione; videlicet ex triplici diſcrimine, quod animadvertite, quæſo, inter Mundi, & Dei remunerationes. XIII.

1. Remuneratio Electorum Dei, certum eſt munus; Muodi vero incertum, atque ambiguum.

2. Remuneratio Electorum Dei copioſa eſt; Mundi vero vacua, atque deficiens.

3. Remuneratio Electorum Dei eſt æterna; Mundi vero caduca, & peritura. *P. Bourdaloue.*

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Mirabilis in ſe ipſo Deus eſt; ſed S. Ambroſius animadvertit, non eodem modo admirabilem eſſe habita noſtri ratione, & ratio patet; nam ut illum ipſi admiremur, eum agnoſcamus oportet; ſed hac in vita Deum in ſe ipſo cognoſcere non poſſumus, ſed in rebus creatis duntaxat; igitur illum in creatis tantum, non autem in ſe ipſo cognoſcere poſſumus. Quæ ſi vera ſunt jure in ipſo mei Sermonis exordio arguere licet in Sanctis debere nos admirari Dei magnitudinem, quandoquidem poſt Deum nihil majus eſt, quam Sancti, & qui Sancti, qui ſunt perfectiſſima Dei opera, potiſſimam obtinent vim, ad abſconditam Dei magnitudinem oſtendendam. Profecto Deus licet minime pendeat a Sanctis, non ceſſat tamen, quominus, ut ita dicam, inde gloriæ tributum referat, quod illis acceptum referre debet, quoniam in illis admirabilis eſt: *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.* Mirabilis eſt in eorum vocatione, mirabilis in prædeſtinatione, mirabilis in eorum pulchritudine, & gloria. Licet id unum verum eſſet, quid admirabilius fingi poſſet, quam deduxiſſe per paupertatem Sanctos ſuos ad æternum gloriæ regnum; quam effeciſſe, ut illi lætitiam inter gemitus, beatam tranquillitatem inter perſecutiones ac inter miſeria beatitudinem invenirent? Verum quin his omnibus immorer, Sancti Leonis Magni ſententiam ſequor, quam animadvertite quæſo, quandoquidem omnia complectitur, quæ in hoc argumento dicere poſſum, alioquin aptiſſimo ad ciendam in nobismetipſis devotionem erga Sanctos. Sanctus Pontifex textus mei verba, quatenus ſpectant ad præſtantiſſimum hunc gloriæ ſtatum, ad quem Beati evecti ſunt, ait, duo in illis eſſe obſervanda XIV.

vanda tanquam præcipue duo noſtrarum admirationum objecta.

1. Quod Deus in illis potentes nobis patronos conſtituit.

2. Quod Deus in illis nobis præclara ſanctitatis exemplo propoſuit. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, in quibus præſidium nobis conſtituit, & exemplum.* In priori parte Sermonis mei, videbitis, quo jure Deum admirari debeamus, quod ille eos nobis dederit interceſſores, etque patronos. In altera vero intuebimini, quam admirabilis ſit, eo quod eoſdem nobis imitandos propoſuerit. Ex altera quidem intelligetis, quid pro nobis Sancti operentur, ex altera vero, quid nobis agendum ſit pro illis. *Maſcaron.*

XV. *Nimis honorificati ſunt amici tui, Deus.* Pſal. 138. Ut paucis complectar, quidquid dici poteſt de Sanctorum cultu a nobis adhibendo, dicere poſſum hunc tribus præſertim in rebus conſiſtere.

1. In laudibus eorum celebrandis; 2. in actionibus imitandis, 3. in illis invocandis, ad opem illorum in neceſſitatibus promerendam.

Hi tres modi ſunt, quibus illos colere poſſumus, & quodammodo illis rependere beneficia, quæ ab ipſis in hac vita recipimus; & licet videatur, poſtremum Sermonis punctum, invocatio videlicet nos recentibus officiis devincire, quam præteritis ſatisfacere; tamen Beati proculdubio lætantur, cum recentes illis cauſas ſuppeditamus nobis benefaciendi eorum implorantes auxilia & ad ipſorum aras confugientes, quoniam ſimul fatemur, illos fuiſſe promeritos hunc titulum præclaris operibus ſuis, martyriis, laboribus, atque mortificationibus. *Ogier.*

XVI. *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.* 1. Theſſ. 4. Cum nunquam deliberetur de poſtremo fine, ad quem homines tendunt univerſi neceſſario quodam naturæ motu; ex vobis non quæram, utrum fieri velitis Sancti, utrum in æternum velitis eſſe beati; dicam vero maximum deliberationum veſtrarum argumentum eſſe debere, deligere aptiſſima ad veſtram Sanctificationem adminicula, quibus addam, nihil eſſe, ubi plures ſomnientur difficultates, & ubi plures obices fingantur. Queruntur alii, quod ſimul cogitationes, curaſque ſuas Deo, & rei ſuæ impendere minime valeant: alii munia ſua ſimul ſtare non poſſe cum pietate, & virtute; alii vero tandem, negotia ſua omnem attentionem exquirere, & curas omnes exhaurire. Illud autem maxime metuendum eſt, quod improbitas hominum conditiones omnes periculoſas effecit, & vitium, morumque corruptio ubilibet ſcopulos conjecit. Hodierna tamen die vobis oſtendere fert animus, hæc omnia non aliud eſſe, quam inanem cauſam, quam plerique prætexunt vitiis ſuis, rejicientes in ſtatum, munuſque ſuum eas difficultates, quæ ex prima mentis, & cordis ſui affectione procedunt. Stat igitur omnes has excuſationes explodere, oſtendendo

1. Nullam eſſe conditionem mortalium, quæ nequeat ſanctificari.

2. Nunquam melius ſatisfieri muneribus ſtatus ſui, & conditionis, quam cum noſmet ſanctificare ſtudemus. Hæ duæ veritates argumentum, & partitionem totius Sermonis efficient.

Prima pars probatur, 1. Quia in omnibus ſtatibus adſunt peculiares gratiæ, & ſubſidia ad noſmet ſanctificandos. 2. Quia quælibet conditio habet ſua privilegia propria, & particularia, quibus quilibet ſalutem ſuam operetur. 3. In eo, quod præterquam ſingulæ conditiones propria habent, & particularia adjumenta, dicere poſſumus, eam, ad quam a Deo vocati ſumus per divinam providentiam, tutiſſimam eſſe, atque ſanctificationi noſtræ maxime propriam.

Pars altera probatur; 1. Quia nunquam melius ſatisfit officiis, & muneribus propriæ conditionis, quam cum conatur homo ſemet ſanctificare, quod facile videre eſt, cum longe plurimi in eodem ſtatu ſemet ſanctificaverint. 2. Quia conditio quælibet, iis, qui vocantur, ſuppeditat media ſe ſe ſanctificandi, bene utendo ſubſidiis illi inhærentibus, & gratias, quas nobis communicat Deus utilites adhibendo. 3. Quia ſingulorum ſanctitas ſita eſt in acquirenda ſtatus ſui perfectione; quod quidem aptiſſimum eſt adminiculum ad ſe ſe ſanctificandos, & quod obligat univerſos, & ſingulos pro modulo ſuo. *Auctor Sermonum in omnia argumenta: in Quadrageſima.*

XVII. Quantumvis parum animum adjiciamus ad exempla, quæ ſancti viri in vita ſua nobis reliquerunt, nihil eſt quod nos exſtimulare non debeat, ac urgere, ut eorum veſtigia ſequamur, ſi cupimus coronarum eorumdem fieri participes. Hæc de cauſa in generoſis id genus Athletis tria nobis diligenter ſunt conſideranda.

1. Strenue pugnarunt contra viſibiles, & inviſibiles adverſarios, qui ſanctitati eorum impedimentum ſtatuere conabantur.

2. Felici eventu omnes obices ſuperarunt, & conciliarunt poteſtates huic eventui oppoſitas.

3. Demetunt modo palmas ſuæ debitas generoſitati, & in immortalitatis ſede glorioſe triumphant. *Recens Auctor.*

XVIII. Pro argumento Sermonis de Sanctis generatim aſſumi poteſt, quod particulariter de Sancto quodam S. Bernardus ait; quod videlicet.

1. Admirari debemus eorum virtutem, fidelitatem, præmia, coronas.

2. Rubore ſuffundi propter ignaviam in ſuperandis, eorum exemplo, impedimentis, quæ ſanctificationi noſtræ obluctantur.

3. Imitari præcellentia virtutis exempla, quæ nobis reliquerunt, ſtrenue infringentes obices omnes, qui noſtræ adverſantur ſanctificationi. *Recens Auctor.*

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Pſ. 23. Deus admirabilis XIX.
eſt in regimine Sanctorum, ut illoa ad altiſſimum gloriæ faſtigium attollat in Cælo. Quod conſiderari poteſt in tribus punctis.

1. In eo, quod elegit illos nulla habita ratione meritorum, & nihilominus illos non glorificat quin & ipſi pro viribus cooperentur, & præmium mereantur.

2. In eo, quod per efficacem gratiam certe illoa vocat ad gloriam, ita tamen, ut minime expertes ſint, metu eamdem amittendi. *Ex Quadrageſima P. Rene Itali Concionatoris.*

Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum. Levit. 1. Si ſanc- XX.
titas unica via eſt, tuta, & infallibilis, ut perveniamus ad Beatorum ſedem, & gloria Sanctorum perfruamur; bona fide confitendum eſt, illam aſperam eſſe, ac difficilem quam ſequamur; & inutile eſſe noſmet excitare ad illam ſequendam, niſi doceremur, quæ via inſtituenda eſt, quinam ſcopuli evitandi, & obices ſuperandi, ut tandem aliquando ad terminum adeo beatum perveniamus. Ad id autem animad vertendum eſt

1. Sicut via hæc arcta eſt, difficilis, & parum ſequens, qualem nobis Salvator ipſe eam repræſentat, opus fuiſſe ut nobis ſteneretur, ut oſtenderetur, qua nobis ambulandum ſit a præeuntibus.

2. Sicuti via hæc ſcopulos habet, ac inſidias, quæ nobis ubique nectuntur; nobis opus eſſe certe ducibus, a quibus illas evitare doceamur.

3. Tandem ſicuti non deſunt terribiles adverſarii, qui conſiliis noſtris obſiſtunt, & in ſingulos ferme gradus nos morantur; nobis opus eſſe peritis ducibus, a quibus artem præliandi accipiamus; alioquin enim quonam pacto incedere poſſumus in via hac, quæ adducit in Cælum? Nunquam ſane perveniemus ad gloriam, cujus poſſeſſionem Sancti adierunt. Oſtendendum eſt, in his omnibus facile nos adduci Sanctorum exemplo; ideoque ab illis oſtendi nobis, nos quoque poſſe eamdem gloriam acquirere, quam ipſi merti ſunt. *Auctor Sermonum in omnia argumenta, tomo tertio, Panegyricorum.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes ex quibus hauriri poteſt copia ad argumenta hæc pertractanda & Auctores, de illis tractantes.

SAnctus Auguſtinus Sermonem edidit in Feſtum diem Sanctorum Omnium, ubi Fideles omnes invitat, ut participes ſint gaudii Eccleſiæ videntis labores, & merita filiorum ſuorum in Cælo coronatorum. *Tom. 10. ſerm. 37.* Sancti Patres.

Idem Sermone 34. ex iis, quos Pariſienſes Carthuſiani in lucem ediderunt. Hæc Homilia eſt in verba illa, *Beati pauperes ſpiritu;* ubi hortatur eos, qui ad Sanctorum gloriam aſpirant, vias ſequi, quæ ad finem adducunt.

Idem in expoſitione Pſ. 32. loquitur de beatitudinis deſiderio, quod omnibus ingenitum eſt. S. Hieronymus in Epiſtola 22. ad Euſtochium, & in prima ad Demetriadem hortatur illas, ut ſæpe cogitent de Sanctorum gloria, eoſque imitari contendant.

Idem loquitur etiam de hoc deſiderio in expoſitione Pſ. 41. hæc explicans verba: *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum.*

S. Gregorius in quæritum Pœnitentiæ Pſalmam, oſtendit gloriam, quæ Sanctorum felicitatem conſtituit, ſimul eſſe præmium laborum ſuorum, & divinæ miſericordiæ effectum.

Idem in expoſitione Pſ. 3. Pœnitentialis oſtendit quomodo ad Sanctorum felicitatem aſpirare debemus.

Idem in Sermone primo Omnium Sanctorum varias proponit hujus argumenti quæſtiones, quas reſolvit.

Idem in ſermone ſecundo in eamdem celebritatem pro themate hæc deſumit verba: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. In tertio explicat ſeptem beatitudinis gradus in cælo, pro ſeptem Evangelicis Beatitudinibus. In quarto vero præter propter idem agit argumentum.

S. Gregorius Nyſſenus in oratione prima de beatitudinibus oſtendit, quomodo beatitudo decet homines, & duo bonorum genera, quæ poſſident.

Idem in ſeptem Sermonibus, quæ ſequuntur, loquitur de felicitate, quæ ſingulis beatitudinibus promiſſæ ſunt ſingillatim.

S. Baſilius *Homil. 9. de Gordio Martyre* oſtendit, Sanctorum eaemplia validum eſſe præſidium ad virtutem eaercendam; eoſque eſſe imitandos.

Idem Epiſtola ad S. Gregorium Theologum, oſtendit Sanctorum vitas ſcriptis mandatas imagines eſſe viventes, & animatas viæ a nobis ducendæ,

Origenes *Homil. 5. in num. n. 1.* oſtendit varios eſſe gradus Sanctitatis; Sanctos eſſe alios alia Sanctiores, & plurium meritorum in hac vita, ſicuti in alia magis vel minus in gloria ſunt elati.

Beda Venerabilis duas habet homilias in Feſtum Sanctorum Omnium. In prima eximias habet adnotationes in Evangelii Beatitudines, & hortatur juſtos ad patientiam habendam in tribulationibus, ut Sanctorum præmia conſequantur. In altera vero refert hujus Feſtivitatis inſtitutionem, & quam ob cauſam fuerit inventa.

B. Petrus Damiani in Sermone de hac ſolemnitate narrat ea bona, quibus Sancti fruuntur in Cælo, ac latius oſtendit, quid nobis faciendum, ut aliquando ſimilibus bonis & nos perfruamur.

S. Bernardus quinque Sermones edidit in Evangelium hujus diei, & diſertis explicat commentariis omnes Beatitudines, quæ ibi continentur. In altero verba facit de utilitate, quam ex hujus diei felicitate percipimus. In tertia refert tres diverſos animarum Sanctarum ſtatus; videlicet cum infixæ ſunt corporibus corruptibilibus, cum a corporibus ſejunctæ ſunt, & cum plena beatitudine gaudent. In quarto explicat illud S. Joannis verbum qui in Apocalypſi ait, ſe audiviſſe vocem animarum ſanctarum. In quinto demum oſtendit feſtivitatem hanc æque reſpicere Sanctos, qui ſunt in Cælo, & eos, qui vivunt in terra.

S. Ephrem duos habet Sermones de Sanctis in primo operum ſuorum tomo.

S. Bernardinus Senenſis Sermonem habet de hujus diei feſti ſolemnitate.

S. Bonaventura duos. In quorum altero oſtendit quibus gradibus perveniatur in Cælum, & quarum virtutum praxim pro ſtatus varietate fuerint ſecuti.

Dionyſius Carthuſianus tres habet Sermones de eadem Sanctorum omnium ſolemnitate.

Albertus Magnus in Evangelica verba illa; *Beati pauperes ſpiritu &c.* conſiderat ſeptem priores beatitudines, tanquam cauſas gloriæ, & felicitatis Sanctorum Ordinum omnium.

Idem in altero Sermone conſiderat multitudinem Sanctorum in eo apparatu, in quo repræſentantur in Apocalypſi palmas manibus tenentes, quarum rationem reddit.

Gerſon habet Sermones quinque in hanc ſolemnitatem, in quibus colligere videtur quidquid Sancti Patres dixerunt de hoc argumento.

Guillelmus Pariſienſis Sermonem habet in feſtum hunc diem.

Hugo a Sancto Victore quatuor edidit Sermones, in quibus quatuor diverſos textus aſſumpſit.

Papa Innocentius III. duos edidit Sermones, in quorum altero oſtendit duas eſſe beatitudines, alteram propriam vitæ, quæ eſt hæc vita; alteram propriam termini, ad quem contendimus, quæ altera vita eſt.

S. Laurentius Juſtinian in Sermone quodam oſtendit, quam utilia ſint Sanctorum ſuffragia.

S. Leo habet homiliam in hujus diei Evangelium, ubi docet, quibus gradibus evehi poſſumus ad gloriam Sanctorum.

S. Thomas Aquinas tom. 16. Sermonem habet in Sanctorum omnium ſolemnitatem.

Thaulerus duos habet Sermones, ubi oſtendit Sanctos non melius coli, quam illos imitando.

Conſolatio ex beatitudine Sanctorum petita.

Pretex eos, qui tractarunt de felicitate, qua in Cælo Sancti gaudent, & de quibus locuti ſumus titulo de Beatitudine; eo illos, qui pertractarunt propius argumenta a nobis expoſita in Paragrapho primo.

Flechier in tomo primo Panegyricorum.

Idem in præfatione eorumdem pluta habet ad hoc argumentum pertinentia.

P. Bourdalove duos habet Sermones de Sanctis Omnibus. Alterum de eorum in Cælis corona, alterum de exemplo, quod nobis reliquerunt, & quod nos ſequi opus eſt.

Molinier in Sermone pro feria quinta poſt primam Quadrageſimæ Dominicam.

Auctor Bibliothecæ Concionatorum in prolegomenis primi Tomi Panegyricorum, fuſius tractat de cultu, & invocatione Sanctorum.

P. Texier tomo ſecundo, in Panegyrico de Sanctis Omnibus oſtendit Sanctitatem eſſe fontem omnium elogiorum, quæ de illis fiunt.

Biroat duos habet in hanc celebritatem Sermones.

Ogier in tomo 2. publicarum ejus actionum.

Verjus, unum habet Panegyricum in feſtum diem Sanctorum Omnium.

P. Dureau quatuor habet Sermones hujus argumenti.

In Specimine Panegyricorum tria ſunt compendia Sermonum in Feſtum hunc.

Auctor Sermonum in omnia argumenta &c. tomo tertio Panegyricorum.

Granatenſis in Sermonibus pro feſtivitate hujus diei.

Auctores alii, qui hoc eui ſunt de Sanctorum ex vitis & imitatione.

P. Mathias Faber.

Auctor Scientiæ prædicandi.

P. Novet in ampla Meditatione hujus feſtivitatis.

Pauci ſunt Concionatores, & vitæ Sanctorum Scriptores, qui argumentum hoc prætermiſerint.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Figuræ, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci.

Deduxit eos in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis. Pſ. 106.

Omnes Sancti in manu Dei ſunt. Deut. 33.

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Pſ. 67.

Gloria hæc eſt omnibus Sanctis ejus. Pſ. 149.

Nimis honorati ſunt amici tui, Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Pſ. 138.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine. Pſ. 83.

Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Pſ. 25.

Laudate Dominum in Sanctis ejus. Pſ. 150.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Pſ. 44.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Pſ. 14.

Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam &c. Ibidem.

Fulgebunt juſti, & judicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Sapient. 3.

Eſſe eorum hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. Ibid.

Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Epiſt. Jacobi 1.

Domum tuam decet ſanctitudo, Domine. Pſ. 92.

Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. 1. Theſſalonicenſ. 4.

Deus omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. Ad Timoth. 2.

Dii eſtis, & filii Excelſi omnes. Pſ. 81.

Filii Sanctorum ſumus. Tob. 2.

Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus. 1. ad Cor. 4.

Reposita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi juſtus Judex. 2. ed Timoth. 2.

Satagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. 2. Petri 1.

Ita expectant juſti. Pſ. 141.

Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum. Levit. 22. & 2. Petri 1.

Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. 11.

In regno Patris mei manſiones multæ ſunt. Jo. 14.

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Act. 14.

Tranſierunt doctores, & in fine oſtenſi eſt illis theſaurus immortalitatis. 4. Eſdr. cap. 8.

Qui vicerit, dabo illi ſedere mecum in throno meo. Apocal. 3.

Non ſunt condigna paſſiones ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Ad Rom. 8.

Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ſtantes ante Thronum. Apocal. 7.

Nemo coronabitur, niſi qui legitime certaverit. Ibid.

Exempla, & Figuræ Biblicæ hujus argumenti.

NE inſimulemus naturæ noſtræ imbecillitatem, quippe quæ nos in abſolutum adducat impotentiam perveniendi ad gloriam ſanctorum, ignaviam potius noſtram incuſemus, quoniam ſancti quorum diem feſtum recolimus, ejuſdem erant naturæ, cujus nos ſumus. Sanctus Bernardus animadvertit, ſacrum textum de Elia loquentem, dicere, illum hominem paſſibilem fuiſſe, & ceteris hominibus ſimilem: *Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis.* Ne fortaſſe nitor ſanctitatis ejus, fulgor miraculorum, & ardens currus, quo ſublatus fuerat in cælum, hanc mentem mortalibus injicerent, ut crederent, illum alterius fuiſſe naturæ, ac nos; ita ut illum ſequi minime poſſemus. Ne igitur heroicæ Sanctorum virtutes terrent animos noſtros, illi ex eodem limo erant concreti, & ea eadem terra coagmentati. Reliquæ eorum in templis quieſcentes oſtendunt eos mortales fuiſſe, & ruhilominus per gratiam Dei, ſe ſe ſupra naturam ſuam extuliſſe. Si ipſi ſanctitatem adepti ſunt licet homines eſſent, quam poſſumus afferre excuſationem, ut noſmet ab eorum imitatione diſpenſemus? Numquid ſcelerum noſtrorum immane pondus animum noſtrum dejiciet? Verum quidem eſt, hoc eſſe pondus elevationi noſtræ contrarium: ſed ex vitis Sanctorum intelligo illos nonnunquam in nefas lapſos fuiſſe; & peccata, quæ ſanctitatem deturparant, deinceps tranſiſſe in triumphorum materiam.

Elias Propheta exemplum eſſe dicit nos quoque pervenire poſſe ad ſanctitatem.

Sanctus Auguſtinus animadvertit eos, qui glorioſiores in cælo collucent, antea dum viverent in graviſſima ſcelera corruiſſe. Hoc permiſit Deus, & ita opus fuit; ne exiſtimarentur ab omni noxa alieni, ac inde occaſionem nanciſceremur credendi eos alterius fuiſſe naturæ, ac ſpeciei, & a noſtris immunes cupiditatibus. *No nobis impe-*

Hoc ipſum probatur exemplo plurium Sanctorum qui plures annos in vitiorum

ſordidis voluptati ſunt.

impeccabilitas, Sanctus hic Doctor ait, *daret occaſionem exiſtimandi, ſeparatos eſſe a naturâ fallibili.* Sed ubi videmus illos etiam fontes fuiſſe, uti nos; & cum virtutes eorum celebramus, loquimur etiam de lapſibus eorum, & nihilominus in Sanctos evaſiſſe; nonne palam inferre licet, ſi ſumus ejuſdem naturæ, poſſe nos etiam ad gloriam eamdem pervenire?

Ex Abrahã aliorumque Patriarcharum exemplo videmus, velle Deum ſanctos eoli. Tantum abeſt, ut vereat. *Hebr. 11.*

Tantum abeſt, prohibuiſſe Deum ne ſanctos coleremus, ut nihil præterm iſſe videatur ut homines ad eorum cultum, & obſervantiam induceret, ſeu cum eorum nobis certamina ſuper terram exhibentur, ſeu cum illos in cælo coronatos inſpicimus. Quibus laudibus proſecutus eſt ille Abraham, & alios quoſdam Patriarchas? Nonne ipſe illorum virtutem protulit in lucem, eum calumniis proſcindebatur, vel eum in ſolitudinibus delitefcebat? Quam graves pœnas expetiit ex injuriis, & contumeliis, quibus illi affecti fuerunt? Quibus benedictionibus etiam terrenis illos cumulavit, qui eos cum honore exceperunt, ac reverentia? S. Paulus nonne verba facit de illis, tanquam perſonis, quas poſſidere mundus non merebatur? *Quibus dignus non erat mundus.* Principes, ac Reges terræ nonne commendati fuerunt, & infinita cæli beneficiis affecti, eo quod eorum adhæſere conſiliis? Et quaſi ſatis non eſſet illis propter ipſorum virtutes honorem, atque obſervantiam conciliare, voluit etiam illos inſignire conferens eis poteſtatem figurorum, & miraculorum; quod fecit in Moyſe, quem quodammodo Deum Pharaonis conſtituit. Liquet quo in honore haberi voluerit Danielem ab ipſis terræ hujus principibus, tribuens huic prophetæ, æque ac Sancto Patriarchæ Joſeph futurarum rerum cognitionem? Quid muſtum fecit ut illuſtrem gloriofumque redderet incomparabilem virum Joſue? Nonne illum deduxit, & omnipotentiæ ſuæ brachio ſuſtinuit? Nonne in illius gratiam fluminum curſus inhibuit, ut populus ejus ſiceis pedibus traduceret? Nonne fortiſſimarum urbium muros proſtravit? Et invictus ille gentium domitor nonne ea, qua apud Deum pollebat auctoritate, ſum poteſtatem extendit in ſolem ipſum, illius curſum retardans? Quiſnam mortalium hoc glorioſior ſint, & honoratior?

Deus ſemper tot gratiis cumulavit Sanctos, ut ab hominibus in pretio, & honore haberentur; & id quod ille poſſidet per naturam, Sancti obtinent ab eo titulo favoris, ac remunerationis. Quæcumque ſunt in orbe univerſo, illis admirationis, ac reverentiæ tributum perſolvunt. Dæmones ipſi eos timent, tanquam victores, licet invidia rumpantur. Peccatores illorum virtutem admirantur, ejuſque fulgotem ſuſpiciunt, quamvis ejuſdem praxim oderint. Reges illos venerantur tamquam Dominos, & qui mortalibus omnibus ſe ſuperiores putant, glotiæ ſibi vertunt ad eorum tumulos flexis genibus vota nuncupare. Populi eorum dies feſtos celebrant, Angeli quoque in cælo eorum natalium diem recolunt; Deus quoque radiis lucis immortalis eos redimit, & ſi gloria ſæculi opus eſt dæmonis, ut Sanctus Hilarius docet, gloria Sanctorum procul dubio divinæ potentiæ præclarum eſt opus.

Deus ipſe ſanctis honore ſuam alijs poteſtatem communicans.

Sancti ſemel ſanctificaverunt in omnibus ſtatibus; quod probat facultatem ſeſe ſanctificandi in qualibet conditione.

Vobis probandum ſuſcipio, S. Chryſoſtomus inquit, per inductionem ex Bibliis deſumptam nullum eſſe ſtatum, vel licitam conditionem, in qua ſancti eſſe non poſſimus eum ea gratia, quam divina Provtdentia nobis præparavit, ac largita eſt ad ſanctitatem in omnibus ſtatibus xcquirendam, quibus ſemper præeſt. Uxorem duxiſtis, dicitis, Moyſes quoque duxit: & quis obſtabit ne ſinguli diebus voſmet recipiatis cum Deo de ſalute, & ſanctificatione veſtra acturi? Vobis frequens eſt filiorum numerus: Machabæorum mater ſeptem habebat filios, & nihilominus ſancta fuit, & ubi oportuit, Dei amorem ſanguinis ſui chatitati prætulit. Nobilis es, & in mundo te nitefcere opus eſt; David, Jozias, Ezechias & ipſi nobiles erant æque ac vos, quandoquidem regiæ ſobolis erant: tamen Regni adminiſtratio minime obſtitit, ne ſeſe ſanctificarent; in ceſſitudine humilitatem ſervarunt, & in Aula vixerunt, quin vitiorum aulæ inficerentur. Judex es; hoc erat Samuelis Officium; exemplum hoc imitare, & in munere tuo obeundo irreprehenſibilem te præbebis; & erts tibi ſtimulus xd præſtantiſſimas virtutes exercendas. Locuples es; Abraham puto fuiſſe locupletiorem. Job quoque erat dives; eſto ut ille pes claudo, oculus cæco, patet pupillo, pauperibus patronus, atque nutritius; & hoc pacto opes tuæ tibi ad acquiteodam, exercendamque virtutem proderunt. Pauper es; & paupertati tuæ ægritudines accedunt; vide Lazarum Evangelicum, qui pauper, & æger ad inſignem ſanctitatem evaſit. Faber es, tota die ad meliorem uſque noctis partem laboribus, tibi familiæque tuæ comparans victum: S. Joſeph in eadem erat conditione; & virtutes ſuæ illum tandem ad altiſſimum gloriæ cumulum pertulerunt.

Centurionis exemplo probatur, militem quoque poſſe ſalvari Joſſe. *Act. 10.*

Caſtra ſequeris, inter arma verſatis: memento ſtrenuis illius Centurionis Romani, cujus Apoſtolorum Acta meminerunt; ubi dicitur fuiſſe Religioſus, ac timens Deum eum omni domo ſua. Quin alienis diteſceret ſpoliis, large effuſeque pauperibus erogabat ſtipem, ac inter armorum ſtrepitum pacatum gerebat animum, ac mentem oratione collectam in Deo: *Faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper.* Facile eſt igitur tali-

bus exemplis oſtendere, quæ paſſim in Bibliis occurrunt. Sicut Deus conſtituit varietatem ſtatuum, qui in mundi commercio ſunt neceſſaria, ita illum aſſignaſſe gratiarum copiam ad legem ſuam obſervandam in qualibet conditione, videlicet xd vitam ibi cum ſanctitate ducendam. Si igitur infernus repletus eſt nobilibus, aulicis, militibus, mercatoribus, fabris; ſi omnium ſtatuum fideles quotidie in interitum ruunt; imminet eorum cauſa non eſt eorum ſtatus & conditio; ſed quia, ut inquit Propheta, in ſtatu ſuo uti noluerunt gratia Dei, quæ omnibus hominibus oblata eſt, ut illius obſervent mandata: *Longe a peccatoribus ſalus: quia juſtificationes tuas non exquiſierunt.* *Pſal. 118.*

Licet ſanctitas ſita ſit in omnium virtutum congerie; nihilominus Sanctus Petrus Damiani ſcite animadvertit, Sanctos ſe ſe quibuſdam virtutibus peculiariter devovifſe, & in iis enituiſſe, quin tamen reliquas contemnerent. Ita Abraham excellut per fidem, Moyſes per manſuetudinem, Phinees per xeli ſervorem, S. Petrus per charitatem, S. Joannes per Virginitatem; & licet qui ad ſanctitatem contendit virtutibus omnibus debeat affluere, & pro virili parte illas ad Sanctorum imitationem exercere; nihilominus Sanctus hic Patet docet, prudentis eſſe aliquam peculiariter diligere, qua maxime illectus eſt, & quæ ſtatui ejus, & muneri, ac ſtudiis ſit msgis conformis: ut eam magis familiarem ſibi tedat, ejuſque actus eliciat frequentiores, perfectioreſque; cum liqueat quandoque unam tantum ſufficere virtutem xd cæteras adipiſcendas; tanta enim inter omnes affinitas eſt, & cognatio.

Peruile eſt ſecundum exempla ſancti tum imitatere prati peculiare virtutis alicujus.

Quamvis Sanctorum omnium exemplum ſit utiliſſimum, ad noſmet ſanctificandos: tamen eadem prudentia, quæ virtutum electionem moderatur, quarum praxis nobis eſt magis neceſſaria, vel quæ nos maxime decet, debet etiam tegere Sanctorum electionem, quorum vita magis conformis eſt ſtitui, ac muneri noſtro; *Habet unumquodque propoſitum principes ſuos*; Sanctus Hieronymus inquit, *Epiſcopi, & Presbyteri habent in exemplum Apoſtolos, & Apoſtolicos viros &c.* eorumque conentur aſſequi menta, ſicuti dignitates, & honores affecuti ſunt.

Fidelium quivis ſibi ad imitandũ proponere debet Sanctos illos, qui ejuſdem conditionis ac profeſſionis fuerunt. *D. Hieron. Ep. ad Heliod. de Inſtit. Monac.*

Per legis antiquæ exemplar S. Paulus excitabat primos fideles ad praxim virtutum, quas illi exercuerant, ut ſeipſos ſanctificarent. Ab Abel ad Moyſen, & x Moyſe uſque ad Prophetas omnes vetetis teſtamentt juſtos ob eorum oculos ſtatuebat abditir in cavernis, errantes in ſolitudinibus, jejuniis exinanitos, pœnitentia ad maciem redactos, accuſatos, calumniis exagitatos, juſtos denique *quibus dignus non erat mundus*. Heu! inferebat Apoſtolus, quis nos prohibere poteſt quominus hujuſmodi exemplis confirmati ingrediamur in ſtadium nobis patens; & quoniam ſumus hæredes Sanctorum, & filii, quid obſtatne Sancti ſimus, ut illi? Hæc S. Pauli argumentatio apud nos majotem vim habere debet; quandoquidem hæc infinita Sanctorum multitudo, quæ in Chriſtiana floruit Religione, auxit hanc teſtium nubem, de quibus Gentium Apoſtolus loquebatur. Quid enim dicere præſertim poſſumus coram tot martyribus, cum fides noſtra non fit amplius obnoxia perſecutionibus, nos quorum conſtantiam Deus tormentis non probat? Nos qui, ut S. Cyprianus ait, Sancti fieri poſſumus ſine ſanguinis effuſione? Nonne ſumus hominum ignaviſſimi, ſi difficultates non teracnt? Nonne contumeliam infernus gratiæ Dei noſtri, ſi dubitamus, utrum regere valeat nos in leviſſimis pœnis, cum Sanctos Martyres in ſæviſſimis ſupplciis ſuſtinuerit?

S. Paulus Judæis xvi ſus proponebat exẽpla Sanctorum veteris legis, tũ eorũ vitæ ipſorum. *Hebr. 11.*

Revocari hic in memoriam poteſt viſio admirabilis, qus Deus dignatus eſt S. Auguſtinum paulo antequam converteretur. Videndam illi præbuit caſtitatem ſub imagine matronæ circum undique ſeptæ corona puerorum atque puellarum, qui, & quæ integerrimum puritatis florem ſervaverant; & nobilis illa matrona dicebat illi: *Numquid non poteris, quod iſti, & iſta?* Heus tu facere non poteris, quod hi adoleſcentuli, virgineſque facere potuerunt? Nonne tibi ſatis ent animt, ut eorum exempla imiteris? Verum quidem eſt, non propriis viribus id potuiſſe, ſed virtute Spiritus Sancti ſeſe communicantis iis omnibus, quicumque perfectionem voluerint xmplecti. Nobiſmet exemplum hoc applicemus, & exiſtimemus, quantumvis modicum labotem ſuſtinere velimus in virtutis ſemita percutenda, quæ jam attrita, & ſtrata eſt tot omnium ſexuum, ſtatuum, ætatumque veſtigiis, nobis gratiam non defuturam eſſe, ut xd beatum eum finem perveniamus, ad quem ſtrenue petvenerunt illi, pro virili admiſi, & coopetati gratiæ, ut immarceſcibilem conſequcrentur gloriam, qua modo Sancti omnes fruuntur.

Exempla tot puerorum, & puellarum excitare nos debent, ut S. Auguſtinum exercamur.

Simul ac Iſraelitæ de cacumine montis Amana viderunt tertam ſibi promiſſam, capitibus ſuis florum coronas impoſuerunt, ut coronis redimiti beatam terram illam ingtederentur, ubi ſumma libertate erant fruitui. Promiſſa hæc tellus non aliud eſt, quam cæli figura, quæ proprie terra Sancta eſt, quo nobis contendendum eſt, & quam hodierna die nobis oſtendit Eccleſia, ut magis magiſque nos ad eamdem acquitendam inflammet. Sancti, quos illa noſtris objicit oculis, veri ſunt Iſraelitæ ſinguli coronis ornati, tanquam totidem Reges

In anteceſſũ coronare nonnet debemus omnibus virtutibus ad invitum gloriæ ſanctorum ut olim Iſraelitæ ad ingreſſũ terræ promiſſæ.

cæleſtis ditis aulæ, qui nos ad Regni ipſius poſſeſſionem adeundam invitant. Eorum poteſtas non aliis finibus habet, quam omnipotentia Dei, qui caput illorum eſt. Divitiarum loco habent inexhauſtos Dei theſauros, quibus gaudet Deus, & quorum plenitudo omni caret menſura. Hæc illa ſunt bona numero carentia, quæ nobis Eccleſia proponit acquirenda, invitans nos Sanctorum omnium exemplo ad illorum legenda veſtigia ſi cum illis velimus adire poſſeſſionem ejuſdem regni hujus, quod ſibi meritis ſuis compararunt, ſtrenue in tanti boni comparatione laborantes.

Myriades Sanctorum qui in cœlibus ſtatibus ſe ſe ſanctificarunt oſtendunt nos quoque in quavis conditione poſſe ſanctificari,

Eruditi quidam animadverterunt, nullum inveniri poſſe munus, nullumque in Regno, vel Republica officium; ubi non aliqui ab Eccleſia habiti fuerint tanquam Sancti, ut intelligamus, ſicuti Sancti minime fiunt propter eorum conditiones, ac ſtatus; hos minime prohibere, ne Sancti fiant, ſed fieri vita, quæ ducitur, & fide, qua ſua a quoque munera adimplentur. Hoc fidelibus ævi ſui dicebat Tertullianus: *Nihil refert, ubi ſitis; extra ſæculum eſtis*. Nihil intereſt, quanam in conditione ſitis dummodo Deus in eam, in qua eſtis, vos evocaverit. Itaque illud non quæro, utrum ſæcularis ſis, an Religioſus ſacris imitatus, an matrimonii vinculis impeditus; ſed illud quæro, quod debet eſſe commune Chriſtianis omnibus quemcunque ſtatum profiteantur; hoc enim eſt abeſſe a corruptione ſæculi, quod in omni conditionum genere fieri poteſt. Profecto ex numero Principum, qui ex Chriſtianorum cœtu a ſtatu ſalutis magis abhorrere videntur, ſexcenti inter Sanctos relati fuerunt; & Beatis adſcripti poſtquam in profana vixerunt aula, quin ibi virorum contagione inficerentur, Quænam conditio eſt, ubi plus licentiæ, & minus Religionis occurrat, quam in caſtris, ac militari vita? At tamen integri conſeſſerent exercitus eorum qui ſanctitatem inter arma conſecuti ſunt, & integræ legiones vitæ ſunt, quæ vitæ ſuæ jacturam facere maluerunt, quam ejurare fidem. Inter negotioſos homines quot inveniuntur pericula! quæ ſalutis acquirendæ impedimenta! quot difficultates! Et nihilominus plurimi extiterunt, qui conſummatam virtutem præſtiterunt, & ad altiſſimum ſanctitatis apicem aſſurexerunt. Hæc autem multitudo Sanctorum, ex quovis ſtatu, & conditione ex Apoſtoli ſententia tunc nubes teſtium, qui aliquando contra nos ferent teſtimonium, nobiſque ignaviam noſtram exprobrabunt: *Tantam habentes teſtium nubem*. Numerus eorum palam evincet nos quoque ſanctificari potuiſſe, & nobis vitio vertendum eſſe, ſi res male ceſſerit: *Teſtium nubem*. Nubes eſt, quæ ſuper caput noſtrum pendula eſt in media, ut ita dicam, aeris regione, quod innuit illos in terris fuiſſe, quin terrenarum rerum amore caperentur, & inter negotia, quibus impediti videbantur ſe ſe per pietatem eatuliſſe, & de cælo tantum cogitaviſſe *Teſtium nubem*. Nubes eſt, quæ fert imbres gratiarum, & a Deo illæ oritur propter eos, qui in eodem ſtatu verſantur, & qui eaſdem experiuntur difficultates. At caveamus, ne ſit nubes, quæ in caput noſtrum aliquando diſrupta, erumpat in fulmina proferendo condemnationis noſtræ ſententiam, ſi ita miſeri fuerimus, ut pereamus.

Eo S. ſcutii exemplo patefacto ut ſed rat legere vitas Sanctorum.

Nemo eſt, in quo Sanctorum exempla eandem vim obtinere non valeant, quam olim in mente Sancti Ignatii Inſtitutoris Societatis Jeſu obtinuerunt, cum ille mundi gloria, quam armis ſe adepeturum eſſe ſperabat, adhuc eſſet illectus. Cum enim forniito legiſſet, quo pacto Sancti mundanam hanc gloriam contempſiſſent, cujus libidine flagrabat: tantam concepit virtutis eorum admirationem, tantumque illos imitandi deſiderium, ut ſtatim in arena conſilium inierit generoſum mundo vale exteremum dicendi, & ad immortalem hanc tantummodo gloriam contemnendi. Hæc Sanctorum exempla ſæpe in animis hominum conſecuta ſunt, & hanc ipſam ob cauſam, hodierna die nobis proponit Eccleſia magna ſolemnitatis hujus exempla, ut ad illa imitanda nos urgeat.

Ad Athletarum exemplum rebus omnibus noſmet expoliare debemus, non quidem ut cum illis ſtricam, ſed immortalé certamen aſſequamur.

Athletarum more, & exemplo pugnare: currere in ſalutis ſtadio, quod nobis patet, ita ut pretium feramus, hoc illud eſt ex Sancti Pauli ſententia, ad quod vocamur, & quod Sancti conſecuti ſunt. *Sic curvite, ut comprehendatis*. Athletæ vero, ajebat Apoſtolus, ut liberiores eſſent in curſu, & minus impediti eſſent in prælio, omnibus ſeſe exuunt, & hoc pacto docent, nos quoque quatenus fideles abſtinere opus eſſe ab omnibus mundi hujus impedimentis: *Omnis autem qui in agone contendit; ab omnibus ſe abſtinet*. Diſcrimen inter illos, ac nos hoc eſt, quod illi quidem ita agunt, ut corruptibilem coronam accipiant, nos vero incorruptam. Diſcrimen prorſus idoneum ad nos pudore ſuffundendos, niſi eos imitemur. Hæc etiam una fuit ex cauſis, quæ non ſolum tantum fortitudinis Sanctis immiſit, verum etiam tantam a mundo ſeceſſionem in certaminibus, quæ illis adverſus ſalutis ſuæ inimicos ſuſtinenda fuerunt.

Dei amicos eo honore debemus exiſtere quo Aman excepit amici Primipha, ſed certo non diam.

Dei magnificentia erga Electos ſuos tanta eſt, ut cum Propheta valeam exclamare: Quam magnificus es, Domine, qui famulos tuos ad tantum gloriæ gradum attollis ſuper mortales omnes dignitates; & cum invido Aman, qui æmulum ſuum in triumpho ſubſequebatur, addere; ita honorandi ſunt illi, quos ſupremus Cæli, terræque Dominus ſua amicitia, atque gratia honorare voluerit. Verum ſchiſmatis, ſpiritus, quam longe a Dei ſpiritu abhorres! qui Sanctæ præripere ſtudes honorem, quem voluit Deus, ut Eccleſiæ ſæculis omnibus inſidem adhibere. Neceſſe non eſt hoc loco proferre plurimos locos Scripturarum, ac teſtimonia. Feſtivitates, quæ ad hunc effectum inſtitutæ ſunt, ſermones, & elogia, quæ Cyprians, Gregorii Nazianzeni, Chryſoſtomi, Ambroſii, Auguſtini protulerunt, ut populos ad Sanctorum obſervantiam hortarentur; celebritates, quæ fiebant ad horum Beatorum monumenta, Concilia adverſes Iconoclaſtas habita: hæc omnia conſtant conſtantem Primævæ Eccleſiæ traditionem, uſque ad ſæculum infeſtis noſtro huic proximum, ubi inſurgere viſus eſt error adeo perniciosus contra cultum Sanctorum, quem argumenta adeo valida, & ad perſuadendum idonea nondum auferre valuerunt, ita ut nonnulli ex hæreticis reſpondere malint, Patres omnes, & Eccleſiæ Doctores in errorem incidiſſe, quam fateri, ſeipſos aberrare; alii vero exterrentur, Sanctos, quovis tempore in honore habitos fuiſſe, ſed illos nunquam fuiſſe invocatos; & conantur ſaltem partem cultus eorum imminuere, quandoquidem omnino cultum nequeant antiquare.

Non quærendum nobis eſt de in difficultatibus, quæ in via gloriæ ſuborientur, ut olim Iſraelitis. Num. 13. Ibid. 14.

Cavendum diligenter nobis eſt, ne imitemur ignavos illos murmuratores Iſrael, qui promiſſam terram ingredi nolebant, dicentes ſe, in ea vidiſſe monſtra: *Vidimus monſtra*. Sed Joſue fidelis, ac ſtrenuus eorum dux dixit eis; quæ de te conquerimini? Nobiſcum eſt Dominus, *nolite metuere*. Hæc ipſa verba nobis Deus dicit, querentibus de difficultate viarum, quæ ad ſalutem adducunt: *Noli metuere*, quid trepidandum eſt tibi, ignave fidelis, cum ego ſum tecum. Num difficultates tuæ majores ſunt illis, quas Sancti ſuperarunt. Vita, quæ ducit ad Cælum num hodie quam olim magis eſt inhoſpita? Nonne ejuſdem es naturæ, & conditionis, cujus illi fuerunt? nonne tibi eadem non ſuppetunt præſidia; nonne tibi non eadem gratia ea hiberetur? Quæ igitur eſt timoris tui cauſa, niſi fortaſſe ignavia tua?

Tantum ſi pravum exemplum momenti ponderis eſt, ut nos in eorum actus virtutem impellat.

Sicut nihil pernicioſius eſt ſcandalo, ex Tertulliani ſententia, quoniam exemplum eſt rei pravæ, quod eam quodammodo probat, & in animabus munit propenſionem in malum: *Scandalum vri mala, exemplum edificans ad delictum*: ita bonum exemplum validiſſima ratio eſt, qua Deus utatur ad homines in virtutem pertrahendos. Hæc de cauſa Spiritus Sanctus in Scripturis nobis reliquit vitas Sanctorum veteris teſtamenti; præcipue Apoſtolorum actiones in Actis deſcriptæ ſunt, & Eccleſia in Faſtis memoriam ſervat earum rerum, quas Sancti fecerunt, ut adpiſcerentur gloriam, qua perfruuntur; ut magna hæc exempla mentibus noſtris præſentiæ nobis animos addant ad ſuperandos obices, quos illi ſuperaverunt, ut & nos ad terminum eumdem pervenire valeamus. Quibus vero modis Sancti vita nobis perſuadeat ſanctitatem? Duplici, S. Chryſoſtomus ait, nobis oſtendens ſanctitatis præfectionem, & corrigens in nobis vitia, quæ ab eadem nos arcent. Nam Sancti alicujus vitam conſideranis intelligo nihil in eo reperiri quod amandum, & plurimi faciendum ſit præter virtutem, & ad examen revocans ea, quæ Sancti fecerunt, diſco, quid mihi faciendum ſit. Ita Machabæorum princeps filios ſuos in Religionis veræ cultu retinuit. Fingite vobis, dicebat ille; exemplum horum Iſraelitarum Divinæ legi fidelium, ex quibus duxilis originem, Eliæ zelum, fidem Abrahæ, lenitatem David, obedientiam Iſaac, caſtitatem Joſeph. Hoc pacto ſummus ille Vir virtutem perſuadebat ſuis, propoſito illis majorum ſuorum ſanctitatis exemplo.

Applicationes quorundam Scripturæ locorum huic argumento.

Vobis, & omnia Sanctorum exemplo videre tantam non excedere vires noſtras.

Quis aſcendet in montem Domini? Pſalm. 23. Quo reapte pacto aſcendere poſſumus in montem inacceſſum, ſpinis repletum, ſentibuſque confitum, imburum ſanguine, & madidum lacrymis illorum, qui nos præceſſerunt? Quomodo ambulare licet per inhoſpitum? Hæc fere objiciunt homines, ut ſuam ignaviam, ac neligentiam excuſent. Iniqua ſententia, quæ quotidie tot nocentes facit! ſed quam explodunt Sanctorum exempla, & experientia certaminum, ac triumphorum ſuorum, ita ut de omnibus dicere poſſimus, quod de uno eorum dicit Tertullianus: *Conſiſtit Job in exemplum infidelium*. Job nobis occurrit in ſterquilinio, tanquam victor in theatro, comparandus cum omnibus ſpiritibus ignavis, ac mollibus, qui dicunt patientiam inter dolores ſupra hominum naturam eſſe poſitam. Sed quod peculiari gratia in homine uno factum eſt, Sancti omnes ſimul oſtendent exemplis ſuis fieri poſſe, ut evincant, ſanctitatem non eſſe impoſſibilem, quod falſo plurimi dictitant, & ſibimet perſuadent.

Nullum poſſumus inferre excuſationem propter multitudi-

Vidi turbam magnam. Apocal. 7. Divinæ placuit Providentiæ, in omni contradictionum ſpecie florere Sanctos Viros, & in illis etiam, a quibus virtus, & ſanctitas ipſa magis abhorrere videntur. Non deſunt Sancti ex Regum

nem teſtiū. qui ſtant contra nos.

Regum Principumque numero, licet aula per mollitiem, & vanitates ſuas adverſetur ſanctitati. Sunt etiam inter milites Sancti, licet bellum pietati adverſetur; & omnes hi Sancti hodierna die congregati, nobis exempla ſua oſtendentes, quamlibet admunt excuſationem. Hæc Sanctorum turba, S. Paulus ait, eſt nubes teſtium, qui probant nos quoque Sanctos eſſe poſſe: *Impoſitam habemus nubem teſtium*. Nubes non repente coaleſcit, ſed paulatim vaporum acceſſione conflatur, qui tandem ventorum, ac procellarum vi diſſolvuntur in pluviam. Deus ita ab ipſo mundi exordio paularim collegit Sanctos ex variis Terrarum plagis, ut ex iis teſtium nubem efſingeret, qui ſuarum virturum exemplo probarent, nos quoque poſſe evadere Sanctos.

Dei mandatum ad hominem, ut ſancti ſint ſuppoſit nos ſanctos fieri poſſe.

Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum. Levit. 21. Nonne mirum eſt, Deum hujuſmodi præceptum hominibus erogare, ut ſeſe ultra imbecillitatem conditionis ſuæ attollant, & ultra naturæ ſuæ infirmitatem, ut ſeſe illi ſimiles reddant, ut æternum cum eodem in cælo eſſe mereantur? quid eſt in homine, quod obicem non conſtituat imperio, quo illos ſanctos eſſe juſſit? Sanctitas eſt ab omni ſordium genere longinquitas; ab omnibus terrenis rebus receſſio, de omnibus animi cupiditatibus plena victoria: inſeparabilis Creatori per ardentem charitatem adhæſio; atque ut Sanctitas hæc conſummata ſit expers omnium periculorum, quibus patet in hac vita, perfruendum eſt ſummo bono, cujus poſſeſſionem largitur Deus illis tantum, quos ab æterno prædeſtinavit. Ceterum quis homo eſt, cui Deus hanc irroget legem? Peccator eſt, ante ipſam nativitatem; natus eum propenſione quadam in malum, quod totam illius vitam coinquinat; cæcus in veri boni ſui cognitione, imbecillus ac mobilis in ſuis deſideriis, ſuarum cupiditatum mancipium, in ſenſibilia bona pronus, vivens inter laqueos, & inſidias inimicorum, undique ſeptus manifeſtis periculis in mundo corrupto, ubi omnibus rebus ſertur in vitium, & a ſanctitate deterretur? Hunc tamen hominem adeo infirmum jubet Deus, Sanctum eſſe: ſed hoc ipſum Dei præceptum probat, quod homo parere poſſit; cum enim Deus non minus ſit æquus, quam Sanctus, nunquam præcipere poteſt hominibus, quod vires eorum excedat.

Eccleſia omnium ſimul Sanctorum feſtivitatem nobis proponit, ut nobis animos addat.

Filii Sanctorum ſumus. Tob. 8. Eccleſia in hac omnium Sanctorum feſtivitate nobis proponit imaginem ſanctitatis, non in præliis, ſed in triumphis, non jam ſuper oculeos tractam ut furis objiciatur, aut cruentis voluptatibus populi barbari, ſed in thronum aſſumptam, ut nobis dicat, ac perſuadeat nos filios eſſe Sanctorum: *Filii Sanctorum ſumus*. Videtis ne in renidentibus thronis Sanctos gloria redimitos? Vobiſmet ad hoc ſpectaculum perſuadete de generis veſtri nobilitate, & neceſſitate in vobismet per mores exprimendi illorum ſanctitatem, ut accedatis in partem hæreditatis, quam poſſident, & quam vobis quoque procurare vellent. Hæc die vere adimpletur viſio S. Joannis. *Vidi Sanctam civitatem, Jeruſalem novam deſcendentem de cælo*. Deſcendit Sancta Civitas iſta per protectionem, pro Eccleſiæ communi bono interceſſiones, & Sanctorum ſatisfactiones ingeminans. Deſcendit exceptura honorem, quem militans Eccleſia in hac celebritate illi defert; deſcendit tandem per imaginem gloriæ ſuæ ad augendam fidelium ſpem, ac illis perſuadendam ſanctitatem, & cauſas ſpei hujus apetendas. Nam non poſtrema ratio, qua Dei gratia utitur ad nos ad Sanctitatem excitandos, ſpes eſt gloriæ, quam Sanctis Deus pollicitus eſt; hæc enim noſtram cient fortitudinem ut conſtanter iſtud conſilium ſequamur; non ſecus ac ſpea bonorum, quæ nos manet, eſt cauſa vulgatior omnium actionum vitæ noſtræ. Non ideo tamen dixerim præcipuam noſtræ Sanctitatis cauſam eſſe debere cupidam hanc, & minime integram virtutem; Deo præſertim ſerviendum eſt, propter Dei ipſius amorem; ſed Dei Providentia hac utitur ratione ad noſtram excitandam, exercendamque virtutem.

Sanctorum ſtillimonia expoſſunt nos excitare, & animare.

Quis aſcendet in montem Domini? Pſ. 23. Noſmet miſero tepore patientes rapi, & criminoſa ignavia animis deſpondentes ad intuitum difficultatum omnium ſeu veræ illæ ſint, ſeu fictæ, quæ paſſim in virturum præxi occurrunt; nequicquam, ſuſpiria ex imo trahentes pectore dicimus: *Quis aſcendet in montem Domini?* Heu! quam ardus res eſt ſalvari! Et quam difficilis nobis videtur Sanctitas iſta! Summa cum injuria Sanctum hunc Domini montem, tanquam inacceſſam in hoſpitumque rupem, intuemur, adhuc rubentem ſanguine eorum, qui in eamdem conantur evadere. Hæc teſtium nubes, quam hodierna die nobis exhibet Dominus, quamprimum confiteri nos coget, difficultates omnes, quas ipſi fingimus, non aliud eſſe, quam inane phantaſma, quod nobis incutit metum; nullos unquam homines extitiſſe beatiores quam Sanctos, illis ſuave, & dulce viſum eſſe, quidquid oculis carneis eſt terriculamentum. Hi novi fideles, qui cauſam aliquam præbuerunt, ubi munus non expleni ſuum; & qui commentitias allegant difficultates ad ſanctitatem indipiſcendam innixi ſtatibus, & conditionibus ſuis, facile Sanctorum teſtimonio non juſtitiæ ſolum, verum etiam infidelitatis redarguuntur.

Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum. Levit. 21. Eccleſia fruſtra per totum anni Chriſtiani curriculum nihil præ-

termiſit, ut nos ad virtutem excitaret. Inutili labore nobis ob oculos poſuit omnia miracula nativitatis, vitæ, mortiſque Salvatoris in feſtorum dierum ſuorum ſolemnitatibus. Fruſtra nobis in his celebritatibus retexit infiniti erga nos divini amoris mirabilia, omneſque myſticas actiones, quas pro nobis facere, & pati dignatus eſt. Magna illa ſpectacula, quæ olim creatis rebus, ſenſuque carentibus tantum injecere ſtuporem, & quæ ipſa etiam natura admirata eſt, cordium noſtrorum duritiem minime flexerunt. Denique affectus ille, quo Eccleſia noſtram proſequitur utilitatem, illam hodie extremum charitatis actum elicere cogit. Hæc nobis aperit cælum, atque univerſam Jeroſolymæ cæleſtis pompam oſtentat, ut noſtram cieat ambitionem, ac languentem excitet pietatem. *Reſpice*, inquit ſingulis noſtrum *Sion Civitatem ſolemnitatis noſtræ*. Oculos fige in magnitudinem, & pulchritudinem Sanctæ Sion, & videbis nihil compirari poſſe cum opibus, & gloria ampliſſimæ hujus Civitatis, & licet Deus ubique locuples, ac liberalis videatur; illic ſolum ejus eelifrudo, & magnificentia coruſcat. Si veræ gloriæ cupiditate flagras, ſi voluptates, ſolidaſque divitias perſequeris, ibi inexhauſti adſunt theſauri; ibique fluunt æterni fontes. Ita Eccleſia excitare vult noſtram ignaviam ad ea, quæ ad nos maxime pertinent. Oſtendit nobis ſedem bonorum omnium, ut nos ad virtutum præxim inflammet; nobiſque infinitam omnium Sanctorum felicitatem proponit, ut eorum veſtigia ſequamur, eorumque imitandi tribuat facultatem. *Flechier*.

Eccleſia nobis propoſit omnia Sanctorum exempla, ut eorum legamus vitia.

Cum Deus jubet nos Sanctos eſſe, quia ille Sanctus eſt nihil præcipit ſupra vires noſtras.

Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Ad Theſſ. 1. Non præcipit nobis Deus, ex S. Auguſtini animadverſione, ut operemur miracula, quæ ſtuporem humanis mentibus injiciant, ac ordinem naturæ ſubvertant; quoniam ipſe omnipotens eſt. Non præcipit, ut mundi moderemur habenas, ac terris leges irrogemus; quia ejus potentia, atque ſapienria ſingula ad finem ſuaviter, fortiterque ſimul perducunt. Hæc munera ſunt incommunicabiles prærogativæ majeſtatis illius, & quarum imitatio non minus impoſſibilis eſſet quam funeſta naturæ infirmæ, ac invalidæ, quæ perfectionem ſuam defuſum debet recipere, & cujus ſubmiſſio totum illius bonum conſtituit. Præcipit, ut ſancti ſimus, quia ille ſanctus eſt; *Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum*. O Deus, quanta eſt tua erga homines bonitas! Ex omnibus adorabilibus qualitatibus tuis, quæ divinam eſſentiam tuam conſtituere debent objectum humiliationum, & obſequiorum rerum omnium creatarum, nulla tibi antiquior eſt ſanctitate; & nihilominus hanc auguſtiſſimam qualitatem elegiſti, nobis communicandam; quia hæc una eſt, quam feliciter imitari poſſimus, & quæ nobis facultatem conferre poſſit ſibi placendi.

Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Apoſal. 7. Dæmones vitia publicarunt, & licita eſſe probarunt ingenti vitioſorum hominum numero, & magna pravorum exemplorum copia, quam SS. Patres violentum Babylonis torrentem appellant, quo infirmi omnes in infernum rapiuntur. Ita Dei noſtri bonitas in hac ſolemnitate vult vitia impugnare, noſque ad virtutem impellere per innumeram hanc Beatorum copiam, qui ſemet ſanctificarunt in omnibus ſtatibus, regionibus, partibuſque hujus orbis: *Ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis*. Quot ſanctos nobis propoſuit in gloria, tot ſunt Doctores, ac Prædicatores, qui nobis Sanctitatem prædicant, eamque nobis eo fortius, & eloquentius perſuadent, quo lingua operum majorem habet perſuadendi facultatem, quam lingua verborum. Heu! Quam diſertos, patheticoſque ſermones in nobiſmet audire poſſumus, ſi virtutes Sanctorum meditari velimus? O præclara humilitatis, patientiæ, lenitatis, fortitudinis, ac zeli pro Dei gloria documenta; Odii peccatorum, & amoris virtutis audiremus, ſi vellemus aſcendere ſuper amphiteatra martyrum, vel penetrare ſpecus præſentia Sanctorum Confeſſorum, Virginumque Sanctarum ſanctificatos!

Inſignia Sanctorum facta fortitudinem decent ſanctitatem, qui a pravo imo proborum exemplo vitium & nocat docet.

Filii Sanctorum ſumus. Tob. 8. Dæmones corruperunt mores filiorum, prævis exemplis patrum, & Salvator hodierna die Sanctos nobis oſtendit, tanquam parentes noſtros in gratia, qui per noſtram cum illis cognationem invitant, ne ſimus ab ipſorum gratia degeneres, uſque ſimiles evadamus: *Filii Sanctorum ſumus*. Videte, quæ veſtra affinitas ſit: filii eſtis Apoſtolorum, Martyrum, Virginum. Dæmones vitiis auctoritatem conflarunt numero impiorum, & copia pravorum exemplorum; Dei vero Filius præſenti ſolemnitate illos impugnat. Sanctorum multitudinem ciet, & hanc nobis oſtendit innumerabilem Beatorum copiam, quorum teſtimonium millies magis admittendum eſt, quam illud impiorum, & quam perſuſiones dæmonum, qui illis uti conſueverunt, ut omnibus flagitiis aliquem auctoritatis fucum allinerent. Sumus filii Sanctorum. Quam magnificus hic titulus eſt? Quam glorioſa nobis eſt qualitas iſta? ſed quænam ex nobis officia requirit; quæ parum a noviſſimorum temporum horum fidelibus obſervantur? Poſſumus jure conqueri cum Propheta, ac cum illo dicere: Cuſtodi me Domine inter innumeras haſce pravorum turbas, qui omnia rationis, & fidei lumina extinxerunt, & qui nullo habent in diſcrimine tua ſanctiſſima præcepta. Nobiſmet proponentes Sanctorum exem-

pla, eorumque virtutem imitantes, quos ex ſanctis malis evitare poſſemus?

Cum Sancti nobis ſint magnū ſpectaculum quod admiremur; non alienum eſt hanc illos imitari nec erubeſcamus.

Spectaculum factī ſumus Mundo, Angelis, & hominibus, Ad Cor. 1. Sancti nonne modo in cælo dicere poſſunt, quod de illis dicebat S. Paulus, & de ſe met ipſo in terra; illos eſſe ſpectaculum non ſolum ad intuendum, verum etiam ad imitandum propoſitum? Videtur enim eorum quiſlibet nobis oſtentans actiones, quibus meritus eſt coronas, quas geſtat; nos docere, ut pugnemus, & vincamus. Intuemini hæc exempla, verum ſimul etiam imitamini. Pugn te ut illi, ſi gloriæ eorum in partem vultis accedere. Spectaculum glorioſum i Sancta exempla! quam vim facere non debetis in animis nnitris! Quam potenter nos eruditis! quandoquidem adeo manifeſtis argumentis probatis, nos fieri poſſe id, quod ſunt ſancti; quia illi fuerunt, quod nos ſumus, & nullos eſſe obices, quos ſuperare nequeamus, quandoquidem ex iis ipſi victorum reportarunt. Et ſicuti illi omnes admirabiles extitere per ſanctitatem ſuam, omnes aliquo ex loco commendabiles, omnes propter graves pugnas, & eximias victorias inſignes; eorum exempla totidem ſunt exprobrationes ignaviæ; negligentiæ, ac noſtræ ſtupiditatis.

Non Deus ea rerum ſed gratia ſuī Sancti erunt judices noſtri niſi eorum exempla ſupremus ſupplicii.

Inſtaurasti teſtes tuos contra me. Job 10. Inſtituet Deus duo genera judiciorum, alterum quidem comparationis, in quo judicabit, damnabitque pravos fideles per exempla Sanctorum. Accedite, illis inquiet, fideles ignavi! cur fiſtitis vosmet ad meum tribunal cum manifeſtis criminum veſtrorum notis? Nonne habebatis Sanctorum exempla, quæ vos ad pœnitentiam revocare debebant? Illi ejuſdem fuerunt naturæ, cujus vos. Vobis non defuerunt gratiæ eædem, vos in eadem Eccleſia alti, & educari fuiſtis. Iiſdem nutriti fuiſtis Sacramentis; ad gloriam eandem contendiſtis, & nihilo ſocius a virtutibus eorum degeneraſtis. Vixiſtis quaſi dæmonum nln. Ite maledicti? indigni eſtis, qui eorum nomine vocemini; indigni, qui glorioſam æternamque hæreditatem a me illis paratam poſſideatis. Ne præſtolemur ſeverum hoc judicium, ſed præoccupemus illud noſmet judicantes; ad examen rigida cenſura vocemus facta noſtra, & videamus quam longe diſtemus a prima Eccleſiæ ſanctitate, & puritate Sanctorum. Contendamus ad illorum conditionem, ac dignitatem; dicamus nobiſmet ipſis: *Filii Sanctorum ſumus*, & eorum hæredes; ſperemus nos aliquando gloriam eamdem poſſeſſuros; Conemur ergo eorum imitari exempla, & zelum, ut in triumphi eorum partem aceedamus,

Parientes nobis hujus ejuſmodi labores, ſubinde dicti ſunt, ut participes fiamus in cælo triumphorum.

Beati pauperes . . . . Beati miſeri . . . . Beati qui lugent . . . . &c. Matth. 5. Talis fuit Sanctorum conditio, tempore vitæ eorum mortalis. Vexati, exagitati, in contemptu habiti ab impiis, dolores ſuos expectatæ gloriæ aſpectu conſolabantur. Conſiderationibus, ac ſpe præſens tempus cum futuro jungebant, triumphos ſuos cum prælris miſcebant, & hæc mixtione laborum, atque præmiorum priores poſterioribus mulcebant; & certi ſe in pice, & gaudio meſſuros, quod in lacrymis, ac triſtitia ſeverant, per impatientiam perveniendi ad terminum, ubi ſanctitas ſua mercedem locupletiſſimam erat inventura, ſtrenue decurrebant vias, quæ illuc adducunt, quantumvis eſſent aſperrimæ. In optione, quæ illis permittebatur, vel hujus, vel alterius mundi felicitatem eligendi, vivebant ſpiritu, & in partem laboris vocabant corpora, ut Tertullianus ait, ad coronam promerendam; & hæc illa via eſt, quam nos ſequamur oportet.

Dei voluntas eſt, ut ſanctificemur,

Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. 1. Theſſal. 5, cap. 4. Vocati eſtis ad Regnum, cujus prima lex eſt Sanctitas; facti eſtis, ut ſervatis Deo, cujus potiſſimus ardor eſt hominum ſanctificatio. Vos deſtinati eſtis ad hanc gloriam, quam non tribuit, niſi diligentibus ipſum, eumque imitantibus. Nonne jure Dei nomine dico vobis: *Hæc eſt voluntas ſanctificatio veſtra?* Qualitas Sancti ea eſt, de qua crebro gloriatur in Scripturis. Cælum quod habitat, & quod ſua repleo majeſtate, eſt Sanctuarium ejus; canticum æternum, quod ibi canitur, nihil eſt niſi iterata Sanctitatis ipſius commendatio. Ejus occupatio eſt per juſtitiam ſuam coronare Sanctos quos tales per gratiam effecit. Beatus, qui per fidem ſeſe attollens ſupra creata penetraret velamenta æternitatis, & ex ſinu Dei ipſius ex ipſo fonte idſam ſanctitatis hauriret! Sed quamam proportio inveniatur hominem inter & Deum, & aliquiſne ſanctus eſſe poteſt, ut Deus? aſebat Propheta. Qui ſuſtinere non poſſunt Solis fulgorem, reſpiciunt in aqua ejus imaginem, quam ibi ſumet ipſius exhibet; nos vero, cum minime valeamus Dei magnalia intueri, ſatis eſſe puramus illum admirare, laudare, & imitari in Sanctis ejus, qui oculis noſtris divinas illius perfectiones repræſentant. *Fleehier in Præfatione.*

PARAGRAPHUS IV.

Loci Sanctorum Patrum, aliique Auctores in hoc argumentum.

Totos dies natalitios Sanctorum celebremus, quotie virtutes eorum recolimus; quibus clarnerunt in terra, S. Auguſt. in quodam ſermone,

Ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat, Idem ſerm. 45. de Sanctis.

Ab iis vere ſanctorum martyrum feſtiva gaudia celebrantur, qui eorum exempla ſequuntur, Ibid.

Sanctorum vita nobis eſt norma vivendi. S. Ambroſ. l. de Joſeph.

Si Sanctorum cupis habere conſortium, a malitia, & nequitia cogitatu pectus emunda, quia non niſi Sanctos, innocentes, & puros talioſtis aula ſuſcipit, S. Hieronymus in quidam Epiſtola.

Quæ eſt iſta juſtitia? Sanctos colere, & ſanctitatem commendare; primus gradus pietatis eſt ſanctitatem diligere, poſtea Sanctos. S. Chryſ. homil. 24. in Matth.

Qui Sanctorum merita religioſa charitate miratur, eorum mores ſanctos, atque juſtitiam imitetur. Idem ſermo de Confeſs.

Qui Sanctorum merita admiratur, mirabilis ipſe vita ſanctitate reddatur, Idem.

Iſta ſunt, quæ Sanctitatis cauſa ſervanda ſunt; pudicitia corporis, caſtitas animæ, & veritas doctrinæ, S. Auguſt. de Doctrina Chriſt.

Quam magna Deus largietur heris, qui tam magna largitur ingratis? S. Eucherius.

Veneremur Sanctos, quibus traditum eſt triumphalo regnum, judiciaria ſedes, Angelorum conſortium, beata viſio, Chriſti conformitas, ſtellarum claritas, ſecura manſio, grata ſatietas, & divini luminis ſempiterna Comprehenſio. S. Laurentius Juſtinianus ſermone de omnibus Sanctis.

Noli tantum attendere, quo iturus es, ſed quo venturus. Tolerabis dura temporalia, ſed ad lætitiam pervenies ſempiternam. S. Aug. in Pſ. 36. Conc. 3.

Si vis ſuſtinere laborem, attende mercedem. Idem ibid.

Cum attenderis, quid ſit accepturus, miraberis tantum dari pro tantillo labore, Idem ibid.

Nonne pro vita æterna cuncta laboriſa ſunt ſubeunda? Non eſt parvum quid perdere, aut lucrari regnum Dei, Lib. 3. de imit. Chriſti cap. 47.

Hi mihi traditi ſunt in magiſtros, & in mediatores, quibus ſecure me committere poſſum, quia & notas mihi fecerunt vias vitæ, & illis mediantibus ad mediatorem aſcendere potero. S. Bernardus de Sanctis.

Studeamus; fratres; vivere vita juſtorum, ſed morte eorum mori, multa magis deſideremus. Idem.

Ex omnibus Sanctis niſi tu etiam aliquando unus es; heu! nullus es. Feſtis Mariani 1. Novembris.

Horno quærit requiem, non in regione ſua, S. Auguſt. in Pſal. 48.

Alienoſat Sanctorum vitas velut ſimulacra quædam ſpirantia aſpicere oportet, probaque illorum opera ſua imitando facere. S. Baſilius Epiſt. ad S. Gregorium Nazianzenum.

Quamvis unuſquiſque Sanctus omnibus ſtrenue virtutibus debuit: una tamen virtus cuique eſt pra cæteris eligenda, cui mens familiarius inhærendo, deſervias. Petrus Damiani, opuſc. 9. cap. 4.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia petas in hoc argumento valeat deprimi,

Feſtum omnium Sanctorum pro purgatoribus eſſe debet cauſa lætitiæ, ſicut peccatorum converſio cauſa eſt lætitiæ Sanctis.

Æquum eſt, quandoquidem Sancti in Cælo lætantur propter unius etiam peccatoris converſionem, ut peccatores quoque viciſſim in terris propter Sanctorum felicitatem congaudeant. Nos fragiles creaturæ, qui ingemiſcimus hic deorſum in terris ſub vanitatis jugo, etiam præter voluntatem; qui in jugi ſollicitatione verſamur, inter cupiditatum noſtrarum procellas, tanquam in medio gentis perfidæ, ac rebellas, & qui prælia gerimus ſub vexillis filii Dei patientis, & humilitati; non ne inſpicere tenemur ſancta cum æmulatione illos, qui victores mundi, & poſſeſſores tranquillæ, & beatæ immortalitatis perfruuntur fructibus laborum ſuorum, atque æternum regnant cum Jeſu Chriſto? Hanc ipſam ob cauſam præcipit nobis Eccleſia, ut illos in honore habeamus, & laudemus poſt ſanctitatis eorum conſummationem.

Sanctus mos colendi ſanctos qui regnat in cælo ab Eccleſia in hujus diei ſolemnitate recenſitur.

Indiſcreta vanitas apud Ethnicos conſuetudinem invexerat celebrandi diem miſeræ nativitatis, qua mortales, omneſque ſimul peccatores prodibant in hanc lucem expertum corporis, animæque infirmitates. Sed prudens Charitas inſtituit inter Chriſti fideles morem recolendi memoriam Sanctorum, cum pro illis pateſcant Cæli januæ, & cum illi mortalibus relictis ſpoliis, ſeſe velut aquilæ attollunt, ut æterni Solis radiis calefacti ſuam inſtaurent juventutem. Elegit illos Deus ex omnibus terrarum partibus, ut nominis ſui gloria ubique exaudiretur, & qui-

& quilibet populus ſuos haberet Apoſtolos, atque Prophetas; ut Evangelium ſuum prædiceretur, & obſervaretur, & ubique remanerent irreprehenſibilia veſtigia veritatis ſuæ, ſanctitatis exempla, & gratiæ miracula. Omnes Sanctos colimus ſingillatim in totius anni decurſu, eoſque ſimul omnes in die commemorationis eorum venerabimus; ut magna hac multitudine, vel, ut Apoſtolus inquit, nube teſtium convicti Dei celſitudinem admiremur in præſtantia gloriæ ſuæ; divitias bonitatis ejuſdem in varietate ſuarum vocationum, atque donorum, fidelitatem in exequendis promiſſionibus ſuis; & ſecreta Providentiæ ſuæ, in viis, quas cuique aperit, ut ſinguli ſanctificentur. *Flechier in Præfatione in Omnes Sanctos.*

Deſiderium quo omnes homines expetunt felicitatem explere non poteſt niſi gloria quam poſſident Sancti.

Omnes homines quidquid agant, quidquid conentur, ſemper ſibi proponunt quoddam bonum, quamdam felicitatem: ſed vagum hoc, & indeterminatum deſiderium felicitatis quod efficit, ut nonniſi propter illud agamus, non poteſt in hoc mundo objectum fixum habere, niſi propoſuerimus gloriam, quam poſſident Sancti. Hic unus intuitus nobis perſuadebit, ut ea optemus adminicula, per quæ illuc pervenire poſſimus; hoc enim ſolum bonum eſt, quod nos explere valeat, & noſtris ſatisfacere deſiderii. Videntes non aliam nobis ſupereſſe viam, quam Sanctitatem, hoc medium arripere cogemur, præſertim vero, ſi ea Principis Apoſtolorum verba cogitabimus: *Satagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.* Hoc unum illud neceſſarium eſt, de quo loquitur Evangelium, ſed ne poteris vos alia quapiam via illum aſſecuturos, quam per ſanctitatem, quæ in eo ſita eſt, ut malum quidem fugiamus, & bonum operemur: *Satagite per bona opera.* Hæc eſt malorum omnium origo in pleriſque mortalibus. Non cogitant finem illum, pro quo facti ſunt; immo tantum abeſt, quod hoc unum inquirant, finem ſibi conſtituunt ex mediis, quæ illis Deus largitus eſt, ut ad finem perveniremi. Non enim cogitant aliud, quam de provehenda fortuna: fexcenta ſibi proponunt cumſilia ambitionis, & ad mundanam dumtaxat, & perituram gloriam aſpirant; unde oritur, quod ſicuti finis iſte malus eſt, media, quæ eliguntur, ut eo perveniatur, ad eorum ſanctificationem minime ſpectent.

Si Sancti adhuc viventes in terris non curant honore æquivalente ſe beati honorari, ex quo ad gloriam perveniri.

Si æquum eſt honorare Sanctos, qui adhuc verſantur in terris, quomam facjunt Dei voluntatem, annuntiant miſericordias illius, veritates tuentur; quam venerationem fovere debemus erga has animas beatiſſimas, quæ amplexæ ſtatum vitæ abſconditæ, laboroſæ, crucifixæ Salvatoris poſt vitæ hujus ærumnas, atque paſſiones translatæ fuerunt in ſedem tranquillitatis, & gloriæ? Huic pietatis cultui addendus nobis eſt laudum cultus, qui perhibet teſtimonium virtuti eorum, & qui confitetur juſtitiam, & veritatem ſanctitatis eorum. Duo veritatem in mundo perturbant, aſſentatio, & obtrectatio. Altera virtutem corrumpit, altera illi abrogat auctoritatem. Omnia diſſimulat adulatio. Obtrectatio quoque omnia deformat. Sed tanto æquius eſt Sanctis debitum honorem conferre, quanto ſuperiores ſumi & adulationibus, & obtrectationibus, & per Domini gratiam, cui penitus inhærent, nihil ipſis metuendum eſt ab his duobus inimicis ſanctitatis, quam colimus in perſonis eorum. *Flechier.*

Hæc veritas eſt, de qua omnes Catholici Doctores conſentiunt, cultum, qui debetur Sanctis, non eſſe illum, qui debetur Deo, & neminem fidelium id credidiſſe; Hunc autem neque illum eſſe, qui terræ principibus, aut regibus debetur, neque illis, qui in pretio habendi ſunt ob præclaras animi dotes, & qui alios ob jocos contemni poſſunt; quamvis illorum vitia, & noxæ minime impediant quominus in iis vereamur dignitates, quibus decorati ſunt. Immo neque eos veneramur propter naturales qualitates, quæ in Sanctis remidere potuerunt, quales ſunt ingenium, ſcientia, fortitudo, nobilitas, aut virtutes mere morales, quibus illi commendari potuerunt, non ſecus, ac homines alii; quoniam hujuſmodi bona, ad examen revocanda non ſunt in eo cultu, quem illis deferimus; neque puto ideo adverſarios noſtros fateri, aliquod illis honoris, ac obſervantiæ genus eſſe deferendum: ſed tantum propter illorum ſanctitatem, pietatem, & gloriam, in cujus partem placuit Deo illos admittere, & in poſſeſſionem vocare. Dicant igitur mihi quo nomine cultus hic ſit appellandus; Eccleſia eum religioſum cultum appellat quod nullam patitur difficultatem, quandoquidem cultus eſt mere ſuperior humano cultu. Tandem enim gratia, gloria, ſanctitas, & cæli dona, quibus Sancti excelluerunt, merentur, ut illi in honore habeantur quam homines paſſim alii. Cultus, & honor, qui illis adhibetur, ſuperior eſſe debet illo, quibus mundi principes coluntur, alio jam infinite inferior ſupremo cultu, qui unice pertinet ad Deum.

Quo ratione Sancti ſint Mediatores noſtri.

Nulla re magis offenduntur Hæretici, quam illa Catholicorum conſuetudine, qua Sanctos invocant. Verum ſi hac in re conſuluiſſent Patres, næ illi quidem non præjudiciſſent ſententiam peculiarem ſuam univerſali Eccleſiæ conſenſui. Verbum incarnatum re vera ſolum eſſe mediatorem Redemptionis, & propitiationis, quemadmodum Theologi omnes toties illi reſponderunt; videlicet unum ipſum nos redemiſſe per meritum Sanguinis ſui; unum ipſum exolviſſe juſtum redemptionis noſtræ pretium; unum ipſum nos cum læſo Deo conciliaſſe, & hoc palam a Sancto Paulo explicitum fuiſſe in hoc eodem loco, quem corruperunt: *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro nobis.* Sed verum non eſt illum unum eſſe mediatorem interceſſionis, & redemptionis quandoquidem in Scripturis videmus, Angelos in Cælo, & homines in terris orare pro nobis, & nulla ratio adeſt, ut in dubium vocetur hoc Beatorum officium, & ſubſidium, quod præſtant hominibus fratribus ſuis, & quorum beatitudinem, dum viverent, ſua intereſſe putarunt. Tandem enim quis credere poterit, eos veros amicos nobis defuturos in egeſtatibus noſtris; illorum protectionem ceſſare, vel ceſſare preces eorum, cum fortius agere poſſunt, & validiores fieri, ac potentiores? Cum arctius adhæreant Deo, num ideo minus hominibus favent? an potius in Cælis jacturam paſſi ſunt auctoritatis, qua fruebantur in terris? Nunquid minus valent apud Deum, vel pro nobis minus habent charitatis, quam olim? Deus vero, qui univerſo pepercit populo ad Moyſis adhuc mortalis preces, qui tunc mediator erat; nihil largietur in gratiam tot mediatorum, qui vivent æternum, & qui ſemper coram illo adſunt, & deprecantur?

Si orari poſſunt juſti dum vivit, a fortiori poſt eorum de cæſum & gloriâ orari poſſunt.

Si jus, atque officium poſtulat, ut Sanctos in honore habeamus; ſancta etiam, & ſalubernma conſuetudo eſt, illos invocandi; & ſicuti memoria virtutum, quas coluere, noſtram meretur admirationem; auctoritas, quam adepti ſunt coram Deo excitare debet noſtram confidentiam. Quin iſtic morer in colligendis hoc in argumento ſenſibus controverſiæ, quæ nauſeam pariat, cum Theologis dico, eſſe quamdam invocationem gratiæ, ſalutis, ac redemptionis, quæ ad unum Deum pertinere poteſt, Ille unus movere, & creare poteſt cor purum, ſpiritumque rectum vi ſpiritus ſui, & efficientia verbi ſui, Ipſe unus dat ſterilibus arbuſtis incrementum laboris, & fidei, quod dare nequit neque qui plantat, neque qui rigat. Ille unus effundit Charitatem in cordibus noſtris per Spiritum ſuum, qui operatur in nobis ſecundum beneplacitum ſuum, & voluntatem, & opus bonum. Sed adeſt etiam invocatio præſidii, ſollicitationis, precum, non directe quidem ad eum, qui per ſe ipſum illuminare poteſt animas noſtras proprio lumine, ſed ad eos, quos credimus diligi a Deo veritatis & charitatis, a quibus tanquam Dei amicis petimus preces, atque interceſſionem. Hoc in ſenſu Sanctus Paulus ſollicitabat Epheſios, qui vivebant adhuc, adhortans illos, ut cum vigilantia, & perſeverantia preces effunderent pro Sanctis omnibus & etiam pro ipſo, ut libere poſſet Evangelii myſteria prædicare. Similiter Theſſalonicenſes, & Coloſſenſes hortatur: *Orate pro me*, illis inquit. Quod ſi æquum, & pium eſt illis viventibus dicere: *Orate pro me*: profecto eſſe nequit actus idolatriæ hoc ipſum illis poſt eorum mortem dicere. *Flechier in Præfatione.*

Honor vel contemptus Sanctorum redit in Salvatorem.

Si honor qui adhibetur Sanctis, ipſi Salvatori, qui caput illorum eſt, adhibetur, nullus dubio locus eſt, quo minus contemptus, in quo illi habentur, cedat in dedecus ejuſdem Filii Dei, qui illos honore cumulavit, cum adhuc inter nos verſarentur. Quod ſi cultum noſtrum, atque reverentiam promeriti ſunt, cum adhuc mortalem hanc vitam viverent, quanto magis a nobis colendi ſunt, cum iterum conjuncti ſunt Salvatori in gloria, & quanto magis eorum contemptus cedet in Dei ipſius contumeliam? *Qui vos ſpernit, me ſpernit*, dicebat Apoſtolis ſuis Salvator, cum adhuc verſaretur in terris. Liquido ex his Filii Dei verbis patet, quæ nos urgeat neceſſitas colendi Sanctos, qui illius ſunt amici, & quorum cineres ipſos apud fideles in cultu haberi voluit; quapropter jure arguimus illorum impietatem, qui tantum abeſt quod Sanctos veluti Dei amicos venerentur, verum etiam illos contemnunt, cum per Traditionem omnium ſæculorum Eccleſiæ univerſalis auctoritate probatam, in poſſeſſione verſemur illos colendi, & in neceſſitatibus invocandi tanquam mediatores orationis, atque interceſſionis apud Deum. *Luc. 10.*

Præter quod quilibet ſtatus generatim ſumptus habeat ad ſemet ſanctificandum ſubſidia, quævis conditio habet ſua ad hunc effectum peculiaria.

Satis non eſt, quod quælibet conditio generatim ſumpta ſuas habeat gratias, & media ut ad Sanctitatem perveniat; quæcumque enim ſua habet propria, & ſingularia ſuper cæteras, ut perveniamus ad finem, propter quem creati ſumus; quod ſimul probat, nullam eſſe, in qua ne queat aliquis in Sanctum Virum evadere, quod arguo ex imperio Dei, cujus *voluntas eſt ſanctificatio noſtra.* Poſito enim hinc, quod velit Deus; ut ad alium ſanctitatis ſpicem contendamus, & quod propoſuerit locupletiſſimas coronas, & primos recubitus Regni ſui iis, qui eos promereri conabuntur; inde vero, quod peculiari ſapientiæ ſuæ providentia fit factum, ut toi varias conditiones inſtituerit, quod ſuppono; quis ſtatum non arguet, quemadmodum infinita ejus ſapientia hanc ſtatuum varietatem conſtituit; bonitatem etiam illius illam retuliſſe ad æternam ſalutem, tanquam media ad finem ſuum, & in qualibet inveniri adminicula, ut eo perveniatur; alioquin in hac diſtributione, in qua tantam intuemur inæqualitatem; licet Deus nemini quid quam debeat, homines tamen ſe læſos fuiſſe rati alioquin habe-

rent

rent cauſam aliis alienam fortem invidendi, & conquerendi ſibi imponi aliquid ſupra vires, vel ſaltem exiſtimandi, ſe quodammodo neglectos a Deo fuiſſe in aliorum comparatione. Quamobrem dici poteſt id præter propter in ordine Providentiæ naturalis accidere, ubi Deus æquiſſimam bonorum, malorumque compenſationem inſtituit, quæ in qualibet conditione inveniuntur; quamlibet videlicet habere propria, & particularia bona, ut in mundo vivant contenti, quæ m aliis conditionibus non inveniuntur.

Ut ad Sanctos in honore habendos excitemur, ſatis eſt ſcire ab ipſo Deo haberi in honore.

Ad animo concipiendum magnum illum honorem, qui Sanctis debetur, conſiderare opus eſt honorem, quem ipſe Deus illis adhibet, qui illos ab æterno prædeſtinavit ad coronam gloriæ, quæ erga illos ſimul eſt corona juſtitiæ & miſericordiæ. Juſtitiæ quidem, quia illam non largitur niſi illis, qui operibus ſuis merentur eam: Corona vero miſericordiæ, quia ex mera bonitate donat eis media ad eam promerendam neceſſaria. Vult eos hanc mereri, atque hoc pacto illis oſtendit, quo illos afficiat honore, præbens illis occaſionem lucrandi per virtutem ſuam gloriam immortalem, quæ toto cælo ſuperat gloriam magnorum terræ Principum. Tribuit illis etiam media ad eam promerendam, ſine quibus ad illam pervenire non poſſent; & hoc pacto magnum illis teſtatur amorem, quo eos proſequitur. Admiremur infinitam illius bonitatem, amemus & colamus eos, quos amat, & colit. In honore habeamus Sanctos, quibus dedit Deus regnum mereedem triumphi ipſorum; judiciariam poteſtatem in vivos & mortuos, glorioſum cum Angelis commercium, perfectam cum Jeſu Chriſto conformitatem, claram viſionem divinitatis, & æternam divini luminis poſſeſſionem.

Cum hanc ad immortalem gloriam evocetur, præferre Dei et proximi virtutum omnium, ut ad hunc finem perveniat.

Quam maxime intereſt ſcire, & nunquam oblivifci, gloriam immortalem, finem huc adeo nobilem, atque ſublimem, ad quem evocat Deus cum generaliter, tum peculiariter omnes homines, acquiri poſſe nonniſi per media apta & idonea, quæ ſunt virtutes, & opera bona, quæ homo divinitus præventus, & cæleſti gratia adjunctus neceſſario exercere debet, ut ſit ſanctus, & quintum pro viribus poteſt reſpondeat magnis conſiliis, quæ de illo Deus fovet. Hæc autem cogitatio, & finis adeo præſtantis intuitus, valide excitare debet fidelem ad præclaras, ſanctaſque actiones peragendas, quod vocatur cooperari ad acquirendam ſanctitatem, quod unicum eſt, ac inevitabile medium perveniendi ad gloriam, ad quam omnibus, nemine excepto, contendendum eſt; quorſum autem; quia hoc intercedit diſcrimen hominem inter, & ea quæ anima deſtituta ſume, & ratione carentia; quia hæc ad finem ſuum tendunt naturali inſtinctu, & impreſſo in ſubſtantia ſua; quin unquam recedant, cum nequaquam deliberare ac eligere debeant, quod præſtare nequeunt; ſed homo, quem Deus ad æternam deſtinavit immortalitatem, ejuſa ſemitas ignorat, non ſolum implorare debet gratiæ ſubſidia, ſed cum ea concurrere, ut illuc perveniat.

Objectum requirebatur atque poterat, ac gloria Sanctorum, ad ſuperæ doctrinam excitandum.

Sanctitas non aliud eſt, quam virtutum omnium congeries, exercitatio omnium operum bonorum, acervus meritorum operumque bonorum, per quæ acquiritur gloria, quam deſtinavit Deus electis ſuis, & ſicuti finis quem nobiſmet proponimus, prima cauſa eſt omnium operum noſtrorum, & motum ciet in omnibus facultatibus noſtris; quin hunc ſpectemus, & terminum hunc reſpiciamus, & aſpiremus ad immortalem hanc gloriam, cujus poſſeſſionem Sancti conſecuti ſunt, & in cujus partem cum illis aliquando ſumus acceſſuri, quin, inquam, jam cogitemus, & ſeria animadverſiones inſtituamus, difficile eſt intellectu, quomodo nobis ſuppetere poſſit tantum animi, ut exerceamus virtutes omnes, & adhibeamus media, quæ ſint neceſſaria, ut eo perveniamur. Sanctitas multis ſtat laboribus, naturæ plurimas experit curas, applicationes, vim; & niſi ſatis animi fuerit nobis, ut nobiſmet vim faciamus, magnum ſubimus periculum, ne eo nunquam perveniamus. Aliquid ergo magnum requiritur, ut languentia deſideria noſtra excitentur, ut ſpiritus noſter de ſopore excutiatur, & ut extimuletur naturalis ambitio nobiſmet pro objecto tantum hoc bonum proponendo; alioquin inanes erunt conatus noſtri, & nos parum admodum in adeo moleſto ſanctitatis curriculo proficiemus.

Honos quem Sanctis debemus, quod factum nequeat non poſſit. Ad ſua ſolum de jure.

Quod pertinet ad cultum Sanctis, eorumque lypſanis, debitum, factum ſupponimus, videlicet virtutem omnibus mortalibus compertam, atque exploratam ſanctitatem ſupernaturalibus argumentis comprobatam, cujuſmodi ſunt miracula, nequaquam in dubium revocanda. Reſtat igitur ut de jure tantum diſceptari poſſit, videlicet utrum virtus honore ſit digna, vel utrum ſpectatæ, ſuperioriſque virtutis Viri mereantur, ut in honore habeantur. Heu! euinam ergo debetur honos, niſi ille pretium ſit virtutis, verique meriti? Si cum Sancti vivebant adhuc in terra merebantur, ut virtutis eorum ratio haberetur, & illi colerentur: cur hic honos illis negandus eſt nunc, cum ſunt in cælo; ubi non patent amplius æqua miris, funeſtiſque eaſibus, quos humana mobilitas, ac fragilitas ſæpe in iis peperere qui de virtutis apice in maxima flagitia ceciderunt, & in vitiorum cœnum præcipites lapſi ſunt: cum e contra Beati in Cælo conſtitutione in bono confirmati ſint, ac præterea æterna gaudent felicitate, quæ pretium eſt virtutis eorum.

Increduli, & hæretici ſemper aliquid habent, quod objiciant cultui, & confidentiæ, quam Catholici ponunt in Deiparæ, Sanctorumque aliorum protectione: Quæ enim nos urget neceſſitas, ut ad illos confugiamus? Nonne ſatis eſt confidentiam noſtram in Deo & Jeſu Chriſto collocare? Cui bono Sancti invocantur? Hæc aerea ſunt vota, quandoquidem nos docet fides, Deum omnium bonorum noſtrorum Auctorem eſſe, & hoc eſſe de illius bonitate diffidere, ideoque illi contumeliam inferre, quaſi minime vellet, aut poſſet nobis in neceſſitatibus opem ferre. Sed facile eſt hujuſmodi objectionibus occurrere. Verum eſt Deum nobis ſufficere; immo hic eſt Romanæ Eccleſiæ ſenſus: ſed non ideo hæc praxis Sanctorum opem invocandi minus eſt utilis: Chriſtiana quippe prudentia ſuadet, ut quæcunque præſidia acquirantur. Negligere omnia adminicula ad gratiam Dei promerendam argumento eſt, hanc non magno in diſcrimine haberi. In magni momenti negotio, ubi de ſalute agitur, nullane eſt negligenda protectio? Quædam ſunt officia, quæ ſunt veluti obligationes. Per conſiliorum obſervantiam, voluntas flectenda eſt obſervantiæ mandatorum. Imprudentium ſpiritum eſt, atque ſuperſtitioſorum omne devotionis genus amplecti; ſed quædam irreligionis ſpecies eſt, illa negligere, vel contemnere, quæ juxta piorum, eruditorumque Virorum ſenſum poſſunt quidquam noſtræ ſanctificationi conferre? Quemadmodum Deum tentare eſt, uti nolle creaturarum ſubſidio, ubi illius indigemus; eſt etiam illi diſplicere ad ſpiritualem profectum noſtrum admittere nolle Sanctorum ſubſidium, qui ſunt amici Dei, præſertim vero Sanctiſſimæ Virginis, quæ Mater eſt Redemptoris, cum nobis perſuaſum eſſe debeat, illis ineſſe facultatem nobis auxilium ferendi, & ad Creatorem adducendi. Hoc eſt in controverſiam vocare gratias, quas Deus illis poteſt elargiri, & præſcribere terminos miſericordiæ ſub ſpecie zeli honoris, & gloriæ Dei. Et amabo vos, quis bonus eſſe poteſt ſenſus negantis, Sanctos nobis optulari poſſe apud Deum, cum jam aſcenderunt in Cælum, eum potuerint tantam nobis opem ferre, dum nobiſcum viverent in terra? Niſi de ſana mente dejecti ſimus, exiſtimare ne poſſumus, illos gloriam adeptos minus poſſe, quam cum nondum illam adepti fuiſſent? Itaque ad noſtram erga illos devotionem ciendam, Eccleſia illa dies feſtos inſtituit. *Flechier in præfatione.*

Poſſumus & debemus etiam Sanctos apud Deum intercedere implorare ſuppliciter contra ea quæ Eccleſiæ inimici blaterant.

Facile videre eſt Dei honor cedere illaque Sancti deſiderium.

Quemadmodum in Regum aula non ille tantum in honore habetur, qui ſedet in ſolio, ſed omnes etiam illi, qui ei deſerviunt, vel qui ad eum propius accedunt, vel qui propter magiſtratus ſuos inſignem apud illum occupant locum, atque eos coli videmus quatenus ejus Miniſtros, quin tamen aliquid pereat de obſequio quod ipſi Regi debetur: imprimit ſublimiorem imaginem exiſtitudinis ejus, quia nonniſi propter Regem habentur in honore: ſimili ratione cum Sancti ſint Magni coram Deo & quatenus filii, & amici ejus, quodammodo illius magnitudine induti ſunt, potentes ſunt de potentia illius, ut loquitur Propheta, de illius gloria glorioſi, & beati de illius beatitudine. Quamobrem Propheta idem teſtatur, Deum in Sanctis ſuis eſſe admirabilem, Magnum per magnitudinis characterem, quem illis communicat; potentem, per potentiam, in cujus partem eos vocat; Sanctum per emanationem ſanctitatis, quam ſuper illos effundit, ſed præcipue dignum honore, & gloria in ea, quam ab aliis in ipſos jubet conferri: *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.* Omnis hic honor in Deum refertur, cum eorum gloria ſit opus illius, tota redit in Auctorem; & certiſſime Deum colit, qui ſervos, amicos, aulæ ipſius principes colit. Graviſſima ergo Deum, Sanctoſque ſimul afficit contumelia, qui renuit honorem adhibere, qui Beatorum ſtatui, perſonisque debetur, quosum Deus ipſe aliquando merita & poteſtatem oſtendit, per miracula præſtantiſſima.

Quod autem Sanctorum virtutes ipſi valeamus imitari, ex tribus veritatibus probatur; quarum prima eſt, Sanctos ipſos eaſdem habuiſſe infirmitates, quas ipſi habemus; altera eſt, eaſdem illis difficultates, & obices ſuperandos fuiſſe, qui a nobis ſunt infringendi; tertia tandem eadem nobis eſſe ſubſidia, quæ Sanctis fuere, eaque omnibus dari. Poſt hæc quænam nubis eſſe poteſt querela? Quidne Deus in nobis inæqualitatem inter Sanctos & nos in iis, quæ pertinent ad ſalutem? Poſſetne aliquis æquo jure conqueri, & muſſitare de Salvatoris prætatione, vel de legis ſeveritate? Quod ergo parit ſalutis noſtræ difficultatem, hoc eſt, quod infirmitate obruimur; ſed Sancti æque ac nos infirmi fuerunt; quod plures nobis obices circumſtant; ſed iiſdem ac nos ſepti fuerunt Sancti: vel quod nobis deſunt ſubſidia; ſed eadem nobis ſuppetunt auxilia quæ Sancti habuere.

Certum eſt Sanctis ſuperandis fuiſſe valde difficultates, & nobis eadem quæ illis adeſſe ſubſidia.

S. Tomas ait, Dei Filium cum in montem ſeceſſiſſet, cum Apoſtolis octo beatitudines prædicavit, oculos in prædeſtinatos omnes conjeciſſe, & ſecundum conſiliorum ſuorum varietatem connotaſſe varia media perveniendi ad æternam felicitatem, qua Sancti perfruuntur. Cum enim vidiſſet Angelos, qui per humilitatem ſancti facti ſunt, non ſecus ac dæmonas, qui intenerunt per ſuperbiam, ait: *Beati pauperes ſpiritu*; eum vero oculos conjeciſſet in Patriarchas, quorum character eſt lenitas, & pax, dixit: *Beati mites.* Sed cur Salvator octo percurrit beatitudines, niſi ut diſceremus plures patere in Cælum vias,

Tribus Israel innocentes vitæ ſtatus, a quibus plurimus Sanctificari. *Matth. 5.*

Et octo beatitudines indigitant omnes modos ſe e ſanctificandi.

non

non ſecus ac plures in Erythreo mari facti ſunt hiatus & ſemitæ, ut Iſraelitæ in promiſſam terram traduceretur. Duodecim Tribus Iſrael ſunt figuræ ſtatuum omnium qui inſtituti ſunt a Providentia, in quibus mortales ſanctificari poſſunt. Alii quippe ſeſe ſanctificant lacrymis, alii manſuetudine, alii peculiari affectione paupertatis, hic heroica virginitatis exercitatione, aliqui mortificationibus, alii tandem operibus charitatis.

Sanctorum preces majorem habent efficientiam, quam noſtræ. Quare? quia perſonæ dignitas precibus majus adjicit pondus; & Beati toto Cælo majores ſunt & digniores nobis. Neque dico ſolum illos orare pro nobis eo modo, qui omni vitio caret, Dei potentiam illos attentos efficere, ſicuti amoris ſui exercitatio ferventes reddit; quod in terris non reperitur; dico illos pro nobis ſollicitius orare, quam nos ipſi per nos efficere poſſemus: & orare ea anxietate, ſi gloriæ ipſorum ſtatus permitteret, ut illi noſtris condolerent miſeriis, cum illis a S. Cypriano vocentur, *de ſua immortalitate ſecuri, de noſtra ſollicitis.*

Sanctis pro nobis majus cum dignitate, & ſollicitudine deprecantur.

PARAGRAPHUS VI.

Loci ex Aſceticis libris, & nuperis Concionatoribus delecti hoc in argumento.

Præſtantia gloriæ, quæ nobis propter Deum præbet deſiderium quo ille capit nos in æternâ lætitia efficere.

SI præceptum, quo juſſit Deus homines Sanctos eſſe, nos in admirationem rapit, quia illius executio tantum eſt difficilis, quantum obligatio urgens eſt, & ineluctabilis; dicere audeo alia ex parte nihil magis nobis oſtendere poſſe ardens, ſincerumque deſiderium, quo tenetur Deus nos in æternum beatos efficiendi: tandem enim inde inferendum eſt, illum voti compotem non eſſe, quod nos in hunc finem crearerit, vel quod nobis præbuerit media neceſſaria, ut illuc perveniamus; ſed adhuc nos urget, & cogit viam ingredi, quæ nos ad hoc ſummum bonum adducit; nam nihil coinquinatum poteſt ingredi in Cælum, & meritum ſolum illius aditum pandit; Sanctitas, quæ conditio eſt, ſub qua gloria nobis promiſſa eſt, ſita eſt in evitatione peccati, quod nos inde prohibere poteſt, & in exercitatione bonorum operum, per quæ hanc remunerationem promereamur. Verum cum Sanctitas evaſerit aliquid violentum corruptæ naturæ, & exigat ut jugiter nobiſmetipſis inferamus vim ad eam acquirendam: Deus, ut facilius reddat illarum nobis imperium, proponit oculis noſtris gloriam Sanctorum, tanquam objectum maxime efficax ad nos excitandos. Patent rationes ex gloriæ hujus qualitatibus, quæ ſimul eſt finis noſter, & neceſſaria illatione noſtram conſtituit beatitudinem, æternamque felicitatem. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Sancti noſtras infirmitates experti præſto ſunt ut præſidio ſuis nobis opitulentur.

Licet Sancti non viderent in Deo, tanquam in ſpeculo, quæcunque in hoc mundo fiunt; licet prædicti non eſſent prophetica gratia, quæ illis oſtendere poteſt, & præſens, & futurum, nonne experti ſunt pericula, quæ in hoc mundo nobis ſunt ſubeunda? Nonne experti didicere hominem ſuapte natura imbecillum eſſe, & pravum per animi ſtudium & habitum? Eſſe in nobis pravorum deſideriorum originem, quæ ſuccreſcunt, & quæ in ſingulas horas ſuccidenda ſunt per mortificationem & pœnitentiam? Tranquillam virtutem magnis objectam eſſe tempeſtatibus; & mundum hunc terram eſſe, quæ devorat habitatores ſuos odiis, amoribus, cupiditatibus etiam incomprehenſibilibus? Ipſi etiam, uti nos, experti ſunt vitæ hujus tribulationes. ſed animas ſuas in patientia poſſederunt. Mundus perſecutus eſt illos, illos aſperuatus, iiſque calumniatus eſt; ſed illi ex mandi ipſius nequitiis profecerunt. Diaboius tanquam Leo rugiens impetum jo illos fecit; ſed juxta S. Petri conſilium, ei per hidem reſtiterunt. Ex tranquilla hac ſtatione, in quam Dei Spiritus deduxit illos, vident procellas, atque tempeſtates, quibus quatimur. Pericula eorum præterierunt, noſtra præſentia ſunt. Nos quoque probamur, ut illi probati fuerunt; nobis vero deeſt virtus eorum; ut tot pericula ſuſtineamus. *Flechier in Præfatione.*

Nullus dubitandi locus eſt quin nos Sancti pro nobis velint intercedere.

Ambigerene licet nobis, Sanctos præſto eſſe, ut nobis proſint precibus ſuis, & auctoritate apud Deum? Mortui ſunt in charitate: amabant non ſolum amicos ſed etiam inimicos & ſecundum Evangelii regulas pro illis orabant. In Cælo habent charitatem perfectiorem. Si inter has amoris ſcintillas hic in terris pro inimicis orabant, quid pro amicis agent in ardoribus charitatis Sanctorum? Deo conjuncti ſunt ex toto corde, & ex Apoſtoli ſententia, ſiunt unus, idemque ſpiritus cum illo. In ſinu infinitæ hujus miſericordiæ amoris impreſſiones percipiunt, & ardent deſiderio ſalutis noſtræ cooperandi. In cæleſti hac aula habemus amicos coram ſupremo Judice, qui judicat juſtitias & qui terribilis eſt in conſiliis ſuis ſuper filios hominum. Salutis noſtræ negotium indiget patrocinio; ad Sanctos confugiendum eſt, qui noſtri ſint Oratores, & dicendum Deo cum Rege Propheta: Reſpice me, Domine, & miſerere mei ſecundum judicium diligentium nomen tuum. *Flechier in Præfatione.*

Si Sancti inimicos etiam ſuos in hoc mundo diligerant; nunc eâ in Abrahæ ſe-

Si nos charitas urget, quod ex pluribus Sanctis percepimus in vitæ hujus mortalis curſu; quem putamus fore zelum ipſorum pro ſalute noſtra, cum in gloriæ ſuæ ſede quieſcant? Triumpharunt illi quidem de omnibus cupiditatibus ſuis, & ad pedes agni palmas, coronaſque ſuas depoſcere. Verum eſt. Sed quamvis ſupremum illud ens omnia eorum deſideria compleverit; quamquam eorum beatitudo conſummata ſit, nihil habentium quod ad perfectam beatitudinem ſuam concupiſcant, Charitatis ipſorum ardor eos rapit, ut deprecentur pro nobis. Vivunt adhuc in Eccleſia, nobis ſpiritum ſuum reliquerunt, exempla, ipſa etiam corpora tanquam obſides. Expectant donec perficiatur Sanctorum conſummatio, donec eorum completur reſurrectio, & rebellium Angelorum ruina conſummetur. Præſtolantur donec tempus noſtræ repromiſſionis, & remunerationis adveniat. Nimis differri putant tempus, quo Electorum corpus perficiendum eſt, & zelus iſte ſanctæ pacatæque permixtus imparientiæ efficit, ut libenter noſtras preces audiant, atque intereedant pro nobis apud Deum, quem diligunt, & a quo diliguntur. *Flechier in Præfatione.*

Eloquentia Chriſtiana melius adhiberi non poteſt, quâ laudando Deo in Sanctis ſuis.

Cur autem Eccleſiæ neganda eſt hæc pars Chriſtianæ eloquentiæ, quæ laudat Dei Magnalia in Sanctis ejus; quæ vias veritatis nos docet, quas illi nobis tradiderunt; quæ placet narratione rerum præclare ab ipſis geſtarum; quæ excitans bonorum virorum fervorem, pietatem introducit per illorum exempla, & virtutem per virtutem eamdem perſuadet? Deus qui magnificus eſt in Sanctis ſuis, vult poſt mortem eorum compenſari gloriam, cujus jacturam fecerunt coram hominibus, dum viverent, per humilitatem. Aurum, lapilliique pretioſi prodiguntur ad exornanda loculamenta, quibus lipſana eorum continentur; cur vero negatum ſit Sermonis ſchæmata, veneremque adhibere ad ornandas laudibus virtutes eorum, quæ ſunt imago vitæ, & reliquiæ ſpiritus eorumdem? Cæterum quid eſt Sanctorum elogia perſequi, niſi oſtendere legem Dei in praxim redactam; prædicare Evangelium, quod Salvator verbo ſuo nos docuit, & quod per gratiam ſuam latius promulgavit? Niſi prædicare fidem, quam operatus eſt, per dilectionem, & quæ peperit docilitatem & obedientiam? Panegyricæ, quæ de Sanctis habentur, orationes mentem determinant, & fovent cor oſtenſione exemplorum ſuorum. Dei magnificentiam in electis ſuis, divitias miſericordiæ ejus, divinoſque fructus per Redemptionem ejus exoſtlunt. Vitæ illorum putitas omnem peccatoribus auſert prætextum in ſordibus volutandi, & hypocritis detegit ſinceræ devotionis imaginem; infirmis vim gratiæ Salvatoris aperit; ignavis animos addit ſequendi officia ſua, & oſtendit omnibus facultatem iis perfungendi. *Flechier in Præfatione.*

Deus qui Sanctos gratis ſua fecit, vult illos a nobis in honore haberi, & ipſe quoque habebit illos in honore ſecundum verba Salvatoris. Honorabit in illis beneficia, & miſericordias ſuas: honorabit nomen ſuum: oſtendet non jam naturæ ipſorum præſtantiam, ſed meritum gratiæ ſuæ: efficiet ut in electis ſuis reniteat radius æternæ electionis ſuæ. Ipſe illos coronabit, & ipſe etiam erit eorum corona. Hinc nos hauriemus religioſum cultum, quem Sanctis deferimus; cultum dico Religioſum, quoniam refertur ad Deum. In illis non acquiſitas, vel naturales qualitates, quibus in vita mortali claruerunt, inveniemus, hic enim eſſet cultus profanus & mundanus, quem virtutibus mere humanis redderemus. *Flechier in Præfatione ſua.*

Cū Sanctos colimus, nō eos tantū, ſed in illis Deum veneramur.

Non pulchritudinē, neque orū majeſtatem in Sanctis Virginibus colimus, ſed ardentem charitatem quam aloeuerunt erga cæleſtem Sponſum.

Quid me veneresi putatis in Luciis, Catherinis, Agnetis, Cæciliis? Nunquid earum formam, oris ſpeciem, quæ licet innocens tamen nocentes facit, quæ corrumpit obrutus, quæ velut, noſſe, parit prava deſideria, & quæ nihil tale cogitans vanitatis ciet cogitationes? Colo in Sanctis id genus Virginibus Salvatoris innocentiam, flammas charitatis, quas Spiritus Sanctus in cordibus earum accendit; virtutem Fiſii Dei in ſexus infirmitate, in harum Sponſarum caſtitate Sponſi cæleſtis puritatem. Colo in Henricis, Eduardis, Ludovicis non ſanguinis nobilitatem, non opes, quas illis poſſederunt, non imperium, quod exercuerunt, non fulgorem purpuræ, quas induti fuerunt; ſed Dei gloriam quæro in Regum iſtorum gloria. Non coronam, quam geſtarunt, ſed quam ſibi adepti fuerunt admiror. Video Dei ſervos in iis, qui erant hominum Domini. Illius magnitudinem adoro, qui ubi placuerit, humani ſpiritus altitudinem, Chriſtiana dejicit humilitate; qui in his Sanctis Regibus ſuper terram regnavit, & quos ſecum illos regnare facit in Cælo. *Flechier in Præfatione.*

Non veneramur in Apoſtolis miracula & curationes morborum ſed ardorem charitatem qua ad Dei Eccleſiam late extendendam adlaborabant.

Quid in Apoſtolis colimus? Nunquid donum curationum & miraculorum? Simon quoque Magus his ſimilia operabatur, & ideo putabat ſe hanc facultatem argento comparare poſſe. Nos in illis veneramur vocationem Jeſu Chriſti, Spiritum Sanctum, quo repleti fuerunt; zelum, quem Deus illis accendit pro animarum ſanctificatione; partem, quam in Evangelii prædicatione obtinuerunt; labores, quos ſuſtinuerunt propter ejus amorem, & gloriam. Hic ille pius eſt ac religioſus honor, quem Jeſu Chriſti famulis adhibemus, & quem adhiberi vult, cum ait: Qui vos recipit, me recipit, & qui recipit me, recipit illum qui miſit me. Et qui recipit juſtum, gustenus juſtum, juſti mereedem accipiet, non propter bona ſenſibilia & naturalia, non propter ſanguinis affinitatem, ſcientiæ profunditatem, aut opum ubertatem, ſed propter dona Dei in illis coruſcantia. Sinamus quod peccatores ſe ſe mutuis eacipiant honoribus propter naturæ dona, vel acquiſita; nos vero veneremur Diſcipulum, quia fecit volun-

voluntatem præceptoris ; juſtum , quia ſirit juſtitiam ; Prophetam , quia gloriam, futuraque oſtendit bona, ac fluxorum mundi bonorum contemptum inſpirat. *Flechier in Præfatione ſua*.

Finis, quem Deus ſibi proponit in bonis, quæ nobis adhæret juxta eſt ſanctificatio noſtra.

Finis unicus divinæ Providentiæ erga nos, eſt ſanctificatio noſtra, & Deus nihil aliud petit a nobis, niſi ut omnes ſancti ſimus. Ad finem hunc refert omma bona, quæ nobis confert ; neque enim vult Deus, nos abundare opibus, ac honoribus, naturæ, fortunæque bonis, licet hæc omnia dona in nos ab illo proveniant ; ſed noſtram cupit ſanctificationem. Hoc unicum eſt punctum, ad quod tota Dei voluntas erga nos redigitur ; reliqua nobis dantur tanquam media, ut ad finem hunc contendamus. Divites eſtis ? ideo eſtis, ut per divitiarum uſum ſanctificationem veſtram operemini. Docti eſtis ? eſtis ut doctrina veſtra vos diligentiores efficiat in muneribus veſtris adimplendis, & ut opem feratis proximo conſiliis veſtris, ut ſtatus ſui obeant officia. Magni eſtis in Mundo ? tales eſtis, ut hoc mundo utamini, tanquam non utentes. Quid, quid pro nobis fecit Deus, quidquid propter Deum ipſi facere debemus, ad hunc finem tendit, & hoc unum illud eſt neceſſarium, de quo loquitur Salvator in Evangelio. Qua in re Mundi cæcitas deplorabilis eſt : eum illis exponuntur hominis Chriſtiani officia, neceſſitas agendi pœnitentiam, abdicandi ſemet, fugiendi ſæculum & ſæcularia deſideria ; jejune reſpondent quaſi cauſam ſuam peroraturi : Sancti eſſemus, ſi ita viveremus, quaſi non eſſet hic finis & vocatio Chriſtianorum omnium ; Sanctos eſſe ; ſed opus eſſet ſimplicis ſupererogationis, & conſilii : perinde ac ſpiritus, quem receperunt, non eſſet Spiritus Sanctitatis ; perinde ac omnia Moralis Chriſtianæ præcepta non eſſent totidem ſanctitatis dogmata ; perinde ac peculiaria capita, circa quæ erunt judicandi, non omnia ad illud Sanctimoniæ redigerentur. *Flechier*.

Sancti in omnibus ſtatibus ſemper ſanctificarunt ut in omnibus conditionibus non deeſſent exempla, ne ſequerentur.

Mundo univerſo facile perſuaderi poteſt per eam celebritatem, quam hodierna die recolit Eccleſia, quocunque in ſtatu verſemur, inter conditionem noſtram, atque Sanctitatem perfectum fœdus intercedere. Vultisne id cognoſcere ? Spiritu ingredimur in auguſtum hoc gloriæ templum, ubi cum Deo omnes ſtatuum omnium Beati regnant. Ibi videbitis Sanctos, qui in mundo locum eundem obtinuerunt, quem modo obtinetis ; qui iiſdem impediti fuerunt officiis, negotiis, oneribus, & qui non ſolum ſemet ſanctificaverunt ; ſed qui (animadvertite, quæſo) iiſdem impedimentis uſi ſunt, ut ſe ſe ſanctificarent. Omnes, quæſo, illuſtrium horum prædeſtinatorum ordines percurrite, invenietis eos, qui non ſecus ac vos in Regum aula verſati ſunt, & qui nuoquam Principibus ſuis placuerunt magis, quam eum arctius Religioni, Deoque adhæſerunt. Invenietis qui uti vos militia inclaruerunt, & fortaſſe etiam melius quam vos ; quis ſanctitas tantum aberat, quod illos debilitaret, ut immo in illis veram bellicam virtutem augeret. Invenietis, qui non ſecus ac vos negotia prudenter geſſerunt, & ſi minus Sancti eſtis, quam illi, inde eſt quod dignius, ſanctius, atque irreprehenſibilius egerunt, quam vos. Iovenietis, quos probitas inter Aulæ delicias, illecebraſque Sanctos, rectoſque ſervavit, & qui progreſſi ſunt, qui ad verſutias politicæ humanæ confugerent, & quæ tos honores nonniſi ſanctimoniæ ſuæ, & pietati referendos eſſe intellexerunt. Ut omnia verbo compiectar, invenietis illos fuiſſe quidquid eſtis, & qui præterea Sancta fuerunt. Ita ſane. In Cælo multi ſunt ex ſtatu, & conditioue veſtra, & hos majori cultu præcipue imitari teocmini. Hi proprie Patroni veſtri ſunt, atque Protoxypi, ſecundum quos voſmet fingere debetis. Voſmet vos dioere oporter ; quid fecerunt illi, eum in loco meo erant ; & quid facerent, ſi modo eſſent in lubrico, in quo conditio mea, meumque me conſtituit officium ? Hoc ex vobiſmet ſcifcitamini oportet, & ſecundum hæc exempla, omnes greſſus veſtri dirigendi ſunt. In Sanctis aliis Deum laudabitis, eique benedicetis, ſed in his diſcetis quomodo voſmet converrere, & ſanctificare debeatis. In hoc Dei noſtri Providentiæ æque amabilis, atque adorabilis eſt, quod in electis ſuis tot propoſuerit nobis Sanctitatis imagines ; quot oportebat, ut conſtaretur myſtica hæc vsnetas, ex qua Jeſu Chriſti Sponſa, quæ Eccleſia eſt, teſte Propheta, pulcherrimum decus ſuum mutuatur. *P. Bourdaloue*.

Ut intelligamus, quanti a nobis facienda ſit hæc immortalis gluria, quam Sancti per vulnera, & certamina quæſiverunt ; nobis animus eſt advertendus ad rigores & mortificationes, pœnitentias, ſupplicia, tormenta, quæ cum heroica ſuſtulere conſtantia, invictaque patientia, ſcientes hoc medium eſſe, per quod ad gloriam pervenitur. Opus eſt igitur, gloriam hanc præſtantiſſimam exiſtimatam fuiſſe ; quandoquidem crediderunt futurum ut una hæc tot tantaque mala compenſare poſſet. Omnia illi paſſi ſunt non patienter ſolum, verum etiam libenter. Nonne igitur liquet Celi gaudia in ſemet eſſe infinita æque ac in Sanctorum ſententia ; quoniam in antecelſum receperunt quamdam emanationem harum voluptatum in cruciibus, rotis, equuleis, & flammis ? Ut oſtenderent quanti faciebant ſupplicia ſua, erodiderunt nullo in diſcrimine habenda eſſe omnia tormenta in comparatione mereedis, quam a Dei magnificentia expectabant, pro cujus gloria adeo ſtrenue ſeſe tot cruciatibus objiciebant. S. Auguſtinus ait, tantam eſſe felicitatem videre Deum unam tantum diem, ut hoc unum redimi valeat inferno pœnarum & ſuppliciorum : qua de re perſuaſum erat tot Sanctorum millibus, qui adhuc generatim hodierna die teſtantur, ſe alias ſemper cogitaſſe, Cælum mereri, ut ſæviſſimis acquiratur ſupplicis, quorum ſimilia hic in terris perferri non poſſunt. *Riviat*.

Tanta eſt gloria hæc, ut merita, quibus fideles unitur ad illi quæmodo nihil ſatis ſupererogare illius.

Cæla gloria, qua Sancti perfruuntur, eſt undequaque ita exeellens, ut Salvator nobis illud proponat eo ſermone, qui ſermonum omnium potentiſſimus eſt ; videlicet ut ad hunc terminum percipiendum, ſequamur ſanctos, inſidemque mediis utamur, utque eorum exemplo certemus, ſi accedere cupimus in partem coronæ ipſorum. Si hæc vera ſunt, quemadmodum dubitare non licet, finite, ut quæram ex vobis quonam jure contendatie obtinere Cælum, ejuſque frui beatitudine ? Mercedis titulo obtinendum eſt, vel nunquam alia ex cauſa petendum ; Hoc negari non poteſt. Etenim omnes enumerare actiones quas peragitis ad illud promerendum, eas, dico, quarum vi fidelium pleriique ad hoc bonum contendunt. Heu ! invenio forſaſſe Miſſam auditam ea die, qua neceſſario eſt audiends, cum ſexcentis mentis evagationibus, ſermonem, ad quem plerique concedunt præcipue vifuri, aut videndi potius quam profecturi ex cæleſti verbo quod ibi prædicatur ; ſecretam aliquam eleemoſynam, ac demum preces aliquas feſtinanter mane & veſpere effuſas. Et profecto hoccine totumne illud eſt, quod vultis operari, ut mercedem hanc mereamini ? Vos ipſi glorium hanc tam modico habetis in pretio, nec vos pudet illam tantulo pretio eam vobis compatare velle ? At dici ne poteſt, ubi videmus quonam in diſcrimine a vobie gloria hæc habeatur, vos illam quocunque pretio poſſidere velle ? Heu ! Mundi Salvator ad quem hæc gloria ſpectabat per omnia quæcunque excogitari poſſunt jura, eam nonniſi mercedis titulo poſſidere voluit : quot ſudorum, laborumque pretio, quot cruciatibus ac pœnia illam mereri voluit ? Vos ſcitis : eur ergo non inferis ; putemne id quod fuit pretium tot paſſionum mihi pro nihilo eſſe concedendum ? Hic ordo eſt a Deo conſtitutus, neminem unquam obtenturum coronam, niſi qui antea legitime certaverit, & qui ex certamine victoriam reportaverit. *Auctor Sermonum in omnia argumenta*.

Cum non ita facile poſſit hanc Dei Filium imitari, ut Eccleſia nobis imitandum præponat aliquem Sanctum.

Verum eſt Deum eſſe perfectiſſimum, & commune ſtatuum omnium exemplar, & omnem hominum religionem ad illius imitationem poriſſimum redigi. Verum eum illic ſeptus ſit inacceſſis luminibus, & ſit in cælo involutus, ut ita dicam, magnitudioe ſua, poſſint omnes clamare : Domine, quis ſimilis tibi ? Ut faciliorem nobis redderet imitationem, dedit nobis Filium ſuum viſibilem omnium perfectionum ſuarum imaginem. Verum cum humana miſerritas adhuc vereatur ſe poſſe imitari exemplum adeo præclarum, atque abſolutiſſimum ; Eccleſia hodierna die nobis proponit exemplum Sanctorum, qui fuerunt homines æque ac nos ; mortales, peccatores, uti nos, dicentes omnibus Fidelibus id ; quod S. Paulus olim dicebat Corinthiis : Eſtote imitatores mei, ſicut & ego Chriſti. *Flechier in Præfatione*.

Oportet fidelis ut S. Joannes oculis ſuis videre debet cælum apertum.

O admirabile ſpectaculum ! nonne videmus ipſi hodie in Eccleſia, quod olim S. Joannes vidit in Inſula Pathmos ? Etenim nonne verum eſt, Eccleſiam videre in Feſto Omnium Sanctorum dæ, deſcendentem cæleſtem Jeruſalem, in aris noſtris niteſcere, ibique oſtentare gloriam ſuam, cæleſtem Jeruſalem cum terreitri conjunctam, offerre huic protectionem ſuam, ut eam excitet ; eique manum tendere, ut hanc ſecum ſurſum attollat ? Quam aliam in coribus noſtris efficere poteſt impreſſionem magnifica hæc pompa, niſi alia ſanctis anflammsre deſideriis ingrediendi in æterna hæc tabernacula, ubi una dies voluptatis, in quo exſuperat delicias quæ in terris guſtari poſſunt in ſæculorum millia ? Fidelis quilibet in lætina aſſluenti cordis ſui diecre debet cum S. Joanne : Vida deſcendentem de cælo ſanctam novamque Jeruſalem ornatam ſicut ſponſam cæſtum exhibendam Sponſo, & Fideles omnes clamare debent : trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum. *Recent Auctor*.

Quam ſanctus es Domine, & quam magnificus in Sanctis tuis ! Quiſnam ſuſtinere poteſt aſpectum gloriæ tuæ ? Hoc tamen illud objectum eſt, in cujus meditatione verſari nos decet hodie in magna hac celebritate, ita ut per hdem contemplantes cælum empyreum, & noſmet cum Sanctis conſociantes indefeſſa voce æternum illud Canticum recinamus : *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth*. Te igitur adoramus, æterne Pater ! quandoquidem hoc nobis ſuaviſſimum erogas imperium ; teque adoremus eum toto aulæ Cæleſtis exercitu ; Adoramus divinam Eſſentiam tuam, fontem omnis ſanctitatis. Adoramus te, Unigenite Fili Dei, tanquam æternam totius ſanctitatis imaginem : adoramus te, Sancte Spiritus, tanquam perſonalem Sanctitatem & ſubſiſtentem, tanquam plenitudinem, ac terminum ſanctitatis totius : & gradum facientes ab æternis myſteriis tuis ad temporis myſteria : iterum adoramus te Homo-Deus, tanquam ter Sanctum : Sanctum in te ipſo per unionem divinæ Perſonæ tuæ cum noſtra natura : Sanctum in Sanctis Cæli per effuſionem gloriæ tuæ : Sanctum in juſtis terræ hujus, per infuſionem amotis tui in corda eorum. *Idem*.

Sancti, qui vixerunt in terra, dixit ſenior quidam Apocalypſios S. Joanni, illi ſunt qui in cælum venerunt, poſt-

quam

quam plurimas pertulerunt afflictiones, poſtquam laverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni, & poſtquam graviſſima contra dæmonem, mundum, & carnem prælia ſuſtinuerunt; ingreſſi ſunt in requiem cæli, ubi Deus ipſe abſtergit lacrymas ab oculis eorum. Alterum Sanctorum genus adhuc pugnat in terris donec completam retulerit victoriam. Currit adhuc, donec ed calcem perveniat. In primis celebramus gratiam, quæ illos effecit, quales ſunt; Agnum glorificamus, qui nos redemit ſanguine ſuo, qui per vias admirabiles, per omnia vitæ hujus pericula illos in cælum perduxit; qui in illis operatus eſt, quidquid bene operati ſunt, ſed cum perfecto illorum conſenſu; qui vivit & regnat ſolus in illis, qui ineffabili ratione ſeſe illis communicat; qui ſine velamine illos futuræ panes veritatis, & indefinenter eos inebriat torrente voluptatis. In poſterioribus autem, veluti in anteceſſum, ideoque in nobiſmetipſis, quippe qui cum illis operati poſſumus, celebramus omnes miſericordias, quibus nobiſcum uſus eſt Deus; illam baptiſmi, quæ prima eſt, & cæteras quas per ſacramenta recepimus, eas, quæ nobis peculiares ſunt; divinæ Providentiæ curas ut nos arceat ab occaſionibus lædendi Deum, ut in viis noſtris facem præferat, & ſuppeditet nobis neceſſaria ad gloriam promerendam ſubſidia. Hanc ob cauſam Feſtum Sanctorum Omnium hodierna die recolimus, ſed inter illos, eos duntaxat laudamos, qui gloriæ poſſeſſionem adierunt? Nemo enim tuto niſi poſt obitum laudari poteſt. *Auctor recens.*

Diſcrimen inter Sanctos qui in cælis ſunt, & eos qui juſti vivunt in terra.

Sancti, qui ſunt in ſede gloriæ nil habent, quod eorum beatitudinem turbet; ideoque hanc Feſtivitatem eorum laudibus celebramus. Admiramur felicitatem eorum & magnas eorum actiones, atque paſſiones celebramus, ut noſmet ed eorum exempla meditanda excitemur, aliquando gloria eadem perfruituri. Qui enim, S. Chryſoſtomus inquit, religioſo amore Sanctorum mentes admiratur, & qui frequentibus laudibus triumphos eorum concelebrat, morum quoque ſanctimoniam imitari debet. Alioquin, qui illos imitari detrectat, eb eorum laudibus concinendis debet abſtinere. Illi præſto ſunt, ut opem ferant, & intercedant pro nobis. Juſti viventes adhuc in terra, quemadmodum ſunt adhuc in via, ideoque in periculis, indigent precibus eorum, qui cum in iſdem poenis verſati fuerint, modo ſunt malis immunes. *Idem.*

Quam eis ingreſſi ejus Sancti ut ad eam quam poſſident ejus rit pervenirent. *Pſal.* 105

Hæc fuit Sanctorum felicitas; in ſpiritu ſalutaris contritionis *Exutes ibant, & flebant mittentes ſemina* meritorum ſuorum, Sed conſolabatur illos hæc cogitatio fore ut quamprimum redirent triumphantes, exultantes, portantesque manipulos ſuos, videlicet uberem meſſem gloriæ, quæ futuri erat pretium levium ſacrificiorum, quæ Deo in vita offerebant. Poſſidebant animas ſuas in patientiæ, illecti firmi ſpe, fore ut quamprimum mercedem obtinerent tanquam fideles famuli, ac tandem in Dei ſui gaudium ingrederentur, videlicet in cæleſtem triumphantemque Jeruſalem. *Auctor recens.*

Si eorum exempla non ad eorum imitationem maxime inducerent, erat & cauſa duplicis damnationis nobis.

Quid nobis proderit celebrare laudes Sanctorum, virtutem illorum admirari, hymnos in eorum laudem componere; ſi nos inertes fuerimus ſpectatores ſuorum præliorum atque triumphorum, & ſi eorum facta intuiti fuerimus tanquam præclaras imagines ad oculos noſtros expendos, quin inde ulla nobis cedat utilitas? Dicemus fortaſſe quædam in honorem illorum, ſed nullum inde fructum referemus: illorum admirabimur felicitatem, ſed in excidium noſtrum per incuriam eoſdem imitandi, illos quidem in cælo triumphantes intuebimur, & nihilominus viam ſequemur, quæ ducit in infernum. Quid nobis proderit in cælum uſque Sanctorum Martyrum virtutem attollere, cum ignavia noſtra nos ad terræ uſque centrum deliteſcere jubeat, ad leviſſimum quodlibet malum evitandum? Quid proderit admirari Confeſſorum temperantiam, Eremitarum jejunia, Virginum puritatem; cum artificum populus luxui noſtro deſerviat? Quid proderit laudare paupertatem Fidelium Philoſophorum; cum interea aliena depopulamur bona, & ipſi flagramus cupiditate per fas & nefas opibus locupletandi? Quid celebrare pietatem, continentiam, rectitudinem tot bonorum Virorum, qui in humanis corporibus Angelicam vitam duxerunt; ſi ipſi noſmet flagitiis ingurgitamus, ſi nulla in re vim nobis inferre patimur, ac noſtris cupiditatibus ſatisfacere volumus? Hæc omnia nihil proderunt, niſi ut in caput noſtrum duplicem detrahamus damnationem, eo quod eum tanta habuerimus excellentium virtutum exempla, non ſolum ea minime fuerimus imitati, vetum etiam magis magiſque in omnem libidinem ac impietatem fuerimus lapſi. *Idem.*

Vtilitas eſt locus de meritis acquirendis ſanctitatis, quam de gloria, qua Sancti fruuntur.

Si S. Joanni Chryſoſtomo negotium faceſſebat munus laudandi ſeptem Fratres Machabæos Martyres, quantum mihi faceſſat opus eſt hodie hujus diei feſti celebritas, quoniam juxta mentem Eccleſiæ mihi texendum eſt elogium omnium ſimul Sanctorum? Quænam adeſt ſpecies facultatis, poſſe me unico ſermone concludere laudes, quas meretur zelus Apoſtolorum, fortitudo & conſtantia Martyrum, pietas Confeſſorum, puritas Virginum? Nonne temeritatis nota affigi jure nomini meo poſſet, ſi adeo amplum ergomentum conarer intra ſpatium adeo breve coarctare? Veritus ergo ne tanto huic muneri deſim, & vincar pondere argumenti; rogo vos ut mihi liceat ad S. Joannis Chryſoſtomi exemplum, quin immorer vivis coloribus vobis ob oculos deſcripturus gloriam, qua Sancti in cælis fruuntur, ſermonem potius inſtituere de rationibus quibus illam promeriti ſunt, tanquam argumentum magis idoneum, quo ad illos ſequendos excitemur. *P. Texier.*

Magna illa multitudo quam S. Joannes vidit palam oſtendit, cæli fores non nemini clauſas eſſe dummodo velit ad illam adipiſcendi aliquantulum cooperari.

Vidi turbam magnam, S. Joannes inquit in Apocalypſi loquens de Electis, conflatam ex omnibus Gentibus, linguis, & populis adeo frequentem, ut arduum eſſet opus illam dinumerare. Multitudo hæc conſtat ex omnibus ſtatibus, conditionibus, qualitatibus utriuſque ſexus, Adſunt Martyres, Confeſſores, Virgines; nec deſunt Epiſcopi, Doctores, Presbyteri, Cœnobitæ. Iovenuntur ex numero eorum, qui vitam cælibem duxerunt, qui matrimonii vinculis ſuerunt alligati; qui pauperes, aut divites fuerunt Principes, vel ſubditi, cives, & artifices, plebei, & nobiles; virgines tandem, nuptæ ac viduæ. Cælum nunquam clauditur ulli, qui illius acquirendi laborem velit ſuſtinere. Increata Sapientia publicam tenet virtutis ſcholam; ſicuti illa ampliſſimum in hoc mundo ſtadium aperuit, ut curramus, ac noſmet exerceamus in jugi prati bonorum operum; ita proponit omnibus indiſcriminatim mortalibus ſine ulla exceptione perſonarum mereedem, eoſque vocat per vias, quæ ſingulorum conditioni, ac muneri ſunt magis idoneæ. Præſules vocat per chantatem erga gregem ſuum: Principes, & Magiſtratus per juſtitiam & æquitatem, ſubditos per obedientiam; Cœnobitas per Regularum praxim, Virgines per mortificationem & puritatem, mulieres per rei œconomicæ curam; opulentos per eleemoſynas, & pauperes per patientiam. *Ogier.*

Eccleſia poſt Salvatoris exemplum ſimilia nobis propoſuit] proponit adhuc illud Sanctorum omnibus tanquam virtutis noſtræ aptum.

Fruſtra per annum chriſtiana adhibuit Eccleſia artes omnes, quas invenire potuit ut nos ad virtutem excitaret; inutili labore omnes nobis objecit admirabiles circumſtantias Nativitatis & mortis Domini in Sanctis Feſtorum dierum ſolemnitatibus. Ne quicquam hiſce diebus gloriæ Jeſu Chriſti ſacris detexit miracula omnia infinitl amoris Dei erga nos, & prodigia omnia, quæ propter ſalutem noſtram operatus eſt. Hæc portenta, quæ olim effecerunt, ut omnia etiam ſenſu carentia contremiſcerent, & quæ naturæ univerſæ ſtuporem injecerunt, eordium noſtrorum ſævitiam flectere non valuerunt. Tandem Eccleſiæ deſiderium, & noſtræ ſalutis amor hodierna die recens illi fuadet conſilium; Cælum aperit nobis, omnemque oſtentat pompam Cæleſtis Jeruſalem, ut noſtram in nobis cieat ambitionem, languentemque inflammet pietatem. Oculos conjicite, inquit illa, in magnitudinem, & pulchritudinem Sanctæ Sion, & videbitis, licet ubique Deus liberalis appareat, ibi tamen nitidius ejus magnificentiam conſucare. Si quæritis veram gloriam, voluptates, divitias; ibi præcipue earum inexhauſtos fontes invenietis. Ita pia mater omnia hæc nobis oſtentat bona, ut ad virtutum praxim impellat. Nobis Sanctorum exempla proponit, ut animos faciat ad illos ſequendos. *Perjus.*

A primis uſque temporis Sanctorum Religiosæ ab Eccleſia Romana in honore habitæ ſunt cultumque hunc mirifice auxerunt fre quentia Deus ipſe probavit. 2. Cor. 6.

Reliquiæ Sanctorum in noſtris aris præſentia nobis eſſe debent urgens ratio cultus noſtri, atque venerationis; Si enim eorum memoriæ, atque nominibus honorem debemus, quanto magis præſentiæ? Poſſulat ratio, ut pretioſi hæc depoſita veneremur, quæ olim inſtrumenta fuerunt, cum quibus ſtrenue pugnarunt, & quæ, ut Apoſtolus ait, fuerunt templa Spiritus Sancti: *Noſcitis quod membra veſtra templa ſunt Spiritus Sancti?* Ad hæc ipſa corpora Dei ipſius inſtrumenta ſunt, quibus utitur adhuc ad patranda miracula: Arthæ ſunt præſidii illorum in neceſſitatibus noſtris, & poſt generalem reſurrectionem erunt gloriofi throni, ſuper quos Spiritus Domini requieſcet. Cur ſacris hiſce oſſibus negemus honorem, quæ Deus in eorum vita ſanctificavit, quæ ipſe etiam poſt illorum mortem in honore habet, & quæ pollicetur poſt generalem reſurrectionem ſe glorificaturum? Exempla, quæ nobis in Scripturis occurrunt, a nobis hoc requirunt officium. Videmus Deum ipſum honorem adhibuiſſe corpori Moyſi, illud propriis manibus tumulantem, uti animadvertit S. Hieronymus contra Vigilantium. Moyſes ipſe nonne habuit in honore oſſa Joſeph, non paſſus illa in Ægypto relinqui, ſed cum honore transferens illa in terram promiſſam; Joſias quoque noluit Sancti neſcio cujus Prophetæ oſſa, quæ nactus eſt inter aliorum plurimorum mortuorum, quæ eruit, & cremari juſſit, illis Prophetæ ſepoſitis, & juſſis tanquam pretioſum depoſitum aſſervari. Primitivæ Eccleſiæ uſus, quidquid Eccleſiæ Romanæ blaterent inimici, morem hunc ſervavit, & omnibus retro lapſis temporibus retinuit. Nil tam commune eſt in Conciliis, in Patribus, & Eccleſiaſtica hiſtoria, quam teſtimonia, præcepta, & exempla cultus Sanctorum reliquiarum, ideoque ea Apoſtolica Traditione tenemus, nullum altare conſecrandum eſſe, niſi adhibitis Sancti alicujus lypſanis, ſecundum ea, quæ nobis videtur innuere Sanctus Joannes in Apocalypſi ubi ait, Sanctorum Martyrum animas ſub altari requieſcere, quia eorum corpora plerumque ibi fuerant locata. Deus ipſe explicitis revelationibus abdita dignitas eſt lypſana detegere; & nihil adeo vulgare eſt in Eccleſia. Habemus denique auctoritatem, antiquitatem, rationem, miracula, Dei ipſius approbationem, ita ut hunc cultum nonniſi hæretici, & novatores valeant in dubium revocare. *Auctor recens.*

Deuteron. c. ult.

Exodi cp.

4. Reg. 23.

Sanctorum gloria duo nobis etiam res dimet excitare.

Ad intuitum gloriæ Sanctorum, quam hodierna die ob oculos noſtros Eccleſia proponit, duos, eoſque inſignes excutere debemus errores, qui maximam mortalium partem

Primum eorum eſt, qui ſe in hoc mundo perfectam beatitudinem invenire poſſe arbitrantur.

tem fefellerunt, & in cauſa ſunt, ut quam pauciſſimi ſanctitatem adipiſci contendant. Alter eorum eſt, qui ſupremum bonum, propter quod creati ſumus, inquirunt in hoc mundo, vel hic invenire ſe poſſe putant per ſummam cæcitatem, quam omnia Chriſtianiſmi lumina diſſipare non valuerunt; quamquam Ethnicorum ſapientiſſimi cognoverint, experientia docti, nihil nos beatos efficere poſſe, neque ſolidam nobis voluptatem conferre; quia, Sanctus Paulus ait, *præterit figura hujus mundi*. Inanis fulgor, vacua beatitudo, quæ ſummos viros ſuperbos facit in eorum exaltatione, pauperes in affluentia, miſeros inter maxime nirentes fortunas: falſaces honores, qui nobis os ſubliniunt, qui quamdam quidem obſervantiam nobis conciliant, ſed qui non aliud ſunt niſi ſervitus pretioſa: falſacia bona, quæ nonniſi graviſſimis laboribus acquiruntur; quæ nonniſi cum inquietis ſollicitudinibus aſſervantur, & nonnuſi ſummis cum doloribus amittuntur. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Alter eorum qui putant alterum eſſe vitæ ad ſummum bona præter eam per gloriam Sanctis in cælo aſſequendam.

Error alter, quem cogitatio gloriæ Sanctorum excutere debet ex chriſtiano viro, eſt credere, quod alia ſuperſit via ad ſupremam felicitatem præter eam, quam Sancti ſecuti ſunt. Labori unice debetur merces, & merito gloriæ, quorum utriuſque menſura ſanctitas eſt. Itaque in hac ſolemnitate Eccleſiæ mens eſt nobis in conſpectum dare omnem Sanctorum gloriam oſtendendo ſimul virtutes omnes, quas illi exercuerunt, ut ad hanc inæſtimabilem gloriam pervenirent: *Beati pauperes ſpiritu .... Beati qui lugent .... Beati miſericordes .... Beati qui perſecutionem patiuntur &c.* Alii ſtrenue pro fide tuenda ſanguinem ſuum effuderunt; alii ſuderunt lacrymas pro expiatione peccatorum ſuorum, Confeſſores ſexcentas exhauſerunt ærumnas; Virgines ſe ſe in ſæculi corruptione ſervarunt ſine læbe. Denique Sancti ſunt omnium ſtatuum, qui tenent palmas in manibus ſuis in argumentum triumphorum ſuorum, qui quidem diſſimiles ſunt, ſed ſanctitas generale fuit admiraculum, quo meriti ſunt gloriam, tanquam coronam juſtitiæ, quemadmodum Sanctus Paulus oſtendit: *Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ*; corona, inquam, juſtitiæ, quia nonniſi juſtis debetur; quia judex non donat illam, niſi in mercedem actionum juſtitiæ. *Ibidem.*

Matth. 5.

2. ad Tim.

Verecundia qua fuſundimur quod non ſequimur ſatis horum exempla, ſecretum eſt divinæ Providentiæ, ut ad eorum imitationem excitemur.

Satis valida impreſſio, quam in cordibus hominum efficere deberet exemplum Sanctorum ad ſanctitatem illorum perſuadendam, eſt illos rubore, & confuſione ſuffundere, eo quod illos imitari auſi non ſint. Rubor, quem patimur eo quod noſtro muneri deſumus, inutilis eſt, ubi accidæ malum, ſed multum prodeſt ad prævertendum illud; & Deus ad id poſuit in cordibus noſtris quemdam ſenſum honoris; ut timor confuſionis, quo afficimur, ubi noſmet reos eſſe cognoſcimus, Sanctos eſſe cogat. Ita militis exemplum ſtrenue in prælium deſcendentis ignavorum pavorem confundit, & in illis ciet fortitudinem per metum confuſionis. Pudor eſt virtutis ſtimulus, S. Ambroſius inquit. & S. Auguſtinus teſtatur hanc fuiſſe cauſam converſionis ſuæ. Cum caſtitas objiceret ſe oculis ejus cum tot Virginum exemplis fatetur, ſe erubuiſſe intuentem ſe adeo abeſſe a virtute earum, & adeo indignum eſſe gloria ipſarum: *Et ego erubeſcebam*. Ita Deus aggreditur cor noſtrum Sanctorum omnium congerens exempla; ut noſtram confundat ignaviam. *Bironat.*

Ignavi fideles confuſione ſuffundentur, errorem ex quo illi defecerunt, animos adſequendis ſanctis eorum exemplis.

Quænam ent extremi judicii die Fidelium confuſio, quibus animus defuerit ad ſequenda Sanctorum veſtigia, cum ignaviam ſuam ſibi a Salvatore audient exprobrari! Hic adeſte, inquiet Ille, mollea & effeminati Chriſtiani: Numquid veſtram cauſari poteſtis infirmitatem? Dicitis, vos Sanctos eſſe minime potuiſſe; neque ex vitiorum veſtrorum luto potuiſſe emergere: vos noxam illam, ambitionem, avaritiam, injuſtitiam, voluptatem evitare non valuiſſe. Vos non potuiſtis; en autem decies centena millia, quæ ope gratiæ Dei triumphare potuerunt, & vos non potuiſſe dicitis. *Tu non potuiſti, & illi potuerunt*. Quænam tutiora ſubſidia vobis præbere poterat Deus, quam Evangelium? Ne dicatis vos non potuiſſe, dicite potius ignaviam veſtram cauſam fuiſſe veram tanti mali. Fatemini, vos indignos eſſe nomine Chriſtiano, quod tot ejuſdem naturæ ſancti, ac vos cum honore geſſerunt ſtrenue ſuperantes omnes cupiditatum ſuarum obices: fatemini vos indignos eſſe amore Sanctorum, indignos, quorum curam illi ſuſcipiant, indignos, qui in eorum familia recenſeamini. Quam validæ ſunt hæ cauſæ! quam vim in animis noſtris habere debent tanta exempla, ad perſuadendum, nos ſanctos eſſe debere, quia ſumus filii Sanctorum, & quia illi ejuſdem erant naturæ, cujus nos ſumus. *Bironat.*

Deus per Sanctorum exempla nos docet, ſanctitatem non impoſſibilem.

Quamvis laxitas corrupti ſpiritus ſæculi, noſtra fragilitas, & obices omnes, qui nobis circumſtant, nos deterreant, tamen Sanctorum exemplum invictum eſt argumentum ad probandum, in ſanctitate nihil eſſe invium, nihil arduum, ruhil nobis impoſſibile; & nullum certiſſime nobis ſupereſſe prætextum, quo coram Deo noſmet excuſare valeamus, niſi reapſe noſmet ſanctificaverimus. Fingimus nobis Chriſtianam ſanctitatem eo in elevationis gradu, ad quem adniti minime poſſumus, & ut ignaviæ noſtræ cauſam in Deum ipſum rejiciamus, cum indocili populo dicimus: *Quis noſtrum valet ad talum aſcendere?* Sed Deus hodie nos aliter loqui docet; profert enim decies Sanctorum millia, qui in Mundo fuerunt id, quod dicimus eſſe non poſſe, qui in Mundo fecerunt, quod fieri a nobis poſſe deſperamus, qui in Mundo invenerunt Sanctitatem, eamque ibi invenerunt, ubi plures ſunt obices minime ſuperandi. Deus per magna hæc exempla nobis ſilentium indicit, & ex alia parte excitat abjectos animos, efficiens, ut digito veluti attrectemus; & intelligamus per hæc eadem Sanctorum exempla, omnia nos poſſe in eo, qui nos confortat; & ſi peccatores ſumus, in nobis tamen eſſe, ut Sancti evadamus. *P. Bourdaloue.*

Deut. 30.

Nihil ultra prætexere poſſumus: quam enim cauſam poſſumus afferre, quam exemplum Sanctorum non exuſtet? Terrenis curis occupamur; Nonne Sancti etiam occupati fuerunt? Periculoſæ nos urgent occaſiones; Nonne & Sancti iis urgebantur? Torrens conſuetudinis nos trahit; Sancti nonne illis reſtiterunt? Pravum nos perdit exemplum: Sancti nonoe inter tot ſcandala ſe præſervarunt? Procelloſis agimur cupiditatibus; numquid non æque gravibus ſaltem Sancti agitati ſunt? Molle, & delicatum eſt temperamentum; Sancti erantne ferrei vel æmei? Exhibeto mihi ſalutis obicem, qui illis infringendus non fuerit; dicito mihi tentationem, quam illi non ſuperaverint. Noſtrum cum ipſorum ſtatu conferamus, officia noſtra cum eorum officiis, noſtra cum eorum periculis comparemus; & in perfecta æqualitate, quæ utrobique invenietur, videamus utrum nobis adſit facultas probandi immane illud diſcrimen, quod inter illorum vitam & noſtram occurrit. Deo hanc comparationem habenti, quid reſpondebimus? Num alteri cuipiam Domino ſerviebant? Num aliud habebant Evangelium? Num aliud regnum venturum expectabant? liquet enim quocunque pretio illud comparaverint, eodem a nobis quoque poſſe comparari. *P. Bourdaloue.*

Impleve omnis ſui ſtatus officia hoc Sanctus facit.

Sancti oon fuerunt Sancti, niſi quod perfuncti rite ſunt muneribus ſuis, & muneribus ſuis rite perfuncti ſunt, quod erant Sancti. Quæ duo invicem gerunt characterem rationis, & veritatis, quod minime latet. Sancti quia ſuo functi ſunt munere; videlicet quia perfecte norunt ſuam conditionem cum Religione ſua conformare; ita tamen ut eorum Religio ſemper norma fuerit conditionis ipſorum, & illorum conditio nunquam prævaluerit inſtitutis Religionis ſuæ. Sancti quia unicuique redddderunt, quod erat ſuum, honorem, cui debebatur honor: tributum, cui tributum: obedientiam illis, quos Deus eorum dominos conſtituerat; obſequium illis cum quibus ſocietatem fovere debebant; opem iis, quibus debebant eſſe præſidio: curam illis, de quibus ratio reddenda ipſis erat; omnibus juſtitiam, & charitatem; quia utramque omnibus debemus. Sancti quia vita ſua honorem attulerunt in miniſterio, quod ipſi demandatum erat; dignitatibus, quibus erant inſigniti; gradibus, in quibus a Deo erant collocati. Sancti, quia facrificarunt requiem, valetudinem, vitamque ſuam muneribus, quæ illis obeunda, laboribus, qui perferendi, & ærumnis, quæ illis fuerunt hauriendæ. Sancti, quia rebus in omnibus conſcientiam præterierunt habendi libi dini: fortunæ probitatem, aſſentationi veritatem, quia præſtetulerunt in verbis ſinceritatem, in factis rectitudinem, æquitatem in judiciis, bonam fidem in commerciis. Sancti, quia Deo ſubjecti ſeſe continuerunt eo in ordine, in quo illos eſſe volebat Deus, quin caput attollerent, quin ſe alienis rebus immiſcerent, quin quererentur; contenti ſtatus ſui, alieni autem non perturbatores; injuriarum oblii, malorum patientes, ac infirmos tolerantes. Hæc omnia in eorum officiis continebantur. Addidi, quia Sancti erant, eos iſthæc omnia munera obiiſſe: & profecto ſanctitas una erat in illis, quæ eſſe poſſet generalis diſpoſitio ad abſolutum omnium harum obligationum complementum. Si illis defuiſſet vitæ ſanctitas, ſexcentis in occaſionibus ceſſiſſent; probitas ſua, & rectitudo illos dereliquiſſet in neſcio quot lubricis gradibus & cum unum velient obire munus, in altero defeciſſent. In perſonis ſuis confociarunt ea, quæ magis videntur oppoſita, & difficilia, quæ concilientur; auctoritatem cum charitate; honores cum humilitate; negotiorum curam cum pietate. Quia Sancti erant, fuerunt humiles ſine ſordibus, magni ſine ſuperbia, prudentes ſine callidtate: igitur quia Sancti erant, adimplere noverunt omnia officia ſua; & hæc replentes facti ſunt Sancti. *P. Bourdaloue.*

Univerſalem omnis difficultatis ſolutionem inveniamus in Salvatore ſolum, ſed etiam in Sanctis eſt illa conjugalis.

Tertullianus verba faciens de Salvatore Mundi, aſſerebat divini hujus Hominis exemplum eſſe univerſalem ſolutionem difficultatum omnium, quas Chriſtianus valeat objicere. *Solutio totius difficultatis Chriſtus.* Ratio vero, quam aſſerebat, hæc erat, quia nulla eſt in Chriſtiana vita difficultas, quam Filii Dei exemplum non valeat mulcere, ac imminuere; vel etiam quæ ad hoc exemplum non debeat evaneſcere: ita ut poſt hoc unum exemplum nullam afferre valeamus difficultatem contra divinæ legis obſervantiam; nam hoc unum exemplum, ſi rite fuetimus argumentati, omnia nobis reddere debet, non ſolum tolerabilia, verum etiam facilia, & ſuavia: *Solutio totius difficultatis, Chriſtus.* Attamen, quidquid dixent Tertullianus, ſupererat adhuc ſolida difficultas, quam Jeſu Chriſti exemplum minime auferebat, deſumebatur enim ab ipſo Dei Filio. Quæ autem? Hæc. Cum enim Dei filius immunis eſſet ab infirmitatibus

noſtris,

noſtris, cum ſumpte natura Sanctus eſſet, & ipſa Omnipotentia poterat ille quidem facilius quam nos ea facere quæ fecit, & ſubire quæ pertulit. Sed licet ſemper nobis obſtet hoc Divini Hominis exemplum, videtur ſemper nobis futurum jus proferendi noſtram imbecillitatem, eamque prætexendi; Sed cujus erat potiſſimum omnes excuſationes infringere, niſi Sanctorum? Cum enim homines video mei ſimiles, naturæ ejuſdem, cujus ego ſum, fragiles, qualis ego ſum, qui propter Deum omnia faecre aggreſſi ſunt; qui propter Deum pertulerunt omnia, & omnia libenter, & alacriter pertulerunt: mihi nihil eſt reliquum, quod reſpondeam. Fruſtra conqueror de onere jugi, quod mihi impoſitum eſt, ac de legis ſeveritate: tot Sancti quibus hoc jugum leve viſum eſt, & qui in deliciis hanc legem habuere, omnem querimoniam intercludunt, omneſque ignavias meas damnant. Ita ut unius Sancti exemplum mihi ſit, quod erat Tertulliano exemplum Filii Dei, ſolutio totius difficultatis: *Solutio totius difficultatis Chriſtus. P. Bourdaloue.*

Solus aſpectus mercedis Sanctorum, corda noſtra in cælo debet extollere. 1. ad Cor. 9. Matth. 4.

Sancti mercedis titulo poſſident cælum: Eo quod bene cucurrerint, bene certaverint, bonam ſervitutem ſervierint. Cum igitur nos evocet Deus ad idem præmium, eum per Apoſtolum ad ſtadium idem percurrendum invitet: *Sic currite, ut comprehendatis*; cum eamdem a nobis, quam a Sanctis vineæ culturam depoſcat. *Ite & vos in vineam meam*, nobis credendum eſt, Deum velle eamdem mercedem conferre. Si igitur currimus, ſi decertamus, ſi labores cum Sanctis ſuſtinemus, eum Sanctis quoque mercedem referemus, & dicere poſſumus

2. Tim. 4. cum Sancto Paulo; *de reliquo reposita eſt mihi corona juſtitiæ*: En igitur quomodo gloria Sanctorum, quam in hac celebritate nobis proponit Eccleſia, ſpem noſtram certam facit, atque confirmat. Ita excitat quoque noſtrum deſiderium; neque enim fieri poteſt, niſi per fidem ambulaverimus in viis Cæleſtis Jeruſalem, ut conſideremus inexhauſtos æterni illius, & inceſſabilis gaudii theſauros quos poſſident Beati, fieri non poteſt, inquam, quominus in cælum evolent corda noſtra, & cum Regio Pſalte eaclamemus: Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiſcit & deficit anima mea præ deſiderio fruendi iis bonis, quæ in illis continentur. Heu! Sanctus Bernardus ait: Elias cum igneo curu aſcendens in cælum ſecum tulit omnia Eliſei diſcipuli ſui vota; Sancti vero Patres, fratreſque noſtri in Cælo poſiti, non rapient omnes cogitationes, affectus, deſideria, & motus omnes cordium noſtrorum? *P. Texier.*

Argumenta quæ ad nos excuſandos afferimus Sanctorum exemplis omnino nulla ſunt.

Inanes cauſæ, & fallacia quæ afferimus argumenta ad tegendam ignaviam in ſalutis noſtræ cura nonniſi ea quadrupli capite peti poſſunt; vel ab infirmitate naturæ, vel a peccatorum noſtrorum copia, propter quam cogitur Deus ſuam nobis denegare gratiam, vel ex difficultate quæ occurrit in præi virtutum, vel denique ex impedimentis, quæ ſtatus noſter, atque condtio noſtræ afferunt ſanctitati. Hæc Sanctorum nubes eſt turba teſtium, quæ inſurgit, ut contra nos teſtimonium perhibeat, & probet, hæc omnia, ſi volverimus, nequaquam prohibere, quo minus Sancti ſimus. Eramus, inquiunt, ejuſdem naturæ, cujus vos eſtis: lypſana noſtra, quæ in aris colitis, probant nos fuiſſe, uti vos, ex oſſibus, carnibuſque compactos; nobiſque eamdem, quæ vobis eſt, fuiſſe infirmitatem. Rationes ergo, quas affertis, ut a ſequela noſtra recedatis, omnes ineptæ ſunt, & in ſenſu omni ſunt nullæ; ſed in veſtram ignaviam, & incuriam vera cauſa eſt rejicienda. Hi igitur Beati fuerunt iiſdem, quibus vos tentationibus obnoxii; ſed illis non defuit reſiſtendi, ac ſuperandi illas virtus; & dummodo ipſi operari velimus, nobis quoque non deerit gratia, ſicut illis non defuit, triumphandi, quod illi obtinuerunt, de mundo, carne, ac dæmone. *P. Texier.*

Cæleſtis hæreditatem dari non nobis, ſed ſanctis, Quæ ſit ista conditio?

Neque arbitremini, Cæleſtem Patrem abſolute reliquiſſe nobis ſuam hæreditatem, vel ſub ea conditione, quæ nobis placuerit. Quaſdam ille appoſuit huic dono cluſulas; & illud nobis pollicitus eſt propoſitis conditionibus, quas diligenter obſervare tenemur; videlicet nobis laborandum eſt, ut promiſſam mercedem obtineamus. Sed quænam eſt nobis ratio validior ad laborem hunc nobis perſuadendum, quam ob oculos noſtros ſtatuere omnium Sanctorum exempla? Videamus quid illi fecerint, ut hanc hæreditatem acquirerent: *Per multas tribulationes oportuit nos intrare in Regnum Dei*. Sancti omnes pet viam hanc aſcenderunt in Cælum; & ne unus quidem in Cælo eſt, qui non ſibi tantam comparaverit felicitatem pretio ſanguinis ſui, vel lacrymarum; & ſi ab illis ſententiam ipſorum quæſiverimus de præteritis ærumnis, utique reſpondebunt, ſe centuplum retuliſſe omnium præliorum, quæ hoc in mundo ſuſtinuerunt. Hinc conjicite quinam eſſe debeant ſenſus noſtri erga Cælum, utrum ſit ambigendum, an nobis legenda ſint Sanctorum veſtigia; & an hæc cogitatio ſit triumphaturæ de quibuſcunque obicibus, qui nos deterrere poſſent a ſemita, quam tot animæ ſanctæ ſecutæ ſunt, ut ad gloriam perveniremus. Hic de cauſa Eccleſia noſtris exhibet oculis imaginem Sanctorum ſuotum in gloria, ut cordibus noſtris efficiat, S. Auguſtinus ait, quod Arca olim in mœnibus Jerichuntis. Hæc olim ſepties circumacta fuit circum infidelem hanc urbem clangentibus Sacerdotalibus tubis, ſeptima tandem vice mœnia illius ad buccinarum clangorem fuerunt penitus everſa. Sanctorum actiones huic tubarum ſono poteſt comparari. Illæ ſunt hortamenta, quibus ſuſdent ut virtutes illiorum imitemur; ut hoc pacto ſpem noſtram attollamus ad Deum, & diſcamus ad eorum exemplum ſanctitatem acquirere. *Bireat.*

Unde cognoſcere liceat utrum ſimus Sanctorum filii?

Ad hoc, ut cognoſcamus utrum Sanctos imitemur, vidramus hinc quidem pietatis eaempla, quæ nobis reliquerunt, & ea conferamus cum vita, quam mundi ſectatores ducuot. Quænam repentur conformitas inter filiorum vitam, & Patrum ſanctitatem? Quodnam nobis ineſt virtutis eorum lineamentum? Ubi gentium inveniemus homines, qui pœnitentem Confeſſorum vitam ſequantur? Numquid in lacrymis impiorum, qui gemitus non effundunt niſi propter objecta, quæ magis, magiſque eos Dei inimicos conſtituunt? Ubi videbimus Virginum caſtimoniam, quæ maluerunt vitam ſuam ſacrificare, quam vel minimam labeculam pati? Quomodo ad Sanctorum Martyrum gloriam aſpirent, qui nonniſi mundi gloriam appetunt, qui Martyres ſunt cupiditatum ſuarum quorum objectum ſunt voluptates, atque divitiæ? Hæc via non eſt, quam Sancti ſecuti ſunt; & nos filios eſſe negabunt, ſi proſus aliam fuerimus ingreſſi. *Bireat.*

Æternitas gloriæ valdeAma eſſe debet cauſa, ut conſtanter pugnemus.

Equidem video, vos urgentem, gravemque cauſam requirere, quæ vos excitet ad Chriſtianam patientiam inter varios caſus, qui in hac mortali vita vobis occurrere poſſunt: ſed aliane vobis affern poteſt, quæ has omnes habeat qualitates in gradu magis eminenti, quam æternitas gloriæ, ad quam evocati eſtis, & quæ merces eſt electorum? Hoc animo Sancti de mundo triumpharunt; hinc inconcuſſi, immotique eaticerunt in certaminibus, quæ ipſis ſubeunda fuerunt: hinc, Gentium Apoſtolus ait, illi ſuperarunt tormenta, ſetrum, ignem, & quidquid teterrimum atque ſæviſſimum inveniter in morte. Hoc illos adhuc quotidie ſuſtinet in graviſſimis tentationibus quibus Deus fidelitatis eorum penculum facit. Omnia ſuſtinent, inquit Scriptura, non ſolum patienter, verum etiam alacntet: quia ſpes illorum immortalitate plena eſt. Cur illos non imitamur? Numquid nobis ſunt æque aſpera & atdua ineunda certamina? Numquid nos ut illi uſque ad ſanguinis effuſionem reſtitimus! Cur ergo ita ſumus ignavi? cur degeneres a virtute horum glorioſorum prædeſtinatorum, qui hodierna die ſunt noſtra eaemplaria, tantam præ nobis ferimus in occaſionibus infirmitatem, ubi juata eorum exemplum de nobiſmet inſignes victorias reportare deberemus? Hæc eſt cauſa, quia non intuemur,. ut illi glorioſam hanc immortalitatem, ad quam anhelamus, & cujus ſpes illos inflammabat, & omnes obices ſuperabat. *P. Bourdaloue.* Sap. 3.

Hujus rationi addendi eſt exemplum Sanctorum, quod imitari debemus.

Validiſſima ratio, quæ Sanctis tantam fortitudinem & conſtantiam infudit, ſpes eſt æternæ pacis illius, quam modo poſſident. Glorioſæ hujus ſpei adjiciamus ingentia fortitudims, ac virtutis exempla, quæ illi nobis reliquerunt, & quæ hodierna die ob oculos noſtros ſtatuit Eccleſia: roboremus noſmet, ut illi, in ſpe æternorum horum bonorum. Aliter nequicquam triumphos illorum celebramus; & fruſtra in ea auctoritate confidimus, quam illi apud Deum ſunt adepti. *Religionis ſumma eſt id imitari quod colimus*, S. Auguſtinus ait, & cultus noſtri objectum in regulam ac normam vitæ convertere. Aſpectus cæleſtis gloriæ illos a terra divulſit: fides immortalitatis eos perduait ad ſanctitatem; huc nobis per eamdem viam contendendum eſt. Illi fuerunt quod ſumus; & ſi cum illis ſtrenue dimicaverimus, nobiſmet polliceri poſſumus futurum ut æternam hæreditatem, ubi regnant in æternum, capiamus. *Idem.*

Cum Deus oculis noſtris ac mentibus conſpici nequeat, voluit nobis oſtendere Sanctorum exempla ut omnes nobis auferat prætextus impoſſibi.

Cum minime liceat nobis Dei magnalia ſcrutari, ſufficiat illum in Sanctis ſuis laudare, admiran & imitari. Hac mente eos nobis proponit Eccleſia ſingillatim ſingulis anni diebus, ut, cæleſtium horum objectorum conſiderario noſtram excitans fidem, noſtramque ſpem in cælum attollens cieat in nobis memoriam ejus, quod illi fuerunt, quod ſunt, & quod nos etiam ſumus futuri. Hæc eadem mente hodierna die colligens tanquam in unum corpus ſocietatis omnes haſce beatas Animas, omneſque earum feſtivitates in unam congerens, nobis oſtentat felicitatem, qua fruuntur, & qua aliquando nos perfruituros ſperamus. Gaudet illa videns Deum in Sanctis ſuis coli; eorum memoriam adhuc ſupereſſe in mentibus fratrum ipſorum poſt tot annorum ſpatium; in ſæculis corruptis, quale hoc noſtrum eſt, celebtari merita bonorum Virorum, qui nos præceſſerunt; & eo tempore, quo adeo infrequentes ſunt Sancti, adhuc coli Sanctitatem. Sed ingemiſcit illa videns modicum fructum, quem ex eorum eaemplis percipimus. Hymnos quidem in eotum laudes recinimus; eorum facta tanquam fabulam, quæ ad nos minime pertineat, mtuemur. Eorum quidem felicitatem miramus; ſed in eacidium noſtrum contendimus. Scimus illos per virtutem ſuam adeptos eſſe hæreditatem quam Deus illis a totius orbis primordiis præparaverat; ſed deficit animus noſtet, ut illos ſequimur. Ignavi ſpectatores gloriæ, quam cupimus, ſed quæ aliquo nobis labore ſtat,

negli-

negligimus aliquam ferre molestiam, ut illam acquiramus. *Flechier*.

Voluit Deus ut homines æque ac arbores bonorum operum fructus ferrent.

Quemadmodum iis facile movemur exemplis, quæ aliquam cum nobis habent proportionem, ac similitudinem: & passim excusare quærimus modicam quam gerimus curam salutis nostræ propter eas difficultates, quæ occurrunt, vel quas in conditione nostra nobis adesse commiscimur: Vult Deus, ut ita dicam, velum subducere, quod tegit cælum, & cuicunque nostrum ostendere aliquot ex beatis illis spiritibus, qui cum eosdem habuerunt obices, easdemque difficultates, quas strenue superarunt, nos vel inflamment, vel damnent exemplis suis. Deus per Providentiam suam tot mortales, qui longe inter se distabant, sanctificavit, ut omnia hominum genera finibus illis deserviant, propter quos destinati fuerunt; nam sicuti in Mundi creatione imperat Deus arboribus, ut ferant fructus suos, singulæ secundum speciem suam, in spirituali regenerione præcepit Christianis omnibus, ut fructus bonorum operum ferrent, singuli secundum singularem vocationem suam. Ut etiam ostenderet varios effectus, vel secundum Apostoli verba, varias gratiæ suæ formas, quæ alios per pœnitentiæ austeritates, alios per charitatis illecebras deducit; aliquos per consiliorum observantiam, plures per communia pietatis officia, omnes tamen ad sanctitatem eamdem, ut nemo de illius gratia diffidat, & quilibet invenire possit in hac misereordium virorum multitudine, videns magnum hunc beatorum numerum, qui supra nos stant, secundum Apostolum, tanquam testium nubes, qui constituunt plenitudinem Sanctorum, & in peccatores damnationis sententiam proferunt. Hæc tandem de causa nos inexcusabiles efficit, quia homines illi ejusdem generis, ejusdemque professionis, eosdem obices superaverunt. Non fuerunt illi, S. Gregorius ait, naturæ præcellentioris, sed vitæ castigatioris. Illi non ignorarunt vitia; sed evitarunt, & superavetunt illa, necnon, per austerum vitæ genus, quod amplexi sunt, docuerunt nos, ne nostræ negligentiæ attentaremur; & per beatam æternitatem, quam possident, ne de salute nostra desperemus. *Flechier*.

Injustè est velle cælo lucrari minori pretio, quam illud lucrati sint Sancti.

Si hæc gloria, quam Sancti sibi propositerunt in omnibus præliis, quæ præliati sunt, nonnisi meritis comparatur; quanam juris specie illam speramus nos esse consecuturos cum nullam præfertim habeamus similitudinem cum Filio Dei, vel cum Sanctis? Cæterum ubi mecum cogito quid illi fecerint ad eam promerendam; ubi intueor aeras solitudines, ubi tot vixerunt Anachoretæ; ubi recordor eos specus, in quibus tot pœnitentes dies suos traduxerunt tanquam viventia cadavera in sepulcris inclusi; cum tot Martyrum pugnas, & nascentis Ecclesiæ persecutiones intueor, quæ proprio tantum sanguine cœagmentata fuisse videtur, perhorresco, ut S. Epirem ait: *Vita illorum mihi horrorem incutit*. Hæc autem nobis facienda est animadversio. Nunquid Cælum venale prostat minori pretio, quam olim? Nequaquam: sed nos non æque ac illi cognoscimus, quanti stet; nam licet unus homo solus perferret omnes Martyrum labores, atque cruciatus, semper verum esset dicere cum Apostolo: *Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam. Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

De Vitâ & exercit. Monach.

Ad Rom.

Comparatio eorum quæ Sancti pertulerunt, & quæ ipsi perferimus ad gloriam promerendam.

Intuere Sanctorum Patrum vivida exempla, in quibus vera perfectio refulsit, & Religio: & videbis, quam modicum sit, & pene nihil, quod nos agimus. Heu! quid est vita nostra, si illis fuerit comparata? Sancti, & amici Christi Domino servierunt in fame & siti, in frigore & nuditate, in labore & fatigatione, in vigiliis & jejuniis, in orationibus & meditationibus sanctis, in persecutionibus & opprobriis multis. O quam multas, & graves tribulationes passi sunt Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, & reliqui omnes, qui Christi vestigia voluerunt sequi! Nam animas suas in hoc mundo oderunt, ut in æternam vitam eas possiderent. O quam strictam, & abdicatam vitam Sancti Patres in eremo duxerunt! quam longas, & graves tentationes pertulerunt! quam frequenter ab inimico vexati sunt! quam crebras, & fervidas orationes Deo obtulerunt! quam rigidas abstinentias peregerunt! quam magnum zelum, & fervorem ad spiritualem profectum habuerunt! quam forte bellum adversus edomationem vitiorum gesserunt! quam puram & rectam intentionem ad Deum tenuerunt! Per diem laborabant, & nocibus orationi divinæ vacabant: quamquam laborando ab oratione mentali minime cessarent. Omne tempus utiliter expendebant, omnis hora ad vacandum Deo brevis videbatur: & præ magna dulcedine contemplationis, etiam oblivioni tradebatur necessitas corporalis refectionis. Omnibus dignitatibus, honoribus, amicis, & cognatis renuntiabatur. Nihil habere cupiebant, vix necessaria vitæ sumebant, corpori servire etiam in necessitate dolebant. Pauperes igitur erant rebus terrenis, sed divites valde in gratia, & virtutibus. Foris egebant, sed intus gratia, & consolatione divina reficiebantur. Mundo erant alieni, sed Deo proximi, & familiares amici; sibi ipsis videbantur tanquam nihili, & huic mundo despecti, sed erant in oculis Dei pretiosi & dilecti. In vera humilitate habitabant, in simplici obedientia vivebant: in charitate, & patientia ambulabant: & ideo quotidie in spiritu proficiebant, & magnum apud Deum gratiam obtinebant. Dati sunt in exemplum omnibus religiosis; & magis provocare nos debent ad bene proficiendum, quam tepidorum numerus ad relaxandum. O quantus fervor omnium religiosorum in principio fuæ sanctæ institutionis fuit! O quanta devotio orationis; quanta æmulatio virtutis! Quam magna disciplina viguit! quanta reverentia, & obedientia, sub regula magistri in omnibus efflorut! Testantur adhuc vestigia derelicta, quod vere Vir sancti, & perfecti fuerunt, qui tam strenue militantes mundum suppeditaverunt. Jam magnus putatur si quis transgressor non fuerit; si quis quod accepit, cum patientia tolerare potuerit. Ah tepor, & negligentia status nostri, quod tam cito declinimus a pristino fervore; & jam tædet vivere præ lassitudine & labore. Utinam in te penitus non dormitet profectus virtutum, qui multa exemplus exempla vidisti devotorum. *Thomas a Kempis, de imitatione Christi*.

Elevatio cordis in Sanctos.

Extollamus nosmet, fratres, in Cælestem Jerusalem, ut revereamur Sanctitatem beatorum Spirituum, qui fatentur se Deo sanctitatem debere suam, eosque obtestemur, ut nobis hanc consequantur sanctitatem, sine qua nunquam illos visuri sumus. Sancte Præcursor Filii Dei, qui summa officii fide perhibuisti testimonium Evangelio Jesu Christi, vosque Apostoli atque Pastores, qui fuistis Prædicatores sanctitatis, & ministri sanctificationis hominum, vos precamur victimæ, quæ stolas vestras in Agni, vestroque sanguine eluistis: a vobis discamus id, quod unice necessarium est quærere, & nihil facere, nisi quod Sanguine Salvatoris connotatum est, quoniam scriptum est: *Beati, qui perfectionem patiuntur, quoniam Matth. 5. ipsorum est regnum Cælorum. Rectus Auctor*.

Gloria qua Sanctificatur Deus ipse, gloriâ nobis repræsentat.

Sancti sunt mirantia lumina, quæ Solem justitiæ tanquam vividiores illius imagines repræsentant. Ostendat potentiam suam in potestate quam illis contulit ut omnia creata, in miraculis, quæ per illos operatur, & in honore quem illis jubet adhiberi ubique terrarum, ut in locis, ubi suum colitur nomen, & adoratur. Lypsana eorum in Altaribus exponuntur; ibi ostenduntur eorum catenæ, & fustula ex eorum crucibus, atque instrumentis suppliciorum suorum in Ecclesiæ thesauris conduntur. Cilicia quibus induti fuerunt, pluris fiunt quam Regum purpura. Ægrotantes quærunt valetudinem, vitamque in cineribus mortalitatis eorum. Populi ad illorum tumulos confluunt, & Principes terræ, ibi deponunt feepera sua, atque coronas ut illis honorem adhibeant, atque profiteantur eam potestatem, quam habent apud Deum. O Domine, quam magnus es tu, quandoquidem ad hunc apicem gloriæ attollis servos tuos super omnia quæ sunt mortalia! Nimis honorati sunt amici tui, Deus. *P. Neves*.

Ad hanc gloriâ pervenire non possumus, nisi per eadem viæ incedamus.

Eadem tenenda sunt viæ, quas Sancti secuti sunt, ut ad beatum hunc finem perveniremt, vel abrenuntiandum est gloriæ, in cujus illi possessionem venerunt. At enim difficilis est via? Nihil refert; necessario tenenda est, ut beati simus. Et sane æquumne esset, ut qui propter mundum tot labores sustinemus, nihil propter animam nostram faceremus? Honores, thesauri, dignitates, magistratus, voluptates, opulentia, valetudo, forma speciosa, hæc bona tanto nobis stant pretio, ac tanto labore, ut ea comparemus, & comparata servemus, quid igitur? ubi esset æquitas & justitia, si Cælum, quæ jucundissima est patria nostra, unicum, veramque bonum nostrum, nullo nobis staret pretio, & adeo illustris victoria sine pugna referretur? Cogitate quot vobis sint adeunda pericula, ut vacuum acquiratis gloriæ phantasma in arte militari; quot laboribus penituras opes congeritis; quot assentationculis principum fortasse gratiam aucupamini; quot vigilus inanem scientiam acquirere contenditis; quam miseram servitutem servitis in mundi hujus negotus, antequam consurgatis e pulvere, in quo jacuistis. Numquid pro Cæli possessione adeunda aliquid minus vobis faciendum est? Hæc beatitudines, de quibus alus locuti sumus, esse pauperem, esse mitem, sitire justitiam, omnibus denique terræ hujus voluptatibus carere, hoc jugum non ferendum est ignavis fidelibus, sed leve, & suave Christianis veram gloriam quærentibus. *P. De la Rue*.

Facilè vanto fele fanctificâti est servatæ mandata & fanctus hic munera obire.

Satis est status sui munera obire, fideliter Dei mandata servare, & Christiani nominis officia perfungi, ut Sancti fimus. Hoc nobis perfudent innumeri Sancti, qui gloriam sibi comparavetunt isidem actionibus, quas quotidie exercemus. Heu! ad id sufficeret pro Deo tantum facere, quantum pro mundo facimus. Sed cum Sanctorum exemplum nobis ostendat quod illi fecerunt, id evincit quoque, Sanctitatem nostram non esse ultra vires nostras positam; quandoquidem illam consecuti sunt, & quia necessaria subsidia a Deo nobis nunquam sunt defutura. Igitur difficultates prætexere, idem est ac suam ignaviam, inertiamque fatcri. Heu! ostendamus, nos inter magistratus, & negotia, inter domesticas curas, atque hujus vitæ impedimenta, quo nos nostra evocant officia, nos ibi posse servire Deo, & hoc pacto Sanctorum gloriam promereri; quandoquidem tot mortales in isidem impedimentis positi illam adepti sunt; non aliam habentes semet sanctificandi rationem, quam eam, quæ nobis est, conemur sanctitatem acqui-

acquirere, ſi in æternum beati eſſe cupimus. Sancti de Cæli vertice nos reſpiciunt tanquam teſtes actionum noſtrarum, illi noſtrarum miſeriarum, atque infirmitatum miſerentur; illi ſunt de noſtra felicitate ſolliciti. Ne inquiramus cauſas inanes, ut noſmet a ſequendis eorum exemplis diſpenſemus: ne aliquando hæc eadem exempla nobis fiant probra, & evincant nobis nequaquam fuiſſe impoſſibile vivere, quemadmodum illi vixerunt, quoniam olim id fuerunt, quod nos ſumus hodie. Sin autem illos imitabimur, hæc vera erit via ad eam, qua fruuntur, gloriam conſequendam. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Oratio ad Sanctos. Inſignes Sancti, qui modo in æterna pace regnatis, licet infirmi ad eandem beatitudinis veſtræ ſedem anhelamus. Fratres veſtri ſumus poſteriori loco nati, qui laboramus adhuc eandem conſecuturi hæreditatem. Vos requieſcitis, nos adhuc in periculis præliorum verſamur. Nos quidem in miſeriis peritura vitæ languemus, vos autem in felicitatum omnium ſede regnatis. Beatitudo, qua perfruimini, a nobis exigit obſequium; languores vero noſtri ſubſidium ex veſtra charitate depoſcunt. Gratiam, quam apud Deum obtinuiſtis, adhibete, quæſo, ut obtineatis, eam, quam ex nobis petit ſanctitatem. Precibus veſtris efficite, ut ceeat in nobis corda recentia; nobiſque immittat ſenſus eo dignos nomine, quod gerimus, & ea felicitate, ad quam anhelamus. Summæ felicitati veſtræ pee veſtras preces hoc accedat incrementum, ut ſcilicet quotidie videatis augeri numerum eorum, qui virtutes veſtras imitantur, & ſociorum gloriæ veſtræ, ut cum Deo præſtitemus cultum, quo non alter Deo ipſi antiquior, & jucundior eſt, imitandi vos, ejuſdem veſtræ felicitatis fiamus conſortes. *Versus.*

PRO SANCTI HIERONYMI DOCTORIS ECCLESIÆ PANEGYRICO.

MONITUM.

Dixturus S. Hieronymi Doctoris Eccleſiæ Panegyricum ſatis eſſe videretur glorioſus titulus, quem illi tribuit Eccleſia, Doctoris Maximi, vel Doctoris antonomaſtice; ſi enim S. Paulus cum Apoſtolatu confert qualitatem Doctoris generatim; quantum eſſe debet meritum illius, qui in illuſtri hoc miniſterio adeo excellit, ut dignus habitus fuerit Maximi nomine inter eos, qui ſemper digne hoc munere perfuncti ſunt? Nonne cum S. Laurentio Juſtiniano dici poteſt, Sanctum Patrem hujuſmodi eſſe Mundi lumen, Prædicatorem Regni Chriſti Jeſu, Cœleſtium oraculorum interpretem, Catholicarum veritatum propugnatorem, verbo Maximum, & incomparabilem Eccleſiæ Doctorem?

Fatendum eſt tamen non levis operis eſſe uno Sermone omnia colligere munera, quibus Magnus hic Sanctus ſemet inſignivit, varioſque ſtatus, in quibus vitam ſuam tranſegit; namque hæc eſt S. Hieronymum ex dimidia tantum ſui parte exhibere, ſi illum cogitaverimus ſolum, vel tanquam Pœnitentem, vel Solitarium, vel Doctorem, neque ad vivum illius proponie imaginem, niſi qui illum tis coloribus, ac lineamentis exhibet, qua peculiariter ſpectant ad illum. Hoc facere conatus ſum in deſcriptione vitæ laborum ejus pro Eccleſia tuenda, perſecutionum, quas ab hæreticis perpeſſus eſt, triumphorum, quos de illis reportavit, itinerum, & fœderum, quæ cum ſummis evi ſui viris ſanxit, admirabilium auſteritatum, operum, quæ jure optimo illi Doctoris Maximi nomen fecerunt, ac demum omnium virtutum illius, quibus perfulgens evaſit Sanctitatis Exemplar.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Variæ Sermonum imagines hujus Argumenti.

Juſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi Regnum Dei: & dedit illi ſcientiam Sanctorum: honeſtavit illum in laboribus, & complevit labores illius. Sapient. 10.

I. NUllum invenio Bibliorum locum, qui melius, & aptius complectatur quidquid dici poteſt magis peculiare, ac proprium pro S. Hieronymi Doctoris elogio, quam verba hæc ex Sapientiæ libro deſumpta, *Juſtum deduxit &c.* Etenim ad Panegyrices ejuſdem partitionem texendam ſatis eſt oſtendere, quo pacto illa tria, quæ in textus hujus verbis continentur, complectantur quidquid dici poteſt, quod in Sancti hujus laude cedat.

Pars Prima. *Juſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi Regnum Dei.* Viæ, per quas Deus Sanctum Hieronymum deduxit, ſunt omnium rectiſſimæ, rutiſſimæque; quibus ad æternam beatitudinem licent pesvenire. 1. Mundi fuga, ut viveret in ſolitudine, procul a Sæculi placitis, ab intereundi occaſionibus, & a periculis, quibus ſalus noſtra eſt obnoxia. Hoc fecit Sanctus Noſter, qui ab ipſa adoleſcentia in pietate, ac Dei timore innutritus, ut faſtam tectam tuerctur innocentiam, quam in Baptiſmo receperat, non ſolum patriam reliquit, verum etiam conſanguineos: & quidquid illum in mundo cetinere poterat glorioſo ſeceſſu, quin Sermones, & judicia hominum illum moverent. 2. Mortificatio, & pœnitentia, quæ ſunt viæ, per quas Deus eos ſtatim deduxit, de quibus magna quædam meditatur. 3. Abrenunciatio profanarum ſcientiarum, quas deperibat: ut faceas addiſceret litteras in converſatione ſanctiſſimorum, & maximorum ævi ejus virorum; ingreſſus hanc ob rem multa itinera, ut edoceretur, exhibens ſe illorum Diſcipulum, ut hoc pacto ſeſe aptum efficeret ad tradendas aliis vias ſalutis, quas in eorum ſchola didiciſſet.

Pars altera. *Dedit illi ſcientiam Sanctorum.* Deus, qui deſtinabat illum tanquam unum ex maximis Eccleſiæ Doctoribus, revera dedit illi ſcientiam Sanctorum, videlicet intelligentiam Scripturarum, ubi continentur, quæcunque ſcienda ſunt, & exercenda, ut quis primum Sanctus fiat, & mox aliis ſanctificet; videlicet Summus hic Doctor vitæ exemplum cum Doctrina conjunxit, quam ſcriptis, & viva voce aliis tradidit.

Pars tertia. *Honeſtavit illum in laboribus, & complevit labores illius.* Glorioſi ejus labores pepererunt ipſi gloriam incomparabilem coram Deo, & coram hominibus, propter præclara ipſius merita erga univerſam Eccleſiam. 1. Exornando Bibliorum verſionem, quæ tanquam omnium emendatiſſima, autographoque maxime conformis accepta fuit, & ſcribendo eruditos Commentarios in libros omnes utriuſque Teſtamenti. 2. Sanctificando Fideles ſermonibus, dirigendo animas ſpectatiſſimas: easque ad altioris perfectionis gradum impellendo, & leges irrogando Ordini virtutum ſuarum, atque pœnitentiæ Imitatori. 3. Tuendo Eccleſiam zelo indefeſſo ab erroribus, qui ævo illius inſurrexerunt, & oppugnando omnes Hæreticos conſtantia admirabili, & ſempee victrici. *Auctor Recens.*

II. Conſiderari poteſt S. Hieronymus ſub triplici aſpectu. Primum veluti Pœnitens inſignis. 2. Quia nobis pœnitentiæ regulas reliquit exemplo ſuo, quoniam arduum eſt duriorem vitam ducere qualibet ætate; juventute, virilitate, & ſenectute, quin unquam aliquid de eodem laxaverit. 2. Regulas autem in omnibus ſcriptis reliquit ſapientia refertas.

Secundo, conſideratri poteſt Magnus hic Sanctus tanquam celeberrimus Doctor Eccleſiæ, qui turatus eſt, 1. Fidei ſuæ puritatem contra Novatores omnes, qui impugnabant illam. 2. Puritatem doctrinæ ſuæ contra ſæculi ſui flagitia. 3. Qui in ſcriptis ſuis tanquam in Armamentario reliquit arma ad impugnandos Eccleſiæ inimicos, nempe Hæreticos uſque in finem ſæculorum.

Tertio, Eximus hic Doctor haberi poteſt tanquam Pater plurium inſignium corporum, quia, 1. Pſimus eſt Auctor inſtitutionis Cœnobiorum prope Bethlehem ædificatorum; ubi Romanæ feminæ nobiles regularem inſtituerunt Communitatem, ſub auſpiciis, & ductu Sancti

hujus. 2. Ab eo Hieronymitæ durerunt exemplum, & confuetudinem incolendi in Cœnobiis Italiæ, & Hiſpaniarum ſub regulis deſumptis ex eruditis operibus incomparabilis Doctoris, qui ab illis tanquam ſuus habetur Patriarcha.

III. Conſiderari poteſt S. Hieronymus, Primum tanquam abſconditus Mundo, ut per receſſum ſemetipſum ſanctificet. Nam primo relinquit patriam ſuam; tanquam alter Abraham jubente Deo. Relinquit familiam illuſtrem bonorum omnium genere affluentem, ut eum ſe recipiat in locum, ubi Deo uni cognitus eſſet. 2. Relinquit ſe ipſum nuncium mittens libidini nitendi, & maxima talenta, plurimaſque ſcientias oſtentandi, per quæ ad primas Eccleſiæ dignitates efferri poterat. 3. Se ſe mortificans, redigens corpus ſuum in ſervitutem per jejunia, vigilias, aliaſque auſteritates.

Secundo. Tanquam in Mundi lucem productus, ut illum ſanctificet. 1. Odorem ſuarum virtutum, qui in omnem Eccleſiam effuſus illam ædificavit, excitans fideles ad tantum hoc exemplum imitandum; invitans etiam juſtos ad perſeverandum, & peccatores ad agendam criminum ſuorum pœnitentiam. 2. Sapientibus ſcripta, ſive reſpondens conſultationibus, quæ undequaque ad ipſum mittebantur: ſeu impugnans Hæreticos viva voce, aut ſcriptis; ſeu varia utriuſque ſexus inſtituens Cœnobia. In hoc videri poteſt Sancti hujus fidelitas in ſequenda voce Dei illum in ſolitudinem evocantis, ut eum abſconderet mundo, ita ut ad illum nonniſi pro Dei gloria, & Sanctæ Eccleſiæ incolumitate tuenda rediret.

IV. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Pſalm. 93. Univerſalis ſententia eſt ab omnibus recepta Patribus, cum Deus ex quadam parte in nos animadvertat, nos afflictat, nos probat, ex alia nos protegere, ſolari, & fulcire. Cujus rei apertiſſimum nobis præbet exemplum S. Hieronymus in perſona ſua. Nam

1. Si permittit Dominus, illum oppugnari, afflictari acerrimis, moleſtiſſimiſque tentationibus, illum ſtatim protegit gratia ſua, ne ſuccumbat.

2. Si patitur valetudinem ejus tentari, corpus aſſiduis vexari morbis, & magnis auſteritatibus quas exercebat; illum recreat, munt lectione ſacrarum litterarum, & cumulat cæleſtibus conſolationibus, prohibituras ne ædat.

3. Si Dominus paſſus eſt, novatores, hæreticoſque illum perſequi, non ſolum dedit illi ſcientiam, & fortitudinem, ut illos vinceret, ſed etiam ut illos confuſione ſuffunderet, & gloriam de illis reportaret.

Duo conſiderari poſſunt miracula in ſolitudine S. Hieronymi, quæ ejus elogium partim poſſunt. Primum in

V. ejus actuoſitate in ipſa tequie. Nam 1. ille nequaquam ſimilis eſt illis Philoſophis, qui oculos fugiebant hominum, ut tranquille philoſopharentur; ſed receſſerat a tumultu, ut vacaret contemplationi, & Orationi, quæ non eſt vita otioſi litterati, quandoquidem hæc Salvatoris ipſius erat occupatio. 2. Pugnavit S. Hieronymus adverſus omnes hæreticos, quin ſolitudinis ſuæ quietem relinqueret: Jovinani, Pelagiani, aliaque monſtra, quæ illius ævo prodierunt, totidem fuerunt Doctoris noſtri trophæa. In hoc receſſu locupletavit Eccleſiam eruditiſſimis operibus ſuis; reſpondit difficillimis quæſtionibus, quæ ab omnibus terrarum partibus illi proponebantur. Inſtituit Religioſas Congregationes, quæ regimen illius ſecutæ ſunt. Ecce fructus quietis hujus adeo actuoſæ.

Alterum miraculum ſitum eſt in deliciis, quas in ſua pœnitentia guſtavit. 2. Jugea illius lacrymæ fons erant ſpiritualium gaudiorum. Horrentes ſetæ, atque cilicia, & auſteritates quibus affligebat corpus ſuum, convertebantur illi in gaudium, atque lætitiam, quemadmodum ipſe etiam teſtatus eſt: *Nonnunquam mihi videbar intereſſe agminibus Angelorum: & lætus, gaudensque canebam.* Jugi pœnitentia ſua magnam ſalutis ſuæ ſecuritatem acquirebat; ſi enim aliquando afficiebatur præſentia Judicium Dei, ſibi viſus audire tubam, quæ illum ad Salvatoris Tribunal accelleret: ex alia parte bonis ejus operibus ſpem ſibi facientibus guſtabat pacem, & quietem, quæ ſenſum omnem ſuperabat. *P. Texier.*

VI. *In medio Eccleſiæ aperuit os ejus, & implevit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ.* Eccleſ. 15. Si hæc Textus mei verba generatim conveniunt Sanctis, qui eruditis operibus ſuis illuſtrarunt Eccleſiam; præcipue quadrant illis, qui ſcriptorum ſuorum præſtantia, & multitudine glorioſum meriti ſunt titulum Doctorum ejuſdem, ſed potiſſimum, uti videtur S. Hieronymo, qui, ſi tam ſacram, quam profanam ſpectes eruditionem, non dico exteros ſuperaſſe, ſed inter omnes peculiarem tenere locum, & qui uni illi videtur congruere in ſacrarum litterarum intelligentia, qua placuit Deo illum locupletare ad majorem ſui nominis gloriam, ad animarum ſalutem, & ad Eccleſiæ defenſionem; quandoquidem ex omnibus Doctoribus tum Græcis, cum Latinis, vere dicere poſſumus, nullum eſſe magis benemeritum de Eccleſia propter emendatam verſionem, & explicationem Sanctarum Scripturarum, hoc Doctore incomparabili. His innixus rationibus in Sermonis hujus decurſu vobis oſtendam;

1. Deum repleviſſe ſanctum hunc dono ſcientiæ; cum illum induaerit ad legendos, evolvendos, conſulendoſque Auctores omnes tum ſacros, cum profanos in omni genere linguarum ut poſſet bonum a malo ſecernere, vera bona a falſis dignoſcere, & cognitiones tot fudoribus, vigiliis, laboribuſque partas applicare ad fidem ſuam alendam, & confirmandam.

2. Deum illi contuliſſe donum intelligentiæ, non in menſura, ſed affluenter *implevit illum*: quo dono non cognovit ſolum, & diſtinxit myſticos ſenſus ſub litterarum cortice latentes, & figuris, allegoriis, ac ſimilitudinibus involutos, quibus Sancti codices repleti ſunt; verum etiam in hujus plenitudinis partem omnes vocat ſexus utriuſque Fideles in variis terrarum plagis diſperſos; & ſublimi hac eruditione utitur ad impugnandos, & confundendos hoſtes Eccleſiæ, qui detorquere conabantur in peculiarem ſenſum divinorum librorum verba, *ipſe Fidelibus explicans verum ſenſum, in quo erant* intelligenda. *Rerum Auctor*,

Dedit illi ſcientiam Sanctorum. Sapient. 10. In hac VII. Sacri Textus verba oſtendi poteſt. 1. Doctorem eximium S. Hieronymum ampliſſimam conſecutum fuiſſe partem in ſcientia Dei, quæ in Dei timore conſiſtit. 2. Quia jugiter habebat ob oculos extremum Dei Judicium, & audire ſibi videbatur buccinæ clangorem, qui aliquando excitaturus eſt homines omnes ad Tribunal Jeſu Chriſti. 2. Quia nunquam oculos ſuos amovebat a conſpectu criminum ſuorum propter quæ credebat ſe ſubiturum eſſe Judicium inexorabile. 3. Quia ad Domini Tribunal accitus, quemadmodum ipſe teſtatur, & jam ſevere mulctatus, præjudicio hoc territus divinæ *Juſtitiæ* ſeveritatem formidabat.

2. S. Hieronymum obtinuiſſe ſcientiam Sanctorum; quæ ſita eſt in perfectiſſimo Dei amore, & relatione omnium actionum noſtrarum ad gloriam divinæ majeſtatis. 3. Quia filialis hic timor in eo illius divinum amorem inveait. 2. Quia ille jugi mortificatione Filio Dei ſe ſimilem præbuit, lacrymis ſuis Salvatoris pedes eluens; ſilice pectus ſuum percutiens, tota nocte coram illo nrans, atque ſuſpirans.

3. Denique S. Hieronymum habuiſſe ſcientiam Sanctorum, quæ in divinarum Scripturarum cognitione poſita eſt. 1. Quia nemo Sanctorum hoc magis aſſidue illa ſtuduit; vel illas meditatus eſt. 2. Quia illis uſus eſt ad Hæreticos impugnandos, & ſuppedicavit arma in eos, quæ deinceps in Eccleſiam ſunt inſurrecturi. *P. Novet in ſuis Meditationibus*,

S. Hieronymus in tribus variis qualitatibus poteſt conſiderari, tanquam ſolitarius, tanquam pœnitens, tanquam Doctor; ubi dicere poſſumus, VIII.

1. Nullum unquam Sanctum plus voluptatis, & deliciarum inveniſſe in pœnitentia.

2. Nullum unquam hominem in ſolitudine fuiſſe occupatiorem, licet ſeſe recepiſſe videatur, ut quieſceret.

3. Nullum unquam virum licet honores abhorrentem glorioſiorem extiriſſe, pluresque retuliſſe triumphos, licet aſſidue illum perſequerentur Hæretici.

Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam: & cuſtodiam illam in toto corde meo. Pſalm. 118. IX.

Hic Sacer Textus ita perfecte congruit incomparabili Doctori S. Hieronymo, ut videatur Spiritus Sanctus in antecellum texere elogium inſignis hujus Sancti Viri per os Prophetarum. Hoc autem duplici modo conſiderari poteſt in toto curſu vitæ Sancti hujus.

1. In eo quod impendit omnia, quæ acceperat naturæ, & gratiæ talenta, ut cognoſceret voluntatem Dei, & quæreret, quidquid illi eſſet acceptius.

2. In eo, quod cum jam cognoviſſet ſemel, quomodo magis adhuc placere poſſet Deo: videlicet majori cum perfectione obſervando ejus mandata, nihil illi antiquius fuit, quam illa religioſiſſime in reliquum vitæ ſpatium ſervare.

Conſiderari poteſt Magnus Hieronymus ſub triplici X. ſatis peculiari intuitu, qua characterem parum communem efficiunt;

1. Nemo unquam, licet in perfecta vitæ integritate, ac innocentia vivens, libentius auſteriſſimæ pœnitentiæ exercitationibus ſe addixit.

2. Nemo unquam cum ſcienna adeo ſublimi conciliare novit adeo profundam humilitatem.

3. Nemo unquam licet fugeret lucem, fuit gloria cumulatior propter victorias de ſe, de Mundo, & de Eccleſiæ inimicis relatas.

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde haurire copia poteſt ad propoſitæ argumenta pertractanda, & Auctores, de illis agentes.

VIta Sancti hujus Doctoris ab incognito Auctore ſcripta inventitur ad calcem Operum Sancti. Qui Sancti hujus Doctoris vitæ ſcripſerunt.

Vita Sancti ejuſdem a Mariano Victore ſcripta, ſuſius habetur a Sumo deſcripta die 30. Septembris.

Hos Sanctorum Ribadeneira ejus compendium affert. Baillet aliam exornavit, ubi affert annum converſionis

his ejus, illius itinera, ſcripta, perſecutiones, & certamina adverſus hæreticos.

P. Petavius ad calcem libri ſecundi de Doctrina temporum deſcribit per annos ordinem Commentariorum, quos Sanctus hic Doctor in Scripturas conſcripſit.

Sancti Patres & alii qui de illo cum laude locuti ſunt.

S. Auguſtinus Epiſtola 123. S. Hieronymum comparat cum S. Joanne Baptiſta.

Idem 1. primo contra Julianum eredit neminem eſſe in linguarum eruditione cum Sancto noſtro comparandum. Et eodem modo de eodem verba facit lib. 18. de Civitate Dei.

Idem in Epiſtolia 40. 71. 73. aliiſque ad S. Hieronymum datis citra oſtentationem oſtendit quanti ipſe illius ſcientiam, & virtutem faceret.

S. Gregorius Magnus, & S. Gelaſius Pontifices de illo cum ſumma laude verba faciunt.

S. Severus Sulpicius elogium habet vitæ integerrimæ quam ducebat S. Hieronymus ante, & poſtquam ſe in Cœnobium ſuum recepiſſet.

Euſebius, Caſſiodorus, Marcellinus, hique omnes, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis verba fecerunt, omnes laudarunt multitudinem, præſtantiam, ac ſoliditatem ſcriptorum S. Hieronymi.

Beda & Ado in Martyrologiis ſuis hunc debitis extollunt encomiis.

Baronius non ſemel loquitur de ſcriptis, & actibus magni Sancti hujus, ſed potiſſimum ad annum 383. & 372. ubi meminit calumniarum, quas nomini ejus offundere nitebantur illius inimici.

Quin loquar de teſtimoniis, quæ plures eruditi viri de illo perhibuerunt, puta Bellarminus, Poſſevinus, Riccioli, aliique innumeri; ampliſſimum, & glorioſiſſimum illud eſt Eccleſiæ, quæ non ſolum recenſuit illum inter Doctorum ſuorum Primipilos, ſed illum etiam dignata eſt nomine Maximi, & præexcellentis Doctoris, quod indicium eſt, quid illa de ipſo cenſuerit.

Concionatores veteres.

Dionyſius Carthuſianus Sermonem edidit in feſtum Sancti hujus diem, ubi præcipuas illius laudes commendat.

S. Laurentius Juſtiniani in Sermonibus, quos in Feſtum idem lucubratus eſt, illum exhibet tanquam columnam, quæ ſuſtinuit Eccleſiam.

Guilelmus Pariſienſis pariter Sermonem habet hujus argumenti, ubi pro themate hæc uſurpat verba, quæ interpretatur. *Os juſti meditabitur ſapientiam, & lex Dei ejus in corde ipſius.*

Concionatores recentes. Aſcerici.

Jacobus a Voragine quatuor habet ejuſdem argumenti Sermones.

Biroat tomo 3. ſuorum Panegyricorum.

P. Texier tomo 1. de Panegyricis Sanctorum.

P. Croiſet in Aſceticis pro Menſe Septembri, excellens habet compendium vitæ, virtutum, & laborum omnium Sancti hujus Doctoris.

P. Novet in Meditationibus in vitam Jeſu Chriſti in Sanctis ſuis, unam habet pro feſto S. Hieronymi Eccleſiæ Doctoris die.

NOTA.

Jeroſolymitæ, qui nuncupantur etiam Eremitæ S. Hieronymi, hoc nomine appellantur, non quod ab hoc Doctore fuerint inſtituti, ſed quod Regulæ ipſorum deſumptæ fuerunt ex ſcriptis, & potiſſimum ex Epiſtolis Sancti hujus.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, Figuræ, comparationes, & applicationes Biblica hujus argumento.

Loci.

PUer autem crescebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis uſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. Luc. 1.

Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus. Oſee 11.

Ductus eſt a Spiritu in Deſertum, ut tentaretur a Diabolo. Matth. 4.

In diebus illis venit Joannes Baptiſta prædicans in Deſerto Judæa, & dicens, pœnitentiam agite. Matth. 3.

Hic eſt, qui dictus eſt, vox clamantis in Deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. Ibid.

Ipſe autem habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos, eſca autem ejus erat locuſtæ, & mel ſylveſtre. Ibid.

Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 2. Corinth. 4.

Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus, ſicut oves occiſionis. Pſ. 43.

Caſtigo Corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. 1. Cor. 9.

Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, & ultra non ſerviamus peccato. Rom. 6.

Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis ſuis. Ad Galat. 5.

Mihi mundus crucifixus eſt, & ego Mundo. Ad Galat. 6.

Exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Domini mei J. C. Philipp. 3.

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cælorum. Matth. 5.

Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad juſtitiam eruditos multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Daniel. 12.

Sapientiam omnium antiquorum exquirit Sapiens, & in Prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conſervabit. Eccleſiaſt. 39.

In medio Magnatorum miniſtrabit; in terram alienigenarum gentium vertranſiet, bona enim, & mala in hominibus tentabit, experietur. Ibid.

Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur. Ibid.

Si Dominus Magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ ſatiabit illum, & ipſe tanquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ. Ibid.

Ipſe patiam faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ, & in lege teſtamenti gloriabitur: collaudabunt multi ſapientiam ejus, & uſque in ſæculum non delebitur. Ibid.

Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requiretur a generationi in generationem. Eccli. 39.

Sapientiam ejus narrabunt gentes, & laudem ejus enunciabit Eccleſia. Ibid.

In medio Eccleſiæ aperuit os ejus, & Dominus implevit eum Spiritu Sapientiæ, & intellectus. Eccli. 15.

Quia ab infantia ſacras literas didiciſti. 2. Ad Timoth. 4.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Pſ. 138.

Quæſivit verba utilia, & ſcripſit Sermones rectiſſimos, & veritate plenos. Eccleſiaſt. 13.

Implevit eum Spiritu Dei, & ſapientia, & intelligentia. Exod. 31.

Fuit vir potens opere, & Sermone coram Deo, & omni populo. Luc. 24.

Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Iſaiæ 58.

Prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina: erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt. 2. Ad Timoth. 4.

Novi opera tua, & laborem, & patientiam, & quia non potes ſuſtinere malos, & tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos, & inveniſti eos mendaces. Apocal. 2.

Novi opera tua, & fidem, & charitatem tuam; & opera tua noviſſima pluris prioribus. Ibid.

Dedit illi ſcientiam Sanctorum, honeſtavit illum in laboribus, & implevit labores illius. Sapient. 10.

Cuſtodivit illum ab inimicis, & a ſeductoribus tutavit illum, & certamen forte dedit illi, ut vinceret. Ibid.

Vos eſtis lux Mundi, non poteſt abſcondi civitas ſuper montem poſita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. Matth. 5.

Exempla, figuræ & comparationes ex Scripturis deprompta.

MAgnus quidam Toletanus Epiſcopus in Bibliotheca Patrum deſertum appellat Academiam Spiritus Sancti, & ſcholam, ubi docet ille veritatum omnium Magiſter. Profecto in ſolitudine Deus formavit Moyſem, ut eſſet voluntatum ſuarum Interpres, & ibi neceſſaria communicavit lumina, ut populo ſuo legem explicaret. In remoto eo loco familiariter cum Deo egit, ubi didicit illius ſecreta, eique facie ad faciem locutus eſt. Nonne ex horrore deſerti eduxit Deus S. Joannem Baptiſtam, ut populo Iſrael traderet, & prædicaret maximi momenti myſterium, videlicet adventum Meſſiæ? In nova Religione in penetralibus Cœnaculi Spiritum Sanctum receperunt Apoſtoli, cujus gratia effecti ſunt Magiſtri omnium populorum, & Doctores orbis univerſi. S. Paulus, qui ab initio converſionis ſuæ, ut ſe ad Apoſtolatum diſponeret, nonne receſſit in ſolitudinem triſterum jejunium recepit admirabiles illas extaſes, in quibus hauſit ſecreta magis recondita, & eminentiorem Theologiam? Et nonne poſt receſſum, jejuniumque Sanctus Petrus poſt peccatum ſuum electus fuit in Eccleſiæ Caput, certiſſimumque exſtetum veritatum Doctorem? Paritet in ſolitudine Doctor noſter incomparabilis, S. Hieronymus electus a Deo fuit, ut illuminaret Eccleſiam ſuam ſcientia prorſus cæleſti, ibique conſtructus fuit, ut prifci illi, futurus Magiſter fidelium, eoſque recta in cælum perducturus.

S. Hieronymus, ut Moyſes, & S. Joannes Baptiſta electus fuit a Deo in ſolitudine ad illuſtrandam Eccleſiam doctrina ſua.

Magna inter Sanctum Doctorem Hieronymum, Sanctumque Paulum intercedebat ſimilitudo in prædicationibus, in laboribus, in eminenti ſcientia, & in contradictionibus, quibus a mundo, & dæmone afflictabatur; ita ut ab ipſa carne ſua, ut magnus ille Apoſtolus, non eſſet tentandus. Luget, ut ille, ſe in ipſa uſque deſerti ſolitudine tentatum fuiſſe, quantumvis ſejunis

Virtus ejus in ſilva S. Pauli probatur tentationibus de quibus Apoſtolus loquitur. 1. Deus eſt, qui firmat hoc corpus, qui me eulophizat.

mortificationibus, vigiliis, & inauditis severitatibus corpus suum castigaret. Lacrymæ, Oratio, omnesque rigores vulgaria erant contra furentem hunc inimicum arma, & humi cubans ad avertendas terribiles incursiones, membra sua cilicio tegebat; quibus ita utebatur, ut amantissime conqueratur in nonnullis Epistolis suis, ubi narrat molestissimas hasce tentationes excitari consuevisse in imaginatione sua variis objectis, quæ Romæ viderat, & quæ memoriæ ipsius recursabant. Heu! Domine mi, ajebat, quoties cum versarer in horrenti ea solitudine, solis ardoribus exusta, credebam adhuc me-met in Romæ deliciis, solatiisque versari! Tali mœrore ac amaritudine conficiebar, ut tabesceret anima mea, & languentes artus mei mihi propter cilicium, quo amicti erant, horrorem inferrent. Exausta cutis mea Æthiopum colorem imitabatur. Plorabam, & in lacrymas solvebar. Non dormiebam, & si quando somno obruebar, & me invito palpebræ claudebantur, super terram cubabam potius, ut ossa mea eo strato confringerentur, quam ut carperem quietem. Denique sentiens se, ut fatetur, omni destitutum auxilio, quamvis semper in corpus suum austera omnia exerceret; tanquam extremam adhibiturus malis suis medicinam procumbebat ad Crucifixi pedes, eosque lacrymis eluens filice tundebat pectus suum clamans, & suspirans noctu, & interdiu ad amabilem hunc Salvatorem, qui aliquando educebat illum de abysso, & sicut olim S. Paulum, attollebat ipsum usque in Cælum, ubi videbatur sibi adesse choris Angelorum, & in Sanctorum consortio.

§. Doctor sacrus exemplum Filii Dei, ubi carnosâ addit pœnitentiæ suæ ubi divinus hic Salvator illam incepérat. Cæciderat pro peccatis eventum mortalium.

Equidem scio primum illud pœnitentiam agendi consilium conceptum a S. Hieronymo fuisse Romæ super cineres Sanctorum Martyrum, super quos cum sanguinem fundere non posset, fundebat lacrymas. Verum est illum deinde in suscepta pœnitentia perseverasse Jerosolymæ, & ad Calvarii conspectum; sed locus præcipuus ubi illam absolvit, fuit stabulum Bethlehemiticum, ubi in austerissimis pœnitentiæ exercitationibus dies suos clausit. Nonne gloriosum est præstantissimo huic Doctori ibi agere criminum suorum pœnitentiam, ubi Dei Filius nascens incepit agere illam, quam ultro susceperat pro peccatis mundi totius? Namque sub pœnitentis imagine Salvator natus est in hoc stabulo, ubi lacrymæ ejus, primumque divinorum oculorum ejus officium fuit lugere; primus cordis ipsius usus fuit, suspiria emittere; cumque nondum posset aliam sibi vim facere, exposuit innocens corpus suum injuriis elementorum, quæ illi fuerunt loco ciliciorum, flagellorum, aliorumque crucetorum instrumentorum. Eadem ara, in qua oblatum fuit Salvatoris sacrificium, in eadem consummatum est sacrificium insignis hujus pœnitentis. Calcavit genibus suis terram eandem, quam Salvator oriens pedibus calcaverat: Irrigavit lacrymis suis præsepe, quod ploratibus suis madefecerat Salvator. De sacrata ea rupe evulsit silicem, quo percutiebat pectus suum, & eadem Echo, quæ vagitibus orientis Jesu Christi respondebat, respondet etiam ejulatibus incomparabilis nostri pœnitentis. Magnus profecto Sancti hujus honor fuisset, si talem egisset pœnitentiam, tunc cum ibi Salvator natus fuit, si potuisset suas cum Domini sui lacrymis commiscere. Sed quod sensibili hac ratione accidere non potuit, alia contigit, & jure dici potest propter aram hanc utrique communem & Domino, & famulo factum fuisse fœdus quoddam, & veluti sacram commixtionem pœnitentiæ Hieronymi cum lacrymis Filii Dei nascentis.

Exempla eorum qui pœnitentiâ egerunt propter cogitationem & metum extremi judicii.

S. Hieronymus solus non est inter Sanctos, qui pœnitentiam fuerit amplexus propter metum judiciorum Dei, eo quod aliquando tandem, vocandi erant ad tremendum supremi judicis Tribunal operum suorum rationem reddituri. Arsenii, Hilariones, Pachomii fremebant ubi extremum hoc Judicium cogitabant: ipsi etiam terribilis hujus Judicii amici præ timore concremuerunt. David vir ille juxta cor Dei, clamabat; *Domine, non intres in judicium cum servo tuo*, & Sanctus Paulus vas ille electionis, nonne corpus suum castigavit? ne, inquit ille; reprobus fierem, postquam opus suum impendisset, ut salvos faceret prædestinatos? quem autem in Sancto Doctore nostro effectum hic timor peperit, jam vidimus. Post hæc quot Christiani, qui omnes sceleribus sentent; vivere ne possunt in otiosa securitate? Sumus ne Sanctis ipsis innocentiores? Numquid ipsi magis, quam Sancti certi sumus peccata nobis fuisse dimissa? Non ita sane, attamen S. Hieronymus, aliique plurea mundum relinquunt, rebus omnibus nunciium mittunt, inter deserta loca recedunt, viventes in antris delitescunt, non vero nihil facimus, quod veram pœnitentiam ostendat.

Applicationes aliquorum Scripturæ locorum huic argumento.

S. Hieronymus in eminenti gradu obtinuit dona sapientiæ & intellectus.

IN *medio Ecclesiæ aperuit os ejus, & implevit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus.* Eccles. 15. Ecclesiæ nomine non intelligitur hic cœtus particularis Fidelium; sed generatim cœtus Fidelium, temporum omnium, omnium nationum, atque ætatum, quæ adhuc fuerunt, eruntque deinceps secuti & secuturi doctrinam Apostolorum, & Evangelium Filii Dei, quale Roma profitetur Ecclesia; nam quotiescunque Sancta legitur Scriptura, inveniuntur verba, quæ S. Hieronymus dictavit, aut scripsit, cum illius versionem elaboravit. Ita ut idem sit ac si nunc etiam os aperiret, ut eadem repeterer, & in præsentiarum quoque de hoc dici possunt illa Apostoli verba: *Defunctus adhuc loquitur.* Quoad Spiritum Sapientiæ, & intellectus, abunde hoc repletus fuit, uti liquet adhuc ex omnibus operibus, quæ reliquit nobis, & non solum recepit donum supernaturalis sapientiæ, sed illius etiam, quæ studio, & lectione Auctorum Profanorum comparatur, quam absolutissime possedit, & qua opportune usus est adversus Ecclesiæ inimicos. Sed eruditione, sæculari, profanaque sapientia sepulta, dico ipsum in persona sua conjunxisse quidquid laudabilius est, omnes virtutes sciti Ecclesiastici, & perfecti cœnobitæ, quæ potissimum sunt zelus salutis animarum, & Religionis amor, quem hæresum horror sequitur. Paupertas, continentia, religiosa mortificatio, extiterunt virtutes illi amicæ, quod perspicue probat, me jure affirmare illum perfectum fuisse Ecclesiasticum æque ac Religiosum perfectum.

Ad Heb 11.

Ductus est a Spiritu in desertum. Matth. 4. Duæ præsertim causæ Sanctum Hieronymum impulerunt ut in desertum, & specum se reciperet. Timor Judiciorum Dei: videbatur ipse sibi audire clangorem terribilis illius tubæ, quæ aliquando cosctura est ad mortuorum resurrectionem: *Surgite mortui, venite ad judicium.* Prima causa, quæ apud eum tenens locum vocis, & Spiritus Dei, eum in desertum sdduxit. *Ductus est a spiritu in desertum.* Æquum est, sibimetipsi dicebat ille, te hominum societate carere, ut aliquando Angelorum societate frui mereatis. Nonne præstat viventem adhuc in rupe contumulari, quam sese periculo objicere prorsus in stagnum sulphuris, quod inter Dei flatus accendit? Nonne præstat in austerissimorum jejuniorum severitate vivere, quam æternam damnatorum famem pati? Nonne æquum est, corpus hoc, quod futurum erat æternorum ignium alimonia, ardentes æstatis, & hyemis glacies pati? Ratio altera pœnitentiæ Sancti hujus erat cognitio perfidiæ, & nequitiæ carnis suæ, quam pernicioſissimum inimicorum suorum vocabat. *Hic hostis noster instatus est in nobis:* germus, ajebat ille, hunc hostem intra nos. Avaritia minus nos quatit; superbia minus inflat; ambitio minus nos palpat, quam caro nostra. Hæc est ratio altera, quæ tanquam altera vox Spiritus Dei adduxit Hieronymum in solitudinem: *Ductus est a Spiritu in desertum.*

Causæ quæ illum coegerunt ut in solitudinem se reciperet.

Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus. Osee 12. Ex Sancti hujus Doctoris exemplo, discamus Deum in solitudine loqui ad cor audientium illum. Ab illo discamus, modum occupationis nostræ hanc esse, nunquam nimis occupari. Ab illo intelligamus moriendum esse omnibus occupationibus vanis, si pares esse volumus negotio æternitatis. Nonne S. Hieronymus hanc nos docet scientiam, horas quietis sumere abstinendo a negotiis temporalibus, ut vacemus æternis? Fingamus Deum in aurem cordium nostrorum insusurrare: Fuge, abscondere, silentium serva: in solitudine, & recessu Hieronymus servus meus scipsum sanctificavit, & cordis sui innocentiam servavit; hoc pacto conscientiæ tuæ vulnera reparabis. In turba, ac tumultu non sum. *Non in commotione Dominus.* In secretis locis loquor ad Sponsam meam: *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus.* Adjiciamus præceptis, quæ nobis reliquit de recessu Sanctus Hieronymus, ea, quæ Ethnicus quidam Philosophus docuit, qui fatetur sibi contigisse, & alias etiam, si bona fide verum fateri voluerint; ut quotiescunque cum hominibus conversatus est, ab eorum cœtu minus homo redierit. *Quoties inter homines fui, minor homo redii.* Vulnera quæ in mundo recipiuntur tanta sunt, ac tam profunda, ut nonnisi omnimoda solitudo cum sensuum omnium mortificatione conjuncta illa curare valeat. Quandiu S. Hieronymus ploravit sub molestis imaginibus illis, quæ ipso invito in ejus mentem obrepserant? Quomodo vero illas extrudit? lacrymis, gemitibus, solitudine. His utere pharmacis, si perfecte vis convalescere.

§. Hieronymus nobis ostendit exemplo suo magna bona quæ profectionem et secessu a sæculo.

3. Reg. 19.

Quid existis in desertum videre? Luc. 17. Hic videbitis illum qui primos ætatis suæ annos in florentissimis mundi Academiis transegit; qui cum honore, & obsequio exceptus fuit in Concilliis, qui cum Summis Pontificibus familiaritate conjunctus erat, qui in profundam solitudinem se recipiens non aliam habebat societatem, quam cum serpentibus, scorpionibus, & feris. Non invenietis quidem hominem mollibus vestitum, sed pœnitentem sacco indutum; pœnitentem, cujus cutis squalida exarsit solis ardoribus ustulata, non secus ac pellis Æthiopum. *Horrebant facie membra deformia, & squalido cutis situm Æthiopica carnis obduxerat.* Esca vero erat adeo modica, ut de illo, tanquam de Sancto Joanne Baptista, dici posset, ipsum neque manducasse, neque bibisse; namque scelus putaret cocti aliquid manducare. Nonne testatus ipse est integras sæpe exegisse hebdomadas, quin aliquid gustaret? *Repugnantem carnem hebdomadaria inedia fatigabam*, itaque

In desertum, & in S. Hieronymi persona videre præclara exemplar veram pœnitentiæ.

Itaque Sanctus hic Doctor minus videbatur homo, quam larva nudis oſſibus cohærens. Facies ejus macie erat confecta, oculi lacrymarum copia intus receſſerant, corpus vix ſtare poterat, tota denique exterior ſpecies nobis prædicat pœnitentiam, ac dicit, nos in deſerto non uſuros eſſe, niſi vel damnationem noſtram, vel noſtrum exemplar. Concede nobis, Domine, gratiam audiendi etiam in penetralibus cordium noſtrorum receſſibus potentem hanc S. Hieronymi vocem exemplis, & verbis clamantem in deſerto; Agite pœnitentiam. Ne permittas, ut tantum hoc exemplum quod nobis proponit Eccleſia, effectu careat, ſed fac, ut ex illo fructum percipiamus per mundi fugam, & eorum omnium quæ mundum ſapiunt.

Quomodo fele geſſerit S. Hieronymus in illis pœnitentiæ tentationibus quibus vexabatur?

Tentatus per omnia abſque peccato. Ad Hebr. 4. Sanctus Hieronymus crudeliter tentatus reſpiciebat cellulam ſuam tanquam teſtem cogitationum ſuarum. Horrebam cellulam meam perinde ac meas cognoviſſet tentationes, & in me ipſum ſuccenſus in atra nemorum latibula concedebam. Si videbam rupem aliquam horrentem, montem præruptum, ſpecum obſcurum, locum hunc eligebam, ut Deo meas preces offerrem, & omnia circum meis gemitibus, & ejulatibus perſonarent. Qui tandem magni hujus certaminis exitus fuit? Numquid Deus ſua impertitur ſolatia ſervis ſuis pro magnitudine dolorum, quos paſſi ſunt? Denique, ait ille, Deus, qui audiebat omnes preces, & lacrymas meas, poſtquam diutius vidit oculos meos inhærentes ſibi, me illuc adducebat, ut repente mihi viderer intereſſe choris Angelorum, & in impetu exuberantis lætitiæ clamarem; curram, Domine, poſt te in odorem unguentorum tuorum.

S. Hieronymus adhortans quo fugeret, Romamne, an Bethlee quid conſilii ceperit?

Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus. Pſalm. 131. S. Hieronymus anceps, utrum Romæ permaneret, an Sacra adiret loca Salvatoris mundi ſanctificata veſtigiis, tandem conſilium init ſeſe in hæc conferendi. Verum eſt, Urbis Romæ ſanctitatem, pretioſas Principum Apoſtolorum exuvias, victorias a tot Martyribus relatas eo in ſolo, quod illorum cruore irrigatum fuerat, illum in hanc civitatem Orbis chriſtiani caput illexiſſe: ſed quomodonam vitam ſolitariam ducere potero, ait, in tanta populorum confluentium turba? Quomodo tranquillitatem ſervare in tumultu urbis illius, ubi Satanas videtur per morum corruptelam regnum ſuum collocare, ut adverſetur Jeſu Chriſto; qui ibi per fides puritatem ſuum regnum conſtituit. Statuit igitur adire Sancta loca, quæ jam Salvatoris Mundi præſentia fuerant decorata. Quam felix eſt qui novit inter ſocietates illam eligere, in quam Deus uberius ſuas gratias, & benedictiones effundit; Quam prudens eſt, qui eo confugit, quo frequentius Dei beneficia depluunt? Pro his, Domine, ſaluberrimos imbres reſervas, quia quærunt adorare veſtigia pedum tuorum. *Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.*

S. Hieronymus in excellenti gratia poſſedit Ideo Dei juxta quæ omnes ſuas actiones compoſuit.

Initium ſapientiæ timor Domini ... Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Pſ. 110. Timor Dei principium eſt Sapientiæ, & qui hanc colunt, habent lumen ſpiritus, ac veram poſſident intelligentiam. S. Hieronymus hac in re excellit. Jugiter ob oculos ejus verſabatur extremum judicium, & clangor terribilis tubæ, quæ mortuos omnes excitura eſt, jugiter in auribus ejus perſonabat. De ſe teſtatur ſemet in ſolitudine concluſiſſe, tanquam in carcere propter inferni metum *Tuli me carcere damnaveram ob gehennæ metum.* Neque mirum eſſe debet. Ad judicium Dei ſuerat evocatus, & ſevere percuſſus, eo quod nimis profanis ſcientiis adhæreret; gerebat adhuc in corpore ſuo cicatrices, quæ tamen illi melius impreſſæ erant in corde. Si peccatores ſerio cogitarent, quanta ſeveritate mundus judicandus ſit: non illi quidem evagarentur in perquirendis ſæculi vanitatibus, niſi infidelitatum ſuarum pondere obruerentur. *Si mente terrerentur homines peccatores, quale judicium imminet mundo: ſenſus humanus non diſpergeretur vanitate ſeculari.* Namque nil melius nos a peccato præſervat, quam metus judicii: Crebro recogitate hominum noviſſima, illa meditamini; quippe illa cum fide viva metuere eſt nuncium mittere inconditis voluptatibus carnis, & mundi, & æternum cum vitiis celebrare divortium. Væ nobis, Sanctus Cyprianus ait, qua nemo ad hæc animum intendit; nemo æternos ignes inquis præparatos conſiderat. Si de his recte nobis eſſet perſuaſum, nz ipſi quidem nihil inuſum, ac intentatum reliqueremus, ut vitæ ſanctimonia, bonisque operibus inauditos hoſce cruciatus evitaremus.

Epiſt. ad Virg. Eccleſium.

S. Ambroſ. ad Virgin. Lapſ.

Dedit illi ſcientiam Sanctorum. Sapient. 10. Sanctorum ſcientia eſt in cognitione Sanctarum Scripturarum, quæ illæ continent quidquid ad ſalutem eſt neceſſarium. S. Hieronymus hac in re fuit incomparabilis. Enituit ſolis inſtar ab ortu, uſque ad occaſum, S. Auguſtinus ait; & magna hæc ſacrarum litterarum cognitio, qua præſtabat, ſibi peperit odium omnium hæreticorum ævi ſui, amorem omnium fidelium, admirationem eruditorum, ſed nunquam vanitatis præbuit indicium. Ille hominum laudes non captabat, eorum contemptum non metuebat. Unum quærebat Jeſum Chriſtum; & quemadmodum ne unum quidem in Scripturis verbum eſt, ſub quo ille non lateat, has interdiu, noctuque meditabatur, ut inveniret eum, ſibique gloriæ vertebat ſi quilibet die quidquam addiſceret de hoc argumento uſque ad extremam ſenectutem. Hac in re illum imitari conemur; evolvamus ſæpe Scripturas, vel potius ſemper præ manibus noſtris ſacros codices habeamus; nunquam deſeramus illos; hæc ratio eſt acquirendi ſcientiam Sanctorum. *Dedit illi ſcientiam Sanctorum.*

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & ſententia aliquorum Sanctorum Patrum, aliorumque Auctorum hujus Argumenti.

Quid S. Hieronymus teſtetur de ſeipſo, de pœnitentia, perſecutione & laboribus ſuis.

QUoties in Eremo conſtitutus, & illa vaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus, horridum Monachis præſtat habitaculum, putabam Romanis me intereſſe deliciis: ſedebam ſolus, quia plenus eram amaritudine. De periculo vitæ ſolitariæ.

Horrebam facco membra deformia, & ſqualida cutis ſenum Æthiopica carnis obduxerat: quotidie gemitus, & ſi quando me repugnantem imminens ſomnus oppreſſiſſet, nuda humo vix oſſa hærentia colliebam. Ibid.

De cibis vero, & potu tacco, cum etiam languentes Monachi ibi aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit. Ibid.

Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere damnaveram, ſcorpionum tantum ſocius, & ferarum, ſæpe chorus interdum puellarum: pallebant ora jejuniis, & mens æſtuabat deſideriis: in frigido corpore, & ante hominem ſuum jam cacus propositum, ſola libidinum incendia bulliebant. Ibid.

Itaque omni auxilio deſtitutus ad Jeſu jacebam pedes, rigabam lacrymis, crines tergebam, repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubjugabam. Ibid.

Mumini me clamantem, & dirum crebro inveniſſe cum noſte, nec prius a pectoris ciſſaſſe verberibus, quam rediret Domini increpante tranquillitas. Ibid.

Ipſum quoque cellulam, quaſi cogitationum mearum conſciam pertimeſcebam, & minimet iratus, & rigidus ſolus deſerta penetrabam. Ibid.

Sitabi concavu vallium, aſpera montium, rupium præruptæ cernebam; ibi mea erat oracionis locus: ibi illud miſerrimæ carnis ergaſtulum tollebam, & (ut mihi teſtis eſt Deus) poſt multas lacrymas, poſt oculos Cælo inhærentes, nonnunquam videbar mihi intereſſe agminibus Angelorum. Ibid.

Mulſici in me garriunt, ſed ſcio ad Regnum Cælorum pervenire per infamiam, & bonam famam. Ibid.

Gratias ago Deo, quod ſum dignus habitus, quem oderit mundus, & pati propter ipſum. In Epiſt. ad Aſellam.

Utinam ob Domini mei nomen infidelium turbu me perſequerentur! Utinam in opprobrium meum ſolidius inſurgeret Mundus, ut tantum morear u Chriſte laudari. Ibid.

Errat, frater, errat, ſi putat Chriſtianum unquam perſecutionem non paſi, tunc maxime oppugnari, ſi te oppugnari non ſentis. In Epiſtola ad Heliodorum.

Quid dixerint SS. Patres de S. Hieronymo.

NOn contemnendum arbitreris Hieronymum, qui Græco, Hebraïce, & Latino eruditus eloquio, in loco Sanctæ, & ſanctis literis uſque ad extremum decrepitam vixit. S. Auguſtinus contra Julianum.

Hieronymus omnes, vel pene omnes, qui ante ipſum de Doctrina Eccleſiaſtica ſcripſerunt, legit. Idem ibidem.

Hieronymus tanquam lampas ab Oriente, in Occidentem inſtar Solis reſplenduit. Idem.

Loci, qui congruere poſſunt Argumento.

DEbet divinarum Scripturarum Doctor fidelis, & bona docere, & mala dedocere, & hoc opere, & ſermone conciliare averſos, ſemiſſos erigere, neſcientibus, quid expetere debeant, intimare. S. Auguſt. de Doctrina Chriſti.

Ab Hæreticis fides ſubvertitur, veritas corrumpitur, charitas ſcinditur, contentionum ſtudium non pro veritate, ſed pro oppoſitu laudis certat, tantaque eſt in his perverſitas, ut veritati cedere neſciunt, ipſamque rectam doctrinam evacuare contendant. Iſidorus lib. 3. de ſummo bono.

Arius in Alexandria una ſcintilla fuit, ſed quia ſtatim non oppreſſus eſt, totum orbem ejus flamma depopulata eſt. S. Hieronymus.

Hæreticus eſt, qui conceptam novi erroris perfidiam pertinaciter defendit. S. Auguſtinus.

Plus nocet falſus Catholicus, quam ſi verus appareret hæreticus. S. Bernardus in Cantica.

Zelum ſuum inflammet Charitas, firmet conſtantia, ſit fervidus, ſit circumſpectus, ſit invictus. Idem in Cantic.

Doctor cum fuerit virtutibus ornatus, tunc eſt quaſi optimum Sal, extra populus de illo conditur videndo eum, & audiendo. Sanctus Chryſoſtomus homil. 10. operis imperfecti.

Sicut Doctores propter bonam converſationem ſunt Sal, quo populus conditur; ita propter verbum doctrinæ ſunt lux, qua ignorantes illuminantur. Idem ibidem.

Doctrina cum omni imperio docetur, quando prius agitur quam dicatur; nam doctrina fabricabit fiduciam, quando conſcientia præpedit linguam, Sanctus Gregorius lib. 6. Moralium.

Doctrina Spiritus non curioſitatem acuit, ſed charitatem accendit. S. Bernardus in Cantica.

Qui congrua doctrina unumquemque arguit, eruditum ſe, & probabilem Doctorem, in conſpectu omnium oſtendit. Gloſſa ordin. in Epiſt. ad Philipp.

Non minus pium eſt docere animum ſitientem, quam præbere eſcam corpori. S. Bernardus in Cantica.

Recta vita, quam doctrina quærenda eſt; vita bona ſine doctrina gratiam habet, doctrina ſine bona vita integritatem non habet. Gloſſa ordin. in Epiſt. ad Philipp.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia penu hoc in argumento valeat deprimi.

Deus fere ex pœnitentiæ exercitatione ipſis Doctoribus Eccleſiæ.

PŒnitentiæ qualitas non repugnat qualitati Doctoris Eccleſiæ. Videtur enim Deus nunquam elegiſſe Sanctos ſuos, ut populum ſuum erudirent, edocerentque, niſi illos ante in pœnitentiæ præſai exercuent. Plures afferri poſſent rationes propter quas divina Providentia ita agere conſueverit, ſed ſatis eſt referre duas: Quarum prima eſt, quod pœnitentia reprimens, & jugulans carnem, ut ita dicam, vivificat eam, & ſpiritum elevat, ut canit Eccleſia: *Jejunium mentem elevat*; eamque reddit aptiorem ad recipiendas veritatum æternarum cognitiones, & lumina ab alto, Ratio altera eſt, quod ſi pœnitentia qualem cupit Deus, conjuncta eſt cum oratione, neque aſcenditur ot ait Sponſa Canticorum ad montem myrrhæ, niſi ut aſcendatur ad collem thuris. *Vado ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Ita Daniel jejunabat, & orabat coram Deo: *Jejunabam, & orabam ante faciem Dei cæli.* Quis autem ignorat in oratione potius, quam in Scholaſticis diſputationibus, & in librorum lectione Sanctos acquirere ſublimem hanc doctrinam, quæ illos ita admirabiles, Eccleſiæque adeo utiles efficit? Duo hæc ſatis ſunt, ut liqueat me jure in deſerto, & in pœnitentiæ exercitio admirabilem hunc Eccleſiæ Doctorem S. Hieronymum conquirere,

In Præfat. tempore Quadrageſimali.

Cantic. 4.

§. Hieronymus exemplo ſuo docuit ſi certum ſit pœnitentiam quæ ſunt aſperæ oppoſitæ in uno eodemque ſubjecto ſe invicem poſſe.

Non minimum gratiæ miraculum eſt doctum hominem efficere pœnitentem; quia doctrina, ut plurimum oppoſita eſt pœnitentiæ. Pœnitentia, Tertullianus ait, generalis eſt hominis humiliatio; & ſcientia, Sanctus Paulus ait, inflat illos, a quibus poſſidetur. Difficile eſt ſubjicere magnas, eruditaſque mentes legibus his ſeveris, & humilitatem ſuadentibus. Cæterum bona, quæ ſcientiam ſequuntur, ſuapte natura virtutem hanc diſſuadent, & eſſe videntur in cauſa propter quam homines ſe illius rigoribus ſubtrahant. Quod Eruditus vir qualis Sanctus Hieronymus, qui in ſuguſto mundi hujus Theatro emicare poterat, & qui Romam evocabatur in aulam, concedat in deſertum illic renidentis lumina ſua tumulaturus; quod ille qui ex eo uſque tempore habebarur tanquam Oraculum Eccleſiæ, ſeſe adeo ſevero condemnet ſilentio, hoc ſemper jure portenti loco erit. Jactent, quantum libitum fuerit Regum pœnitentiam, puta illam Davidis, atque Theodoſii, tamen adhuc mirabilior eſt aliquo in ſenſu Hieronymi pœnitentia. Cur? quia hæc in illis virtus non niſi ſceptri humiliavit, purpuræ, ac diademata in pulverem detraxit; ſed Sancti hujus humilitati pœnitentiis ſecum trahit ſcientias omnes, & maximum totius mundi ſpiritum.

§. Hieronymus aliquo in ſenſu ſuperior eſt aliis Eccleſiæ Doctoribus & rationes aſſignantur.

Cum Eccleſiæ Catholicæ fides innitatur præcipue Canonicis Sacrarum Scripturarum libris qui Dei verbum componunt, certum eſt perquam optime de nobis mentos eſſe illos, qui eos puros, ſinceroſque ſervarunt, & qui operam ſuam collocarunt, ut illos interpretarentur. Ex horum numero delegit quoſdam, quos etiam Doctorum titulo inſignivit, eo quod illos fuſius explicuerunt, probarunt, & adverſus Hæreticos tutati ſunt. Ex Patribus Græcis recenſentur quatuor tanquam Eccleſiæ Græcæ Doctores. Sanctus Athanaſius, Sanctus Baſilius, Sanctus Gregorius Nazianaenus, & Sanctus Joannes Chryſoſtomus. Ex Patribus Latinis a ſæculo quarto uſque ad duodecimum quatuor ſimiliter habemus latinæ Eccleſiæ Doctores. Sanctum Gregorium Papam, Sanctum Ambroſium Mediolanenſem Archiepiſcopum, Sanctum Auguſtinum Epiſcopum Hipponenſem, & Sanctum Hieronymum, de quo verba facimus. Omnes interpretati ſunt Scripturas, & in eas edidere commentarios. Licet inſtituenda non ſit inter Sanctos comparatio, quoad Sanctitatem, neque unus aliis ſit præferendus; ſingulorum enim merita Deus unus cognoſcit; tamen ſi eorum ſpectentur doctrinæ, & merita erga Eccleſiam; dici poteſt aliquo in ſenſu alios præ aliis melius fuiſſe mentos, & certiſſimus, & apertiſſimis indiciis vere poſſum affirmare Sancti Doctoris noſtri labores aliorum laboribus antecellere. Quorum primum eſt; cum enim vixerit diutius, quam alii, magis etiam quam alios laboravit, cum ab ipſa inceperit adoleſcentia. Alii tunc tandem pro Eccleſia laboribus frangi cœperunt, cum baptiſmum recepe-runt, receperunt autem illum annos nati circiter qua-draginta; ſed Sanctus Hieronymus cum ad hanc ætatem pervenerat, jam ediderat commentarios in plu-res Scripturæ libros, cum luſtralibus aquis luſtratus fuiſſet in ipſa pueritia. Labores hujus majorem pepe-rerunt Eccleſiæ utilitatem; quia tres callebant ſermones Hebraicum, Græcum; & Latinum, qua in re proculdubio cæteros Eccleſiæ Doctores ſuperavit. Quod attinet ad illius in Scripturas Commentarios, nemo eſt qui illas melius explanaverit in locis obſcu-rioribus. Quare dici poteſt is doctrinæ palmam aliis præripuiſſe, & majoribus erga Eccleſiam meritis præ-luxiſſe,

§. Hieronymus, ut ſe perfectiſſimum credebat, & reliquos quos ſuo alios ſuſpiciebat inferiores eſt.

Veritas eſt in dubium minime vocanda, & in ſa-cris Litteris maxime connotata, ſemper in via virtu-tis progrediendum eſſe; & qui non progreditur, re-trocedere, & ſubire pene periculum perdendi animam ſuam. Hæc eadem ratio effecit, ut in hac via quæ ſæcularibus invia videtur, & inhoſpita, tot Summi vi-ri ingenti celeritate procederent primis Eccleſiæ tem-poribus, aliiſque ſubſequentibus ſæculis. Verumtamen ſi hæc ventas tot Sanctos impulit, ut arctam Evange-lii viam ſequerentur, vere dicere poſſum, Doctorem incomparabilem Sanctum Hieronymum gigantis inſtar cucurriſſe. Omnes orbis Chriſtiani Provincias luſtravit, ut propius cognoſceret, quibus modis Chriſtiani me-lius ſervirent Deo. Inviſit in quavis regione celeber-rimos viros hac mente. Puriſſimos, & eloquentiſſimos cujuſque nationis Auctores legit. Omnes Sanctos co-dices conſuluit; diligentiſſime minimos etiam apices, puncta, virgulaſque obſervavit, ut latentes Dei ſenſus cognoſceret, eoſque ſecernere poſſet a verbis, quæ humana mens iis inſeruerat. Et ſicut divina Providen-tia illum prælegerat, ut aliquando viam oſtenderet fidelibus; eos erudiret, eiſque dus eſſet in via ſalu-tis, cum illi jam aliunde perſuaſum eſſet primum in praxim redigenda eſſe, quæ moa aliis ſibi arant tra-denda; ea ſinguliſ quos intuebatur, diſcebat varias virtutes, & qualitates; quibus eos clareſcere cognoſce-bat, eaſque ut ita dicam in propris perſona conjun-gens ea, qua poterat, perfectione ad praaim redige-bat. Hinc Sanctus hic celeberrimus evaſit in orbe Chriſtiano. Hinc illum omnes admirati ſunt, & fictus eſt, ut de ipſo mundi Salvatore dicit quidam Propheta, non ſolum dux, & præceptor Gentium, ſed Magiſter & Doctor mundi totius.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aſcetitis, imperiſque Concionatoribus lecti hujus argumenti.

Natiuitas, Cultura, & pue-ritia S. Hie-ronymi.

SAnctus Hieronymus, ornamentum Sacerdotii, inſi-gnis adeo propter pietatem, omnigenam eruditio-nem, & ſcripta doctiſſima; orbis Chriſtiani Oracu-lum, unum ex maximis, nitidiſſimiſque luminibus Ec-cleſiæ, natus erat in Dalmatia. Pater ejus Chriſtianæ fidei zelo erat incenſus; fortunæ bonis ſatis ornatus nihil antiquius habuit, quam efficere, ut filius chri-ſtianis moribus imbueretur. Erat in filio aces ſpiritus, cui ſimilis ea in ætate vulgo non renidet; quapropter parens optimus ſumptui parcendum non eſſe duxit, ut illius ingenium optime excoleret. In patria ſua primia lmguarum rudimentis illum exercuerat, moa Romam miſerat, ut ſub celeberrimo Grammatico Donato litte-ris operam daret, quo præeunte puer non parum in politianim litterarum ſtudiis profecit, Mos ad alios Inſtitutores dimiſſus humanas didicit facultates ſuper-ans omnium expectationem, Guſtus, quem ex Rheto-rum ſtudiis delibarat, ſtatim effecit illum unum ex ora-toribus ſæculi ſui eloquentiſſimis. Omnes admirati ſunt, qua facilitate linguas addiſceret, qu ire brevi contigit, ut inter doctiſſimos illorum temporum viros recenſe-retur. Se ille in elucubratione plurimarum orationum, & declamationum eserecit, quæ, cum palam ab eo recitarentur, totius mundi famam ei compatarunt. Vio-lentus amor, quo ferebatur ad ſtudium, conjunctus cum ſenſibus Religionis, quos hauſerat, fuit tanquam frænum, quo ſuas coercuit cupiditates, quibus vulgo torquetur adoleſcentia, & quæ in noſtro adoleſcente erant acerrimæ. *P. Croiſet.*

Quorum eſſent in adoleſcen-tia Hieron. ymi occupatio-nes.

Sacro Baptiſmate ablutus fuit Hieronymus, cum ad jam maturam ætatem perveniſſet, & ex eo ſalutis ſuæ primordio vitam vere chriſtianam vivere profeſſus eſt. Deſiderium innocentiam ſuam tuendi illum amovit ab iis omnibus, quæ illi pernicem afferre poterant. Ab-ſtinentia, mortificatio, & oratio tutiſſima illa viſa ſunt

adver-

adversus mundi contagionem subsidia. Studii, & pietatis exercitia totum illius tempus absumebant, non satis erat illi legere, & in commentarios suos referre: sese exercebat etiam in exscribendis libris, ex quibus in usus suos Bibliothecam exornavit. Dominico quoque die cum sodalibus majori pietate præditis, Sanctorum invisebat Reliquias in Catacumbis; & sacris cœmeteriis circum urbem. Ecce quomodo Sanctus Doctor de seipso loquatur. Cum Romæ studebam, ait, Dominicis diebus cum sodalibus meis invisebam Apostolorum, martyrumque sepulcra. Ingrediebar in præaltos specus, ubi omnia ita erant obscura, ut videretur Prophetæ hæc propriis oculis spectasse, cum ait *descendant in infernum viventes*: & si per rimas aliquot identidem parum luminis tenebrarum horrorem minuerat, tanta deinceps occurrebat caligo, ut nobismet ambulare videremur in regione mortuorum, unde omnis exulat claritas. Ex quibus Sancti verbis liquet illum tam pietate, quam scientia repletum fuisse. *P. Dunean.*

Super Ezechiel. c. 40.

Psalm. 54.

Animadvertimus jam Sanctum Doctorem nostrum multos fecisse progressus sub insigni Grammatico Donato. Sed cum hujus Ethnici scholæ ea non esset Academia, ubi in virtute progredi posset: rum x discipulis suis id exigebat solum institutor, quod aliquid poterat conferre ad mentem formandam; sed fidei consonum est, ipsum vel parum, vel nihil omnino operis locasse, ut discipuli sui id optimos mores formarentur. Ideo minus mirum est, si Sanctus noster adhuc catechumenus aliquando xberrxverit, & sui juris, arbitriique factus sibi aliquid licentiæ vendicaverit, in quem studentes infirmæ adhuc ætate labi consueverunt, & si malorum exemplorum toxeente, & ingenii sui fervore trahi passus fuerit. Inter hæc ad alios præceptores transmittitur, quorum lectionibus ita profecit, ut illis doctior evaserit. Perfectam linguarum Græcæ, & Latinæ cognitionem adeptus, nullus erat Auctor, quem per se non intelligeret. Violentus amor erga studium cum Religionis sensibus, qui illi xb infantia fuerant inspirati, non parum contulerunt ut profanas litteras defereret, & eorum condiscipulorum societatem, qui illum in quædam vitia pertraxerant, ut Baptismum reciperet. *Auctor recens.*

Varia innocua fuscepta a S. Hieronymo, ut ita ejus vita omnibus doctoribus sancti.

S. Hieronymus, ut se in scientiis, & pietate perficeret, iter instituit. In Galliam se contulit, ubi plures eruditissimos viros cognovit. Treviris potissimum consorratus est. Bonosus illius concivis, qui eum eo nutritus, & educatus fuerat, non recessit xb eo. E Galliis redux Aquilejam venit, ubi aliquas xlo permansit apud Valerium Episcopum, Præsulem sanctissimum, & eruditissimum, cujus oblectatio erat diutius quam posset apud se detinere scitos, & scientiis excultos viros, quotquot cognoscere poterat. Illic amicitiæ fœdus iniit cum Chromatio Presbytero, qui deinde in Valeriani locum successit, cum Jovino, Heliodoro, Rufino, aliisque pluribus scientia, & pietate præstantibus, quorum novissimus evasit in maximum ejus adversarium. Cum Salvatorem secuturus nuncium misisset carni, & sanguini, de patria sua ultorius adeunda non cogitavit amplius, sed iniit consilium in Orientem concedendi, quæ tunc erat pars orbis summis viris abundans. Cum igitur rebus omnibus valc extremum diaisset, iter corripuit cum Evagrio Presbytero, Innocentio, Heliodoro, & famulo, qui omnibus deferviret, & cui cura esset librorum suorum. Lustravit Thraciam, Pontum, Bithiniam, Galatiam, Cappadociam, & Ciliciam, & demum Tharsi, S. Pauli patria, emisedit, ut disceret idioma maternæ linguæ hujus Apostoli. Unde cum Antiochiam Syriæ conecssit, xgnovit Apollinarem insignem virum, cujus hæresis nondum prodierat in lucem.

Cum Sanctus hic Doctor in dies solitudinis xmore flagreret, recessit in desertum Chalcidis cum nptatissimo Heliodoro, Hyla, & Innocentio Presbytero. Suavit-tes, quas gustabat Hieronymus in recessu suo perturbatæ fuerunt obitu duorum sodalium Heliodori, & Hylæ, nec non Innocentii reditu in Italiam. Tentavit autem Deus acerbioribus tentationibus illum. Variis enim morbis affectus fuit, & quod omnium acerbissimum fuit, iis temporum intervallis, quæ ægritudines illi permittebant, impuris tentationibus afflictabatur, & violento, sed involuntario terrenarum rerum desidcno, quas generoso sacrificio relinquerat. *P. Croiset.*

Hebraicæ linguæ studium avertebat Sanctum ab ejus difficultatibus aliquot se invitum spectare incitat cum tentationibus fuit.

Sanctus hic solitarius videns nihil prodesse sibi jejunia, aliasque corporis austeritates, ad tentationes evitandas, recens studium ingressus est, sed magis molestum, quam alia. Fuit autem Hebraici Sermonis studium, in quo sibi delegit Judæum, qui nuper Jesu Christi fidem fuerat ampleaus. Qui in Ciceronis tantum, optimorumque Latinorum Auctorum lectione oblectabatur, vix illi sapere poterant hebraicarum litterarum aspirationes, & xlperæ, ac difficiles pronunciationes. Pluries xb incepto distitit, pluries ad ingressum laboeem redit, & vis, quam sibi efferebat, non parum contulit morbo, qui ad mortis discrimen illum redegit. Hoc tempore in somnis ardere sibi visus est, se ad Dei tribunal accici; ibique insimulari quasi Ciceroni addictior, quam Christo. Hinc intellexit Deo voluntatem esse, ut ipse linguas Orientales addisceret, utpote omnino necessarias ad Sacros Codices intelligendos, cum Divinæ Provitleutix illum elegisset, ut nobis Scripturæ Versionem relinqueret, qus ad hanc usque diem utitur Ecclesia.

Perfectio-res, quas in illum vcio-runt solitario schismatici illi coegerunt ut subsidium relinquaret.

Permansit quatuor xnnos Hieronymus in deserto Chalcidis, non cessans carnem suam macerare assiduis jejuniis, austerissimisque pœnitentiæ exercitiis. Quod autem gravius illi tolerandum fuit in solitudine, fuit persecutio schismaticorum quorumdam solitariorum, qui eum viderent illum modicus Romanæ Ecclesiæ inhærentem, nihil prætermiserunt, ut illum turbarent. Tanta fuit horum hominum impotentia, ut denique desertum illi fuerit deferendum. Jerosolymam igitur concessit, & aliquandiu in finitimis locis de solitudine in solitudinem migrans commoratus est. Sed in Bethlehem potissimum permansit, quæ illi adeo placuit, ut ibi sedem suam collocare statuerit. Sed revertendum fuit Antiochiam, ubi Paulinus Episcopus, quem tanti viri merita, sublimisque virtus non latebant, tandem illi auctor fuit, ut manuum impositionem reciperet, & sacris initiaretur. At Sanctus noster non assensus est nisi cum ea conditione, ne cui Ecclesiæ peculiari xdscriberetur; ne monasticæ vitæ genus, quod fuerat amplexus dimitteret, & sibi esset integrum in solitudine vitam traducere. *Pater Croiset.*

A Paulino Antiocheno fit sacerdos.

Divinx Providentia, quæ S. Hieronymum manuducebat, verumtamen per varias vias, permisit, ut Paulinus Antiochenus Antistes cum Sancto Epiphanio Romam proficiscens secum S. Hieronymum abduceret. Via pervenit ille in Urbem quæ caput est Orbis totius, cum S. Damasus Pontifex maximus, cui explorata, compertaque erant tanti viri meritx, illum apud se retinuit non fine consilio utendi opera ejus, ficubi ab Ecclesiis consuleretur. Ejus perspicacitas, ac mentis acumen, profunda eruditio, insignis scientia in rebus ad Religionem pertinentibus; ejus in Sacrarum Scripturarum cognitione, & omnium linguarum scientia dexteritas jam Romæ magnam viro existimationem comparaverant; sed ubi propius illuxit morum sanctitas, modestia, humilitas, austerum vitæ genus, & pietas, quæ ipso licet invito sese per juges lacrymas prodebat in Aræ Sacrificio; omnes certatim illi suam veneretionem, obsequium, & reverentiam testabantur: Catervatim ad illum videndum, consulendum, ac admirandum homines confluebant. Singuli eum domi suæ cupiebant recipere; & sicuti sublimis e us pietas foriasse nunquam magis eluxit, quam tunc inter Romanas matronas; ex illis perpaucæ erant, quæ in Sancti nostri regimine non confiderent. *P. Croiset.*

Perniciis Dens, ut S. Doctor Romæ pro tat. Magna vri exitimatio.

Cum esset Romæ, sum-mus Pontifex illum Consilium fuum fecit.

S. Hieronymus xpprime exlleus, quam tenera sit directio mulierum, & quanta cura cavendum sit Directori ab illusionibus, ac periculis, quæ hoc officii genus circumstant, legem sibi irrogavit, ne unquam mulieris faciem intueretur, atque sedulo evitaret quamlibet activam visitationem, & omnem nimis frequentem conversationem in iis etiam, quæ ad pietatem pertinent. Auscultabat ille modeste, xc suaviter quidquid sibi proponeretur, & in id genus conversationibus paucis rem capcdiebat, nihilque immiscebat, nisi quod ad salutis negotium, & conscientiæ regimen pertinebat. Religiosus pudor, ac jugis metus, quo semper expavit, ne tentationum ignis recens inflammaretur, prohibere non potuerunt, quominus suscipcret regimen complurium ex pussimis matronis, quarum directionem ipse etiam Summus Pontifex Damasus ei commendavit. Inter nobiles Romæ matronas, quæ passim S. Hieronymum consulebant de conscientiæ negotiis, & majorem retulere fructum ex ejusdem consiliis potissimum emiuerunt S. Marcella, S. ea vidua, Sancta Afella virgo, Albinx matce S. Marcellæ, S. Fabiolx, Marcellina, Felicitas, aliæque nonnullæ, quarum merita, virtutesque probavit Ecclesia. Sed celebernimæ ex filiabus spiritualibus, quarum conscientiæ dirigendæ præerat, fuerunt S. Paula vidua, ejusque Sanctæ filiæ, Eustochium, & Blesilla non vulgaris meriti, atque virturis, in cujus morte Hieronymus consolaturus admirabilem viduam S. Paulam ejus matrem, & sororem Eustochium scripsit præclaram illam Epistolam, quæ est magnificum elogium virturum defunctæ. *P. Croiset.*

Quot contradictiones, & calumnias ipsi finirent Doctor coeperit in directione plurium Romanarum matronarum?

Ut rite cognoscamus, quot quantaque subeat periculx virtus licet probatissima, & quot insidiæ metuendæ sint e mundo, & dæmone, præsertim vero cum agitur de matronarum regimine; mementote quanti hoc Hieronymo steterit. Vir erat venerabilis & doctrinx, & vitæ austeritate, homo crucifixus, & mortuus mundo, homo vita cujus horrens erat, & jugis pœnitentia. Attamen quot persecutiones licet injustæ illi subeundæ fuerunt? quot rumores licet inanes, contra vitam illius cnticcs invida effudit? Quamvis sapientissimis usus fuerit præcautionibus in dirigendis illustribus hisce Romanis mulieribus, quas peperctat Deo, quibus coloribus licet fallacibus nomini ejus labem offundere admiti sunt adversarii? quibus apologiis opus non fuit, ut zelus illius quamvis sanctus probaretur; & intentiones ejus, quamvis rectissimæ ab omni suspicione ostenderentur immunes? Quomodo ille conquestus est, & de hac re sensus suos prodidit? Mirum! Hæc illius verba sunt ex quadam ejusdem epistola deprompta. Antequam Sanc-

ctam Paulam cognoscerem, omnes mihi favebant. Nullum erst elugium, quod non conferretur in me, nulla virtus, quæ mihi deesset, nulla dignitas ad quam jure promoveri non possem, eo usque ut supremo Pontificatu dignus censeretur, *sed postquam illam pro magistra cælestis vitæ colere cœpi; omnes me illico deseruere virtutes.* Quid hinc potest inferri? Vos nostis; cum nihil sit, cui improbius inhæresit censura, quam quod attinet ad frequentia hæc ministrorum Jesu Christi cum Sponsis ejus colloquia; nihil, ubi difficilius sit servo Dei populi suffragium obtinere; quoniam Sancti etiam quamvis probatissimi, cujusmodi erat S. Hieronymus inter cæteros id vix, & ne vix quidem obtinere valuerunt: ita nihil est, ubi magis requiratur officii sedulitas, morum sanctitas, vitæ irreprehensibilitas, & simul quidquid gloriosissimum est, & Spiritui Christianismi magis conforme. *P. Bourdaloue in Panegyrico Sancti Stephani.*

§. Hieronymus post Papæ Damasi obitum statuit cedere invidientium calumniis, & Palæstinam versus iter instituit.

Donec S. Hieronymus Romæ commorstus est, Summus Pontifex S. Damasus jussit illum opera sua in Sacrs Biblia incepta persequi, quæ in lucem prodcuntia tanto plausu excepta fuerunt, ut omnes cum admiratione de Sancto Doctore hoc loquerentur. Sed cum tsnta hac famæ celebritate, paulatim crevit invidia, quam ejus sspientia peperit, & vitæ Ssnctitas accendit. Morum ejus integritsa visa est mutus censura vitiorum, quibus plures manibant Ecclesiastici, qui post Damasi obitum nullis pepercerunt obtrectationibus, & calumniis ega Sanctum nostrum. In improbum sensum illius tegimen torquebstur; modestus oria habitus, vitæ austeritas, & pietas tsnquam fucata hypocrisis traducebatur; Ipsi etiam fides ejusque doctrina impetita fuit. Facile fuisset S. Hieronymo stylo suo, multoque magis innocentia tecto, inimicos confundere, & exsufflare calumniam. Verum cum nihil illi optatius esset solitudine, decrevit cedere invidiæ, & Roma relicta Portum concessit cum fratre Paulinisno juniore in Palæstinam reversurus. *P. Croiset in Asceticis.*

Querimonia Romæ ob S. Hieronymi discessum.

Nullus est dubitandi locus tunc cum visua est msgnus hic vir, ex nobilissima, atque locupletissima Dalmstiæ domo profectus, qui omnem politorum litterarum elegantism possidebst, & qui diuturnis studiis suis evaserat omnium ro Sacris Scripturis doctissimus; tunc, inquam, cum visus est vir iste absolutissimus Roma pedem efferre, & omnes, illustresque gradus deserere, quos genere, doctrina, & probitate sibi comparaverat, ut in Syriæ desertum concederet, & adhuc vivens in Bethlehemitico specu delitesceret: nullus dubito, quin totus orbis terrarum fremeret, & sapientissimus etiam quivis consilium improbaret. Quid ergo? dicere poterint, tot Codices erant evolvendi, tot lustrandæ Provinciæ, omnes mundi Doctores audiendi, tot linguarum geners addiscends, tantum temporis absumendum, ut tandem in desertum secederet, ibique solitarius dies suos tranfigeret? Nullus dubito, quo minus ut populi summorum virorum interitu dolent, atque ingemiscunt ob jacturam illorum, qui ut ita dicam sunt animæ Rerum publicarum, Regnorumque præsidia; ita fidelium plerique afflictarentur ob recessum incomparabilis Hieronymi, cujus doctrina erat Ecclesiæ adeo necessaria, & credo omnes unanimi consensu dixisse iniquissimum justitiæ genus esse velle sub modio tenere lumen, quo universus orbis melius illustraretur. Sed injustæ ersnt omnes hujusmodi querelæ, quam primum nuvotuit, in Sancti bujus recessu accidisse, quod accidit in morte justorum; qui nonnisi insipientium judicio moriuntur; quoniam vivere incipiunt ea Dei sententia, & ita Sanctus Doctor non erat mundo mortuus, nisi ut melius viveret Jesu Christo; & latuerat, ut Ecclesiæ se magis visibilem præberet; & ut verbo me expediam, sequem concupierat, ut melius laboraret. *P. Texier.*

Magna solitudinis, quas in ea invenit.

Sanctus Doctor noster habitans in deserto ibi gsudium, & lætitiam invenit in sufsteritate, & rigoribus pœnitentiæ. Si vultis judicium ferre ex iis, quæ extrinsecus visa sunt, arduum esset mihi persuadere vobis Sanctum hunc Eremitam vixisse voti sui compotem, & alrquo in sensu beatum in solitudine; quam si ingredereminu, nihil inveniretis, quod vobis probare pollet oppositum. Hominem ibi inveniretis non vulgari genere ortum, in rerum abundantia, deliciisque nutritum, qui pro Palatio habitat vastum solitudinem, solis ardoribus exustam, in deserto denique, quod, ut ipse testatur, austerissimus etiam Anschoretis horrorem ciere potest. Ibi illum inveniretis, qui primos annos in florentissimis Terarum Academiis viait, qui cum honore apud celebersimos, sanctissimosque mundi viros, Romæ exceptus fuit; qui familiariter conversatus est cum Sanctis Pontificibus; modo vero solum omnino: *Scripturarum tantum, socium*, ut ipse inquit, & *forarum*. Domus ejus est cava rupes, fsais in præceps ruentibus septa; ejus vestimentum est saccus lacer, qui minime prohibebit, ut videstur caro illius seminuda, adusta, & cariecata. Quod si voluentis cognoscere illius solatis, & officia, ex illius ore audietis ipsum dies noctesque plorare, omniaque ejus negotis esse orare, gemere, & carnem suam macerare. *P. Texier.*

§. Doctor, qui non arridet deserto.

Incomparabilis hic Eremita inter pœnitentiæ exercitia non tamen erat otiosus; undique enim consulebatur tsnquam oraculum Cæleste, ac omnium secretorum Religionis Christianæ Interpres tutissimus. Huc interpellandæ erant sæpissime profundæ contemplationes suæ, ut satisfaceret omnibus Episcopis Orbis Christsni, illum in obortis dubitationibus consulentibus. Non solum totus Oriens, ubi erat, illum tanquam magistrum colebat; sed in Occidente Pammachius, Heliodorus, alrique plures ex Italia ei dsbant epistolas. S. Paulinus, Eauperius, Anglasius, alrique plures ex ultimis Galliarum finibus ad eum scribebant. Alii multi ex Hispania, Germania, & S. Augustinus ex Africs. Sublimis hic Doctor Ecclesiæ in epistola decimaquinta ad Hieronymum data teststur, mssums votorum suorum fuisse, cum illo permanere potuisse, ut se illius discipulum faeeret, ideoque se ad eum opera sus mittere censuræ ipsius subjicienda. Summi Pontificea, si quæ dubis occurrerent in Scripturarum intelligentia, illum per litterss interrogabant, & ad eum omnes quæstiones afferebant, quæ ab ipso tanquam universali omnium fidelium magistro erant enucleanda. En quo pacto admirabilia hic Eremita, cum e solitudine sus pedem efferret, erat Director, & Pater Spirtualis Episcoporum, religiosorum, Principum, Matronarum, Virginum, mulierum & viduarum; vel ut dicam melius, totius orbis Christiani. *P. Texier.*

re occupatione erat, ut fuit, ut ita dicti, mundo respondere de quæstionibus fideiet quemmaslibet universalis.

Fin §. Hieronymi officia erga Peregrines Sancta loca invisentes.

Cum Ssnctus Doctor noster consilium cœpisset in solitudine vitam ducendi, & pro fede sibi facrum Bethlehemiticum spscum delegisset, misit fratrem suum Paulinianum, ut quidquid ex parentum suorum hæreditatibus supereſſet, distraheret, conflatumque inde æs impendit in augendia cellulis monasterii, quod Ssncta Paula ædificari jusserat. Ibi ille sese eaercebat in recipiendis peregrinis Ssncta invisentibus loca, eorum eluebat pedes, omniaque illis Christisnæ pietatis officia præstsbat. Turba aliquando erat adeo frequens apud Sanctum hunc virum, ut sæpe eum non vacaret illi interdiu respondere litteris, quæ ad ipsum ea omnibus mundi partibus afferebantur, quibus de difficillimis quæstionibus consulebatur; noctes integras vigilare deberet, & opera sua, quæ in Scripturam elucubrsbatur, interpellaret, illis daturus responss. Spectaculum erat communi dignum admiratione, videre virum insignem scientia sese prosternentem ad pedes abjectissimorum hominum, qui peregre Jerosolymam aceedebant; quod nequaquam officii causa peragebat bia, vel semel in anno, sed quotidie illorum pedes abluens, eisque serviens, quomodo facere potuisset servus conductitius. Inveniuntur magni viri, pares tot operibus scribendis, & qui productionibus ingenii sui omnium sibi admirationem valeant concilisre, qui velint se ad hoc viræ genus redigere, quod illos tantum decere videtur, quibus non aliud talentum est, neque alra facultea, quam semet abjectissimis mrysteriis subjiciendi? Nullus scio, utrum in omnium sæculorum decursu simlia inveniri vsleat abjectio hujus incomparabilis Hieronymi, qui modo prorsus admirabili vitam activsm cum contemplativa conjunxit. *Pater Duneau.*

Qua in re se occupaverit in tabernaculo suo S. Hieronymus?

Mirum est, hominem in solitudine sepultum, infirmitatibus obrutum, jejuniis, vigiliis, jugibusque austeritatibus pœnitentiæ exercitiis confectum supplere posse molestis occupationibus, quas zelus erga Ecclesiam, charitas erga proximum, & nominis celebritas illi sfferebat. Illius in Sacram Scripturam Commentarii, sacrorum codicum versiones, quas adoptavit Ecclesis, tractatus dogmatici adversus Hæretieos, epistolæ solæ, quarum singulæ integro libro æquivalent, & quæ continent puritsimam, atque defœcatissimam Christianæ Religionis disciplinam, satis superque fusilent ad vitæ liceet diutissimæ tempus absumendum. Nominis ejus celebritas eum in diea singulos augeretur, consulebatur ab omnibus Orbis terrarum provinciis. Ad illum confluebsnt tanquam ad Christianæ religionis Oraculum; omnes ad illum confugiebant, tanqusm ad unicum Ecclesiæ doctorem. Ii etiam, qui genere præstabant, ad eum mittebant filios suos, & qui Telluris Sanctæ itee aggrediebsntur inter prima suæ pietatis officia recensebant, adire Bethlehem incomparabilem Hieronymum visuri. Tot licet Inceſſantibus negotiis distineretur, præcipue Scripturarum studio vaesbat. Nemo melius agnovit meritum, & momentum operum ejus, quibus de Ecclesia bene merebatur, quam S. Augustinus, qui ad illum scripsit quid de ipso sentiret, eumque hortatus est, ut inceptum opus sine intermissione compleret. Noster igirur Sanctus Doctor de Hebraico sermone, in latinum transtulit libros omnes veteris testamenti; ex Chaldæo vero libros Judith, atque Tobiæ. Ante id tempua ad Damasi nutum emendaverat latinum Psalterium antiquæ versionis Italicæ, juxta Septusginta lectionem, a Luciano factæ. Corrigebat etiam novum Testamentum secundum Græci fidem. Denique dedit Ecclesiæ Græcam versionem juata septusgints. Ejus in Scripturaa commentarii non minus admirabiles sunt, quam ejus Versionea, & jure suo dixit Ecclesis in officio diei festi Sancto huic sacri, a Deo hunc spscilsitor electum fuisse, ut Ssnctaa Scripturas interpretsretur. Tacitus præterea cætera incompsrabilis nostri Doctoris opera; declamationes, otationes, altsque infinitas elu-

tas elucubrationes, quarum si meminisse vellem, infinitus essem. *P. Croiset in Asceticis.*

S. Doctor unus omnium sui sæculi hæreticorum impetum sustinet.

Sanctus Hieronymus quin e solitudine pedem efferret, omnium hæreticorum conatus sustinuit, qui eo tempore in Ecclesiam insurgere ausi sunt: & sicut in aura nubis albo fulmina coalescunt, quæ deineeps magno cum fragore detonant, altioraque feriunt montium cacumina; ita in defensio insignis hic vir compositi omnia hæc scripta, quæ fulminum instar contriverunt Jovinianos, Origenistas, Pelagios, Rufinos aliaque fexcenta monstra, quæ omnes exerebant conatus suos, ut erroribus suis mentes omnes inficerent. *P. Texier.*

Quinam erant peculiariter illorum errores eorum quos confutavit?

Ut leviter quædam fingillatim dicamus de iis Ecclesiæ inimicis, quos S. Hieronymus confudit, operæ pretium duco paulo fusius attingere errores & nomina illorum qui inter cæteros enituerunt. Helvidius quidam, olim Auxentii Mediolanensis Archiepiscopi, & Ariani discipulus librum scripsit contra Deiparæ Virginitatem, asserens illam ex quo peperit Mundi Salvatorem, alios peperisse filios ex viro suo Joseph, eos nempe, qui in Evangelio Fratres Domini appellantur. S. Hieronymus hunc referens, rusticum hominem vocat, & vix primis Grammaticæ rudimentis imbutum. Aliquanto post insurrexit quidam nomine Jovinianus, qui plures hæreses docuit, & inter cæteras; nullum esse discrimen meritorum inter virgines, viduas, & nuptas: virginitatem nuptiis non esse præferendam; eos, qui vere baptizati sunt, non posse amplius peccare, quin loquar de Infinitis erroribus aliis, quos Monachus iste Apostata commentus est. Monstrum hoc confutavit Hieronymus duobus libris admirabili eruditione refertis, & hominis errores a Papa Siricio damnati sunt. Hoc tandem vix prostrato prodiit alius ex Hispania nempe Vigilantius Presbyter Barcinonensis, qui Ecclesiasticorum cælibatum damnabat, improbabat cultum Sanctis, eorumque reliquiis adhibitum: Vitam Religiosam inerepibat, & nihil intentatum relinquebat ut Galliam inficeret erroribus suis; quæ ex Sancti nostri Doctoris fide nondum aliquod ex hoc genere monstrorum pepererat. S. Hieronymus in illum scripsit tractatum aculeis refertissimum, in quo illum inter cætera triformem vocat Gerionem. His hæreticis devictis, alius insurrexit, cujus hæresis eo fuit pernicliosior, quod asserebat, Dei gratiam non requiri ad bonum faciendum, & Cælum promerendum, cum hunc effectum satis esset liberum arbitrium cum ipsius naturæ viribus. Hic negabat etiam originale peccatum, ideoque Baptismum inutilem esse censebat. Contra Hæresiarcham hunc tres libros edidit S. Hieronymus. Mox in scenam prodierunt Luciferiani, qui etiam S. Hieronymo styli exercendi occasionem præbuerunt. In hos librum scripsit in Dialogi formam: cumque hi Schismatici nollent in Ecclesia eos recipi, qui semel lapsi fuissent, quamvis errores suos ejurarent; & ex alia parte negarent Baptismum ab Hæreticis collatum, valere: Sanctus Doctor solidis argumentis ostendit illis, peccatorem omnem pœnitentem, & ad Ecclesiæ sinum revertentem expansis ulnis excipiendum esse, idque probavit exemplo, quod nobis Salvator reliquit in Evangelio. Novissima S. Hieronymi certamina fuerunt contra discipulos Origenis, & Joannem Patriarcham Jerosolymitanum partium eorum propugnatorem. Errores eorum damnati fuerunt in Concilio habito Alexandriæ a Patriarcha Theophilo; & Joannis Patriarchæ furor adeo in S. Hieronymum exarsit, ut edicto caverit, ne Paulinianus Sancti Doctoris nostri frater pro Sacerdote haberetur. Dicere tandem possumus Hæreticis nunquam ullum magis infensum extitisse, quam S. Hieronymum: quoniam eo vivente nulla erupit novitas circa fidem, quæ statim ab illo non impugnaretur, & everteretur. Et asserere possumus æquiori jure, quam dictum fuerit de duobus ducibus Romanis, quorum alter habebatur Reipublicæ olypeus, alter vero gladius; Sanctum Hieronymum simul Christianæ Reipublicæ & gladium, & clypeum fuisse: Nunquam enim Ecclesia neque tantum habuit propugnatorem, neque tantum, quem objiceret hæreticis Adversarium; quoniam hi nomen, & umbram dumtaxat reformidabant. *P. Duneau.*

Persecutiones, quas passus est Sanctus noster.

Assidua pœnitentiæ exercitia, quibus Sanctus Doctor in seipsum sæviebat, nequsquam fuerunt pœnæ graviores, quas pertulit in solitudine sua. Multa illi perferenda fuerunt a Schismaticis Monachis, qui prope illius mansionem incolebant; qui videntes illum fideliter inhærere Communioni Ecclesiæ Romanæ, nihil intentatum reliquerunt, ut ei negotium facesserent. Hæc persecutio eo usque processit, ut desertum illud relinquendum esse duxerit & concedendum prope Jerusalem, in cujus finitimis agris aliquantisper commoratus est, de solitudine migrans in solitudinem, cedens furori inimicorum [suorum, vel potius Ecclesiæ. Parum aliquid fuit, hæc persecutio; sed alia longe violentior oborta illi est a Rufino, & potissimum a Joanne Patriarcha Jerosolymitano, qui Origenis errores erant amplexi. Hi duo viri errores suos dissimulare quærebant obducta zeli, & pietatis specie: Sed personam illis abstulit Hieronymus, qui in medium protulit errores Origenis; quamobrem Joannes Patriarcha tanto exarsit furore, ut de Sancto Doctore ultionem, ac pœnas quomodocunque repoſceret. Hunc igitur infestissime persecutus est, tantusque extitit ejus furor, ut illi anathema intentaret, eique præcluderet aditum Sancti Sepulcri; ruhilque reliquit inausum, ut in exilium extruderetur; quod etiam contigisset, nisi adversata fuisset Sancta Paula, cum qua Sanctus noster conveniebat, quod illa auctoritate sua fuerit ipsi patrocinata, & ipsum fraudaverit gloria exilii propter veritatis causam subeundi. Non defuit S. Hieronymo certamen aliud contra Pelagii discipulos: cum enim elucubratus fuisset opus ingens contra hunc Hæresiarcham, quo illius errores convellit, Pelagius conquestus est se violatum vulneribus, quibus hæresim fusm Doctor noster profligavit; ut licet hic auctoris nomini pepercisset, crediderit ille sibi detrahendam esse personam, nullamque mensuram cum Sancto Doctore servandam. Et sicuti Hæreticorum genus cruentum est, statuit inimico quomodocunque necem moliri. Clam igitur irato fœdere cum Joanne Patriarcha, qui fovebat adhuc vetus fermentum odii, quod contra S. Hieronymum exercuerat: Pelagius communicavit fervorem suum manu improborum, qui repente impetum fecerunt in Cœnobia, quæ Sancti Doctoris regimini parebant. Ibi fanda infandaque patrarunt omnia, duas domos vastarunt; plures utriusque sexus personas jugularunt: omnia late igni, ferroque depopulati sunt, & S. Hieronymus nonnisi divinitus ex horribili exde evasit incolumis. *Pater Croiset in Ascetico.*

Persecutiones, quas passus est ab Ecclesiasticis improbis.

Cum incideret sermo earum persecutionum, quas passus est Doctor noster, operæ pretium reor rem alius repetere; quia in ordinem cogi ita possunt contradictiones, quas Romæ passus est per occasionem regiminis nobilium Matronarum. Quemadmodum oblectabatur illis, qui virtuti erant præduli, ita mirume parcebat illis, qui flagitiosam vitam ducebant, præsertim vero cum vitia publica erant, & scandalum afferebant. Hac loquendi licentia sibi conflavit inimicitias, Romæ autem potissimum, ubi Ecclesiastici non utebantur ea modestia, & verecundia, quæ eorum statum decebat. Homines isti, ut mentem suam dissimularent, & ne suam causam agere viderentur, clanculum zdificarunt calumnias, illum nimiæ familiaritatis cum Mulieribus insimulantes, idque sub specie illis explicandi Sanctas Scripturas. His accessit, illum libentius cum formosioribus, & locupletioribus hoc facere consuevisse, tam ut libidini suæ satisfaceret, quam avaritiæ. Sancto viro re adhuc integra visum est nequaquam scriptis se purgare ab injustis criminationibus, sed illas patienter ferre potiusquam permittere, ut sibi negotium faceſſerent. *Gratias ago Deo*, inquit, *quod sum dignus habitus, quem oderit Mundus: & pati propter ipsum.* Et alibi. *Utinam ob Domini mei nomen infidelium turba me persequeretur! Utinam in opprobrium meum fidelius insurgeret hic Mundus: & tantum merear a Christo laudari! P. Duneau.*

Cælestes deliciæ, quas gustabat S. Hieronymus inter asperitates pœnitentiæ.

S. Hieronymus postquam nobis descripsit pœnitentiam, quam ille in suo agebat recessu, Deum testatur, nimam fusm in hoc exteriori martyrio inveniſſe gaudia, & ineffabiles delicias; aquam fontis sui, jejunium, specum, cilicium rot sibi attulisse voluptates, quot in aulis principum, & fallacibus sæculi deliciis non reperiuntur. Se in hac parvuli terreni infemi specie, verum mveniſſe paradisum, atque inter myrrham suarum mortificationum gustasse suavissima divini Sponsi chimiamata. *Ipse mihi testis est Dominus post multas lacrymas, post Cælo inhærentes oculos: nonnunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum.* Post hoc Sancti Doctoris testimonium, mirum non est, quod Patres nonnulli dixerunt aquas pœnitentiæ manare ex fonte amaritudinis referto, videlicet ex corde contrito, sed nihilominus adeo suaves esse, ut simulac conscientiam irrigaverint, eam in parvulum terrestrem Paradisum converterent, ubi fructus vitæ invenitur; quod ipsum innuit Propheta his verbis. *Ponet desertum ejus, quasi Isaiæ 51. delicias, & solitudinem ejus, quasi hortum Domini: gaudium, & lætitia inveniuntur in eo.* Et licet Dei Verbum non esset hac in re adeo explicitum, S. Hieronymi experientia sufficeret, ad persuadendum, nos immerito conqueri de austeritate pœnitentiæ, & ad docendum; nos in receſſibus nostris, in jejuniis, in lacrymis inventuros esse pacem, quam frustra aliba inquirimus. *P. Texier.*

S. Hieronymo fese recepit in Bethlehe imus consilio ductus divinum colloquium.

Concertationes obortæ in Ecclesia propter Origenis errores, impulerunt S. Hieronymum, ut iir suavissimam solitudinem Bethlehem revertteretur, quo Sancta Paula, & Sancta Eustochium jam pervenerant, & ubi Sancta illa Vidua duo zdificavit ingentia Asceteria, alterum quidem pro hominibus, quo se recepit S. Hieronymus; alterum vero in tres communitates distributum pro mulieribus. Sanctus Doctor, cum jam statuisset Monasticam vitam ducere, cepit spirituale regimen domus utriusque, ubi non ita contemplationis delicias gustavit, ut non exerceret hospitalitatem, aliaque Christianæ Charitatis officia; ut innotuit in occasione quadam, quam illi procurasse visa, est Providentia. Hoc autem accidit, cum Gothi invaserunt in Italiam; hi enim postquam omnes late Provincias depopulati fuissent,

sent, totus orbis caput cæde, & cruore compleverunt. Extrema vastitas, ad quam magna Urbs illa redacta fuit, ubi fovebat adhuc plures amicitias, cor illius confodit; & sicuti in universali ea calamitate, unusquisque incolarum existimabat, se magis incolumem futurum, si quam longius aufugeret; maxima multitudo navim conscendit in Palæstinam profectura, ut quam tutissima esset. Sanctus noster, quæ facilius est conjectura, otiatus non est tot inter hostes. Venientibus Cœnobii sui valvas aperuit, non secus ac proximi Xenodochii. Integros absumebat dies excipiendis hospitibus, & ducta occasione ex tanta calamitate illos erudiebat de mobilitate rerum terrenarum, de vanitate divitiarum, simul & corporeis, & spiritualibus necessitatibus ferens opem. Licet ille vitam hanc duceret tot laboribus, cumque occupatam, non cessavit Hieronymus, quo minus ad fideles erudiendos plura lucubraretur opera in vetus novumque Testamentum, aliaque Moralia argumenta; & sicuti ita occupatus erat, ut ne unum quidem vacuum esset illi momentum, quod Sanctarum Litterarum ludus impenderet, insomnis totas noctes impendebat studiis. *Auctor recens.*

Mortis Hieronymi.

Post tot ærumnas, vigilias, curas, laboresque ad Dei gloriam, & Ecclesiæ utilitatem exhaustos, Sanctus noster, ut videtur, fructu laborum suorum perfectus debebat. Dies in jugi pœnitentia transegerat: Ecclesiasticis dignitatibus nuntium miserat, ut mundo ignotus in solitudine delitesceret: exuerat etiam Doctoris qualitatem, ut illam pœnitentis assumeret, cumque minime posset immolare corpus suum sacrificium pro proximo, saltem per exempla, scriptaque sua veram illi ostenderat viam, quæ ducit in cælum: & ecce tempus, quo Deus illum remunerari decreverat. Jamptidem annis, & morbis & austeritatibus confectus languebat; quas nonnisi in morte laxavit. Accedere vidit felix illud momentum, quo fruiturus erat laborum suorum fructu, magna cum tranquillitate, & voluptate, non secus ac Senex Evangelicus, qui fide summa credita sibi talenta in lucro posuerat; cum profunda pace præsentiam Domini sui præstolabatur. Gaudebat jam in anteceſſum prægustatione gloriæ, ad quam jus habet sanctitas sola, & corpore hoc tam asperis mortificationibus ad maciem redacto, cedente tamen infirmitate, sacris refectus mysteriis, plenus dierum, & meritorum, reddidit animam Deo, postquam annos ultra quadraginta traduxisset in solitudine, & austerissimæ pœnitentiæ exercitationibus. *Auctor recens.*

Quomodo ex hujus exemplis proficere debeamus?

Sed quem fructum percipere possumus ex insignis hujus Sancti vita? Exemplis ejusdem proficere, ferio nosmet pœnitentiæ exercitiis addicendo. Duæ potissimum causæ coegerunt illum, ut in desertum aufugeret: Timor Judiciorum Dei, & cognitio imbecillitatis corporis sui, & naturalis proclivitatis, qua ferebatur in malum. Non possumus satis ad vivum nobis exhibere duplicem hanc causam, ut mortificationis exercitia amplectamur. Nonne præstat hic in asperrima jejuniorum severitate vivere, dicebat sibimetipsi magnus hic Sanctus, quam æternam damnatorum famem pati? Nonne æquum est, ut corpus hoc, quod esse deberet ignium æternorum pabulum, hic potius sustineat urentes æstatis ardores, & hyemis gelida frigora? Quot ex vobis dicere debent æquiori titulo hæc Sancti Doctoris verba? Nonne eædem nobis adsunt causæ, & validiores etiam quam illi pœnitentiam amplectendi, ac nosmet devovendi exercitiis mortificationis? Mirum, & quod vix possit intelligi! Amici tremendi judicis expaveſcunt, & contremiſcunt cogitantes se ad ejus tribunal prodituros esse, & nos qui sceleribus obruti sumus, tam secure vivimus, quasi nihil nobis esset perimescendum: & licet infinita patraverimus scelera, fortasse ne unam quidem fudimus lacrymulam? Finem faciamus nostris flagitiis; pœnitentiam amplectamur, jejunemus, oremus, cilicio induamur; nihil unquam facere possumus satis ut mulceamus Dei iracundiam, quæ in capita nostra lapsura est. Nosmet excitemus exemplis incomparabilis S. Hieronymi, si colligere velimus fructus illis promissos, qui non strenue solum decertaverint, verum etiam cum gloria de salutis suæ inimicis egerint triumphum. *Auctor Recens.*

Hieronymus in deserto.

Exhibeamus nobis tandem S. Hieronymum in Palæstinæ Deserto, in præalto specu, quem sibi pro sede delegerat, ob oculos habentem Sacrum Scripturarum librum, facie pallida, & ad maciem redacta, corpore flagellorum ictibus livido, ac mente pavida ad clangorem tubæ in illius auribus personantis, eumque ad judicium Dei provocantis. Auferi hujus pœnitentis spectaculum nonne eundem in vobis terrorem ciet, quo ille correptus fuit? Salutaris hic timor deduxit illum in solitudinem, ubi procul esset ab occasione peccatorum, quæ fortasse in extremo judicii die illi fuissent exprobranda. Sed Desertum, quo ille secesſit, tutum ipsi perfugium fuit contra sæculi nequitias; immo etiam in hoc recessu austeram exercuit pœnitentiam, quæ non solum exemplo fuit pluribus, ilsque non infimoribus Matronis Imperii Romani, quæ gloriæ sibi verterunt esse discipulas, & Sancti Hieronymi imitatrices; verum etiam quæ celeberrima evasit propter insignis Ordinis imitationem, qui in Ecclesia institutus fuit sub auspiciis, & nomine Sancti Hieronymi; qui Ordo efficiens, ut revivisceat summi Doctoris hujus austeritas, eam renovavit, & omnibus futurorum sæculorum fidelibus commendavit.

PRO

PRO PANEGYRICO S. ELISABETH
FILIÆ REGIS HUNGARIÆ, DUCISSÆ TURINGIÆ
& primæ Sanctimonialis Ordinis tertii Sancti Francisci.

M O N I T U M.

Sancta Elisabeth Turingia tot locis est admirabilis, & tot virtutum varietate refulsit, ut difficile sit sub uno duntaxat titulo peculiarem illius characterem complecti. Quamobrem credidi, permisso iis, qui hoc elogium exornandum susceperunt, delectu argumenti, atque propositionis, ex iis quas in medium afferam, vel quas illi inveniunt; relinquendam esse ut illam repleant actionibus, & virtutibus Sanctæ hujus incomparabilis secundum varios status, in quibus vixit, & quorum singuli virtutibus, heroicisque illius operibus connotati sunt. 1. Tempus ejus pueritiæ usque ad nuptias, quo pietas erga Deum, charitas erga pauperes, & praxis virtutum omnium, quæ eam decent ætatem, ac sexum, sumnam illi conciliarunt admirationem. 2. In conjugio cum Landgravio Turingiæ inito, in quo claruit ingentibus ekemosynis, & cura, quam suscepit ægrotantium in Nosocomiis, & omni bonorum operum genere. 3. Post obitum viri sui, atque in viduitate sua; ubi ejus patientia sævissimis tentata fuit persecutionibus, & gravissimis afflictionibus; & denique postquam in ditionem suam restituta fuit, voluntaria abdicatione omnium dignitatum sibi oblatarum, ut amplecteretur statum Religionis in tertio Ordine Sancti Francisci, ubi quidquid in obedientia abjectissimum, quidquid in paupertate molestissimum, & in corpore, sensumque mortificatione asperrimum est, adhibitum fuit, ut illa absolutissimum fieret Sanctitatis exemplum.

P A R A G R A P H U S P R I M U S.

Multiplex Sermonum Synopsis hujus Argumenti.

Certamen forte dedit illi, ut vinceret. Sapient. 10.

I. NEqueo vobis proponere perfectiorem imaginem insignis hujusce Matronæ Principis, cujus memoriam hodierna die colitis, quam utendo verbis illius, quibus Sapiens antiquum Patriarcham Joseph concelebrat: videlicet divinam Providentiam illum traducere voluisse per duos, atque varios status extremæ abjectionis, & altissimæ dignitatis, ut in utraque fortuna fieret constantiæ, & fidelitatis exemplum. *Certamen forte dedit illi, ut vinceret.* Hæc profecto duo sunt magna certamina, justorum virtuti subeunda; duo pericula, quibus consuevit Deus illos objicere, dignitas, & dejectio; copia, & egestas, & ea, quæ vulgo dicitur prospera, & adversa fortuna; namque affirmari potest illum, qui duplici hac tentatione probatus fuit, vere sanctum esse, & magnum. Opus est vi prorsus non vulgari, ne quis peritringi se sinat divitiarum, honorumque nitore; ut stet in lubrico extra labendi periculum, atque suo inhæreat officio, quin abutatur auctoritate, quam sublime genus, & Principis dignitas confert; quod ipsum in eodem Spiritu Sancto ciet admirationem: *Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.* Eccl. 31. Cæterum qui opus est animi magnitudine, quo fortitudinis, constantiæque miraculo, non labefactari, neque dejici, cum de prioris fortunæ gradu aliquis deturbatur, ut sustineat molestissimas vices, quin in querimonias erumpat, & ut Deo gratias agat in persecutionibus, & malorum omnium incursu? Hinc omnes admirati sunt videntes fortitudinem, ac patientiam S. Job: sed intueri Principem mulierem, Regis filiam, Supremi Principis uxorem brevi ab uno ad alterum gradum facere, & in utroque statu constantem immobilemque fidelitatem servare, quin excidat aliquando, fatebimini, hunc verum esse heroicæ virtutis characterem, absolutamque numeris omnibus sanctitatem. Hoc ipsi in incomparabili Turingiæ Domini Elisabeth intuebimur, quæ in utroque statu ita præstitit, ut afferere non verear hinc quidem pauciissimos extitisse, qui in sublimi, prosperaque fortuna usi sunt tot bonis ad majorem Dei gloriam, & majorem adhuc præstenderint fidelitatem, inde vero pauciores, qui in subita rerum omnium immutatione inter tot mala majorem constantiam, & christianam generositatem ostenderint. En duo magna certamina, quæ illi sustinenda fuerunt; & duo pericula, quæ illi adeunda fuere, ut ad altissimum Sanctitatis apicem perveniret: *Certamen forte dedit illi, ut vinceret;* & sicuti duo hæc totam illius vitam partita sunt, hunc etiam sermonem partientur. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c. Tomo Tertio Panegyricorum.*

II. *Omnia detrimentum feci, ut Christum lucrifaciam.* Philipp. 3. Magnum quidem interest discrimen inter hominum judicium, & Sanctorum de Mundi hujus bonis sententiam. Illi gloriam suam in eorum possessione, hi autem in eorum pro Jesu Christo contemptu constituunt. *Non laudis est possidere divitias, sed eas pro Christo contemnere,* S. Hieronymus inquit. Primi illi coram hominibus, hi vero coram Deo nitent. Possessio quidem semper favor est fortunæ, contemptus autem effectus est virtutis eminentis, & pietatis victricis, quæ superat quidquid in mundo est magnificentius, quod eo gloriosius est, quo difficilius servare hanc mentis superioritatem, tot inter occasiones illius amittendæ, quia S. Ambrosius ait, *est in auro usus, & in argento.* Sed si unquam hæc virtus resulsit, hoc accidit in Sancta Elisabeth, quæ ostendit se terræ hujus bona contempsisse; 1. Quia possedit illa, quin iis inhæreret. 2. Quia cum constantia eorum passa est detrimentum; quæ duæ erunt hujus sermonis partes. *Bivat in Sancta hujus Panegyrico.*

Propter quem omnia detrimentum sum, ut lucrifaciam, ut Christum lucrifaciam. Ad Philipp. cap. 3. Honores, quos fortuna tribuit, perituri sunt, & obnoxii mutationibus, sed quos gratia confert, sunt constantes, atque æterni. Hoc persuasum erat S. Elisabeth; quandoquidem genetose præstulit Cæli divitias divitiis sæculi, *propter quem &c.* Respexi, inquit, divitias, magnalia, & mundi hujus dignitates tanquam lutum, ut unius Christi Jesu possessionem adeam. Genus suum illi conferebat non minimum Germaniæ principatum: divitiarum affluentia illius auctoritatem augebat, sed omnia contempsit, & rerum regnare in Mundo, ut regnaret in Cælo. Sanctitas non hæret cuipiam statui fingillatim; itajus omnes illi conveniunt, neminem dedignatur, & recipit omnes. Fatendum est tamen illam non ubique clarescere, & sicuti nitidum diadema non æque in omnibus capitibus ex æquo refulget, ita Sanctitas in regio capite magnificentius renidet, quam in illius, qui terræ filius est. III.

2. Sancta Elisabeth confecravit magnitudinem suam optimo illius usu.

2. Sacrificavit magnitudinem suam ejusdem contemptu, & hoc pacto duo nobis insignia reliquit documenta. 1. Inter opes, ac honores nos posse nosmet sanctificare. 2. Tutius esse hæc relinquere, quam retinere, ubi Deus nobis eadem relinquenda mentem inspirat. *Ex Specimine Panegyricorum.*

Mulierem fortem, quis inveniet? Prov. c. 3. Cum imbecillitas esse videatur mulierum propria, non immerito Salomon fortem Mulierem similem putat thesauro, cujus pretium rarius commendat; & ait traducenda esse maria, & adeundas maxime diffitas terras, ut inveniatur, quæ nomen hoc mereatur. *Mulierem fortem.* Fortitudo autem a Spiritu Sancto non accipitur hoc loco pro bellica virtute, quæ nonnunquam summo in gradu resilit in feminis, quæ ex communi consuetudine sexus sui semet extulerunt; loquitur de fortitudine Christiana, quæ necessaria est ad sibi vim hanc inferendam, quam *Regnum Cælorum patitur*, & qua *violenti rapiunt illud*, Matth. 11. Hæc autem Christiana fortitudo in tribus consistit, in magnis virtutibus exercendis, in gravibus tentationibus subeundis, & in licitis etiam voluptatibus sibi interdicendis. Abjectæ animæ sese usque ad virtutum apicem attollere ne queunt; animæ ignavæ tribulationes, quæ a pietate sejungi minime possunt, nequeunt pati; animæ delicatæ carere non possunt suavitatibus, licitisque voluptatibus, quibus pietatis perfectio abrenuntiari jubet. Verum cum a Dei gratia proficiscatur hæc vis, IV.

atque

atque cum gratia hæc magis magisque in infirmitate perficiatur, dicente Paulo, *virtus in infirmitate perficitur*; mirum non est, si hic thesaurus Mulieris fortis, quam Salomon ævo suo conquirebat, communis factus est in Christiana Religione, in qua tot Virgines conjunxerunt martyrii palmam cum lilio Virginitatis, & duas præcipuas Religionis victorias retulerunt. Profecto gloriosa Sancta Elisabeth, cujus hodierna die celebramus elogium, hac duplici earuit corona. Sed alia certamina, quæ sustinuit pro gloria Jesu Christi, illi nihilominus Mulieris fortis nomen promeruerunt.

2. Cor. 12.

1. Fortis fuit in gravissimis molestiis perferendis.

2. Fortis fuit in commodis, & voluptatibus sibi interdicendis.

V. *Estote imitatores mei, sicut & ego Christi.* Dei Filius
2. Cor. 12. tria præstitit, ut Patrem suum glorificaret. Primum suæ abnegationis magnitudini, quia egressus e sinu Patris sui, *Exivit a Patre*, & in hoc exitu omnem abjecit magnitudinem, & gloriam suam. 2. Venit in Mundum ut cum hominibus versaretur. 3. Factus est hominum mancipium, servi formam induit, ac sese subjecit eo usque, ut hominum novissimo deserviret. *Formam servi accipiens venit ministrare, & non ministrari.* S. Elisabeth in tribus hisce rebus Dei Filium imitata est. Reliquit magnitudinem suam, ac solium, quemadmodum Jesus Christus ultro reliquit thronum gloriæ suæ. Sese recepit in Xenodochium, quod præstulit ædibus suis; sese pauperem fecit, se omnibus expolians rebus, ad exem-
2. Cor. 8. plum Jesu Christi qui *propter nos egenus factus est*; & quæ Domina erat, sese puperum, & miserorum præbuit ancillam. Sancta Elisabeth, quæ noverat quanta occurrant pericula in Aula, illinc recessit, eum ibi regnare posset: non recessit tamen tanquam fugitiva, quæ funestum reformidat discrimen, sed tanquam victrix, atque triumphatrix quæ novas requirit palmas, postquam viam in Aula tanquam Angelus luris, & postquam inter luem, ac famem integritatem suam sartam, tectam custodit; postquam triumphum retulit de omnibus tentationibus, quæ eam lacessere potuerunt, Dei numine afflata de solio descendit, sceptrum reliquit, terrenas opes, omnesque mundi vanitates conculcans, se recepit in sanctam solitudinem, & in Religiosum ordinem: cujus habitum palam induit, & S. Francisci accepit insignia. En victoria, quam Jesu Christi fides refert de mundo: *Hæc est victoria, quæ vincit Mundum fides nostra.* Nec satis, sese clausit in specu; non solum voluit egere fortunæ bonis, sed etiam corporis, & spiritus; sibi interdixit omnes sensuum voluptates; loquebatur, quin rationem haberet personarum, & oculos apertos habebat, ut contemplaretur Cælum, & opera Dei, mens ejus non cogitabat amplius de terrenis rebus; replebatur spiritu Dei, quomam nihil præter Deum habebat in pretio, & dicere poterat cum Isaia Prophera: Domine meditata adoribilem Majestatem tuam, ac divinas perfectiones tuas, concepi, & peperi in corde meo spiritum sanctificationis, & salutis.

VI. *Respexit humilitatem ancillæ suæ.* Ostendi potest. 1. Deum respexisse favorabiliter illam, hanc præveniendo ab infantia sua in benedictionibus dulcedinis. 2. Deum severe illam spectasse, ut ad absolutissimam virtutem promoveret. 3. Deum illam respexisse peramantes; quandoquidem inundus erumnis, ac tribulationibus vitæ, immiscuit gaudia, & ineffabiles consolationes.

VII. Magnitudo considerari potest sub triplici ratione. 1. Ratione Dei. 2. Ratione proximi. 3. Ratione Mundi totius.

1. Ratione Dei; impietas efficit ut viri principes a Deo pendere detrectent.

2. Ratione proximi injustitia illos facit crudeles, ac immites.

3. Ratione suimet; voluptas efficit, ut vitam mollem, ac delicias inquirant.

Hi tres sunt scopuli, quos S. Elisabeth evitavit.

1. Per absolutam Deo obedientiam in magnitudine sua.

2. Per magnificam erga Pauperes Charitatem.

3. Per vitam pœnitentem, & plenam ærumnis, quas eum admirabili patientia perpessa est.

VIII. Nihil facilius est quam Sanctæ Elisabeth de Turingia applicare verba illa ex primo Regum libro: *Dominus mortificat, & vivificat. Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublevat.* Juxta hunc textum ostendi potest:

Primo; Principem hanc mulierem extrinsecus passam fuisse eo usque, ut a propinquis suis de solio perturbaretur. 2. A familiaribus, aulicisque pietas sua in jocum triduceretur. Sed 3. inter hæc dura, & adversa Jesum Christum effudisse in ejus animam delicias eo majores, prout magis patiebatur, ut avidius pati concupisceret. *Dominus mortificat, & vivificat.*

Secundo. Principem hanc mulierem redactam fuisse ad extremam hanc paupertatem; quoniam nullum invenit alijuo in Regno suo perfugium, etsans modo huc, atque illuc, & nullibi certam sedem invenicns. 2. Omnibus fere indiguit, quoniam nihil habebat, unde filios suos aleret & ubi cum illis habitaret præter ruguriun ex arborum folus, ramisque contextam; sed nihilominus Deus illam suis locupletavit gratiis, eam in spem adducens fore ut meteret, quod seminaverat; & fortunæ bona non aliud esse debere, quam objectum generosæ abrenuntiationis, non autem noxiæ cupiditatis. *Dominus pauperem facit, & ditat. Ex Manuscripto Sermone.*

Pro themate desumi possunt verba illa: *Illum oportet* IX.
1. Cor. 15. *regnare.* Hinc in parte prion ostendere possumus, Jesum Christum regnasse in corde S. Elisabeth. *Oportet illum regnare.* 1. Per rectitudinem, quam incorruptibilem reddidit inter Aulæ delicias; ubi virtus confirmata via stare potest. 2. Per finceram humilitatem, quæ effecit, ut contemneret dignitatem suam dum reliqui omnes, præsertim vero aulici beatos illos putant, qui secunda fluuntur fortuna. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* 3. Per eximium paupertatis amorem, propter quem bona sua in situm pauperum effudit, & eorum jacturam æquo tulit animo, quia divina Providentia ita statuerat.

In parte altera possumus ostendere, S. Elisabeth effeciisse, ut Jesus Christus regnaret: *Oportet illum regnare.* 1. In Aula, cum præstulit ab ipsa puerina virtutem, nullis tentationibus, irrisionibus, dictenis, calumniis labefactaram. 2. In corde viri sui, sapientibus monitis, humanitate sua, præclarisque exemplis. *Sermo MS.*

Præclara Sanctæ Elisabeth virtus profecta est ea insigni contemptu mundi, ut possideret Christum Jesum. X.
Omnia detrimentum feci, ut Christum lucrifaciam. Ostendi potest,

1. Ipsam ingentia possedisse bona sine ulla adhæsione; quandoquidem fuit infinite humilis, quandoquidem non intumuit ob eximias corporis dotes, ob mentis acumen, ob egregiam indolem, ob nobile genus. Consecuta est omnia naturæ bona; eaque contempsit. ut unum sibi Jesum Christum lucraretur. 2. Contempsit quoque bona omnia fortunæ, per amplas nuptias post obitum viri sui, honores, & opes illis inhærentes; cor illius nihil amat, nisi Christum Jesum. *Omnia detrimentum feci ut Christum lucrifaciam.*

2. Passa est citra dolorem, immo etiam cum gaudio magna bona sua. 1. Quia de principatus jure dejecta, cogitabat, se per hanc jactutam Cælesti regno potiuram. Amor, & gratia J. C. omnibus est terrarum imperiis anteferenda. 2. Quia ad extremam paupertatem, & rerum omnium inopiam redacta propius imitabatur J. C. qui pro nobis factus egenus, nosmet locupletavezat. 3. Quis sustinent persecutionem, contemptum, calumnias, & pauperum ipsorum contumelias, quos bonis suis aluerat, sibi novum jus ad Cælestе Regnum comparavit; quandoquidem scriptum est: *Beati, qui per-* *Matth. 5.*
secutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum Cælorum. Auctor vetens.

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde peti potest copia ad exornanda hæc Sermonum argumenta; & Auctores qui de ea hac tractant.

Via sole-
pretet.

THeodoricus Turingius ex S. Dominici familia primus est qui in octo libros Sanctæ hujus vitam collegerit, & summa cura virtutes ejus enarraverit, persecutiones, quas sustinuit, & illustriora illius facta retulerit.

Jacobus Montanus vitam S. Elisabeth exornavit, & latius de illius eleemosynis, & Charitatis actibus locutus est.

Wadingus in centenis historiæ suæ locis in singulos annos memorat Sanctæ hujus facta, & virtutes, & ubique cum laude, & admiratione Sanctam celebrat mulierem. Surius ad diem Novembris undevigesimam collegit, & in ordinem coegit, quidquid alii scripserunt, præsertim vero miracula, & heroice facta, & gratias, quibus cælitus fuit cumulata.

P. Apollinaris de Valognes Gallice vitam ejus conscripsit, quibus scitas addidit meditationes, nihilque prætermisit, quod in laudem, & gloriam S. Elisabeth pertineat.

Legi possunt, quæ scribit R.badeneha in Floribus Vitæ Sanctorum.

Compendium a P. Croiset institutum in exercitationibus pils in diem Novembris nonam supra decimam.

Concionatores re-
centes.

Biroat Tomo 3. Panegyricorum.

P. Texier Tomo 2. Panegyricorum.

Auctor Sermonum in omnia argumenta &c. Tomo 3. Panegyricorum.

In Specimine panegyricorum tria sunt compendia Sermonum hujus argumenti.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Applicationes Scripturarum huic argumento.

Domine, prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.

Justus cor suum tradit ad vigilandum diluculo ad Dominum,

minum, qui facit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

In Joppe fuit quidam discipula nomine Tabitha; hæc erat plena operibus bonis, & Eleemosynis, quas faciebat. Actor. 9.

Circumdederunt Petrum omnes viduæ: flentes, & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Ibidem.

Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die malâ liberabit eum Dominus.

Tibi derelictus est pauper; orphano tu eris adjutor.

Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in sæculum sæculi. Psalm. 111.

Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi: esurivi enim, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere; hospes eram, & collegistis me; nudus & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me: quandiu fecistis uni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Matth. 25.

Omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Philipp. 3.

Non habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiam, & gaudium.

Nolite diligere mundum, neque ea, quæ sunt in Mundo.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Cœlorum. Matth. 5.

Vulpes foveas habent, & volucres Cæli nidos, Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. Matth. 8.

Certamen forte dedit illi, ut vinceret.

Inimici hominis domestici ejus.

Mulier gratiosa invenit gloriam. Proverb. 11.

Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur, de panibus enim suis dedit pauperi. Prov. 22.

Exemplo ex veteri, utroque Testamento deprompta hujus Argumenti.

Elisabeth comparata cum Esther Regina.

ESther nunquam oblita est sanctæ illius educationis, quam acceperat a Mardochæo; nam si Assueri Regis aulæ mentem illius non corrupit, si eos humilitatis sensus fovit, quos illi Mardochæus infuderat, licet tanto in honoris apice, quem vulgo mollities subsequitur; si suam horrebat coronam, ac sceptrum, si diea qui nos cum Regius insignibus illi prodeundum erat, eramr illi dies luctus; & si ex quo e paterna domo in Regis ædes translata fuit, nullam gustavit voluptatem, cunnm tam præ lura virtus accepta referenda est, nisi ob institutionem inter graviora Aulæ pericula? Hæc simul & Reginæ Esther, & Sanctæ Elisabeth imago est. Filia in bonum studia, quæ divinitus accepit, illam recentibus gratiæ subsidiis sustinebat tutata sunt contra aulæ superbæ delicias, & quin sua intumesceret dignitate, fuimet miserebatur, audiens se celsitudinis, ac serenitatis nominibus appellari, quæ abhorrebant ab humilitate christiana, cum filii Jesu Christi nonnisi virtute debeant emitescere. Cum enim illi in publicum esset prodeundum propter solemnitates, gemebat sub pondere ejus gloriæ, quæ illam comitabatur, & tanquam Esther dicebat Deo: tu testis es, Domine, ancillam tuam nunquam in elatione sua, sed in uno te gloriatam fuisse.

§ Elisabeth Deo culti, vel imitatæ comparata, Art. 3.

Charitas una cum S. Elisabeth nata fuisse videbatur; amor pauperum & paupertatis ab ipsa utique pueritia illi innata videbatur. Oblectabatur illa more pauperum indui, cum illis consuescere, eas mensæ sociam habere dignabatur, illa minutirabat, eas proprias vestibus induebat, eisque manibus suis aptabat indumenta imitari, vel etiam superans piam illam ex Apostolorum Actibus Dorcadem, quæ pius operibus addicta, & populo dilecta erat, ut precibus, lacrymisque suis illam a morte suscitaret in die extremi Judicii, cum Jesus Christus Pater Pauperum recepturus in æterna tabernacula accedet eos, qui in pauperum persona illum exceperint, atque enutriverint. Quam mercedem referet insignis Elisabeth? Pauperes nonne illam respicient tanquam parentem suam, & nonne circumdabunt illam tanquam illius gaudium, & corona futuri? Nonne vocem attollent suam clamaturi, Domine, benedic laboribus manuum ejus, & modo fructum operum suorum recipiat: *Date illi de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera ejus?* At eundem ne pauperum plausum effugiet excepturi in extremo die, vos qui de eorum substantia fruimini, qui illos degluritis ut induamini; an immo oppositum vobis est metuendum, ut videlicet extrema ea die vos rubore suffundat omnipotens ille Judea, qui simul Pater est viduarum, & orphanorum, quia opprimitis: *Turbabuntur a facie patris orphanorum & judicis viduarum.*

§ Elisabeth mulieri fortis comparata.

Sancta Elisabeth vera fuit mulier fortis, quæ ad unguem expressit curas, & munera illius, quam Spiritus Sanctus proponit tanquam exemplar eorum omnium, quæ in conjugii statu versantur. Dicere enim possumus hyperbolice, quam Spiritus Sanctus mulieris fortis in Scripturis ea ornat, esse imaginem Elisabeth, humilis sine fuco, modestæ, cultæ affectationem, ornatæ prout ejus decet dignitatem, sed sine luxu; quæ virtute sua venerationem sibi conciliabat, & modestia, atque humanitate amorem omnium in se convertebat. Ejus erga omnes comitas, ac in verbis omnibus sapientia, omnes in admirationem rapiebant, & vigilantia erga omnes, qui in Aula sua versabantur, celeritas in stipendiis persolvendis iis, qui ipsi conducti famulabantur, & solertia in providendo omnium necessitatibus non minima erat qualitatum illius. Nullus erat in ejus domo, qui illam tanquam matrem non respiceret; sed potissimum merito illi applicari poterat ea negotiatio quam transigebat mulier fortis, de qua in Scripturis sermo est. *Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus.* Hæc autem in tribus rebus erat posita, in commercio bonorum fortunæ per eleemosyna, *manum suam aperuit inopi*; in commercio officii sui, quod in persona sua præstitit pauperibus: *& palmas suas extendit ad pauperes*; in commercio essentiæ suæ per sacrificium perfectum voluntatis suæ in omnibus Dei dispositionibus de illa, ubi non solum offendit suam erga Deum liberalitatem, verum etiam invictam cordis sui fortitudinem: *Mulierem fortem quis inveniet?* Quibus addendum est non secus ac mulier fortis navabat operam lanæ pensis evolvendis, ut inde vestes texerentur domesticis ejus. *Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus.* Sanctæ Mulieris nostræ labor non in eo situs erat, ut aureas, fericasque vestes, in usus videlicet vanitatis faceret; sed ipsa cum ancillis suis nebat lanam; ex qua deinde panni texebantur, quibus indueremur pauperes, & Regulares ex Sancti Francisci Familia. Negotium ejus erat pauperum indumenta farcire, vel purgare, & dealbare lintea, quorum in templis usus erat. Charitas ejus præfertim in nosocomiis genitebat. Fervor ejus, ut ita dicam ad desperationem adducebat ferventiores aliorum eleemosynas. Nullibi unquam visa est charitas magis heroica, regia, & christiana, quam quæ in Elisabeth renidebat.

Quid dicam de lacrymabili statu cum illam perse- §. Elisabeth comparata cum Jacob, cum ejectus fuit e terra, persequente Absalone.
quente fratre viri sui de solio fuit deturbata? Numquid non subit animos vestros historia David, qui ab ingrato & seditioso filio de regno dejectus, a subditis rebellibus exagitatus, a Semei convictis appetitus traducit torrentem Cedron dolore confectus, neque aliud solatium nactus, quam obedientiam sum divinæ voluntati; quæ permisit, ut in extremam hanc incideret calamitatem. Domine, si meum mihi pedum repetendum est, & ad pristinam optionis conditionem redeundum; si via, Deus, ut sceptrum, ac diadema deferam, ac de solio defendam ad gregem agendum reversurus: ecce me tuæ Providentiæ subjectum; *Quod si dixerit* 2. Reg 15.
non placeo, præsto sum. Sensus eosdem fovens S. Elisabeth fratris viri sui persecutionem sustinet, & ab omnibus derelicta in S. Francisci templum ingreditur. Ibi omnia Regni, mundanæque pompæ abjicit insignia, se obsoletis, & male sartis vestibus induit, & in hoc misero apparatu se beatiorem putat, quam si manu sceptrum, & in capite coronam gestaret; quia magis conformis est paupertati Jesu Christi, quem in posterum unicum sibi Sponsum habere constituit.

Sed ipse Deus, in quo requirit illa solatium suum, Videtur Deus per gravissimas tentationes quasi confovere, illamet olim S. Job defunctæ. Job 19.
illam persequitur, tradens illam tristitiæ, propter quam viram ipsam, ac semet sistidit, non secus ac olim Sanctus Job: *Tædet animam meam vitæ meæ.* Mihi videre videor manum Dei percutientis: Satana tibi per me licet eripere bona Job, domos ejus evertere, corpus ejus morbis, atque ulceribus affligere; sed vero, ne animæ illius vim inferas, dixit Dominus Satanæ, quod uni mihi reservatum est. Donec exterioribus hisce tantum tribulationibus afficeretur Job, æquo illas patientique animo passus est; sed tunc conquestus est, ubi se Dei manu percuti sensit: ait enim: *Manus Domini tetigit me.* Hæc enim manus non pereussit illum in bonis, non in domibus, ac prædiis, non in ejus corpore, sed in anima per amaritudinem, atque tristitiam, in qua Deus illum deserunt, & cum illum amici sui, quin ei solatium afferrent, illi insultarunt, ipse dixit illis: *Quare persequimini me, sicut Deus?* Hæc est imago interiorum perfectionum, quibus tentavit Deus Sanctam Elisabeth, jam perpessam tot tribulationes, at postquam tot adversitatum pondus sustinuerat. Sancta hæc anima in maximam incidit tristitiam, terror judiciorum Dei perturbavit eam, in faluris suæ incertitudine trepidat; videt animam suam tanquam secus oram infernі; sed semet confirmat ingeminans confidentiam suam in Dei Misericordia, eique eum absolutissimo patientiæ exemplari, cui illam comparo, dixit: *Etiamsi occideris me, in te sperabo.* Heu! Domine, le- Job 13.
cet mihi metuenda sit justitia tua, tamen in misericordia tua sperabo semper.

Martyres de eruciatibus suis triumpharunt triplici pacto. In doloribus suis triphcem nacti sunt ad sese confirmandos virtutem. Passi sunt cum patientia, cum voluptate, cum triumpho. Elisabeth facta particeps perfectionum Martyrum, particeps quodammodo facta est spiritus eorum; & partem gratiæ quæ illustrium horum virorum, qui a tyrannis persecutionem passi sunt, constituisse triumphum Sanctæ hujus Mulieris, Suffert §. Elisabeth cum Martyrum comparata.

ipsa

ipſa mala ſua eum patientia; quandoquidem nunquam præ ſe tulit aliquod doloris ſpecimen propter jacturam, quam fecerat. Alia quælibet præter Eliſabeth de miſeſa forte ſua conqueſta fuiſſet, inimicorum ſuorum injuſtitiam inſimulaſſet, & fortaſſe etiam calamitatem ſuam, hoc eſt, tacite ipſam Dei Providentiam increpaſſet? ſed neque cor habet, neque os, niſi ut Deo gratias agat, ut pro inimicis oret, & de illa dicere poſſumus, quod Sanctus Zeno de Job; *Contempſit in perditis facultatibus divitem, diſſimulavit in amiſſis liberis, patrem; in parvis corporis Juſtum.* In jactura bonorum offendit, quanti faceret opes ſuas; in jactura filiorum, non recordatus eſt ſe eorum patrem fuiſſe, & in aliis afflictionibus ſe geſſit, tanquam ſi oblitus fuiſſet ſe eſſe innocentem. Ecce tres qualitates, quas contempſit Eliſabeth, & in ſui met oblivione pauperta-tem, quaſi nunquam fuiſſet locuples; ſuſtinet injurias, quibus tibi ſui afficiuntur, quaſi nunquam extitiſſet mater; ſuſtinet perſecutiones, quaſi non eſſet innocens, & quaſi illa fuiſſet promerita criminibus ſua, meminit ſolum ſe Chriſtianam eſſe, & propterea non patienter ſolum, verum etiam libenter eſſe illi patiendum. *Bivat in Panegyricis Sanctorum.*

Comparatur eâ ſanctâ, quæ Iudæ Sanctus Paulus ſcribit, ad Hebr.

Ubi comparantur circumſtantiæ vitæ Sanctæ Eliſabeth cum vita Heroum legis antiquæ, quos nobis S. Paulus proponit, hoc unum, & idem eſſe videtur, & Apoſtolus hanc prophetice reſpexiſſe Sanctam, quam colimus. Per fidem illi adepti ſunt regna; juſtitiæ munera obtinuerunt, promiſſionis effectus receperunt, crudeliſſimorum fuerunt redimere nolentes præſentem vitam, ut meliorem reciperent in reſurrectione ſua. Omne convicii, & contumeliæ genus ſuſtulerunt; omni cruciatuum genere affecti ſunt; omnibus modis tentati ſunt, ovium, caprarumque pellibus induti, derelicti, afflicti, exagitati. Hi quibus dignus non erat mundus, vitam ſuam traduxerunt errantes in deſertis, in montibus, & recedentes in antra, & ſpeluncas terræ. Objiciamus quibuſcunque his coloribus circumſtantias ex hiſtoria illuſtris Sanctæ Eliſabeth, ac inveniemus in hac comparatione abſolutum Elogium. Etenim nonne per fidem ſupervixit, quia Domini vocatio ad id etiam coegit, & ſuperior fuit tentationibus dignitatis ſuæ per ipſam heroicæ hdei hujus magnitudinem? *Sancti per fidem vicerunt regna*, & cum dignitatem abjecit, nonne retulit cumulatiſſimam victoriam de regno, & mundo? obiit omnia juſtitiæ ſuæ munera in omnibus ſtatibus, in adoleſcentia ſua ſuper ſolum, ex quo ubi deſcendit, non proſpera, non adverſa fortuna illam amovere valuerunt de viis juſtitiæ. & ſtatim experta eſt effectus promiſſionum Domini qui ſemper ſunt protector alius in tempore afflictionis. *Sermo MS.*

Virtus ejus comparari poteſt cum virtute Sanctorum qui in lege veteri præfuere.

Prolixiori in enarratione melius cognoſcitur comparationis æquitas, & ſimilitudo virtutis Sanctorum, qui ſimul comparantur. Numquid S. Eliſabeth ceſſit virtuti illuſtriorum legis antiquæ Sanctorum? Nonne crudeliter vexata fuit a conſanguinea; non ſecus ac Joſeph a fratribus? Non ſecus acilli, experta eſt in aula irriſiones aulicorum, qui in ludibrium vertebant alius ſimplicitatem: *alii ludibria experti ſunt*, ut illi, erratis fuit & vaga, afflicta, ac exagitata a Socru, & Glore ſua, ejecta cum filiis de ſolio, habitans in ſtabulo, de regno ex quo in exilium ejiciebatur profecta in regnum, ubi iterum afficiebatur contumelia. *Circumierunt errantes in melotis, egentes, angustiati, afflicti, quibus non erat dignus mundus.* Quod vero maxime illius gloriam commendat illud eſt, quod ex his contumelis voluptatem percipiebat; quod gaudebat liberate filiorum Dei in ipſa calamitate; quod nullo ſenſu afficeretur malorum, quæ patiebatur; quod exilium ſuum, neceſſitatem, paupertatemque ſuam oculo vere chriſtiano reſpiciebat, & tanquam gradum ad delicias, & opes nunquam defituras, ad Regnum, ad quod nunquam dolores accedunt. Gloa noſtræ Eliſabeth ſe hunc nocere poſſe putabat eam perſequendo; ſed illi procurabat coronas, & puniebat ſeipſam præter mentem judicium Dei exequens, quo privabatur benedictione, quam Eliſabeth illi poterat promereri. *Quibus dignus erat mundus. Ex Sermone MS.*

Hebr. 11.

Applicationes quorundam locorum Scripturæ huic argumento.

Philipp. 3. Contemnit terrena ſolus, ut J. C. poſſideat.

Omnia detrimentum feci, ut Chriſtum lucrifaciam. Non ſecus ac S. Paulus ait, ſtellæ variis habent claritates, quibus ſecernuntur, aliæ ab aliis; ita Sancti varias habent virtutes, quæ illorum peculiarem conſtituunt characterem. Alii per ignem charitatis ſuæ nituerunt, alii per caſtimoniæ candorem; alii per conſtantiam. Non deſunt, qui propius Salvatoris humiliationes imitati ſunt. S. Eliſabeth Turingiæ præluſit jugi imitatione univerſalis terrenarum rerum contemptus, qui in tota Jeſu Chriſti vita refulſit. Ab extrema uſque puericia nihil in illa deprehenſum eſt non cæleſte; hujus mundi bona ſuæ dignitati inhærentia fuerunt objectum contemptus, credidit Chriſtianam hoc nomine indignam eſſe niſi tanquam lutum aſpernetur ea, quæ plurimi fiunt ab amatoribus ſæculi. *Non laudis eſt poſſidere divitias, ſed eas pro Chriſto contemnere*, dicebat illa cum S. Hieronymo. Qui in præſentis temporis tantum cogitatione immoratur, felicitatem ſuam in ingentium bonorum poſſeſſione conſtituunt; gloria autem mea eſt, hæc veluti farcinam reputare, quam qui abjicit felix eſt; abjicit quippe obicem ad ſalutem, qui ſuperandus eſt; quippe fallacia ſunt bona, quibus error mortalium bonorum nomen falſo adjecit, cum revera ſint ſpinæ, & bona non ſunt, niſi quatenus contemnuntur: namque per contemptum eorum Jeſus Chriſtus acquiritur, *Omnia detrimentum feci, ut Chriſtum, &c.*

Finis hujus Sanctæ & eadem magna ac ejus perſona ſuperat. Superat. h.

Non habent amaritudinem converſatio illius, neque tedium convictus illius, ſed lætitiam, & gaudium. Dicendus eſt Jeſus Chriſtus fuiſſe hujus Sanctæ theſaurus, namque ab infantia ſe beatam arbitrabatur, ſi eſſet cum illo, clanculum ſe ſodalibus ſuis furripiens, ut per orationem cum Æterna Sapientia converſaretur. Dicendus eſt Jeſus Chriſtus ſeſe illi communicaſſe; quandoquidem ſumma cum aviditate excipiebat verba Vitæ æternæ, quæ in corde illius perſonabant; & abhorrebat a ſolatiis, quæ ætas, & conditio illi permittere videbantur. Cum ſeſe ad pedes tuos proſternebat. Domine, quo ſenſu tuas tibi gratiarum actiones offerebat! Quis erat fervor orationis ſuæ? Nonne tempus nimis illi breve videbatur in adeo ſuavi, & ſalutari conſuetudine? *Non enim habet amaritudinem converſatio illius... ſed lætitiam, & gaudium.* Nos vero tædet antequam accedamus ad te; nunquam enim cum Propheta guſtavimus, quam jucunda, & ſuavis ſint eloquia tua. *Quam dulcia fauibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo!* Quoniam cor noſtrum non reſpicit re tanquam finem maximum bonum, & tanquam theſaurum ſuum. Magnum videmur ſubire ſupplicium, cum te orare debemus, ſed adoleſcentulæ Eliſabeth ſumma videbatur voluptas. *Non enim habet amaritudinem, ſed lætitiam, & gaudium.*

Eius miſeratio erga pauperes.

Ab infantia crevit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum. Job 31. Trea annos nata, quaſi jam rationis, & gratiæ uſum eſſet adepta, validis adeo ſtudiis ferebatur erga pauperes, ut unica ratio illam plorantem mulcendi eſſet dare illi aliquid, quod pauperibus in eleemoſynam erogaret. Cum ætate creviſſet, miſerationem cum illa creviſſe cognitum fuit, *Mecum crevit miſeratio*, vel uti alia habetur verſione *Nutrivit me miſeratio*, ipſa miſeratione alebatur. Clanculum adibat in regiis parentis ſui ædes, ac inde, quin Aulici id percipierent, exportabat quidquid illi ad pauperum inopiam ſubievandam aptus videbatur. Voluit etiam die quadam inſigni miraculo ollendere Deus, quam ſibi eſſent jucunda furta Virginis noſtræ omni crimine vacua. Cum enim illam fugientem inſequeretur famulus, & clamaret illam furripuiſſe quidquid in Regis epulas ipſe paraverat, & Rex eodem temporis articulo accedens illam per lacertum apprehendiſſet, eique dixiſſet: jam te deprehendi, quid eſt, quod abſtuliſti? profecto Spiritus charitatis afflata quo ad hæc parranda agebatur, audacter reſpondit, ſe abſtuliſſe roſas, ex quibus ferta necteret: & re ipſa Rex nihil vidit aliud, quam roſas odorem prorſus cæleſtem affiantes.

Superabundo gaudio in omnibus tribulationibus meis. 2. Cor. 7. S. Paulus per hæc verba innuit, ſe ita ſuperabundaviſſe gaudio in corde ſuo, cum tribulationibus quateretur, ut omnia mala ſua hac lætitia ſuperfunderentur; vel lætitia hac ita omnes affectiones ſuas ſuperari, ut percepta lætitia major eſſet ipſo dolore. Mala hæc vinceret, qui patienter illa ſuſtineret; ſed dupliciter illa ſuperarer, qui in gaudii materiam converteret. *Superabundo gaudio.* Quod Apoſtolus dixit in vinculis, experta eſt Eliſabeth in perſecutionibus ipſa exilii ſui nocte ingreſſa in Templum Fratrum S. Franciſci, cum e lectulis conſurgerent matutinas horas recitaturi, namque illis teſtata gaudium, quod ex ſua calamitate perceperat, illos obtellata eſt, ut canerent *Te Deum*, ad tanti muneris, & beneficii Deo gratias perſolvendas. Quam eſt inſolens hujus Cantici uſus! *Te Deum* pro Regibus canitur, ubi grave aliquod retudere beneficium, vel cum inſignem victoriam aliquam reportarunt. Heu! Illud pro ſe concim juber Sancta Eliſabeth propter jacturam, quam ſubiit ditionis ſuæ, & propter perſecutiones, quas ſuſtinet? Ita illa rerum nomina immutat, ita omnes vincit dignitates, ut poſtquam hæc mala patienter, & cum voluptate ſuſtinuit, illa etiam cum triumpho ſuſtineat.

Nolite diligere mundum, neque ea, quæ ſunt in mundo. 1. Joann. 2. Hæ veritates Aulici, qui non voluptatibus ſolum, ſed etiam exquiſitiſſimis cupiditatibus abditi eſtis, qui per intervalla alias aliis ſubrogatis, ita ut *ducatis in bonis dies veſtros*; Hæ veritates inquam, ad vos uſque non perveniunt, cum mundi, & eorum, quæ in mundo ſunt præſtigia vos fallant, & fruſtra dicitur vobis, hæc non aliud eſſe quam vanitatem, corruptionem, concupiſcentiam, & vitæ ſuperbiam. Veritates vobis ſunt tanquam tabulæ pictæ, quas cor veſtrum in terras incurvum probare non poteſt. Si ad breve momentum oculis veſtris ſubjicerentur, ſtatim evaneſcerent, & corda veſtra proprio pondere in tenebras relsberentur: ſed Sancta vidua, cujus laudes concelebro, & cujus virtutes admiraminl, his tanquam ſolido pane nutrit animam ſuam, illum digerens, inquo ſuam ſubſtantiam con-

convertens; & ſemet jugiter cohortans adverſus ſenſuum. & objectorum, quæ illos afficiuot, præſtigia:

Jacob. 14. *Noli diligere mundum, neque ea, quæ ſunt in mundo. Præterit enim figura hujus mundi: Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Mundus igitur non eſt niſi objectum felicitatis dormientis, qui, quin re ipſa beatus eſſet, cogitavit ſe talem eſſe, & excuſſo ſomno nihil invenit in manibus ſuis. Opus eſt ergo mundum odiſſe, & omnia quæ in mundo ſunt. *Nolite diligere mundum: neque ea quæ ſunt in mundo.*

Amor paupertatis. *Beati pauperes ſpiritu.* Matth. 5. Paupertatis amor onum eſt ex Religionis Chriſtianæ fundamentis: tibi avarus eſſe debes, plurima negans tibi, ut aliis multa largiri valeas; ſapientem hanc exercere œconomiam docet nos Evangelium, donec veniat Dominus negotiationis noſtræ rationem repeſciturus. *Negotiamini dum venio.* Quiſnam melius, quam S. Eliſabeth didicit, quot, quantaque inſint pericula in divitiis, & quam difficile ſit obſiſtere, ne illis cor humanum adhæreſcat? Meminerat illas a Jeſu Chriſto ſpinia comparatas fuiſſe. Mente ſua recolebat Evangelicum adoleſcentem nequaquam ſecutum fuiſſe Dominum vocantem, eo quod cor illius bonis terræ quodam veluti glutine adhæreret. Hæ veritates altius in corde Eliſabeth impreſſæ, ſuadebant illi, ut ſe inter arctiſſimos neceſſitatis fines contineret; & non confideret in his fortunæ bonis; quoniam in uno Deo confidendum eſt, qui verum bonum eſt, & cum paſſim intumeſcant, qui poſſident opes, illa earum offerre debebat ſacrificium, eaſdem in pauperum manibus deponens. Eleemoſynæ uberes erant, & illius facultati pares; & paupertatis amor illi ſuadebat amorem pauperum, licet magnum intereſſe putabat diſcrimen inter divites, quorum pars erat terræ bona, & inter pauperes quibus non alia præter virtutem inerant bona: hoc enim religionis intuitu conſiderabat pauperes tanquam illos, qui unice locupletes ſunt Evangelicorum bonorum, & diligunt paupertatem: *Beati pauperes ſpiritu*, divites autem reſpiciebat tanquam vere pauperes, quorum corda divitiis ſuis inhærebant.

Luc. 19.

Miſerſtatus illius ex regia domo ejectæ & longa habenta, ubi quiesceret.

Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos; filius hominis non habet, ubi caput reclinet. Matth. 8. Sancta Eliſabeth ſemet conſiderabit tanquam in ſtatu violento in elatione ſua; eupiebat ſeipſam juxta Domini exemplum videre inter ſuos redactam, quemadmodum inter alienos ignotam, & conviciis exceptam, ſicuti Jeſus Chriſtus fuit ignotus in loco, cujus ſupremus erat Dominus, & in populo, qui ipſum præſtolabatur. *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Complevit autem Deus vox ejus; cum viri ſui matre, atque ſorore illam perſequentibus primum quidem vitam in aula tanquam alienam, mox vero ejecta, atque proſcripta, & ad id redacta, ut non haberet perfugium, ubi caput reclinaret, omnibus careret terræ bonis, *cum vulpes foveas habeant, & volucres cæli nidos.* Quæ comparatio cum Salvatore ab eadem inſtituta tunc temporis maximo fuit illi ſolatio. Quoties ſibimet ipſi dicebat, ut hoc dejectionis ſtatu ſe ſe confirmaret; diſcipulus non eſt major domino ſuo. In honorem hominis cedit, ſi eodem excipiatur pacto, quo Dominus ejus. Nonne aliqus inventri debent conformitatis veſtigia inter divinum hoc autographum, & Chriſtifidelem, qui ſe illius exhibere debet tanquam vivum exemplar? Principes ergo ſuperbis ædibus incolant, vulpes foveas ſuas habeant; ipſa non abnuo deeſſe mihi, ubi caput reclinem, cum neque filius hominis habeat. *Filius hominis non habet &c.*

Joann. 1.

Turingiæ Princeps ſanctificata uxore conjugio ſuæ.

Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem. 1. Cor. 14. Quænam artes prætermiſit fuerunt, ut apud Ducem Eliſabeth virum, hunc conſtaretur odium? Virtus hujus piiſſimæ uxoris, quæ gravis erat omnibus, qui ſæculi pompas, & voluptates, quæ in aula dominantur, deperire conſueverant; graviſſimos eacibat aulicorum querimonias, quaſi vellet illa aulam formare ad perfectiſſimi Aſcetorii normam; quod veriti, Principis animum ab amore Conjugis ſtudebant amovere, dicentes virtutem multiformem eſſe pro varietate conditionum, neque in florentem aulam invehendam eſſe Clauſtrorum diſciplinam; idem eſſe ac Aulæ nitorem, ac lucem auferre, inde auferre, quod ipſius magnificentiam imminuit; aliam eſſe humilitatem paſſim fidelibus propriam, aliam Principibus congruam; etiamſi Evangelium angulari lapidi innixum nunquam mutari poſſit; nihilominus ſatis eſſe illius inſtituta corde fovere, & oportere, ut viri Principes dignitatem ſuam ſuſtinerent magnificentia; alioquin populi, qui de iis judicant, quæ oculis nitent, contempturos & Principem, & Principis dignitatem; ſi ille, ejuſmodi aulici non eo cultu ornati prodirent, qui eos maxime deceret. Sed conſtans Eliſabeth virtus omnibus hiſce ſpecioſis rationibus prævaluit, Princeps uniformem conjugis ſuæ pietatem admiratur; abſolutum illi in animum ſuum permittit imperium, illius paret conſiliis; concedit, ut quam velit, modeſtiæ rationem ſequatur, & edicit, eos, qui uxoris ſuæ imitari fuerint exempla, ſemper ſibi futuros in pretio, ut ipſe, & omnes ſanctiſſimæ conjugis ſanctificarentur exemplo. Adeo verum eſt, virtutem ubi ſincera, & conſtans eſt, omnes obices perfringere, & Regum corda quocunque illi placuerit, convertere.

Abſit mihi gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ad Galat. 6. Nonniſi virtus heroica ſibi jure ſemonem hunc vindicare poteſt: & nonniſi poſt plurima eaque graviſſima experimenta nemo ſibi met ipſi perſuadere poteſt, ſe non gloriari niſi in Cruce Domini. Non deſunt, ut ita dicam, futiles oſtentationes, ubi de pietate ſermo eſt: Tyrones præclara nonnunquam virtutis edunt ſpecimina, ut olim Ephraimitæ, qui dum fictitias miſcerent pugnas, magnos ſibi plauſus promerebantur; & qui deſponderunt animum, ubi in aciem fuit deſcendendum: *Filii Ephrem intendentes, & mittentes arcum converſi ſunt in die belli.* Satis eſt, ſi nos pudeat infirmitatum noſtrarum; ſi fortis ineamus conſilia ex flagitiis noſtris emergendi, ac nobiſmet vim inferendi. Sancta, quam colimus, cedit neceſſitati ſemet ornandi, ut Principatus ſui dignitatem retineat. Species ejus, qua nitebat, commendatur luce gemmarum, & totius mundi muliebris ornatu, qui ipſius conditionem decere cenſetur. Hoc in ſtatu ſacras ædes ingreditur, & oculos convertit in Jeſu Chriſti crucifixi imaginem. Sed inæqualitas ſtatus, in quo ſe ipſam intuita eſt, & Jeſum Chriſtum, cujus caput erat ſpinis coronatum, manus cruentæ, corpus flagellis cæſum; Hæc inquam ſtatus inæqualitas illam percellit; illam conſcientiæ ſtimulus urget, rubore ſuffunditur; ſeſe humiliat, mundi apparatum abjicit, & Jeſu Chriſto pollicetur, ſe nunquam niſi in ejus cruce, ac paſſionibus gloriaturam; ſibique impoſterum gaudio, & voluptati verſuram, ſi geſtaret in corpore ſuo, non quidem Satanæ inſignia, ſed divinorum vulnerum notas. *Abſit mihi gloriari &c.*

Semet humiliat.

Pſalm. 77.

Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum. Matth. 5. Oraculum hoc æque ſpectat ad humiles, qui de ſe humiliter ſentiunt, & ſemper in ſuo ſe nihilo continent, & ad illos, qui voluntariæ paupertatis ſtatum ingreſſi ſunt; ſeu quod Deo ita diſponente nati ſunt in ea conditione, ubi bonis omnibus egeni ultro acceparunt pauperatem, ex qua emergere minime poterant, ſeu quod inter vitæ hujus opes, & commoda in luce editi ultro inierunt conſilium; ut nudi nudum ſequerentur Jeſum Chriſtum; Fatendum eſt, inter eos, quibus paupertas jucunda fuit, Regum, Principumque merita eminere, præſertim, cum de divitiarum, & ditionis poſſeſſione dejecti incidunt in paupertatem rerum omnium, quarum voluntarium Deo offerunt ſacrificium. Hic ſitus erat Eliſabeth noſtræ. Omnibus bonis affluens, quæ ejus dignitatem decebant, repente ſe intuita eſt ad extremam neceſſitatem redactam. De ſolio nequaquam pee gradus deſcendit: paupertas non occurrit illi ſenſim, & ſine ſenſu; non lento gradu illam ſibi obviam ire conſpexit, ut aſſolet; ſed de throno deſiliit in ſtabulum, de regiis ædibus in tugurium arborum ramis, frondibuſque contextum, a Principis mulieris pompa, ad mulierculæ ſtatum mendicato pane viventis, & via ac ne vix quidem invenientis aſylum, qui ne calamitoſiſſimis quidem negari conſuevit. Generoſo corde tantum ſuſtinere infortunium; nonne ſumma virtus eſt, quæ caliginem oſſundit merito eorum, qui in paupertate nati, ac innutriti, ſuſm diligunt conditionem, & eorum, qui ultro omnia bona ſua reliquerunt? Hæc vidua Princeps nonne jure in eorum albo recenſenda eſt, quos Scriptura Beatos pauperes nuncupat? *Beati &c.*

Extrema rerum omnium egeſtas ad quam redacta fuit.

Filii Sanctorum ſumus. Tob. 2. Sancta hæc genus duxerat ex ſpectatiſſima familia; ſed illi non amplior dignitas accidit, quam quod cum Tobia dicere poterat: *Filii Sanctorum ſumus.* Avum enim habuit ſtrenuum ducem, qui in Terram ſanctam valido cum exercitu profectus eſt, in cujus gratiam Deus omnes exhauſit aquas Nili, ut viam admirabilem illius copiis aperiret. Virum habuit Principem ſanctitatis palma inſignitum, qui vitæ ſuæ innocentiam ea morte coronavit, quæ martyrii nomen illi poterat promereri; obiit enim, ut Jeſu Chriſti cauſam contra Infideles tueretur & filios genuit, qui Religionem, & mundum ſanctificarunt virtutibus ſuis, quas excoluerunt; ita ut cum Deipara dicere poſſet: *In hæreditate Sanctorum corum ipſe miniſtravi.* Deo meo famulata ſum in Sanctorum familia. Ab infantia in omni vitæ ſuæ ratione vivam præ ſe tulit fidem, ardentem charitatem, ſanctum ſui ipſius odium: ſæpe a ſodalibus ſuis ſecedebat, ut in oratione effunderet animam ſuam; interpellabat ſomnum ſuum, ut mortificationibus, & meditationibus vacaret, quæ ætatem illius ſuperabant; & dicere poſſumus, Deum illam deduxiſſe in vias ſuas, eamque non ſecus ac Moyſem, tanquam oculi ſui pupillam cuſtodiſſe.

Eccli. 24.

PARAGRAPHUS IV.

Laus, & Sententia Sanctorum Patrum, qua ekemoſynis, ac tribulationibus Sancta Eliſabeth congruunt.

Omnis philoſophia magiſtra nobis eſt paupertas; non ita laudamus Joſeph cum juvenculam diſtribuebat, ſicut cum carcerem habitabat. Sanctus Auguſtinus in Pſalmum 76.

Semper dives eſt Chriſtiana paupertas, nec patet in iſto mundo ingentia laborare, cui donatum eſt in omnium rerum

verum Dominum omnia poſſidere. Sanctus Leo ſerm. 4. de Quadrageſima.

Fideli homini totus mundus divitiarum eſt; totus plane; quin tam adverſa, quam proſpera illius æque omnia ſervient ei, & cooperantur in bonum. Sanctus Bernardus ſerm. 21. in Cantic.

Pauper innumerabiles divitias poſſidens eſt pauper Evangelicus, qui cum Deum ipſum bonorum omnium fontem geſtet in corde, bonis indigere non poteſt. Beda lib. 2. in Proverb. cap. 13.

Si ergo hic nullo eget, & nullas divitias habet, diver eſt; revera dives, qui paupertatem ſpiritus habens, veras anima ſuas ad ſe tranſtulit poſſiendas. Idem ibidem.

Non habet horrea, ubi grana reponat; ſed talem abundantiam ut habere mundum univerſum nihil exiſtimet. Sanctus Laurentius Juſtinianus in tractatu de paupertate, cap. 4.

Parva dimiſimus, & grandia poſſidemus: contemptibilem famam promiſſa Chriſti reſtituunt. Sanctus Hieronymus ad Pammachium.

O quanta beatitudo! pro parvis magna recipere; æterna pro brevibus: pro morituris ſemper viventia, & habere Dominum debitorem. Idem epiſt. 13.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia deprompſi valeat in hoc argumento.

Deus æque poteſtatem eſt illi ſubleuare adverſa, ac tam in proſperis quam in adverſis.

NON utilis minus, quam jucunda quæſtio proponitur; in qua non ſolum Profani Oratores, verum etiam plurimi Sancti Patres ſuam oſtentarunt eloquentiam, virum fortitudo, & virtus majus afferat ſubſidium, vel ut noſmet contineamus intra æquos mediocritatis terminos, in proſpera florentique fortuna, vel ut in adverſa ſuſtineamus ea, quibus premimur, mala; & quamvis paſſim in hac majori cum luce virtutem emineſcere putent; quæſtio tamen viget adhuc, & eorum ſententia, qui pro priori parte pugnant, non caret validis rationibus, quis dubio procul hoc in ſtatu magna opus eſt moderatione, ne quis intumeſcat, ut aureum ſervet mediocritatem, ut cupiditatum exultantes impetus cohibeat, ut denique verecundiam ſervet, & non abutatur potentia ſua, & ne officii ſui cancellos exceedat. Quapropter lubentiſſime S. Auguſtini ſententiæ ſubſcribo dicentis; ut quis in Sanctum evadat inter adverſa, & calamitates, una tantum virtute opus eſſe, videlicet patientia; ut autem Chriſtiano viro dignam ducat vitam in proſpera florentique fortuna, omnibus opus eſſe virtutibus, quia multa præcavenda ſunt, multa metuenda, multa præſtanda, multi denique obices ſuperandi.

In hac autem ſententiarum varietate, utram partem ſequamini; non valde laboro; quippe quamlibet ſecuturi ſitis, veſtris rationibus utar, ut incomparabilis S. Eliſabeth gloriam extollam.

Qui in mundo eiſdem bonis præſtare, difficilius ſalutem ſuam operantur quam alii faciunt.

Præter omnes difficultates omnibus hominibus communes, ut Sancti fiant, nobilibus locupletibuſque viris alii imminent obices prorſus peculiares, quæ eorum conditioni videntur inhærere. Alius quippe ſuperandæ ſunt propriæ cupiditates, vitia ſui, & ſtudia naturæ corruptæ, quibus in deterius trahuntur; ſed viris Principibus pugnandum eſt contra Mundum, qui multo majorem habet ad eos fallendos illecebras, quam pro reliquis paſſim. Illis enim parum pietatis ineſt, Religionis ſenſus modicus, quippe qui ſpiritum habent diſſipatum objectis iis, quæ eorum ſenſus occupant; cum immo opus eſſet, ut pœ cæteris ſuæ ſalutis ſe colligerent. Superbi ſunt, propria dignitate, vel opulentia tumidi, & nihilo ſecius opus eſt, ut ſeſe ſubmittant, ut ſalvi fiant. Terræ bonis & opibus inhærent, quibus indigent, ut ſortunæ ſuæ mitorem meantur; & cor eorum neceſſe eſt, ut omnino ſit ab illis avulſum: Voluptatibus addicti ſunt, & præ reliquis indigent chriſtiana mortificatione. Adverſus omnes hos obices, & contra ſingulos hoſce immanes pugna S. Eliſabeth fuit ſuſtinenda.

Adverſa & perſecutiones quæ illi ſtimemus aut veluti lapis, quo virtus probatur.

Probatiſſima in Scripturis veritas eſt, ærumnas, & perſecutiones eſſe tanquam Lydium lapidem virtutis, quæ nullo ſane habenda eſt in pretio antequam hoc ſubierit periculum, ita ut cum vulgo dicamus in noſtris calamitatibus, & adverſis periculum fieri fidelitatis amicorum noſtrorum, ex oppoſito arcidat, ut per fidelitatem noſtram, quam Deo teſtamur in adverſis, & perſecutionibus, quas in nos excitat Deus, palam oſtendamur eum a nobis vere diligi & amari. Ita cum Deus voluit efficere, ut ſervi ſui Job virtus emineſceret, permiſit, ut ille de ceſſitudinis ſuæ faſtigio, ad quod pervenerat, dilaberetur in abyſſum omnium vitæ hujus malorum, ita ut ex eo fieret conſtantiæ, & fidelitatis exemplum. Eliſabeth tanta erat virtus, & tanta animi magnitudo, ut hoc periculum ſubitura non eſſet, & addere poſſum a Deo tanto in pretio habitam fuiſſe virtutem ejus, ut permittere minime poſſet, in corona illius deficerari hoc ornamenti, ac luminis incrementum. Re enim vera vita illius non aliud fuit niſi ſeries perſecutionum, & jugis heroicæ patientiæ exercitatio.

Celſitudo utilis eſt vel pernicioſa

Celſitudo Sanctitatis, vel damnationis cauſa eſt; vitii, aut virtutis inſtrumentum prout in rectum, vel inquum uſum convertitur. Certum eſt, eum anima heroica illam in egregium adhibet uſum, non mediocrem virtutibus lucem afferre, verum ſi utilis eſt Sanctitati, crebro eidem eſt perniciosa; quippe tres latent ingentes ſcopuli, qui ſæpe teterrimi naufragii ſunt cauſæ. 1. Impietas, 2. Injuſtitia, 3. Voluptas, quos omnes S. Eliſabeth ſedulo evitavit.

Virtus pro illius ubi vario.

Animadvertendum eſt duplex eſſe genus Crucis, & Mortificationum; aliæ quippe voluntariæ ſunt, quas virtus ultro amplectitur, ex quibus illa ſibi tanquam antidotum conficit contra peccatum; aliæ vero neceſſariæ, & quæ a nemine eliguntur, & quæ immittuntur a Deo ad expianda corda. S. Eliſabeth crucis utriuſque rigores eſt experta, ſibi ultro pœnitentias infligens, & admirabili cum patientia ſuſtinens ærumnas, quas eidem immittere placuit Deo; quales fuerunt, privari, & viro, quem mora intempeſtiva ex infidis velut adorta rapuit, & ſolio, quod ambitioſi homines tyrannis invaſit.

Duo ſunt genera crucis. Voluntaria, quæ virtuti ſponte ſubeuntur. Neceſſaria, quæ virtuti ab aliunde inferuntur.

Sicuti fieri nequaquam poteſt, ut alia in cælum pateat via, quam illa paſſionum, quæ Deo ipſi unice patuit; hæc patiendi neceſſitas gravius urget Sæculi Principes, qui in rerum omnium affluentia, & vitæ commodis, quibus fruuntur, horrere aſſueſcunt quidquid negotium faceſſit naturæ; ſed S. Eliſabeth perfuſum erat de primo illo Evangelicæ legis canone, quo jubemur ſinguli crucem noſtram geſtare, & tribulationes dirigere. Patiuntur illa ab hominibus, a dæmonibus, & ab ipſo etiam Deo; in jactura viri ſui dilectiſſimi, quem mors in ipſo ætatis flore præripuit, tunc cum vinculis caſtiſſimis, ac integerrimi amoris maxime erant conjuncti.

Quomodo ſe S. Auguſtinus circa uſum rerum temporalium gerat.

S. Auguſtinus verba faciens de uſu moderato bonorum & voluptatum hujus mundi a Principibus vitæ faciendo, illos apibus comparat, quæ deſecendunt aliquando ſuper flores, ut inde ſuccum exſugant, ſed poſtea avolant in alvearia ſua. Licet ſæcularibus ſua bonis, quæ poſſident ſecundum ordinem Providentiæ, ac deliciis ipſorum conditioni adhærentibus; ſed voluptates ipſæ, quæ per ſe omni culpa vacant, nonnæ fieri poſſunt per inordinatum ipſarum affectum. Religio autem præcipit, ut omnes mediocriter illis utantur, & exigit perfectio, ut ſi fieri poteſt, omnem earum uſum nobis interdicamus; quod præſtitit S. Eliſabeth. Hæc repetit ſolium, unde fuerat ejecta, Regias in ædes reverſitur, ibique ſe reſtitutam videt tanta pompa, quanto cum dedecore exturbata fuerat. Sed ultro exuit purpuram a quam eidem præripere conati ſunt, & per humilitatem deſcendit ſponte de ſolio, de quo per vim illam deturbare adnixi ſunt; & Evangelicæ paupertatis amor in ea facit, quod inimicorum perſequentium furor efficere ſtudiuerat. Habebat illa ſecum quatuor honorarias puellas, fideles ſocias ſuarum calamitatum. Cum illis ſe ipſam anguſta in domo concludit; cum illis dat nomen Ordini Tertio Sancti Franciſci.

Quid relinquatur a quid cœlebatur Deo ab iis qui Religioni ſtatum ſe plebeorum?

Qui Religionem ingreditur, Deo magnum efficit Sacrificium. Mundus omnino relinquitur; relinquitur per ſtatum, ac profeſſionem, relinquitur denique in æternum. Omnino relinquitur, non enim bonis tantum abrenuntiatur, ſed votis, ſed juribus, & ſibi etiam ipſi. Per ſtatum relinquitur, quia nemo a mundo in Religionem ſe recipit, quin palam profiteatur Evangelicam paupertatem, & humilitatem. In æternum relinquitur, quia vota nuncupantur, quæ nullo modo poſſunt antiquari. Utinam liceret mihi omnia vobis explicare bona; quæ comitantur ingreſſum Eliſabeth in Religionem. Dico ſolum Sanctam hanc eminere, quia primam geſtavit coronam, quæ in S. Franciſci Ordinem angreſſa eſt, videlicet; quia hæc prima fuit, quæ honores, opeſque ſuas Ordini pauperrimo, & humillimo, qui in Eccleſia vigeat, immolaverit.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aſceticis, retentioribuſque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Omnia S. Eliſabeth.

GEnus quidem illam conſtituit Pannonici Regis filiam, eamque exornavit bonis omnibus mentis & corporis, quæ optanda videntur; & annos quatuor nata ablata fuit ex ædibus patriæ, ut aliena educaretur in aula, donec viro par eſſet, mox conjux futura Landgravii Turingiæ, qui inter cæteros Germaniæ Principes & viribus, & ditionis ſuæ magnitudine eminebat, inſignis quoque propter cognationem cum pluribus Imperatoribus, & qui ipſe quoque fuiſſet Imperator, niſi mors in ipſo ætatis ſuæ flore illum præripuiſſet. In hac aula profecto felix illud ingenium, quod Eliſabeth ad virtutem nacta fuerat, & pietatis ſemina, quæ jam in illa emicabant, jugulata fuiſſent prava educatione, quæ illi fuit procurata; niſi cæleſtis gratia validior fuiſſet eamque ſuſtinuiſſet contra auliconum irritiones, & contra invidiam Sororis viri ſui, quæ ferre non poterat lucem virtutis hujus orientis, & pietatis, quæ cum noſtra Principe orta videbatur; vel quæ ſaltem rationis uſum prævertiſſe videbatur; quandoquidem licet adhuc eſſet puella, abhorrebat tamen a ſtudiis ætatis illius, quæ ſolatiis dat operam; & unice vacabat, ut ad Altarium pedes procumberet, & manus, oculoſque in cælum attolleret, jam tunc

tunc significans, quo cor ejus tenderet, & in quo spem suam collocaret. Cum cogebatur recreari una cum sodalibus, quæ secum alebantur, clanculum aufugiebat, & sese recipiebat in aulæ sacellum oratura. Prout adolescebat, pietas ejus novis augebatur incrementis. Somni finis erat orationis initium in qua maiorem noctis partem genibus flexis transigebat, & præter sacrificium vespertinum, & matutinum, quod immolabat Deo ferventi oratione, tota die Deo vacabat unice, neque aliam admittere poterat conversationem.

Sequitur Idem educationis argumentatur.

Ab ipsa puertia desponsata fuit Landgravio Turingiæ, & cum quartum ageret ætatis annum in aulam accersita innutrita fuit una cum Sorore Viri sui, sed prævenit illam Deus in benedictionibus dulcedinis. Licet puella, sentiebat tamen Dei magnitudinem, ejusque præsentiam reverebatur. Cum Ecclesiam ingrederentur, earum capitibus inferebantur aureæ coronæ lapillis pretiosis renidentes; ducebat illas juvenis Landgravii mater, at simul ac ingrediebantur, Elisabeth capiti suo coronam auferebat, cumque ideo redargueretur, absit, respondebat illa, absit me unquam prodire coronato capite coram Deo spinis coronato, & propter amorem mei cruci confixo. Princeps hæc Adolescentula in ipso ætatis flore amicta signis sui principatus in aula florentissima omnium sibi admirationem conciliavit. Non nisi de virtutibus ejus, de modestia, & sapientia ejusdem sermo habebatur; & tenera ejus pietas in admirationem aulicos omnes pertraxerat.

Deus illi Sanctè inspirit ad virtutem Gradu.

Quam felix est, cui sortito obtigit anima ultro in bonum inclinata, quæ suapte natura malum odit, & quæ in corde suo gestat Evangelium alte adeo insculptum, ut nulla unquam vi inde valeat abradi, non dæmonum dolis, non pravorum exemplorum illecebris, non impiorum sermonibus, non prava educatione. Vaga hæc lineamenta, quæ virtutem adeo perfectam constituunt, ut in imagine tantum esse videatur, verus tamen est character Elisabeth Principis Turingiæ. Quoniam Dei lex semper insculpta fuit in corde illius, & ex qua agnovit Creatorem suum, illum semper observavit, & colut. Quando vero illum cognoscere cœpit? nonne ubi vivere cœpit? Gratia rationem prævenit, ut illi suppleret, & virgo hæc princeps semet a puertia sanctificavit, semet consecrans Deo devotione adeo perfecta, ut nihil in vitæ suæ curriculo interpellare, vel remorare potuerit ejus pietatem. Adeo rectum erat cor illius, & studia ejus beata. Frustra aulæ splendor offert illi quidquid in mundo beatius occurrit; frustra Satanas utitur prava eorum educatione, quibus illius instituendæ cura fuerat concredita, frustra mundus seductor illam pravis conatur fallere exemplis; illam pomparum suarum spectaculo solicitat: Nihil delere potest Evangelium Dei digito scriptum in corde illius. *Retens Auctor.*

Virtus ejus memoratur. *Psalm.* 1.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. Beatior, qui eorum consiliis, atque tentationibus restitit. Hoc solidæ virtutis indicium est, & animæ, quam validissimæ gratiæ prævenerunt. Numquid hæc non est ex maximis Elisabeth, cujus elogium teximus, prærogativis? Sæculum exhibet illi opes & honores suos; illa vero omnibus abrenuntiat sæculi desiderus, non quidem sese recipiens in solitudinem, sed in eodem sæculo, de quo agit triumphum. Versatur illa in aulæ tumultu, ubi omnes cupiditates suum regnum constituunt, atque tot inveniunt mancipia, quot sunt aulici; sibique æditicat in corde suo solitudinem, ubi colligens quidquid virtutis habet, sibi non cavet solum ab alienis affectionibus, verum etiam a stepitu, atque tumultu mundi; & subinde fugiens alia solatia, invenitur prostrata ad pedes Jesu Christi per intervalla hæc ostendens, quod semper in imo corde efficiebat, ubi tanquam in quodam veluti Sanctuario incolebat, ubi sub oculis Patris cælestis immolabat illi quidquid acceperat ab illo, & quod mundus ab illa conabatur auferre, sed frustra, quoniam illa fuit ex eorum beatorum numero, qui nunquam in latam abiere viam acti consiliis impiorum, sed constanter restitit, ita ut eos ad desperationem redigeret, fore ut nunquam contra illam prævalerent; *Beatus vir qui non abiit in consilia impiorum. Idem.*

Quo in contemptu haberetur in aula Lantgravii.

Si in alienis aulis maximo haberetur in pretio adolescentulæ Principis nostræ virtus, hoc tamen alio prorsus modo in aula Turingiæ accidebat; & odium, quod in illam ghsebat, nihil inausum, ac intentatum reliquit, ut laus in dedecus verteretur. Tandem eum vos ipsi conjectando intelligere potestis, utrum aulici hoc ferre possent ingenium; an opus fuerit probatissima fidelitate, ut juges horum irrisiones, & illorum contemptus negligerentur. Nemo unus ex domesticis erat, qui sibi gloriæ non verteret quotidie aliquod illi probrum inferre ea mente, ut animum ejus ad mundi mores, consuetudinesque flecteret, eamque evocaret ab hoc studio pietatis, quod parum decere putabatur eam dignitatem, ad quam erat destinata. Alii, puta, soror Viri sui, & qui propius ad Landgravii cognationem accedebant, improbitatem suam longius proferentes, omnes illius actiones veneno inficiebant, easque pro virili in deteriorem sensum vertebant disturbaturi ejus cum Adolescentulo Principe nuptias, nihilque inausum relinquebant, ut pio viro odium, & horrorem immitterent. Omnes qui ministrabant illi, totidem erant exploratores; qui tamen in illa nisi pietatem, suavitatem, & erga omnes humanitatem nacti, maximo dolore afficiebantur videntes sibi adolescete Dominam, quæ Aulam in Cœnobium converteret, & proscriberet aleam, pompam, & solatia, propter quæ Turingiæ Aula omnium Germaniæ totius habebatur elegantissima. Movebatur quidem Elisabeth amarissimis irrisionibus; sed fidelia erat Deo, & nunquam vel hominum metus, vel eorum contemptus, vel præjudicia, quæ aulici inferebant dictenis suis ejus nomini, prohibere potuerunt quominus sese exerceret pietatis operibus, quæ nunquam intermisit, quidquid alii effutirent.

Primumvirtutis specimen fuit humanum rejectum offerta.

Itaque primum quod edidit virtutis suæ specimen, fuit referre triumphum de nequissimo, infestissimoque Sanctitatis inimico, humano videlicet respectu, & pudore, quo suffundimur, cum nos pro Deo stare prohitemur. Hæc prima pugna est, qua dæmon lacessit eos, qui incipiunt sese devovere Deo, & qui pietatem amplectuntur. Sed huc conjicere possumus, quantum Sancta nostra in virtute processerit, cum inimicum adeo terribilem devicerit, & jam absolutissimum egerit de mundo triumphum; qui cum nos illecebris suis fallere nequeat, nos aggreditur, & persequitur dictenis, contumeliis, atque censuris. Victoria autem hæc adeo cumulata fuit, & absoluta in S. Elisabeth, ut videretur id unum tantum sibi proposuisse, ut mundum pedibus suis calcaret; omnibus ejusdem placitis se se objicere, & viam ab illius vite plane abhorrentem consectari. Nulla huic potior voluptas est, quam invisere pauperes, eos erudire, opellam in abjectissimis etiam officus suam illis præstare. Omnibus vacat pietatis officiis, ac tandem contigit illi, quod unum maxime optabat, ut ex Aula procul licentiam, impietatem, aleam, omniaque eliminaret mala, quæ in aliorum Regum aulis passim dominantur, ubi illis accedit auctoritas, & exemplum eorum, qui omnium regulam, legemque constituunt. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Elisabeth uxor Landgravii Turingiæ lætam sibi vitam ducit. *Psalm.* 72.

Cum hæc Princeps Virgo nupsit Landgravio, qui tunc temporis unus habebatur ex potentissimis Europæ principibus, illa sanctam vitam ducere perrexit, & ostendit, a Deo nullam a regno exlorum conditionem excludi; nam sicut Rex Propheta loquitur: *Deus auferet spiritum Principum*, videlicet celsitudinis, ac dominationis a nullo pendentis, ubi illos ad sui sequelam evocaverit. Neque enim solum Christianæ humilitatis sensus fervavit in celsitudine sua, sed gessit semper de semet ipsa abjectissimum sensum, cum omnia illi superbiæ argumenta suppeditarent. Sese ad omnium pedes demittit nonnisi ægre, & molestè fert aliorum obsequia suæ dignitati delata, quæ si palam deferri patitur sibi, domi tamen suæ, præfectisque suis vetat. Excellentiæ, celsitudinis, majestatis tituli, injuriæ, quibus lacessitur, videntur. Pauperes, & qui nullo habentur in pretio faciliorem ad illam aditum inveniunt; & singulari voluptate gaudet ingenitam hanc Principibus virus, ac potissimum feminis ambitionem, ubi ad honorum apicem attolluntur. Hic sensus humilitatis, quo fiebat ut incessanter se se coram Deo annihilaret, abstulerat illi omnem fastum, ac pompam Supremæ auctoritatis, cumque nulla re renideret nisi forte modestia sua, omnem gloriam suam in eo collocabat, si ad abjectissima charitatis munera se submitteret; totaque ejus industria versatur in excogitandis ad id causis, & aucupandis occasionibus.

Tribit se omni ornatu digressus fuit.

Illustris hæc Virago videns se ad edictissimum honoris apicem sublatam, abjecit cultum omnem, qui illam secernere potuisset a tenuissima aliarum vulgo mulierum conditione. Quapropter non fine conjugis sui consensu, quidquid opum secum attulerat ex Patrimonia in pauperes erogavit, & distractus lapidibus pretiosis, & margaritis, quibus Genitrix sua domo egredientem ornaverat, vel oneraverat potius, inter quos numerabantur plures coronæ, ac diademata, quorum pretium vix æstimari potuisset; hæc omnia respexit tanquam devicta a se mundi manubiæ, nonnisi in charitatis usus expendendas. Millies abjecit vestimenta sua ita ut nullum dignitati suæ signum retinuerit. Licet passim pietas ejus refulserit, hoc tamen factiosus est heroicum, & minime præterennndum.

Alia memorabilia Sanctæ Elisabeth.

Insigni quodam festo die incedebat illa magnifica concomitantium caterva septa, mundo ornata muliebri, capite coronam gestans. Ecclesiam ingressa est, ac primum quod oculis ejus occurrit objectum fuit Christus Jesus propter amorem suum ad crucis nuditatem redactus. Adeo tristi objecto perculsa aperit coronatum caput, & efficiens oculos fensuum suorum interpretes lacrymis manat fibimet per intervalla dicens: Hic est Creator meus, Redemptor meus, & Deus meus; ille expirat in cruce, nonnisi ignominia Calvarii tectus, & ego misera in illius templum prodeo induta purpura, & pretiosis lapillis ornata? Spinea corona, & cruenta illius caput obrunt, meum vero auro, & argento renidet? Illum fui deserunt discipuli, Judæi contumeliis afficiunt, ego vero color ab omnibus, omnes mihi obsequuntur, & frequenti aulicorum cœtu stipata sum? Hæccine illa est reverentia, qua Deum veneror? Hanc illi habeo gratiam? Hunc amorem amori ejus rependo? Ita secum Elisabeth; sed dolor vocem jugulat; expalluit, languet, deficit; neque alios habet sensus coram Deo, coram quo se exinanivit. *P. Croiset in Asceticis.*

Insignes illius eleemosynæ.

Nulla unquam visa est charitas magis heroica, regia, & Christiana, quam in Elisabeth. Cum atra fames Germaniam universam affligeret, occasionem arripuit ex Conjugis sui absentia distribuendi Turingiæ, Hassiæque pauperibus fruges omnes, quæ in ditionis ejus agris fuerant demessæ; utque pauperibus adimeret laborem ascendendi in arcem Marpurgensem, quæ in editiori jugo eminebat, jussit in ima parte xenodochium ædificari, quo pluries in diem sese conferebat, ipsa coram pauperum egestati stipem latura. Horum lectulos sternere videbatur, aliis ministrare dapes, omnibus cum zelo & sollicitudine ancillari, quapropter deinceps pauperum mater appellari consuevit. Diebus singulis nongentos coram se alebat, præter eos, qui ad ejus nutum in ipsius ditione alebantur.

Pii sensus Landgravii ubi audit confugia suæ eleemosynæ.

Landgravius redux ex Apulia statim se a Quæstoribus suis obsessum vidit apud eum conquerentibus de profusa eleemosynarum Regiæ conjugis effusione: sed Princeps hic, quem uxoris exemplum effecerat unum ex iis, qui pietate clari in orbe christiano florebant: me nec pudet, nec pœniter, ait, quoniam oppida, & arces meæ mihi remanserunt; & certus sum donec integrum uxori meæ reliquero pauperibus eleemosynas erogare, nihil mihi unquam defuturum. Dignos tanti Principis sensus, cui jure optimo additus fuit titulus Ludovici Pii. *P. Croiset.*

Die quadam cum ad solemne convivium properaret, accidit auribus ejus vox pauperis cujusdam eleemosynam deprecantis. Cum nihil secum haberet illa, quod præberet, dixit ei, ut patientiam haberet, se quamprimum ei opitulaturam: at pauper moræ impatiens illam obtestabatur, ne præteriret, quin egestatis suæ misereretur; quibus verbis ita se affectam misericordia sensit, ut pedem sisteret, eique ducale traderet pallium lapidibus onustum pretiosis, & pro maximis exremoniis reservatum. Arripuit illud pauper, statimque se ex regiis ædibus proripuit; factumque inter fodales enarravit. Interea Princeps egressus est, ut occurreret uxori, cui dixit, Ecquid igitur actum est de pallio tuo, conjux? En illud de collo suspensum, respondet illa; Princeps ad hæc oculos admovet, & manus; illud videt, atque attrectat, ac illud ipsum esse credit, quod domo dederat, cogitare non valens, pauperem illum, quin id Religioni sibi verteret, ornatum adeo pretiosum auferre sibi potuisse. *Pater Croiset; & Auctor omnium Sermonum in hoc argumento.*

Extremi Charitatis ejusdem excessus.

Redditus illius cum sufficere non possent largitatibus ejus; vendidit margaritas suas lapillosque pretiosos, sed in quas effundit Deus benedictiones suas, quam felices messes hæc retulisse mulier credenda est, quæ illas excoluit, & tanta cura fevit; *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Itaque in hoc commercio Sancta Nostra nacta est omnes has spirituales divitias, sublimem hanc orationem, conscientiæ puritatem, profundam humilitatem, invictam patientiam, incensam charitatem, & omnes eminentium virtutum thesauros, quibus Deus illius animum locupletavit. Si mihi vacaret, uterer modo exemplo Sanctæ hujus ad sæculi divites confundendos, quibus clausum cor est, immoturque manus erga pauperes. Divites sibimet ipsis crudeles, quandoquidem de aliis tantum solliciti, quæ corpori inserviunt, oderunt animas suas esurientes, nec aliquid illis in æternitatem parant, S. Leo inquit. *P. Texier.*

Mortificationes & austeritates S. Elisabeth in Aula.

Si qui in Mundo nitent, suapte natura ad superbiam, ambitionem, & hanc opum congerendarum cupiditatem feruntur, ut suis satisfaciant affectibus; non minus proni sunt in sensuum voluptates, & credunt genus suum sibi jus præbere ducendi vitam mollem, & impudicitiis inquinatam, vel saltem illos a pœnitentiæ severitatibus dispensare; sed hoc, quod tanquam gratiæ miraculum habendum est in Principe nostra, hoc est, quod non solum sibi omnes Mundi illecebras interdixerit, verum etiam omnis mortificationis, & maximæ austeritatis genus exercuerit in Aula, quæ sedes est voluptatum omnium, & deliciarum. Ibi enim occasiones lædendi Deum frequentius occurrunt; ibi exempla legem, & consuetudinem efficiunt, cui sese conformat quilibet, & ibi vitia imperium exercent. Non ne illic ex S. Ambrosii sententia, mors, videlicet crimen per omnes sensus ingreditur; ubi virus oculis, auribusque excipitur, & peculiari Cælestis gratiæ subsidio opus est, ut morum servetur integritas? Sed ad sanctitatem ibi acquirendam, ad exercendam ibi christianam perfectionem, non ne gratiæ prodigium requiritur? Hoc proculdubio in Sancta Elisabeth admirari debemus, in qua crucis amor, & desiderium imitandi Deum crucifixum omnino vicerat hoc studium, quo Summi Principes in voluptates omnes feruntur, illudque converterat in inexplebilem aviditatem torquendi corpus suum gravissimis austeritatibus, ita ut si secuta fuisset devotionis suæ fervorem, & nisi rimuisset, ne Dei voluntati adversaretur propriam tantum mentem consulens, næ illa brevi finem fecisset vitæ suæ nimiis pœnitentiæ rigoribus, jejunia, vigiliæ, cilicia pro nihilo fere habebantur. Vita ejus jugis erat abstinentia inter lautissima convivia mira cum arte mortificationis, si ita dicere fas est, quoniam multo gloriosius est, atque difficilius in varia cupediarum copia se abstinere, quam in paupertate sui victu parco esse contentum. Asperæ fetæ, quibus carnes ipsas tegebat, cum se se comere, & regio apparatu prodire tenebatur solatium erat molestiæ, qua afficiebatur interhac in luce proditurus; & crudita flagella, quibus corpus suum sævissime lancinabat, quodammodo reparabant jacturam, quam se subire putabat inter innocuas delicias, a quibus abesse non poterat. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Cura infirmorum, quam gerit S. Elisabeth in Nosocomiis.

Usuvenit sæpe, S. Hieronymus inquit, ut Principes viri aliorum ministerio exerceant eleemosynam, & ad nosocomia suas mittant largitates, quin ipsi illuc pedem inferant, eisque propria manu subveniant. Quare? quia nimis molles sunt, ideoque ferre nequeunt aspectum, & fœtorem ulcerum, atque imagines mortis, quæ in hujusmodi exercitatione passim occurrunt: *Sero molles divites ob stomachi angustiam exercere misericordiam per aliena ministeria, & clementes esse pecunia, non manu.* Sed valetudinis ratio, naturaque mollities non obstat quominus Elisabeth ipsa per se in valetudinaria ingrediatur, pruperum lectulos cernat, illos propriis manibus abluat, tergat ulcera, sanum detergat, quin viventium cadaverum horum, ac putrescentium membrorum tetra lues illius ardorem imminuat. Heu! videt illa Jesum in his miseris latentem, & propter ejus amorem sua bona, suos honores, & se ipsam charitati sacrificat. *Bivar.*

Idem sequitur argumentum.

Integros traducebat dies in pauperum mapalibus, in tetris carceribus, in nosocomiis turpem odorem effluentibus, quorum fœtor omnibus quæ illam subsequebantur officiebat vel maxime, cum illa interim languentium vulnera attrectaret, leprosorum ulcera deoscularetur, illis cibum ministraret, lectulisque sterneret ridenti vultu, & incredibili cum voluptate. Deliciæ illius erant eurum gerere puerorum impetigini, pustulisque, aliisque malis laborantium, qui horrorem ejusdem excitare debebant. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Admirabimini profecto, ubi hanc Regis filiam, Cæsarum consanguinitate nitentem, ac tot populorum dominam, videbitis verrere sordes, sternere cubilia, brachiis suis gestare pauperes ulceribus tabescentes, attrectare vulnera, mortuis parentare, & preces eisdem procurare. Ne spectetis ultra quæso; avertite oculos ab objecto, quod spectari non potest cum voluptate nisi ab oculis Dei, & Angelorum. Quomodonam possetis intueri citra stomachum Principem hanc mulierem, super genua tenentem parvulum ulceribus rectum? Postquam huic noctis vigilias impendit, & novies suis impositum cervicibus bajulavit tenet illum complexa sinu, ad abstergendum pus diffluens ex putrescentibus manibus ejus; cumque fœdasset linteum, quod præ manibus habebat, utitur velamine, quo caput suum erat involutum ad tergendum vivum illud cadaver adeo infectum, ut præter S. Elisabeth, nemo esset, qui ad illud accedere audiret.

Ejusdem argumentum.

Quis dicendo assequi posset victorias, quas de se reportavit, in ingenito hoc horrore, quam hujusmodi scient objecta, & in adeo gracilis temperamenti sui constitutione? Quam artem excogitavit illa, ut & charitati suæ satisfaceret, & desiderium semet ipsum vincendi superaret? Jussit clam in suas ædes inferri alterum quidem horridum aspectu, cujus viscera fames depascebatur, & alterum, cujus caput turpi morbo abominabatur, ad fordium cruditm redactum. Hunc illa propriis manibus abluit, & detergit, illum etiam paralysi laborantem, & sanguinis fluxu ad maciem confectum, omni juvat auxilio, quod mente facilius concipi potest, quam describi in contagione mali, & in paralysi, in qua ægrotans nullam per se opem invenire potest, & alios cura liberare.

Introduxit in cubiculis S. Landgravii absentis cubile leprosum, cui ipse Sanctus Sponsi sui vices depectus est.

Alia vice, cum vidisset leprosum ita deformem, ut ipsa etiam exhorruerit, confiderans se nihil unquam facere satis posse pro Salvatore Mundi, quem in persona ejus contemplabatur, hunc in regias ædes jussit deferri, ut illius gereret curam, & succensa viva fide, quæ efficere debet, ut Dei Filium in mortalium omnium miserrimo intueamur, illum collocari voluit in Principis absentis cubile, qui cum opinione citius postliminio reversus, conjugem hac in occupatione deprehendisset, iram, furoremque non dissimulavit; sed cum vix exorsus esset hanc adeo indecentem increpare charitatem, pro pauperе invenit ipsum Dei Filium sub pauperis forma latentem, qui se palam cognoscendum præbuit, dixitque illi verba eadem, quæ olim dixerat S. Paulo. Me igitur persequeris, Princeps, improbans charitatem, qua me tua conjux excepit? Meliorem sane patronum invenire non poterat Elisabeth, neque validius argumentum, ut

per-

perſiſteret in his operibus charitatis, ſimulque mortificationis, quarum vita ejus non aliud fuit, quam jugis exercitatio, quæ confundet aliquando molliciem tot mortalium, qui ſibimet vim nequeunt inferre, quorum corpora delicijs aſſueta omnia auſteritatis genera perhorreſcunt, ſibique perſuadent vitam inertem, ſolutis, & voluptatibus deditam ipſorum conditionem decere. Heu! quid reſpondebunt Principi huic mulieri, quæ in tam ſublimi gradu, in quo genus, atque dignitas ſua illam collocaverant, minime credidit, ne breve quidem vitæ momentum vacuum eſſe debere mortificatione? Verum ſi illa Deo ſemper fidelis fuit in proſpero rerum ſuarum decurſu, non minorem illi præſtitit fidem in varietate fortunæ, & in ærumnis, quæ illius animum exercuerint. Certamen ſorte dedit illi, ut vinceret. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.* *Eap. 20.*

Scire ne vultis, quænam extiterit Ducissæ hujus noſtræ mulier maxime familiaria, & amica? Hiſtoria vitæ illius nos edocet, pauperem fuiſſe mulierculam lepra contectam, quam ab aliis ægris ſepoſuerat in noſocomii angulum, quia nemo illius aſpectum ſuſtinere poterat. Ad cervical lectuli hujus S. Eliſabeth noſtra ſuaviſſimas diei horas traducebat; huic offam ori ingerebat, hæc objectum erat eurarum frequentium, & aſſiduarum illius. Quid Principem mulierem ad actus adeo heroicos impellere valuerit, fides fuit. Fides autem quibus potiſſimum nitebatur fundamentis? Verbis nempe, quæ ex Veritatis ipſius ore prodierunt: Quod minimis ex meis feceritis, hoc mihimet factum putabo. Infirmus fui, & viſitaſtis me. Heu! quosdoquidem ſumus omnes Chriſtiani, eut non eandem fidem habemus? Numquid hæc eadem verba non legimus; & auribus noſtris non audivimus? an nunquam in noſocomium fumus ingreſſi? Quare cor noſtrum faſtidit pauperis intuitum, & ægrotantis odor gravis, & non ferendus eſt? Fortaſſe nobis æneum cor eſt, & viſcera ferrea, noſque aſpectu ærumnarum proximi noſtri affligamur. Heu! Novi equidem quid cauſæ ſit. Fides noſtra mortua eſt, neque ſatis unquam meditati ſumus hæc verba Evangelii: *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare; infirmus fui, & viſitaſtis me.* Nunquam ſatis didicimus ſublimem hanc Theologiam, quæ in pauperum perſona delitescit: *Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. P. Texier.*

Perfectiones, quas puella eſt S. Eliſabeth poſt obitum viri ſui.

Quamvis vita ejus non aliud fuerit, quam non intermiſſa perfecutionum ſerica, & jugis heroicæ patientiæ exercitatio, tamen hæ in eam detonuiſſe videntur poſt Viri ſui Principis obitum: hoc enim fuit veluti ſignum, quo dato erupit odium ſocrus, & invidia ſororis Viri ſui, quæ ſtatim omnem iracundiam in eam evomuerunt. Nondum abſterſerat lacrymas, quas ſuaviſſimi conjugis ſui obitus ex oculis ejus elicuerat; & vix vacaverat illi offerre Deo ſui doloris ſacrificium, cum perſecutiones contumelioſiſſimæ ſubſecutæ ſunt acerrimos dolores, quibus erat confecta. Sperabat futurum, ut morte Principis ſua vincula infringente, ſaltem libertatem aſſequeretur, ut dicere poſſet Deo eum Pro- *Pſalm. 115.* pheta; *dirupiſti vincula mea.* Una hæc mihi ſupereſt cogitatio, ut me tibi uni devoveam Deus, ſine ulla cordis mei diviſione; ſed ſtatim intellexit, omnem etiam ſpem ſuam ſibi in uno illo collocandam eſſe, quoniam vidit ſe ſimul a propinquioribus daſtitutam, qui infeſtiſſimi facti ſunt ejus perſecutores; & ex ditionis ſuæ poſſeſſione dejecta, eredebat fore, ut vita privata illam tueretur ab odiis mortalium, atque telis adverſæ fortunæ protegeret, & hoc ipſum cauſa fuit, ut inimicorum furorem evitare minime potuerit. Denique Regularem vitam amplectitur, ubi putat ſe inventuram perfugium; & ibi ejus patientia graviſſimis tentationibus exercetur. Ecce igitur exemplar conſtantiæ in omnibus diverſis vitæ ſtatibus, per quos eam deducere divinæ placitum fuit Providentiæ. Admiramini Dei de juſtis ſuis conſilia, & intuemini quomodo ſe ſe gerat cum iis, quos amat impenſius.

Narratio perſecutionum quas paſſa eſt poſt mortem viri ſui.

Hæc perfecutio incepit a conſanguineis ſuis. Illi, quos Principis ſuctoritas, dum viveret, in officio continuerat, & quorum vix frænaverat cenſuras, & contumelias, & qui nihil inauſum, atque intentatum reliquerant veturi, ne illam duceret in uxorem, modo palam vim faciunt, ut illius filios a paterna hæreditate prohibeant, & matrem amoveant a regimine ditionis, & ab educatione filiorum. Commovent Henricum demortui Principis Fratrem futurum injuſti hujus conſilii caput, atque miniſtrum. Os illi ſublimunt dicentes repræſentationem, videlicet jus ſucceſſionis, quod habent filii ad bona Patris, locum non habere in Turingis; neque illum primum fore, qui excluſis nepotibus in Principatum ſucceſſerit poſt fratrem primogenitum. Ejiciendam eſſe totum Eliſabeth, & pleno jure adeundam eſſe poſſeſſionem bonorum Principis, qui obierat. Conſilium captum fuit; fit edictum, & ſtatim in arena adimpletur; ſed quanam impotentia? qua inhumanitate? Noctu concubia ingrediuntur ejus cubiculum; jubent, ut ipſo temporis articulo ſeminuda egrediatur, prohibent ne quid ſecum auferat, & negant illi tempus, quo rebus ſuis maxime neceſſariis conſulat: turpiter illam ejiciunt de regiis ædibus, ſine præſidio, & duabus vel ad ſummum tribus ancillis concomitantibus, quæ omnia clamoribus, & femineo complent ululatu. Hoc in ſtatu, qui duriſſima etiam corda flectere poteſt, abeunt errantes per tenebras noctis de domo in domum oſtiatim, quin aliquem inveniant, a quo charitatis titulo excipiantur. Pulſant, orant, ſe cognoſcendas tradunt, per ea quæ ſanctiſſima ſunt obteſtantur, & patheticis verbis deprecantur, ut ea nocte liceret Domioz ſuæ apud eos diverſari. Alii eam repelliunt, alii aures obſtruunt his clamoribus, alii eam probris, & contumeliis afficiunt eo uſque ut tandem invenerit ſtabulum derelictum, quod illi eſſe poſſet perfugio; & quod illi revocat in mentem, glorioſam Dei Matrem ad ſtatum eumdem olim fuiſſe redactam, & ſimile diverſorium ingredi coactam.

Adorabilis Dei Providentia ubi es? Ita ne fideliſſimos amicos tuos deſeris? Non ita, Fideles, non deſerit illos, ſed probat, atque ut virtus eorum major in luce refulgeat, videtur ad tempus delitescere. Duro hunc certamini objicit S. Eliſabeth, quæ plus quam humanam præſeferet fortitudinem. Ingreditur illa ſo hoc exile tugurium, tamquam in ædes magnificas, conſolatur ſocias infortunii ſui, animos illis addit, eaſque excitat ad ſuſtinendum propter Deum. Quod ſpectaculum eo jucundius eſt in oculis Dei quod illa non æquo tantum, ſed libenti etiam animo, ac ſumma in Deo patitur confidentia creatoris ſui adorans imperia, in hoc ſtatu, qui animam labefactare poſſet minus fidelem, & minus ſolide in virtute conſtitutam. Nec temere hoc aſſero: cum enim aliquot traduxiſſet horas in hac deplorabili calamitate, nolæ cujuſdam ſonitu admonita ingreditur templum Religioſorum Sancti Franciſci, & jubet concini in gratiarum actionis argumentum Hymnum Sanctorum Ambroſii & Auguſtini poſt ſtatus ſui, bonorumque jacturam, cum paſſim Hymnus ille poſt relatam victoriam aliquam vel poſt inſigne aliquod beneficium divinitus acceptum cani conſueverat. Itaque nunquam inſigniorem retulit victoriam, nunquam gravius certamen ſuſtinuit, nunquam locupletiorem coronam poſſedit, nunquam majorem triumphi honorem promeruit, quam hac conſtantis, & heroica fidelitate in miſerrima, quæ unquam acciderit fortunarum omnium perturbatione.

Dolor quo confecta eſt videns filios ſuos conſortes calamitatis.

Hoc tamen non fuit niſi quoddam principium procellæ, & ut ita loquar, primum patientiæ ſuæ experimentum, quod nihili ducebat, cum ipſius tantum perſona izderetur. Sed ecce graviores ictus, qui majorem illi dolorem inferunt. Hujuſmodi fuit aſpectus Principum filiorum ſuorum, qui in craſtinum ad illam adducti fuerunt conſortes futuri miſeriarum genitricis ſuæ, vel illas duplo majores effecturi; quandoquidem parvula eorum ætas non patiebatur, ut hi illas cognoſcerent. Omnis ergo amaritudo reſervata fuit cordi Eliſabeth, quæ interdiu a ſubditis ſuis melius accepta non fuit, quam noctu fuerat. Timor enim eos prohibet ne operam ſuam illi impendant, quam ne miſerrimo quidem chriſtiana charitas negat, & ſi perfecutoribus permitentibus unus vel duo tectum illi ad aliquot ſuppeditant dies, hoc tanta accidit cum indignitate, ut coacta fuerit in priſtinum reverti ſtabulum; & precibus opus fuit, ut ibi diutius ei perminere liceret. Tunc commota fuerunt viſcera ejus, & proprie calamitatis oblita experta eſt dolores omnes, quos amoris materni affectus poteſt ſuſtinere. Non panem, neque victum invenit, quo filios natu majores alat, non lectulum, neque incunabula, ubi minoribus cubitum ſternat. Gravis eſt hyems, & in ſtabulo, undequaque fatiſcente, non eſt quomodo frigus arceat, quo tenelli eorum artus indurantur. Hoc magnum labefactaſſet matris conſtantiam, niſi ejus in Deo confidentia illam confirmaſſet. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Timor, ne novi Principis gratiam quis amitteret, fecit, ut neminem inveniret, qui domum ſut diverſorium ei concedere vellet. Diurnas horas tranſigebat in templo, nocturnas vero in quadam equilis ſpecie, quo nonnumquam concedebant mendici, ſine alio commeatu, quam fruſtis aliquot panis, quæ illi elanculum ſuppeditabantur. In tanta rerum omnium mendicitate ac miſero ſtatu, interius gaudium tot indigna mala ſuperabat. Sanctus quidam Sacerdos miſericordia ductus illam domi ſuæ recipere voluit, videns illam ab omnibus ejectam, ab iis enim Noſocomiis, quæ ipſe inſtituerat; ſed illuc vix pedem intulit, cum per impotentiam fuit ejicienda. Ita Regis filia, conjux potentiſſimi Germaniæ Principis, pauperum omnium parens id incitas, & ad abjectiſſimum egeſtatis ſtatum redacta fuit. *P. Croiſet in Aſceticis.*

Quis denique enumerando recenſere poſſet contemptus, irriſiones, & contumelias, quas a ſuis ſubditis hauſit, in miſera hac abjectione, quæ diu ſatia permanſit? Vos ipſi judicium ferctis, ex quodam hiſtoriæ ipſius loco, quod citra indignationem legere nequeo.

Calamitoſa quædam mulier, cui Princeps ſemina olim ægrotanti tulerat opem, & quam ex mendicitatis ſordibus eduxerat inſignibus eleemoſynis, obviam illi occurrit lutulento in loco. Eliſabeth, quæ jam proceſſerat deambulans per tabulam, quæ ibi ad tranſitum faciliorem

fuerat posita, ubi vidit mulierem illam ex adversa parte gradientem, & viam peranguſtam, rogavit illam, ut paulìſpes expectaret, donec ipſa evaſiſſet. Sed mulier impudentiſſima citato gradu corripuit iter, factoque in ipſam impetu impulit eam in cœnum ſordibus plenum, ibique ſubſiſtens, ut videret Principem ex limo emergentem derſit esm, & inſultans omni contumelia coinquinavit illam; cum Elisabeth ne conqueſta quidem de tanta injuria, conſurgit, recedituque tranquillo vultu, veſtes ſuas deterſura.

Quam molestæ ſolent illi homines perſecutiones,

Jacula, quæ præviduntur, vel minime, vel minus feriunt, etenim conſilium initur ad illa detorquenda; ſed cum accidunt inopinato, & proficiſcuntur inde, unde noſtra oriri deberet ſalus, atque præſidium, quomodonam animum poſſumus non deſpondere? Ita queritur David, & de illis qui prioribus malis poſteriora addiderunt: *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt*; & de illis, qui cum eſſent ea numero amicorum ſuorum, cum quibus verſari conſueverat. & qui cum illo convivæ affidebant, ejuſdem evaſerant inimici: *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique; tu vero homo unanimis &c.* Illuſtris Elisabeth noſtra duabus repente petita procellis, tamen non deficit. Unde illi expectandum erat ſubſidium, ubi vir illi ereptus fuit? Non ne viri ſui & mater & ſorot illi ſolatium afferre debebant, illam in ditione confirmare, & hanc filiis, poſterisque Landgravii integram, incolumemque ſervare? E contra inde in eam acerrima erupit tentatio. Utraque conjurant, ut illam de poſſeſſione ditionis deturbent, ut illam cum filiis regis ædibus eatrudant, quaſi fuiſſent illegitimi, & ipſa vagatur, & errat propter ſævitiam illorum, quibus curæ eſſe oportebat: *Tu vero homo unanimis*. Poſt primum hoc certamen, quod in ejus corde præaltum vulnus pepererat, inaquam reperit feminam, quam in egeſtate auxilio jovarat, a qua omni proſcinditur contumelia, non ſecus ac olim David laceſſitus fuit a Semei, cui fingeret a facie Abſalonis, qui patrem de ſolio dejecerat.

Quid humana prudentia judicet de perſecutionibus S. Elisabeth,

Quomodonam excepta fuit Elisabeth, in Haſſiam quo ſe receperat, habitans in humili tugurio cum Principibus filiis? Inde tandem recedere coacta fuit, quoniam ea corruit habitatio, & in aliam Provinciam illi migrandum fuit. Oculi carnei hoc ſpectaculum ſuſtinere valent, quin erumpant in lacrymas? Quid inquiunt, Princeps adoleſcentula, cujus pulchritudo ingenii laude commendatur, judicii ſolliditate fulcitur, ſapienti vitæ ratione niteſcit, profecto propter tarras eas dotes, quibus divinitus prædita fuit, nata eſt ad regimen populorum, extortem ſe videt a Principatu, ad quem filii ſui jus habent acquiſitum per obitum Ducis parentis ſui, dejectam, & ad extremam rerum omnium inopiam redactam. Ubi eſt qui dentibus non infrendeat contra hujuſmodi barbariem & qui non miſereatur infelicem calamitatem hujus feminæ Principis, quæ facta eſt admirabilior injuſta perſecutione, quam patitur, & tanta hac in extremo infortunio conſtantia? Ecce quid cogitet caro de ſtatu Elisabeth noſtræ de ditionis ſuæ finibus ejectæ & incolentis in ſtabulo. Sed quid de eadem cogitat fides? Non aliud, niſi quod illam beatam putat, quod ita contumeliis pro Jeſu Chriſto fuerit affecta. Fides ſorte ejus invidet, & exclamat, quis mihi vim tribuat ſuſtinendi, ſicut ſa ſtrenue ſuſtinuiſti, Mulier formoſiſſima, ut mihi tutam ſterneres viam ad æternam felicitatem, ad quam perfecutiones via ſunt, Ita quin per humanæ commiſeratonis ſenſus conqueratur, fides viva ſanctæ zelotypiæ ardore ſuccenditur, *Auſſus Recens.*

Conſideranda de divina providentia ergamulierem hanc virtute prædictam,

Fatendum eſt, Chriſtiani, non nihil admirabile invenire in ea, qua Deus uſus eſt in Sanctam hanc Principem providentia; quam ipſi ſatis aſſequi minime poſſumus, quoniam virtus ejus, lenitas, humilitas, in tam ſublimi genere, & potiſſimum beneficum ejus ingenium, & eleemoſynæ quas large effuſeque donabat miſeris omnibus, nec non tot aliæ ſuaviſſimæ dotes, quæ omnium animos ipſi conciliare debuerant, videbantur in ipſam odia ſolum, contumelias, & perſecutiones ingerere; ſed viam hanc elegerat Deus, ut illam ad altiſſimum Sanctitatis apicem proveheret, & eam redderet prototypum afflictæ virtutis, & conſtantiæ, quæ ex omnibus ictibus, vulneribuſque victoriam reportaret. Providentia tamen nunquam deſeruit illam, effecitque, ut in graviſſimis malis, ei ſemper nova aliqua conſolationis lux affulgeret.

Deus nunquam relinquit illum ſine conſolatione in malis omnibus.

Ærumnæ quas Deus hominibus immittit, ut eos probet, vel ad ſe revocet, cum per ſcelus receſſerunt ab eo, Dei viſitationes vocantur: *Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illum*, Sanctus Job ait, & dicit Deus: *Viſitabo in virga iniquitates eorum*. Utitur Spiritus Sanctus hac figurata dicendi ratione, ut intelligamus, adverſitates eſſe amoris ſui erga nos indicia, ſicuti viſitationes teſtes ſunt affectionis ejuſdem; ideoque hinc ferri poteſt judicium de ingenti amore Dei erga Sanctam noſtram ea multitudine, & varietate ærumnarum, quibus illam capiavit, Illi propoſuit magna certamina ſubeunda, ut ingentes victorias reportaret: *Certamen forte dedit illi, ut vinceret*. Sed poſtquam Deus illam in amaritudinum, dolorumque abyſſo ſubmerſit, tranſtulit eam in magnum Oceanum conſolationum, & deliciarum, & dicere potuit cum Prophete: *Secundum multitudinem dolorum meorum, conſolationes tua lætificaverunt animam meam*; Quantum me affixiſti, tantum me conſolatus es, & gaudia, quæ effudiſti in animam meam, æquarunt menſuram pœnarum, ac tribulationum, qua me probaſti. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum*, Pſalm. 93.

Deus nunquam oblivifcitur fidelium fervorum, quamvis ad tempus eorum periculum faciat, illos tamen educit ex hac miſeria, ut olim S. Job, & S. Elisabeth noſtram, movendo cor Henrici uſurpatoris ditionis ejuſdem, quam legitimis hæredibus reſtituit.

Hic alter eſt ſtatus in quo conſiderare poſſumus incomparabilis Sanctæ noſtræ conſtantiam, quæ rebus cum fratre viri ſui compoſitis, reliquit filiis ſuis principatum ſub tutelâ eorum, qui propius ſanguinis cognatione eos attingebant, nihilque ſibi reſervans, niſi uſumfructum ſibi ſuperſtiti a viro conceſſum, omnino extremum vale dicere voluit aulæ, ac vitam ducere privatam, in qua Deo ſuo libere ſervire poſſet; & bona ſua impendere in ſanctiſſimis chriſtianæ pietatis exercitationibus. Putabat fore, ut in pace ibi viveret, ſed Deus, qui illam proponere volut tanquam abſoluteſſimum exemplar conſtantiæ, permiſit, ut in eam recentes excitarentur perſecutiones, quibus cor illius emundaretur. Etenim vix ab aula receſſerat, cum mundus univerſus in eamdem furore viſus eſt, & vulgo crednum fuit, ipſam ſibi omnia mala hæc fuiſſe promeritam, Quoniam pietas ejus, & promiſſio facta Deo, ſe non amplius præbituram aures conditionibus nuptiarum, quæ ſibi a maximis Germaniæ Principibus proponebantur; creditum fuit, illam perſecutionum vi tandem ceſſuram eſſe, & hanc unicam rationem futuram, qua ejus flecti poſſet conſtantia. Hac mente omnibus ejuſdem conſiliis occurritur; omnes adverſantur ejus inſtitutionibus, quas in pauperum gratiam meditatur; Deturbatur de domo, vel potius tugurio, quod ſibi ædificari curaverat, ut eo ſe reciperet, & domus ipſa diruitur. Cum novæ huic procellæ cedendum fuit, Turingiam reliquit, ut ſe conferret in Haſſiam, ubi majorem ſibi requiem purabat inventuram, Sed via illuc intulit pedem, cum ibi tantæ virtutis fulgor ſuſtineri non potuit; & ſicuti perſecutiones illam quocumque ſubſequebantur, ad eamdam illinc extrudendam, non contumeliis pareitur, neque impotentiæ, Urbem deſert, & in pagum quemdam ſe recipit, ac in maceriem domus antiquæ ac defertæ; ac ſub ruderibus ſcalarum ſibi fieri curat caſulam ſolitis, arboramque ramis contectam ad aeris injurias propulſandas; ibique mortalibus omnibus ignota manens, divinam potius, quam humanam ducit vitam, ibique reliquum vitæ ſuæ ſpatium tranſegiſſet, niſi illi habenda fuiſſet ratio puellarum ſuarum, quæ in hoc patum hoſpitali loco vivere non poterant; & ubi illa ipſa periculum adit amittendi oculorum aciem ex fumo, quem nullo pacto potuit avertere.

Patientia quam ſancta hæc tolerat eſt in acerumnis omnibus, perſtrenua veroinvicta Principis Viri ſui.

Quis non admirabitur inſignem Sanctæ hujus patientiam in omnibus argumentis, in quibus hæc illi exercenda fuit, ſed præſertim cum illi Deus abſtulit virum ejus, optatiſſimumque virum, cujus ſanctificatio ſteric illi tot lacrymis, tot ejulatibus, tot precibus, tot jejuniis? Cum audiſſet illum obiiſſe in Italia, dum exercitum duceret in Palæſtinam, nil egit aliud, niſi quod in terram procumbens lacrymiſque madens cum David Rege dixit; *tibi ſoli, quoniam tu feciſti*. Nihil eſt, quod dicam, tu me Deus hoc vulnere percuſſiſti: manum tuam percutientem deoſculor. Ne unum quidem ea crimibus meis darem, ut ille contra voluntatem Dei mihi redivivus redderetur; illud unum peto, ut acceptare digneris votum meum, quo tibi promitto, non alium denceps præter Jeſum Chriſtum mihi ſponſum futurum: *Ita pater, quoniam ſic placitum fuit ante te*, Admirabile documentum omnibus afflictis animabus, ex quo diſcunt ſacrificium omnium ſtudiorum, & affectionum ſuarum ad majorem ſupremæ Dei voluntatis gloriam referendum. Hoc liquido probat invictam fortis hujus mulieris conſtantiam; cujus tamen alia inſigniora proferemus exempla.

Deus! Quam triſte ſpectaculum oculis hominum, ſed quam jucundum in oculis Dei, & Angelorum videre illuſtrem hanc viduam, quæ manu tenens duos patvulos Principes pupillos filios ſuos, cogitur per contumelias ſibi a ſubditis ſuis illatas, ſolum vertere, ac tanta premitur infelicitate, ut noctu in ſtabulum ſeſe recipere teneatur,

Sapientia,

Quid ergo! fieri ne poteſt, ut Deus, qui in Scripturis vocatur Protector Viduarum & Orphanorum, minime coerceat barbari fratris impotentiam, & populi, qui omnis eapers eſt humanitatis, ingratitudinem non puniat? Ubinam igitur præſtatur fides eorum bonorum, quæ eleemoſynis fidelium ſe largiturum ſpondit Deus? Numquid ſtabulum eſſe debet merces tot noſocomiorum a fudamentis extructorum? Et quæ fuit tot miſeris auxiliatrix, eſſe debet totius orbis ludibrium & peripſema?

Bona verba quæſo, carnis prudentia, Sapientia mundi nimis cæca es, & nimis infirma, ut hæc myſteria aſſequaris. Malum tantum non eſt, quantum putas. Hoc eſt commercium; jactura aliqua ſubeunda eſt, ut lucrum

lucrum referas; dandum eſt, ut accipias. Si Principem noſtrum conſuluerimus, dicet quidem nobis, Deum ſibi cum fœnore omnia reddidiſſe, & in hac injuſta perſecutione in corde ſuo guſtaſſe delicias, quas ex hoc ſuo cum Deo commercio percepit.

Renuit in Pannoniam reverti ad Patrem, ut viveret juxta dignitatem ſuam.

Pannoniæ Rex Principis noſtræ parens ob cauſas, quas divinando aſſequi minime licet; quæ tamen in illius honorem minime cedunt, ut liquet ex hiſtoria, tandem locutus eſt, & paternus amor excitus, ad filiam miſit legationem, quæ illam invitaret, ut in Regnum patrium reverteretur, ubi omnes illius tenebantur deſiderio, eum habitura locum quem ipſius dignitas poſtulabat. Sed hoc renuit facere Eliſabeth, & tanquam peſſimum perhorruit conſilium, magis enim extimuit Aulæ delicias, & honores, quam infeſtiſſimorum hominum perſecutionem. Pauci ſunt, qui foveant ſenſus hos Chriſtianos, & qui opes, & delicias vitæ commodioria insuescantur, tanquam ingentes obices ſanctitati, & virtuti, & pauciores adhuc, qui inter Cæli beneficia numerent adverſitates, & perſecutiones; qui pereuntiem dexteram deoſculentur, vel qui ita ſeſe Dei mandatis ſubjiciant cum abſolutiſſima divinæ voluntati obedientia. Nihilo feciùs ad unicam hanc normam componenda, emendaque eſt virtus, & ſanctitas noſtra ad magnæ hujus Principis exemplum. Quæ vivendi, agendique ratio in tertio vitæ ſtatu, quem fuit amplexa, opertius innotuit.

Mens, quam Deus immiſit illi afflictionis ingrediendæ.

Et ſane Deus, qui illam ex Aula eduxerat, atque ſot tentationibus præparaverat, ut illam ad altiorem perfectionis apicem attolleret, immiſit illi vitæ Regularis deſiderium; & quamvis charitatis exercitatio ei pluaimum placeret, præſertim vero ex quo Pontifex Summus Gregorius IX. illectus narratione virtutis ejuſdem, partes ejus ſuſcepit, ac in clientelam ſuam perſonam, bonaque ejus accepit; ita ut deinceps illa Deo ſervire, & proximo ſuo poſſet opitulari, quin aliquis illi adverſaretur: Tamen Deus illi ſtatum adhuc perfectiorem oſtendit: *Adhuc excellentiorem vitam vobis demonſtro*, ut Apoſtolus loquitur. Hæc autem fuit Evangelica Perfectio in Sancti Franciſci familis, cujus non ita pridem Eccleſia Apotheoſim celebraverat. Sibi enim perſuadebat ſore, ut cum nullum haberet cum hominibus commercium, homines obliviſcerentur ſui, & ceſſarent ſibi moleſtiam afferre intea hæc pietatis exercitia. Hoc itaque initi conſilium ipſa die Paraſceve, putans, ſe per hunc ſtatum Salvatori crucifixo ſuo ſimiliorem futuram; & ibi Deus, qui potius omnem naturæ ordinem perturbaturus erat quam pateretur Sanctæ huic animæ cruces, æruminaſque deeſſe; præparavit illi tribulationes magis exquiſitas, magis internas atque graviſſimas.

v. Ad Cor. 12.

Ad unguem paret imperio directoris ſui, & Confeſſarii quem illi aſſignaverat Pontifex.

Ponnifex, qui ejus conſilium probaverat, miſit ad eam pallium illud, quo uſus fuerat S. Franciſcus, dum viveret, quod Sancta illa tanquam munus pretioſum accepit; quippe quod ob oculos ejus ſtatuebat arctam paupertatem, quam fuerat profeſſa, ſimulque pro ſuperiore aſſignavit illi eum, quem illa ſibi directorem adſciverat, cum adhuc vir ejus viveret, cui tanquam Deo ipſi parebat, cujus munere apud eam fungebatur. Hoc autem accidit, ut manus extrema admoveretur patientiæ Eliſabeth, & in ea abſolutiſſimum conſtantiæ & fidelitatis exemplar perficeretur,

Homo hic vere inſignis erat ſanctitate, habita morum, mentorumque ſuorum ratione, neque potuerat illa alrerum deligere, qui majori lumine polleret, vel ab omni cupiditetis ſuſpicione vacaret. Sed vir erat ſanctitatis auſteræ, nimiæque ſeveritatis, & qui eodem in loco præter progter alios omnes, quibus præerat, ac ſeipſum habebat, neſciebatque quid eſſet humanæ infirmitati indulgere.

Mortificationes, quas exercere conſueverat, tum ante, cum poſt Religioſæ ſuſceptum.

Nequaquam ſatis eſſe putans ea pati, quæ amori proprio videri ſolent aſperrima, quæ generi, nobilitati, ſtatui, ætatique duriſſima, atque non ferenda; priſtinis auſteritatibus addidit novas pœnitentias, quæ brevi ad extremum evaſerunt. Victum illi præbebant olera, & legumina nullo ſapore condita, cum pane ſecundario. Veſtis illius linea erat craſſior, nullo imbuta colore, & pretii nullius. Cum illius indumenta rupta erant, vel uſu nimis trita, illa cum malis panni fruſtis refarciebat; cumque omnia pauperibus eſſet largita, nendo victum ſibi comparabat. Marpugà exiguam ſibi domum extrui jufferat, ex argilla tabuliſque adeo male compactis, ut illam minime tuen poſſent ab injuriis tempoaum & ab aeris inelementia; aliaſque in ſe exercebat auſtentatea, quas recenſere longum eſſet, & a quibus director ſuus, licet auſteriſſimus, eam juſſit abſtinere: *P. Croiſet.*

Idem ſequitur argumentum.

Director hic, de quo locuti ſumus, in Sancta noſtra diſcipula nactus eſt, quæ iis plura præſtabat, quæ verbo, aut exemplo præſcribere poſſet; & licet eſſet auſterus, illi omni opus fuit prudentia, ut illius fervorem moderaretur, regeret eleemoſyrus, & charitativum ardorem cohiberet, prohibens ne convivas ſuos adhiberet leproſos, & ægritudinis alicujus contagione infectos; ne oſtiatim panem emendicaret, ſicue illa ſtatuerat, & ne quid ſupra Evangelicam Paupertatem auderet, ſemet redigens ad mendicitatem. Ad id rationem habuit & dignitatis illius, atque gracilitatis. Vitæ norma, quam illi præſcripſit, fuit ſeſe cum puellis ſuis exercere in pauperum cura, in noſocomio, quod illa extrui juſſerat, & quod ſuis bonis alebat, cum interim labore manuum ſibi victum compararet.

Auſterus Director illam generoſorem mortificationibus angit.

Huc uſque omnia ex ordine proficiſcebantur; ſed cupiditas illam adhuc perfectiorem reddendi, eamque ad ſublimiorem ſanctitatis gradum extollendi cauſi fuit, ut in alios exceſſus erumperet, cum nollet, Sanctam noſtram ulla in ae ſibi indulgere. Imperioſus enim, ac durius illam allocuta eſt, & eo ſane modo, quo aliam quamlibet minus confirmatam patientiam labefactaſſet. Quidquid in obedientia moleſtius eſt, ad illius voluntatem infringendam adhibetur; quidquid illa cupit, interdicitur; quidquid illa timet, imperatur, & director hic, cui illa cor ſuum aperiebat, locum inveniebat, ubi illi ſenſus inerat acrior, ut ipſas etiam amoris propriſi radices ſtirpitus convelleret. Intellexit ille, eam tenera dilectione complecti virgines, ommum calamitatum ejus ſocias, & quæ rebus omnibus nuntium miſerant, ut cum illa reliquum vitæ ſpatium tranſigerent. Initi ille conſilium eas ab Eliſabeth ſejungendi, eaſque huc, illoc ablegandi, non ſine imperio de illis non amplius videndis, quod Sanctæ noſtræ adeo fuit amarum, ut quæ propter Deum filiorum ſuorum amori abrenuntiaverat, non ſatis haberet virium ad hæc amicitiæ vincula infringenda. Oculi ejus facti ſunt duo lacrymarum fontes, & tempus, quod malorum omnium eſt medicina, vix, & ne vix quidem vulnus tantum curavit; & omni opus fuit patientia, atque obedientia, ut duriſſimæ huic ceceſſioni acquieſceret. Nec ſatis; alias addidit illi ſocias imperioſiores, quarum ingenium aptiſſimum erat ad fatigandam miſeræ hujus Principis patientiam. O Deus! quas cruces! quæ tentatio! quæ patientiæ exercitatio! Earum rudem ferre ignorantiam, importunas, publicaſque increpationes, juges cenſuras; animi acrimonium; relationes omnium actuum ſuorum, qui communi earum ſuperiori rdentidem afferebantur. Hoc ſane erat vitam ducere mancipii potius propriam, quam ancillæ, quamlibet ipſi conſolationem negare, auferre illi æquiſſimam, & ſuaviſſimam vitæ voluptatem, ne unam quidem illi permittere, in cujus ſinum animi ſui dolores effunderet.

Aſperitas quæ director Sanctæ exercuit, quæ ſane probari vel nimis poteſt.

Sed quantumvis Sanctus eſſet iſte director, a quo per vias adeo duras, aſperaſque ducebatur, ut ab iis omnibus convelleretur, quæ hominem ſapiunt: neſcio, utrum hæc agendi ratio probanda ſit; cum enim eſſet ille ſuopte ingenio ſevetus, & excitaretur magis imprudentibus earum commentis, quibus illius curam demandaverat, & quibus nimium faciles præbebat aures adverſus Principem hanc omni culpa vacuam, cujus ſilentium, atque patientia pro criminum confeſſione habebantur; ſæpe inſurgebat in illam, illique ingerebat convicia, & certus ſum ex Summi Pontificî, a quo ille ſuperior conſtitutus fuerat, minime probatum fuiſſe, ut manibus, ac vulneribus non abſtineret. Sed patiens nimis erat Eliſabeth, nec vel minimum conquerebatur, vel corde ſuo aliquem indignationis ſenſum ſovebat; & pee patientiam, cujus pauca exiſtunt exempla, merita eſt hoc elogium quod illi tribuit Vincentius Bellovacenſis unus ex eruditiſſimis ſeculi ejus ſcriptoribus, eam videlicet ſpeculum, & exemplar ſanctitatis fuiſſe in omni ſtatu, in quo illam Providentia conſtituit, ut omnibus eſſet exemplo fidelitatis erga Deum in proſpera, æquabilique fortuna & invictæ conſtantiæ in adverſis. Hæc duo theatra ſunt, vel potius magna certamina, in quibus inſignivit illa virtutem ſuam, & ad mortem uſque perſeveravit, quæ ſuit vitæ ſanctiſſime geſtæ ſimillima, & quam infinita miracula ſubſecuta ſunt, inter quæ mortui ſexdecim in vitam revocati, teſtantua, quam pretioſa fuerit in conſpectu Domini mors illius poſt adeo prolixam patientiæ, atque tot heroicarum virtutum exercitationem.

Deſcriptio mortis ejus.

Regularem ſtatum amplexa, mundo prorſus erat mortua; non vivebat ultra niſi amore Dei ſui, a quo nunquam oculos evertebat. Vita ejus jugis erat oratio; oratio autem ſublimis, nec intermixta contemplatio. Amor, & confidentia in Deipara erat illi accepta devotio? de illa nonmiſi cum impetu amoris loquebatur. Denique voluit Deus diluculo non vulgarem hanc remunerari ſanctitatem. Illa Jeſus Chriſtus apparuit, eamque in Beatorum requiem accerſivit. Dies obitus ſui certior facta ſervoris incremento, atque inſtauratione ſeſe præparavit, & quamvis levi tantum laboraret morbo, voluit tamen extremis reſici Sacramentis, quæ tanta cum pietate recepit, ut omnes qui aderant, admirarentur. Plures habuit ſermones ædificationis reſertiſſimos, & mirum in modum patheticos de laudibus, ac ſuavitate amoris Dei, & de terrenarum rerum vanitate. Triduo antequam animam efflaret, oravit, ne quis in cubiculum ſuum ingrederetur, niſi qui opem illi ad bene moriendum afferre poſſent. Tandem beatum reddidit Spiritum Deo annos nata quatuor ſupra viginti, quorum quatuor poſt viri obitum jugibus tribulationibus exagitata in ſus viduitate tranſegit.

Quid ex Sanctæ hujus vita diſcere valeamus.

Hunc vobis prototypum inſpiciendum propono. Inter opes, & florentia aulæ delicias Deo fidelis extitit, quin hæc omnia cor illius allicere valuerint. Poſſedit illa, quin

quin ab illis poſſideretur, iiſdemque æquo, magnoque animo caruit. Heu! quot mortales hoc exemplum pudore ſuffundet, qui cum ſupra cæteros evehuntur, obliviſcuntur ſui, ſimulque officiorum & pietatis chriſtianæ, & ſtatus ſui quin cogitent, ſe a Deo tot beneficiis auctos fuiſſe, ut ſint aliis exemplo, ut proximi juvent miſeriam, ut auctoritatis ſuæ pondere Religionem, & Dei majorem gloriam promoveant. Quænam ratio illis erit reddenda Deo de uſu tot prærogativarum, ac beneficiorum, quæ a Deo perceperunt? Denique ſicuti inſignis hæc Sancta non minus conſtans, atque fidelis extitit Deo in omnibus tribulationibus ſuis, & in perſecutionibus, quibus placuit Deo illius probare virtutem; ita ea hac quoque nota virtutem noſtram metiri debemus. Sexcenti enim ſunt, qui gloriantur, & ſeſe in pietate recte ſolidatos putant, dum nulla res eos ſollicitos agit, iiſque nihil deeſt, qui, ut olim David, dicunt: *Dixi in abundantia mea: non movebor in æternum.* Se putant immotos, & inconcuſſos; ſed ubi vel levis accidit calamitas, ubi vel minimo quatiuntur ictu, decidunt, & omnis eorum conſtantia evaneſcit: *Avertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus.* Quapropter proprie loquendo, nemo virtute præditus vocari poteſt, niſi virtus ejus traducta fuerit per ignem hunc ærumnarum, calumniarum, contumeliarum, perſecutionum humanarum, quæ patefaciunt virtutis ſoliditatem, & patientiæ noſtræ magnitudinem, eique ut Sanctus Jacobus Apoſtolus loquitur, extremam perfectionem adjiciunt. Vos autem quæ ut illa mundum contemniſtis, & reliquiſtis, & Religioſiſſimæ hujus Principis exemplum ſecutæ eſtis; quandoquidem ſub illius vexillis pugnatis, ad eadem ineunda certamina vosmet præparate: *Certamen forte illi dedit, ut vinceret.* Sed opus eſt, ut ad illius exemplum victoriam veſtram perſequamini; videlicet ut omnes mundi ſenſus, & placita horreatis, ut de illius contemptu glorieminí, ut vosmet ipſas vincatis, ut Salvatoris crucem geſtetis, & conſtanter in hujuſmodi exercitationibus perſiſtatis ad mortem uſque, ut mereamini beatæ Æternitatis coronam, quam vobis ex animo exopto &c.

Pſalm. 29.

Ibidem.

PRO

PRO S. JOANNIS A CRUCE, PRIMO EXCALCEATORUM CARMELITARUM Religioſo.

PANEGYRICO.

MONITUM.

D texendum S. Joannis a Cruce elogium, ſatis eſſet aſſerere, hunc incomparabilis S. Thereſiæ diſcipulum fuiſſe, primum Ordinis ejuſdem Religioſum, & ſocium illius in inſtituenda congregatione fratrum contemplationi deditorum, & electorum ad Carmelum in priſtinam perfectionem reſtituendum. Hæc tamen illuſtris qualitas ad ſummum quadam eſſet Panegyrica orationis adumbratio, niſi ipſius S. Thereſiæ teſtimonio ſciremus, Beatum hunc Diſcipulum per extaſim rapi ſolitum fuiſſe in Deum, perpetuæ contemplationi abditum fuiſſe, & ſemper, ut ita dicam, ſui minime compotem, perditumque in obſcura hac ſimul, ac ſplendida nocte animæ, quam graphice nobis deſcriptam reliquit in operibus ſuis: hominem qui in cælo amplius, quam in terris vixit, verbo, Sanctum inſignem, qui omnem mutuatus eſt Spiritum Sanctæ illius, quæ ſeculi ſui miraculum extitit.

Ubi vero opera pretium eſſe admonere, licet vita contemplationi dedita, extaſes, raptus Spiritus non vulgaribus repleti luminibus, & voluntatis ignis divini ardoribus æſtuantis ſint proprius character S. Joannis a Cruce, in hoc tamen conſtituendum non eſſe vel totum Panegyricum, vel præcipuam orationis partem. Auditor quippe nullum inde fructum percipere poſſet, niſi ſterilem admirationem gratiarum, quibus Deus Sanctos aliquot cumulavit, quod neque exoptandum, neque quærendum eſt; ſed puto inhærendum eſſe præclaro, quod nobis reliquit, exemplo vitæ pauperis, humilis, ferventis, mortificatæ, zelo fucenſa, ac patientis in graviſſimis doloribus, maximiſque perſecutionibus, ſive ante, ſive poſt Ordinis Carmeli reformationem, in qua adeo feliciter operam ſuam collocavit.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum Synopſis hujus Argumenti.

Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Galat. 2.

I.

Sanctus Joannes a Cruce adeo affluentes partieeps fuit vitæ, quam nobis dedit Salvator hominum, ut difficile ſit hoc intelligere, & mox conſtituere tanquam aptiſſimum characterem Sancti hujus imitatoris vitæ Jeſu Chriſti.

Quapropter ut æquum hujus rei animo conceptum aſſequamini, vobiſmet fingere debetis hominem, cui nullum ſit ultra cum terra commercium, quamvis corporis ratione illic ſubſiſtere teneatur, cui nullum ſit cum ſenſibus vinculum, quamvis illis uti cogatur, ad ea exequenda, quæ ſibi præcipiuntur a Domino; hominem, qui totus in cælo eſt, totus in ſinu divinitatis, totus in occupatione Beatorum; prorſus divinus contemplator, qui jam in vitam alteram migraſſe videtur, quemadmodum anima corporeis ſoluta vinculis migrat in cælum.

Hanc nobis tabulam magni hujus hominis nobis proponit hiſtoria, quam in lucem vocare admirari oſtendens Deum illi triplicem Jeſu Chriſti vitam communicaſſe.

Prima eſt vita patiens, quæ illum incepit attollere in Deum, deſtruendo peccatum, ac illum unice ſervituti Dei devovendo.

Secunda eſt vita divina, quæ illum ab omnibus ſenſibus, rebuſque materialibus expedivit ut repleret eum donis Spiritus Sancti, dono Prophetiæ, dono miraculorum, & ſanctitatis Dei, qui curam ſuſcepit illum in omnibus actibus deducendi.

Tertia eſt vita gloriosa, quæ illum Beatum effecit ante obitum per illius transformationem in Deum, nec non per participationem gratiarum earum, quibus prædeſtinati perfruuntur in cælo. Hæ vitæ ſibimet invicem ſunt diſpoſitiones unius ad alteram, alterius ad tertiam, & tres ſimul oſtendent horum verborum veritatem: *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Veni, ut vitam habeant; hæc prima eſt: ut illam habeant abunde; hæc eſt altera: atque ut abundantius habeant; hæc eſt tertia: *Ex edito Sermone Auctoris Anonymi.*

II. *Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.* Job 25. in ſu uno ſimul omnes collegit virtutes, ſed eas, quæ difficillime ſimul conciliantur. Hoc oſtendi poteſt in tribus Elogii partibus.

Primo magnam conjunxit innocentiam cum auſteriſſima pœnitentia, & mortificatione, qua Sanctus aliquis corpus ſuum macerayerit, non quidem ut pro peccatis ſuis ſatisfaceret, ſed ne illa committeret. Liquet quam raro accidat, ut quis diutius ſartam tectamque Baptiſmi ſui ſervet integritatem; tamen Sanctus Ambroſius, qui tot ditexerat conſcientias, aſſerit, ſe facilius invenille mortales, qui innocenter totum vitæ ſuæ ſpatium abſolverant, quam qui ſemel facta innocentiæ jactura dignam criminibus ſuis egerint pœnitentiam: unde conjici poteſt, quantum fuerit ſanctitas, ac meritum Joannis noſtri, qui vitam ab omni culpa alienam ſervavit, & exercuit alteram cum maxima, quæ fingi poteſt, ſeveritate, cum invicta patientia.

Secundo. Altera concordia, quam fecit, & quæ non minorem virturem indigitat, eſt conjunxiſſe altiſſimum contemplationis verticem cum laboribus vitæ Apoſtolicæ, non ſolum peccatorum converſionem procurando, verum etiam pios homines ad altiſſimum perfectionis gradum extollendo, quæ dici poteſt ſublimior quædam, & prorſus ſingularis ſpecies Apoſtolatus: *Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.*

Tertio. Altiſſimam humiliratem cum ſublimi ſcientia, probatiſſimam ſanctitatem, & celeberrimam ſui nomiois exiſtimationem conjunxit. Hæc admirabilem quodammodo commixtionem fecerunt in vita Sancti hujus, & ſingularem illius characterem conſtituunt: III. *Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.*

Aliter inflecti poteſt hoc argumentum, oſtendendo in Sancto Vito hoc

1. Sublimem perfectionem animæ uſque ad altiſſimum contemplationis gradum aſſurgentis: hæc enim vitæ ratio præſtantiſſima, & optima pars eſt, quemadmodum Filius Dei Magdalenæ affirmavit: *Mariam optimam partem elegit;* & quemadmodum hoc vitæ genus ſupportit animam, quæ tota ſit Dei; cujus ſpiritus non niſi de magnalibus Dei cogitet, & quæ non alium habeat finem, niſi ut placeat Deo; oſtendere poſſumus, quomodo Sanctus hic noſter ad hanc vitæ perfectionem ſeſe diſpoſuerit per ſolitudinem, mundi receſſionem, ſuorum affectuum victoriam ſuimetipſius abnegationem & perfectam creatorum bonorum omnium paupertatem, ac tandem per internecinum ſui corporis odium, quo meritus eſt, ut illum Deus puriſſimis ſpiritus delicus cumularet.

2. In hoc eodem ſancto Viro conſiderari poſſunt merita erga Deum, & Eccleſiam in actuoſæ vitæ laboribus; cum ſtatim operam dederit ſaluti, & converſioni peccatorum, & mox utilius reformationi Ordinis de Carmelo; ubi latior aperitur campus differendi de perſecutionibus, contumelus, humiliationibus, verbo, pœnis omnibus, quas ob cauſam hanc conſtanter ſuſtinuit.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Matth. 16. Sicuti Sanctus noſter nihil ſibi propoſuit, neque aliud quæſivit, quam ſequi; & imitari Jeſum Chriſtum, ejuſque pro virili parte vitam, & mortem imitari, ita omnia ſcrutatus eſt media, omneſque replevit conditiones, quas Salvator exquirit ab iis, qui illius eſſe volunt veri, perfectique imitatores; conditiones, inquam, quæ in textus mei verbis continentur, & quas Beatus Joannes a Cruce ad unguem adimplevit. IV.

1. Opus eſt, ut qui Chriſtum ſequi velit; qui nempe ſe illum imitari, ejuſque dogmata velit implecti, opus inquam eſt, *ut abneget ſemetipſum*, videlicet nihil naturæ corruptæ concedat, vitia, cupiditatesque ſuas edomet, & nuntium mittat iis, quæ ſibi ſunt antiquiſſima, ut omnino ſequatur Dei voluntatem, quod præſtitit Sanctus Joannes a Cruce, eo modo, ut nihil in eo fuerit deſiderandum.

2. *Tollat crucem ſuam*. Legenda tantum vita eſt Sancti hujus, ut liqueat ipſum ne momento quidem earum tribulationibus, mortificationibus cum internis, cum externis, interioribus, externiſque perſecutionibus, pœnis, smaraſque doloribus.

3. *Et ſequatur me*; Sed fenuens, & Sslvatorem imitans in laboribus, atque tentationibus, guſtavit etiam gaudia, & conſolationes, quas illis communicat, qui ſibi fideliter ſerviunt ſervitutem.

V. *Abſit mihi gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Ad Galat. 6. Snctius ille, cujus laudes concinnamus, cum ideo Joannis a Cruce nomen accepiſſet, ut vitam ſuam Cruci, & paſſionibus Salvatoris conformaret, tanquam illud quod glonioſiſſimum in mundo cenſebat, jure dicere potuit cum S. Paulo, ſe in Domini Cruce gloriari, & nihil ſibi antiquius eſſe, quam fieri participem paſſionum ejus, qui pro ipſo tantum ſuſtinuerat, & qui gloriam hanc omnibus gaudiis, & honoribus Mundi hujus prætulerat; *qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit Crucem confuſione contempta*. Ubi offendere licet, S. Joannem a Cruce jure glorioſum hoc ſibi nomen promeruiſſe, ejuſque officium repleſſe.

1. Quis particeps fuit ignominiarum Crucis, quibus ſe ipſum præpsravit proſunda humilitate, quæ effecit, ut ille concupiſceret & ſuſtineret maximss contumelias, & inſignes mortificationes ardentes, quam mortales in ſæculo laudes, & hominum plauſus aucupentur.

2. Quia particeps fuit dolorum, & cruciatuum Crucis propter injurias, quss ab hominibus paſſus eſt, & admirabiles mortificationes, quas ille impoſuit ſibi.

3. Sed particeps quoque fuit ſusvitatum Crucis per gaudia, atque interiora ſolatia, qui illius veluti fructus fuit, & per gratias, quas illis largitur Deus, qui aliquid propter amorem ſuum ſuſtinent,

VI. *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego Mundo*. Galat. 6. Mundus mihi eſt tanquam crucifixus, & vicissim ego Mundo ſum veluti crucifixus. His verbis teſtatur Apoſtolus contemptum, in quo ipſe Mundum habet, dicens illum in mente, conceptuqee ſuo idem eſſe ac homo crucifixus, quem Judæi horrebant, & ſpectsbant tanquam objectum omnium nequiſſimum: *Maledictus, qui pendet* Galat. 3 *in ligno*. Videlicet, ſicut Mundus neminem habet in pretio, niſi viros principes, divites, & qui aliquo honore decorati ſunt, its e contra ipſum exoptare, ut hic idem Mundus ipſem reſpiceret tanquam mortalium omnium noviſſimum, atque confuſione, opprobriis, & ensledictis oneraret, quod olim fiebat cum homine in Cruce pendente: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego Mundo*. Verum cum per mutuum hunc contemptum, quo Mundus Sanctos, Sanctique Mundum contemnunt, ad editiſſimum perfectionis gradum liceat pervenire; hinc judicetis, volo, sd quem Snctitstis gradum S. Joannes evaſerit; quia mea quidem ſententia hic æquiſſimus character eſt, qui de illius meritis, atque virtutibus ſtrui valeat. Itaque in parte priori videbimus, quomodo ipſe Mundum contempſerit, ejuſque placita, & bona conculcans, ita ut Mundus Joanni fuerit tanquam crucifixus: *Mihi mundus crucifixus eſt*.

Secundo, quomodo gaudium, deliciaſque ſuas duxerit, convictis, & perſecutionibus affici a Mundo, videlicet ab inimicis Mundi, ſanctorumque Chriſtinæ fidei dogmatum, non aliud quærens, quam placere Salvatori Mundi, qui in præmium voluptatum, & gaudiorum Mundi, quæ ipſe flocci fecit, ipſum cumulaverit gratiis, muneribus, lætitia, opibuſque interioribus; *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*.

VII. *Dedit illi ſcientiam Sanctorum, honeſtavit illum in laboribus, & complevit labores illius*. Sap. 10. S. Joannes a Cruce unus ex illis extitit, qei præ cæteris fuerit Dei ſcientis repletus; & cujus laborea exitum nacti ſunt glorioſiorem, & quem Deus largius benedictionibus ſuis cumulaverit. Quæ ſingillatim ſunt oſtendenda.

1. *Dedit illi ſcientiam Sanctorum*. Sanctorum ſcientiam affectus eſt, quoniam unus eſt ex illis, qui majori cera ſecuti ſunt Evangelii placita; quoniam pauſertatem ad extremum uſque gradum pertulit, non ſolum in Religionis ſtatum ingrediens, verum etiam ibi vivens in adeo arcta obſervantia, ut ſibi negaret plurima, quæ ſeveriſſimi etiam ſibi permittunt; Crucis Amorem ad exceſſum uſque protulit, ut ſemetipſum ſemper in omnibus ſenſibus, ſine diſcrimine, & ſuſtenſiſſime mortificaverit; ita ut ſecundum complanum Sanctorum exemplum debuiſſet a corpore ſuo venam expoſcere tantæ erudelitatis. Præterea poſſidebat ſcientiam Sanctorum, quod sbditiſſimis revelabat myſteris, quæ quidam veluti fontes fuerunt, unde hauſit præclaram & sdmirabilem myſticam Theologiam, quam doctiſſimus quiſque, & in hac ſcientia perſpicaciſſimus admirstur; *Dedit illi Deus ſcientiam Sanctorum*.

2. *Honeſtavit illum in laboribus ſuis*. Quix recentis familiæ patrem illum conſtituit, quæ amplexa eſt praxim editiſſimorum Canonum Evngelii. Fundstio tot domorum Religioſarum, in qua non minimam partem ob mnit, ut ibi Deus colatur, & glorificetur, reddidit nomen ejus immortale; & Eccleſia, quæ gaudet fructu laborum ejus, poſt obitum inter beatos primum, deinde inter Snctos sdnumeravit.

3. *Complevit labores illius*. Coronsvit Deus labores ejus gloria, quam tot virtutibus, laboribus, ærumnis, paſſionibus, & ſanctis operibus meritus eſt, quæ illum effecerunt perfectum Jeſu Chriſti exemplum, quod Sslvstor ipſe voluit inſigni miraculo comprobare, & quod de alio non legimus; quoniam ipſe voluit in Snncti noſtri oſſibus, & reliquiis ſemetipſum repræſentare, ibi viſibiter apparens modo veluti Cruci confixus, modo veluti puer in ſtabulo poſitus, mutata ſemper forma, & figura ad iniuendam unionem, ſimilitudinem, & conformitatem, quam ille ſemper ſecum habuerat in omnibus sctibus vitæ ſuæ.

Chriſto confixus ſum Cruci, Galat. 2. Auſtera Sancti hu- VIII.
jus vita locum præbet traducendi ad ipſum hæc S. Pauli verba: *Chriſto confixus ſum Cruci*, atque oſtendendi; 1. Ipſum toto juventutis ſuæ ſpatio ſibi in partem vindicaſſe Crucem fugiendo ſocietatem ſibi æqualium, qui in licentis vivebant, evitando puerilia, vacando orationi, atque mortificationi, tanquam juvenis athleta, qui ſeſe præparat certamini, exercens pœnitentias ætati ſuæ pares, ut ſe ſe ad majores diſponat.

2. In Religione, quam amplexus eſt, profeſſum fuiſſe vitam Crucis per fidem practicam officiorum regularium, cum inter cæteras communitates illam elegerit, ubi obſervantia religioſiſſime ſervabatur, regulæ ipſi adjiciens voluntarias mortificationea, repetitis jejuniis, rigoribus temporum, incommodis æſtus, & frigoris, quibus ſe objiciebat, ciliciis, horrenti ſetis ſubucula, frequentibus flagellstionibus, jugibuſque auſteritatibus.

3. In recenti reformatione, & in magno domorum Ordinis ſui numero, docuiſſe Religioſos ſuos amplecti Crucem Jeſu Chriſti; perſuadendo hunc ſpiritum ſuiſſe Sancti Inſtitutoris ſui, adhibendo auctoritatem quatenus Superior, & Provincialis, & addendo exemplum, quo nihil eſt efficientius &c.

Licet Sancti omnes mereantur cultum, & veneratio- IX.
nem fidelium, quocunque titulo eos colat Eccleſia Apoſtolorum, Doctorum, Martyrum, Confeſſorum &c. Sunt tamen qui propter labores, & merita ſua erga Eccleſiam coli mereantur coram Deo his glorioſis nominibus, licet nomen non gerant, neque Fideles vulgo illis deferant aliquam ex hujuſmodi Isudibus inter Sanctos. Hoc ego oſtendere aggredior in Sancto Joanne a Cruce Coadjutore S. Thereſiæ in reformatione Ordinis de Carmelo primi Religioſi recentis hujus Ordinis, docti viri, contemplationi dediti, magni, & perſpicacis Doctoris in Myſtica Theologia, cujus ſecreta omnia aſſecutus eſt. Hic probatiſſimus eſt conceptus paſſim de inſigni hoc Sancto viro; ſed longe aliter de illius meritis, & ſanctitate ſentietis, ſi vobis oſtendero.

1. Illum zelo, & laboribus ſuis, cum non parum contulerit reformationi Ordinis, qui a priori fervore declinaverat, meritum fuiſſe nomen Apoſtoli, quis hoc genus converſionis Deo magis glorioſæ, magis infrequentis, atque difficilis præ inſignium peccatorum converſione, & quæ zelum prorſus peculiarem expoſcit.

2. Si animum advertimus ad lemina, quibus Eccleſiam illuſtravit ſcriptis admirabilibus, quæ gradatim manu ducunt sd editiorem perfectionis apicem, illi eximii Doctoris dignitas detractari non poteſt.

3. Denique per Cruces, perſecutiones, & paſſiones, quas pertulit pro cauſa adeo juſta, qualis eſt fratres ſuos perduxiſſe ad vitæ Religioſæ perfectionem; hæ perfectiones inquam illi comparaverunt glorium Martyris generoſi, quod in triplici parte ejuſdem elogii videbimus.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, ex quibus verum copia hauriri poteſt ad has Sermonum ſtructuras exornandas: & Auctores do hoc argumento tractantes.

PAter Joſeph de Jeſu Maris Carmelita Excalceatus Hiſpanice Sancti hujus vitam complexus eſt ſatis ingenti volumine, quam in Gallicum Sermonem tranſtulit ejuſdem Ordinis Sacerdos. Vitæ ſcri-ptores.

Altera vita prodiit compendioſior, præfixa operibus Sancti ab Hieronymo de S. Joſeph.

Baillet in Vita Snctorum ſub die 14. Decembris aliam latiorem haberet, niſi de more prætermiſiſſet ea quæ in Sancto hoc Viro magis ſingularia ſunt, & ampliora.

In Hiſtoria Carmelitarum Excalceatorum ſermo fit de S. Joanne a Cruce, paſſim vero libro tertio capite ſeptimo, ubi vocatur opus eximium, & maximum Miraculorum S. Thereſiæ.

Ibidem habemus, quanti S. Thereſia faceret fidelem ſibi ſocium S. Joannem a Cruce; & ipſa etiam in operibus ſuis unam appellat ex columnis reformati Carmeli; illo enim uſa eſt in iis, quæ majoris momenti ad eumdem finem operata eſt.

In prolegomems, & generali monito præfixo lectoribus Librorum hujus Sancti ſuſius verbs ſunt de laudibus Auctoris, de numero, & præſtantia operum ejus, & de conſilio, quo Sanctus illis conſcripſit. Summi viri qui prædicarunt ſanctitatem, & ſi meritum Sancti hujus.

Ibidem ſiſertur judicium, quod ſæculi hujus viri doctiores tulerunt de doctrina Sancti hujus cum approbstionibus

nibus Epiſcoporum, Univerſitatum, ac Theologorum ex omnibus Ordinibus Regularibus. Additur etiam explanatio omnium vocabulorum myſticorum, quibus Auctor uſus eſt.

P. Chriſtophorus de Torres Concionator apud Catholicos Majeſtatem in approbatione ſcriptorum Sancti hujus, habet etiam elogium perſonæ, cum vitæ ejuſdem compendio.

Concionatores.

P. Texier tomo ſecundo Orationum Panegyricarum, egregium habet Sermonem in laudem Sanctis Joannis de Cruce.

Alter adeſt congruens ſolemnitati Beatificationis ejus ab Auctore Anonymo editus, cui accepta referimus pleraque in hæc collectanea noſtra cooptata.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, Figuræ, & Bibliorum applicationes huic argumento.

Loci ex Bibliis decerpti, qui virtutibus, & actibus Sancti poſſunt congruere.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti. 2. Cor. cap. 12.

Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. Ibidem.

Cum infirmor, tunc potens ſum. Ibidem.

In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur; aporiamur, ſed non deſperamus; perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur; dejicimur, ſed non perimus. 2. Corinth. 4.

Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, & ut vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 2. Corinth. 4.

Semper nos qui vivimus in mortem tradimur propter Jeſum, & ut vita Jeſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Ibidem.

Propter quod non deficimus, ſed licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renovatur de die in diem. Ibidem.

Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ut forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. Ibidem.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum. Matth. 5.

Vulpes foveas habent, & volucres Cæli nidos, Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. Matth. 8.

Loci, qui applicari poſſunt raptibus illius.

Scio hominem in Chriſto, ſive in corpore neſcio, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptum hujuſmodi, uſque ad tertium Cœlum. 2. Corinth. 12.

Et ſcio hujuſmodi hominem, quia raptus eſt in Paradiſum, & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Ibidem.

Pro hujuſmodi gloriabor, pro me autem nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis. Ibidem.

Nam etſi voluero gloriari, non ero inſipiens. Veritatem enim dicam: parco autem ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Ibidem.

De Zelo reſtaurandæ regularitatis in Ordine ſuo.

Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Pſalm. 68.

Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Pſalm. 118.

Vidi prævaricantes, & tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt. Ibidem.

Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſrael. 3. Reg. 19.

Exempla Antiqui, & Novi Teſtamenti hujus argumenti.

Sanctus hic comparatur nubeculæ, quam vidit Elifeus. 3. Reg. 18.

Elias Propheta quærit ab Eliſeo diſcipulo ſuo, quid videret; qui reddidit ſe videre aſſurgentem de Mari nubem, non majorem hominis veſtigio: *Ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de Mari*, Sed nubes hæc deinceps in corpus adeo immane concrevit, ut totum Cælum fuerit coopertum, & terra imbribus ſubmerſa. Sanctus Noſter in mundo tenuis, & obſcura habuit principia; fuit re adhuc integra ſimilis huic nubeculæ; ſed cum illum extulerit Deus per lumina, & calorem gratiæ ſuæ ſuper terrena hæc, intra paucos annos tantus evaſit meritis ſuis, ut Divinitas videatur unice occupata fuiſſe, ut illum deduceret, atque perficeret; & quamvis hominum odia eum calumniis, & perſecutionibus affecerint, & ad tempus aliquod ei caliginem offuderint, ille tamen ex hiſce omnibus obicibus victoriam reportavit. Non ſecus ac nubes poſtquam brevi fuit ventorum ludibrium, huc illuc perlata; deinde aliarum nubium acceſſione coaleſcit, ac erumpit in fulgura, fulmina, atque tonitrua, ita Beatus Joannes a Cruce ad tempus agitatur, ſed mox Dei donis repletur. Quoniam pro juſtitia perſecutionem paſſus eſt, accipit vividora Patris Cæleſtis lumina, eaque aliis communicans fit objectum admirationis Mundo univerſo. Ignis, & fulgura ex corde, & ore ejus emanant; Seraphim eſt in terra; igne, quem Deus illi communicavit, ut ex abundantia ſua alis participes fierent, eos fovet, atque ſuccendit.

Comparatur 3 Paulo ad tertium uſque Cælum raptus.

Procul abſint profani ſpiritus, qui damnant quidquid neſciunt: *blaſphemant quod ignorant:* qui illuſionem putant, quidquid in ordine communi non continetur, qui haberi cupientes inter ſpiritus fortes adynaton putant, quidquid illis præter communem ordinem eſſe videtur. Audent illi inter errores, viſiones, & mentis infirmitates referre divinos Sancti Pauli impetus, extaſes, & inſignem raptum uſque in tertium cælum. Fidem non habebunt huic Apoſtolo dicenti ſe hominem cognoſcere, qui ſublatus fuit, neſcit autem, utrum in corpore, an extra corpus, in Divinitatis ſinum, ubi didicit arcana verba, quæ homini ea planare non licet, quia homo illa nequit intelligere? Cur ergo audent obniti, cum dicimus illis Joannem a Cruce nunquam fere ſacris operatum fuiſſe, quin corpus ejus attolleretur a terra; extaſes illi perfamiliares fuiſſe, quia ſumma dilectione ferebatur in Deum? Numquid brachium Domini abbreviatum eſt? An non poteſt Deus ſimilia Sanctis ſuis beneficia conferre? Si de facultate Dei conſtat, de facto quoque conſtare debet, & Deum ſæpe honoraſſe merita Sancti Joannis a Cruce his raptibus, & elevationibus, quoniam ingens teſtium nubes hoc in Canonizationis ejuſdem proceſſu teſtantur. Sciant ergo incredulæ mentes non deeſſe pietatem, diſcant revereri omnia divini amoris argumenta, quæ ille tradit ſamulis ſuis, & charitatem efficere debere, ut in pretio, & cum gratiarum actione habeamus, & colamus gratias omnes, quas Deus aliis impertit.

Erat Joannes, neque manducans, neque bibens. Matth. 11. Sanctus Joannes Baptiſta præcinctus erat zona coriacea ſecundum renes, veſtiſque illius contexta ex pilis Cameli. Veſcebatur locuſtis, & agreſti melle, adeo vero exiguum potum ſumebat, ut neque manducare, neque bibere videretur. Viderine poteſt Sanctus, cujus vita ſit huic ſimilior, quam Sancti Joannis e Cruce; qui propius Sanctum Præcurſorem imitabatur? Incedit Joannes cilicio indutus, & veſte ex juncis confecta. Dicendus eſt hic vel maoducaſſe, vel bibiſſe, quoniam integræ fluebant hebdomadæ, quin ille quidquam eſculenti, vel poculenti caperet? Omnia in viro hoc erant ſingularia, non ſecus ac in Sancto Joanne Baptiſta; uterque pœnitentiæ exteriori interiorem addiderunt; non ut ſibi hominum plauſus laudeſque captarent, ſed ut eorum excitarent attentionem. Jejunium adeo inſuetum, & immodicæ mortificationes, nonne indiſceretæ haberentur, ſi ad cenſuram humanæ prudentiæ vocarentur? ſed ubi apparet Dei digitus, homines obmuteſcant oportet. Joannes Baptiſta per hunc adeo auſterum oris habitum non ne fieri debebat obſtaculum aptius ad injiciendum hominibus ſtuporem, & ad oculos populi in ſe converteodos, ut illi Meſſiam traderet cognoſcendum? & Sanctus Joannes a Cruce nonne habendus erat tanquam pœnitentiæ prodigium, ut aliquando præficeretur ſanctæ pœnitentium turbæ, qui ejus veſtigia erant lecturi? Uterque præ cæteris eniteſcere debebant, ut fierent abſolutiſſima pœnitentiæ exemplaria.

S. Joannes a Cruce cum S. Joanne Baptiſta comparatus.

Sanctus Joannes a Cruce comparari quoque poteſt cum Eliſeo Propheta, qui ſciens patrem, ac præceptorem ſuum Elium Prophetam in cælum transferendum igneo curru, ab hoc petiit, ut ſibi duplicem ſpiritum ſuum relinqueret: *Obſecro, ne fiat in me ſpiritus tuus duplex*; quod illi conceſſit Elias arrhabonis loco pallium quod gerebat eidem relinquens. Quin immorer conſiderans varios ſenſus, quos duplici huic ſpiritui, quem recepit Eliſeus, tradunt Interpretes, aſſerere poſſe mihi videor, ardentem, ignitumque zelum, qui Eliæ Prophetæ characterem conſtituit, duplicem vocari, quia ille duplicem habebat finem, alterum quidem reſtituendi cultum Dei, avulſis idolis, eorumque Pſeudoprophetis devictis; alterum vero erudiendi, & excolendi ingentem diſcipulorum numerum ad tuendam, obſervandamque Domini legem. Hac in re fuit Eliſeus hæres Spiritus Eliæ: quia acriter Domini cauſam ſuſtinuit, ſine ullo metu, & nulla habita hominum ratione contra præſtantes terræ, & idolorum cultores, & mox curam in eo collocavit, ut diſperſos Eliæ diſcipulos ſimul cogeret, colligeretque, qui licet ab Elia inſtituti, magno in diſcrimine verſabantur a Dei cultu recedendi, cum non eſſet illis miniſter idoneus, & ſatis perſpicax, qui eos ad priſtinum fervorem qua dictia, qua exemplis eos revocaret. Hinc innotefcit Sanctum Joannem a Cruce alterum fuiſſe Eliſeum zelo ſuccenſum pro cultu Dei, & pro Ordine Carmeli, quem intepuiſſe videbat propter laxitatem morum, quæ ſenſim inoleverat: *Obſecro, ne fiat in me ſpiritus tuus duplex.* 4. Reg. 4.

Sicut aurum in fornace probatur, ita juſtus in tribulationibus. Ibi emicat virtutis conſtantia, amoris erga Deum ſoliditas, animi magnitudo, ſpes futurorum bono-

Comparatur S. Joſeph dorato vitæ Jur. Job 6.

bonorum, quæ patientibus promiſſa ſunt. Facile eſt ſervire Deo, cum conſolationes tantum imperitur, ſed conſummatæ ſapientiæ effectus eſt dicere Deo cum afflicto Job: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut placuit Domino, ita factum eſt*. S. Joannes a Cruce tribulationibus, quam raptibus inſignior, amorem ſuum teſtatur Deo in abjectione, ad quam redactus eſt in oculis hominum. Non ſecus ac Job morbo corripitur, qui ulceri ſimilis erat. Qui illi aderant vix ferre poterant ſaniem ex univerſali eo vulnere emanantem. Quodnam fuit ſanctæ hujus animæ gaudium memoria repetentis, Jeſum Chriſtum pereuſſum fuiſſe tamquam leproſum, & ab omnibus derelictum? Lætabatur ille ob hunc ſimilitudinis gradum cum Domino ſuo: cumque ſibi fieret acceſſio vulnerum recentium per juges exprobrationes, Dominum benedicebat, & illi, a quibus exercebatur, evadebant præcipuum ſui amoris objectum, quoniam illos intuebatur tanquam divinæ juſtitiæ miniſtros, a quibus emundabatur, dicens ab illis ſe fieri conformem Domino; eoſque eſſe tanquam malleum in manibus opificis ſummi vivos lapides cædentis, in cœleſtis Jeruſalem ædificium. *Sermo Manuſcriptus*.

Deus glorietur ob ea mala quæ Satanas, ut olim Job, ita S. Joanni a Cruce intulit.

Nunquid conſideraſti ſervum meum Job, quod non ſit ei ſimilis in terra? Cum Deus dæmoni propoſuit Job famulum ſuum, tanquam incomparabilis virtutis exemplum, & ab eo ſciſcitatus eſt, utrum illius ſimplicitatem, & cordis rectitudinem conſideraverit, idem fuit æque ac ſi ejus exprobraſſet invidiam, quæ contra juſtum illum furebat, in quem nullam habebat poteſtatem, quæ verebatur, & toto pectore a malo abhorrebat. Nonne ſimilem de Satana victoriam retulit Deus, ut fidei conſonum eſt, objiciens illi mala, quibus Sanctum noſtrum afflixerat excitando in illum vicarios ſuos, qui illum in obſcurum carcerem detruſerunt? Spectaculum Sancti hujus in vincula conjecti a fatribus ſuis, quos ad regulæ normam revocare ſtudebat, nonne ſpectatores habere meretur cœlum, & terram? Job in ſterquilinio ſuo, tanquam in theatro victor fuit Satanæ; & Joannes a Cruce contumeliis obrutus in carceris caligine victoriam de omnibus inferni poteſtatibus reportavit. Præfero, S. Joannes Chryſoſtomus inquit, Pauli catenas, raptui ejuſdem uſque in tertium cœlum, & ille in carcere, quam in extaſibus ſuis eſt glorioſior. Beatus Joannes a Cruce magis admirabilis eſt in vinculis ſuis, atque in tribulationibus, quam in raptibus. Denique quandonam Deus ex virtute Job creſcere viſus eſt? Nunquid in proſperis ejus dæmoni dixit? *Nunquid conſideraſti ſervum meum Job?* an tempore tribulationum? Ex hoc pariter tempore peculiaris illi cedit gloria ex amaritudine, & afflictione S. Joannis a Cruce.

Applicatio quorumdam Scripturæ locorum huic argumento.

Quomodo S. Joannes a Cruce ſit vas electionis.

Vas electionis eſt mihi iſte. Act. 9. Jeſus Chriſtus his verbis ſignificavit Sancto Sacerdoti Ananiæ futuram Sancti Pauli magnitudinem, & ſicuti alius ſpiritum ſuum in menſura tantum conferebat, huic eum abundantia contuliſſe: *Vas electionis eſt mihi iſte*; & ſicut aliis dona ſua impertiebat, aliis quidem tribuens intelligentiæ donum, aliis donum ſcientiæ, huic facultatem altiſſima penetrandi myſteria, hæc omnia ſe collecturum in Paulo tanquam vaſe electionis; Sanctus Joannes a Cruce aliquo ne tantum peculiari dono commendatus fuit? an omnes virtutes, & dona in Sancto hoc, tanquam Electionis vaſculo collecta fuerunt? Si illius inviolabilem puritatem animadvertimus, nonne illum in album virginum recenſemus, qui Agnum quocunque ſequuntur? Si conſideramus illum tanquam primum ex tot Religioſis, qui ejus exemplo reformationem ſuſceperunt, nonne illum Patriarchis adnumeramus. Si illius auſteritates, & vivendi genus ſancte crudele intuemur, quo ad corpus ſuum caſtigandum eſt uſus, nonne martyrem nuncupamus? Cogitantes zeli ipſius magnitudinem, bonorum omnium abrenuntiationem, paupertatis amorem, illum ſpectabimus tanquam Apoſtolum, qui poſtquam Evangelica adimplevit conſilia, horum præxim aliis tradit. Denique hic Doctor eſt inſignis propter opera eruditiſſima; hic eſt aſceticæ vitæ magiſter, cum nemo eodem ſcripſerit melius de eadem: Seraphim eſt propter ignem, quo voratus; novus eſt Thaumaturgus propter ingentem miraculorum numerum; Prophera eſt, qui futura prænoſcit verbo. vas eſt electionis, in quo Deus omnia dona ſua collocavit.

Natura erat cum felici propenſione in bonum.

Sortitus eſt animam bonam. Sap. 8. Maxima ad virtutem prærogativa eſt felices fortitum fuiſſe propenſiones; in bonum proclivem ferri, ſine contradictione, immo etiam cum voluptate virtutem exercere, horrore vitium, ac illud eo majori odio proſequi, quo majus eſt, atque probatius, non uti ſuis luminibus, atque judicio, ruſi ut in Sanctorum ſcientia recentes progreſſus fiant. Talis extitit Sanctus ille, quem colimus. Spiritus ejus ſuapte natura acer erat, & perſpicax, nonniſi in magnis objectis ſubſiſtens. Dederat illi Deus ſolidum judicium & animum, qui perturbari nulla re poterat, cum aggreſſus eſt Ordinis ſui reformationem. Obices zelum illius acuebant, non deterrebant. Animi dotes adeo locupletes aptum reddebant illum, ad veritatem amandam ſequendamque. Hæ fuerunt fundamentum eorum luminum, atque virtutem, quæ Eccleſiam ædificarunt, atque illuſtrarunt. Corpus ejus, & anima per mortificationem emundata, ſenſibus expedita, & us omnibus, quæ terreſtria, & craſſiora ſunt, vacua, illum in ſtarum adduxerunt fruendi veritate ſine ulla mentis evagatione. Ita volatum arripuit, ac per intervalla ramquam pullus Aquilæ ſeſe extulit, ut in ipſum lucis ſonem figeret oculos, & per communicationes, quas obtinuit a Deo ſe ipſum hac doctrina repleret, quam ii, qui magis ſpirituales ſunt, admirantur. Ubi quæritur primo hujus elationis cauſa, in bonis inventur affectibus, ac ſtudiis, quæ ab ipſa hauſimus natura, & quæ ſunt veluti ſemina, quæ cum ætatis profectu evolvantur, ætate creſcente inſignes afferunt fructus: ſed ſemper ſupponendum eſt hoc gratia perfici, coli, nutriri.

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Pſalm. 67. Sancti omnes ſunt opera gratiæ, ut Sanctus Paulus, omneſque dicere tenentur: Quidquid ſum, id Dei gratia ſum, cui uni gloria accepta referenda eſt; ille unus in Sanctis ſuis laudandus, & celebrandus eſt: *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*. Hæ laudes, & hi admirationis ſenſus ingeminandi ſunt, quo major ſanctitas eſt ſervorum Dei, quo eminentiora ſunt eorum dona, eorumque virtus inſrequentior. Quas igitur laudes non debemus miſericordiæ Dei, quod ſæculo hoc tam laxo peperierit Sanctum propter ſublimes cognitiones ſuas admirabilem, quas ex *ipſo* Dei ſinu hauſiſſe videtur; qui eum ſermonem loqui videtur, quem maxime ſublimes intelligentiæ; admirabilem in via, quam ingreſſus eſt iturus in cœlum per ſublime orationis genus, quod exemplo caret in retro lapſis temporibus: admirabilem propter hos exceſſus amoris & charitatis, quibus paſſim anima ejus rapta fuit, ac viſionibus prophetiis ad ſcrutanda cordium areana. Verum hiccine Sanctua laudandus eſt, an tu Domine auctor omnium horum donorum, omnium & harum ſcientiarum? *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*. [illegible] tati Sanctum hunc Dei famulum, qui ad ipſum ſolum referebat laudes, quæ ipſi deferebantur, & qui ſibi interemptum dumtaxat reſervabat; te columen tanquam luminum parrem, tanquam fontem omnium perfectorum bonorum, quæ in magno hoc Sancto emicuerunt: *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*.

Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Coloſſ. cap. 3. Mori, & vivere cum Jeſu Chriſto, mori mundo, & vivere in Deo, hæc ex Apoſtoli ſententia profeſſio eſt omnium fidelium; cum enim baptizati fuerint in morte, & Sanguine Filii Dei, æquum eſt, ut impleantur ſpiritu ejus, vitamque ducant ſimilem vitæ ipſius a ſenſibus avulſam, ab animæ perturbationibus vacuam, omnino puram, atque cœleſtem. Sed hæc vocatio, quæ omnibus fidelibus communis eſt, fit ſingularis eorum vocatio, qui non ad ſanctitatem, ſed etiam ad ſanctitatis perfectionem contendunt. Hujuſmodi fuit S. Joannis a Cruce vocatio, cujus virtutes hodie vobis proponit Eccleſia. In tabrica ætate nunquam lapſus eſt, quia diluculo intellexit, ſe Deo mortuum eſſe; ſibique operam eſſe impendendam, ut viveret Jeſu Chriſto, magis moreretur: *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*. Coloſſ. 3. Nequaquam videtis Joannem a Cruce cum adoleſcentibus æqualibus ſibi. Deus eſt pars illius; non alium ſpectat, quam cœlum; non habet aliud exercitium, niſi pœnitentiam, nunc temporis, quo putant alii ſe mmime ad eandem teneri, non aliam fover ſpem, quam ſalutis ſuæ, tunc temporis, cum mundus ſolum eſt objectum ſpei adoleſcentium: quoniam magnus hic Sanctus ſentiebat magna Dei de ſeipſo conſilia, & cupiens ſe fidelem eſſe, aſſuefecebat ſibi mori, & Jeſu Chriſto tantum vivere: *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt in Deo*.

Perfectiones quæ ſtuentur per tuit tura hæc illi lumina gratiæ ſunt.

Caſtigaſti me, & eruditus ſum. Jerem. 31. Undenam putamus Joannem a Cruce hanc hauſiſſe luminum copiam, quæ oculos noſtros perſtringunt, & quæ divina potius videntur, quam humana, potius per infuſionem, ac revelationem conceſſa, quam ſtudio comparata? Quanam in ſchola didicit amare Deum ſecundum omnem Evangelici Præcepti latitudinem, & quanam methodo indefinenter divinis flagrare novit ardoribus, qui in ſuſpiria, ac verba erumpentes flammarum ſuarum vim, ac vehementiam ſignificabant? Quanam ratione promeritus eſt haa ſpirituales divitias, delicias hafce interiores, intimam hanc unionem cum Deo, qui illum attollens ſuperſe, efficiebar, ut in divinitatis ſinum pervolaret? In Carceris caligine divinam hanc didicerat ſcientiam; perfecutores ſui illum erudierant, ac illi tot a Deo lumina promeriti fuerant, non ſecus ac olim Deus viſitavit Sanctum Petrum in carcere, & magna edidit prodigia, ut inde eum liberaret, illuminans carceris tenebras lumine cœleſti: *lumen reſuſſit in habitaculo*. Act. 12. Quia afflictionum tempore ad cœli dona recipienda ſumus parationes; Sanctus Joannes a Cruce nunquam majoribus de cœlo luminibus, nunquam ſanctioribus deliciis refectus fuit, quam cum pluribus vexatus fuit curis: quoniam Deus verborum ſuorum veritatem adimplens tribuit ſemper menſuram conſolationis parem menſuræ

ſuræ tribulationum; & virtutem reddit perfectiorem per ea pericula, quibus eam probat.

Congregate vos in domum Diſciplinæ. Eccleſ. 51. Zelo S. Joannes a Cruce ſatis non erat virtutem ad apicem perfectionis perferre; alios quoque illuc attollere adniſus eſt vacans reformationi Ordinis ſui, & inſtaurandis jacturis, quas tempus pepererat. Hæc enim rerum humanarum conditio eſt, ut ſanctiſſima quælibet inſtituta aliquid ſemper puritatis amittant, prout a fonte ſuo recedunt, non ſecus ac fluvii, quorum aquæ prope originem ſuam pellucidæ ſunt, ſed quo magis ab eadem abſunt, limoſiores, ac lutulentiores fluunt. Tempus etiam abſtulerat partem vetuſtis, atque fervoris, qui ſumma cum populorum ædificatione regnaverat in domibus, quæ conſecratæ erant pœnitentiæ. Fides tepeſcebat, & diſciplina non continebat ſe amplius intra regularitatem ac normam inſtituti ſui. Facta erat quædam commutatio Mundi, & Religionis, cupiditatis, & charitatis, affectionum ſæcularium, & officiorum Religioſorum. Joannes a Cruce a Deo eacitus tanquam recens quidam Ordinis inſtitutor ad reparandum fervorem religionis, eamque ad priſtinam vocationem reducendam, ac rurſus accendendum divinum ignem, quem ſæcult ſpiritus fere extinxerat; ſed quonam modo hoc opus aggreditur? Præfert in ſeipſo primi Inſtitutoris ſpiritum; loqui operibus incipit, & exemplis. Plurimi voluntatibus ejus obſequuntur, & in Religione totidem videntur exemplaria reparatoris ſui, quot ſunt Religioſi.

Sancti hujus ſæculi orationes inter cæ mollitiem condemnant.

Qui non bajulat Crucem ſuam, non eſt me dignus: Luc. 14. Verbis iſtis attendite, o mundi cultores, qui in mollitie vivitis, & per intervalla voluptati uni aliam ſubrogatis tanquam conductitii famuli; ut novas eacogitetis voluptates prioribus ſapidiores, quoniam guſtua longo uſu, & frequenti habitu hebeſcit: Attendite his Jeſu Chriſti Verbis, eaque cum veſtro vivendi genere comparate. Regula, & menſuræ ſibi conformes eſſe debent; Si abnormes fuerint, jam extra Ordinem eſtis, ac tenditis eum in locum, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Dicere ne audebitis Evangelium duſum eſſe jugum, quod vobis injicit, eſſe grave; nat uræ vires deeſſe? Legite ibi damnationem veſtram; nam vobis innotefcet, voluntatem vobis deeſſe, non poteſtatem. Beatus Joannes a Cruce eum corpore æque ſenſibili, ac molli, quale veſtrum eſt, ita jejunabat, ut pane tantum modico, & aqua brevi vtveret. Videte quænam fuerit durities ferreorum vinculorum ejus; quoties corpus ſuum flagellis torqueret; cum ad hæc nunquam cilicium ſuum relinqueret, & veſtem gereret ea juncis contextam, quæ totum tegebat corpus illius, & ferreis præfixa aculeis carnes ejuſdem lancinabat. Obſtupeſcitis, cum auditis Sanctum hunc non niſi nudatis pedibus ſuper nivem, & glaciem inceſſiſſe, ſed inertiam veſtram tanquam ſluporis veſtri cauſam inſimulate; cogitate, quod Sanctus hic cogitare conſueverat, corpus veſtrum infenſiſſimum vobis eſſe inimicum, qui interimo vos bello perſequetur, niſi illum in ſervitutem redigatis, atque tunc intelligetis, uniquique bajulandam eſſe Crucem ſuam, vel ſub peccati ſervitute ſeneſcendum: *Qui non bajulat Crucem ſuam, non eſt me dignus.*

PARAGRAPHUS IV.

Loci Sanctorum Patrum, qui ad virtutes, vel facta Sancti hujus poſſunt applicari.

Illi in charitate Dei eſt perfectior, qui ad ejus amorem plures convertit. S. Auguſt. tract. 97. in Joann.

Sitne Chriſtus gravorem non poteſt pati perſecutionem, quam ut quis verbo, & exemplo animus ſuo ſanguine liberetur ab ipſo averſus; ſic gravioram honorationem impendere ei non valemus, quam animos deviantes convertendo ad ipſum. Idem ibid.

Accendi ego luminaria in Cælo, accende tu illis ſtatuta, nam potes his, qui in errore ſunt, lumen veritatis accendere: hominem facere non potes; ut juſtum, gratumque Deo vales. Vide quam te diligam, qui majora tibi faciendi tribui facultatem. S. Chryſoſtom. in Geneſ.

Patientia, & manſuetudinis exercitium in tribus conſiſtit, in verborum injuriis, in damnis rerum, in corporis læſione. S. Bernard. in Purificatione B. Virginis.

Patientia injuſte melior vendicta eſt, quam facientis. S. Auguſtinus in Pſ. 50.

Verum humilem patientia oſtendit injuria. Idem in Epiſt.

Juſtus accuſatus tacet, læſus remittit, diſſimulat lacceſſus. Ambroſ. in Pſ. 37.

Verus humilis non vult humilis prædicari, ſed vilis reputari, nec repudiat ſolum, quam vilis ſit in præſenti, ſed quam vilis etiam eſſe poſſit. S. Bernardus Serm. 16. in Cantic.

Nemo dicat, quod temporibus noſtris certamina eſſe non poſſunt; habet enim & pax noſtra martyres ſuos; nam irascibilem vincere, libidinem fugere, juſtitiam cuſtodire, avaritiam contemnere, ſuperbiam humiliare magna pars eſt martyrii. S. Auguſt. Serm. 250. de Temp.

Martyrium propoſito, non ovento æſtimatur. S. Chryſoſtomus de adventu Domini.

Mori a perſequente Martyrium eſt in aperto opere, ferre vero contumelias, & odientem diligere, Martyrium eſt in occulta cogitatione. S. Gregorius in Homil.

Nunquam deeſt tribulatio perſecutionis, ſi non deſit obſervantia patiendi. S. Leo Serm. 9.

Sit in nobis quotidianus quidam uſus, affectuſque moriendi; ſuſcipiat anima noſtra mortis imaginem, ne paveat vera mortis inventa. S. Ambroſ. lib. de fide Reſurrectionis.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia pena deprami poſſit in hoc argumento.

AD aſſequendam ſublimem cognitionem perfectionum Dei, duplex patet via; ſtudium, & Oratio. Alia detegit eam per mentis ratiocinationem, altera per ſenſus cordis. Utraque ad finem tendit eundem, ſed cum hoc diſcrimine, quod Dei cognitio ſtudio comparata inflat; cognitio vero Dei per orationem quæſita parit charitatem. In ſtudiis homo acquirit, itaque prolixiori tempore opus eſt, & parum progreditur. In Oratione Deus largitur, itaque diſcendi viaa facit breviores. Joannes a Cruce ſublimes has cognitiones acquiſivit non quidem ſtudio, & ratiocinatione; ſed per charitatem, & preces. Credidit ſe tunc omnia ſcirurum, cum ſciret Jeſum Chriſtum Crucifixum. Hujus igitur amor tota fuit ejus occupatio; & oratio totum illius ſtudium. Intelligite ergo Sapientes ſæculi, breviorem, tutioremque viam, ut calleatis ſcientiam Sanctorum, jugem eſſe orationem, & Jeſum Chriſtum crucifixum librum eſſe a vobis ſæpiſſime conſulendum. Nonniſi ægre per viſibilia ad inviſibilia vofmet attollitis, ſed per Orationem, non ſecus ac S. Joannes a Cruce Dei magnetudine, quo vos oratio perduxerit, in nihilum veſtræ infirmitatis deſcenderis. *Auctor Recens.*

Spiritualis eſſe debet homo, qui cognoſcere vult non vulgares gratias, quas Deus ſanctis largitur, & effectus amoris, quo Sancti diligunt Deum. 2. Cor. 2. 2. Cor. 2.

Spiritus hominis non cognoſcit opera Dei; & quidquid captum illius excedit, inſania eſt: *Animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt .... Stultitia eſt illi. Sed Dei Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda Dei.* Cum ſermo eſt de amoris impetu, de extaſibus, de ſuſpenſione uſus ſenſuum apud carnales animas; ſubito intelligunt, has viſiones putant, exinaniti cerebri, & eacitatæ imaginationis effectus: *Stultitia eſt illi.* Intelligunt quidem quid ſit amoris profani impetus; quouſque æſtuantis cupiditatis furor evadat; hunc uſum ſenſuum, & rationis adimere, & hanc eſſe phrenefim, quæ rapit animam eatra corpus, quod animæ per amoris vim; quoniam effectum hunc experti ſunt, & nunquam intellexerunt, quid poſſit in cot, & corpus divinus amor, ubi eſt in eodem vtolentiæ gradu, in quo humana vehemens ægritudo. Joannes de Deo expertus fuerat admirabiles hos effectus; quia Dei Spiritus, & amor ejus ommno potiti fuerunt illus corde, & in corpus etiam erumpebant. Pars hæc craſſa, ac terreſtris cogebatur ſequi impetum animæ volantia, & adeo vehementea erant operationea animæ, ut eas ſubſequi corpus teneretur. Hac in re ſimilis currui myſtico, quem vtdit Propheta, cujus rotæ, & omnis molea ſequebantur ſpiritum potentem, ac ſubtilem, quo movebantur. *Idem.*

Ne ſpernas te virium tuis perventorum conatibus ſuis, ſed eſt eas attollere ad eum. *Iſaiæ* 38. *Pſalm.* 34.

Homo ad contemplationem minime pervenit per regulas; Dei unius eſt, nos illuc, ubi e re cenſuerit elevare. *Suſcitam eo ſuper altitudines terræ.* Hæc de cauſa contemplatio inſigne donum eſt, privilegium, prærogativa; ideoque a Dei manu ea poſtanda; neque ſperandum nos ſtudiis, curiſque noſtris ad eam perventuros. Tandem enim nullibi videmus in Sanctia litteris, aliquem petiſſe alas aquilæ, quæ ſymbolum eſt animæ ad ſublimiorem contemplationem ſublatæ. Rea Propheta popoſcit ſolum alas columbæ, quæ ſymbolum eſt animæ ſalutem ſuam invenientis in receſſu, ac timore Domini: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?*

Conjunctio contemplationis cum actione non eſt effectus virtutis naſcentia. Aquilæ ſimilis, quæ finit pullis ſuis vires accedere, antequam illos objiciat, aſſectiæ vitæ magiſter ſuat diſcipulos ſuos in ſolitudine, ſilentio ac oratione roborari, antequam animas convertendas eaquirant. Moa, ut ita dicam, tradit illis guſtum convertionis peccatorum aliquo experimento earum curarum, quas hæc poſtulat convertio. Ita non parum prodeſt, ſi tyrones hujuſmodi intelligant, quam ſuave, & glorioſum ſit animam de Satanæ imperio liberare. Tempus erit, eum a ſimplici præguſtatione, ac ſpecimine converſionis proanni, ad illam omnino ingrediendam gradum facient; ſed expectandum eſt donec foveant deſideria au animarum ſalutem cooperandi, in quibus jugiter ſe exerceant.

Proficiorum eſt actionem cum contemplatione conjungere.

Qui orationi vacat, non ita ſe mancipare debet dulcedini ſolitudinis, ut ultro, ac libenter ab ea non recedat, cum ſalus proximi illum evocat. *Converſio peccatorum eſt præda juſtorum*, S. Gregorius ait. Profecto cum orationis viro plus ſit lumunis, quam alteri ad peccatorum, & eorum, qui gratiæ mortui ſunt miſeriam cognoſcendam, *De longe occuli ejus proſpiciunt*; majori etiam zelo ductua illis opitulatur. Ita ſe geſſit Joannes. Vos illum admiramini, cum conatus ſuos exerens ſeſe uſque

Virtutionis debet, ut S. Joannes a Cruce, interpellare contemplationem, ut vacet ſalutl proximorum.

uſque in Divinitatis finum attollit: ſed nihilo ſecius illius admirandam rationem, quam ſervat non ſolum ut animas converſat ad Deum, verum etiam ut illas ad altiſſimum perfectionis gradum attollat; quod fuit in cauſa, propter quam omnia difficillima ſuſcepit. Quam glorioſam, & in oculis Domini jucundam efficit hominis vitam hæc mixtio contemplationis, & actionis?

Superbia quanto opere metuenda ſi ambire quæ ad alt m ſanctitatem gradum ſtatus, & Dei beneficium emulata eſt.

Ex omnibus honoribus, qui ſuperbiam ciere poſſint, & amorem proprium pertentare, nullus ſane periculo propior eſt eo, qui proficiſcitur ex non vulgari ſanctitate, quam comitantur revelationes, extaſes, & miracula. Cum aliquis ad ſæculi dignitates evehitur, dummodo illi ſolidum adſit judicium, & viva fides, facile ſuperbiam ſuperare poteſt, quæ oritur ex hac elatione per cogitationem humilitatis ſuæ, & humanarum, terrenarumque rerum vanitatis. Sed ubi anima ſublatam ſe videt ad ſanctitatem revelationibus, prophetiis, prodigiis inſignem, quæ per ſe magna ſunt, & admirabilia, quam periculoſum eſt, ne nos magna lux iſta perſtringat! Magna virtus eſt, S. Bernardus dicebat, *ne audeas magna operari, magnum te eſſe neſcias.*

Hoc eſt Sancti Joannis noſtri ſecretum. Luminibus circumſeptus eſt; ſed non perſtringitur, ſemper agnoſcat creaturæ nihilum, & paupertatem. Abſcondit non alienis tantum, ſed ſuis etiam oculis dona, & non communes gratias, quibus cumulatur, nunquam in illis figens oculos; ſed ſemet illa recipientem conſiderans. Humilitatis principium ex S. Thomæ ſententia eſt profunda reverentia illa, qua colimus Deum, & quæ oritur ex cognitione magnitudinis ejus, itaut prout intellectus repletur hac intuitu dominationis, & perfectionum divinarum, voluntas eorum illo proſternatur, & annihiletur. Ita cum profundus hic contemplator ſemper abditus eſſet in contemplanda Dei magnitudine, ſeſe in nihilo ſuo extenuatum continebat.

Unde oriatur in cœnobiis relaxatio.

Propter humanarum rerum inſtabilitatem, quæ diu in eodem ſtatu eſſe nequeunt, ea quæ ſolidiſſime conſtituta videntur, ſenſim infirmantur. Humana mens, quæ ſemper agitatur, poteſtne non moveri, & non mutari? Rerum ſtatus ſemper æqualis, & uniformis illam opprimit. Cæterum nonne ipſum naturæ pondus indeſinenter ad laxitatem nos deprimit. Sæpe hoc eſt judicium Dei, quod later, & punit negligentias, & infidelitates, per collabentem monaſteriorum diſciplinam. Sanctus noſter acuit zelum ſuum contra Satanam, qui ſuggeſtionibus ſuis ſpiritum Ordinis Carmeli debilitaverat. Inflammatur contra privatorum ſcelera, quæ efferebant, ut a ſanctis hæ locis Deus oculos ſuos averteret. Opponit inconſtantiæ mentis humanæ ſpiritum Deo animatum, qui immutabilis eſt; ſubjicit oculis fratrum virtutem parentum, eiſque dicit: *Si quis eſt Domini, jungatur mihi.* Qui flagrant zelo legis, atque Teſtamenti Patris noſtri ſequantur me; *Si quis zelum habet legis, exeat poſt me.* Hunc audiunt, hunc ſequuntur, obices evaneſcunt; omnes illi parent, omnes veterem, priſtinamque obſervantiam requirunt; ac in omnibus Regni Provinciis reflorefcere videtur Ordo Carmeli zelo S. Joannis a Cruce, qui ſit illius Parens alter, & alter Inſtitutor.

Exod. 32.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Alcoricis, nuperiſque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Ejus educatio, & ſtudia.

CUm Parentes S. Joannis a Cruce ingenti familia in modiciſſima fortuna gravati eſſent, & manuum ſuarum laboribus victum ſibi comparare tenerentur, filii ſui cupiditati, qua ferebatur in litterarum ſtudia, velificari non potuerunt. Sed Divina Providentia illis excivit Patronos, qui collatis in diutinam Inſtitutionem Joannis ſubſidiis eum domo procul alucrunt. Benefactorum piis intentionibus ubertim ille reſpondet, quia illi ob pueri præclaros in ſtudiis progreſſus ſe opem, operamque nequaquam perdidiſſe gavifi ſunt.

Proteſtationem B. Virginis narctus eſt.

Mirum non eſt, S. Josnnes a Cruce ſingulsrem præ ſe tulit erga beatam Virginem, a qua diligebatur, charitatem. Quoniam quater apparuit illi luce multa coruſcana, ut vitæ ejus ferret opem. Bis, cum adhucinfans eſſet, ut educeret illum de imo putei, & de lacu, in quem lapſus erat: tertio vero ut eruereet illum de fluctibus fluminis, in quos inciderat, illud trajiciens: quarto denique illum incolumem ſub palio ſuo cuſtodiens inter rudera, ac ruinas parietis, qui cellam ejus oppreſſerat, ſtque contumulaverat. *P. Texier.*

Difficile eſt æquum S. Joannis de Cruce characterem proponere. Si intemeratam illius puritatem ſpectamus, ei inter Virgines locus tribuendus eſt. Si illum perpendimus tanquam primum inter tot Religioſos, quos illius reformatio ad Dei ſervitutem perduxit, in Patriarcharum numerum illum reeenſebimus. Immo etiam Martyrem eſſe putabimus, ſi ea quæ paſſus eſt, inſpexerimus: & Apoſtolum, ſi zelum illius ad examen vocaverimus; Doctorem ſi nobiſmet ob oculos propoſuerimus opera divinis luminibus diffluentia; Seraphim, ſi exaticum ejus amorem fuerimus intuiti; & Prophetam, ſi nobis in memoriam prædictiones ejus revocaverimus. Sed tandem hæ omnes inſignes illius dotes ſunt illi cum aliis Sanctis communes, ita ut illum peculiariter nequeant connotare, neque peculiarem nobis cognitionem tribuere. Ita ut ad æquum de illo conceptum animo imbibendum, vobis fingendus ſit homo, nullam omnino habens cum terra neceſſitudinem, quamvis ratione corporis in ea immorari debeat; qui nullum habeat cum ſenſibus nexum, quamvis iiſdem uti teneatur ad ea exequenda, quæ ipſi a Domino præcipiuntur; qui totus in cælo eſt, totus in ſinu divinitatis, totus in beatorum occupatione; prorſus divinus contemplator, qui jam in vitam alteram migraſſe videtur eo modo, quo anima corpore ſoluta in mundum alterum migrat. *Idem.*

Interceptum quibus cumulatus ſit beneficiis aliud eſt maximum quod baptiſmi innocentiam cum auſteriſſima pœnitentia conjunxit.

Adeo rarum eſt in Chriſtiana Religione, atque inter Sanctos animam repente, quæ toto vitæ hujus ſpatio Baptiſmi ſui innocentiam ſervarit, ut gratiæ miraculum habeatur, qui illius jacturam paſſus non fuerit. Hunc conjicere poſſimus, quem Sanctitatis apicem Sanctus Joannes attigerit, qui Baptiſmo quaſitam Sanctitatem ſervaverit ſecundum teſtimonia virorum, qui doctrina, ac virtute celebrantur, & qui generalem illius confeſſionem exceperunt noviſſimia anima vitæ ipſius. Nullum unquam grave peccatum patravit, ideoque nunquam amiſit hanc innocentiam; licet adeo auſteram, ne horribilem dicam, fecerit pœnitentiam, ita ut audacter liceat aſſerere, illam exæquaſſe non ſolum inſignium Eremitarum auſteritatem, verum etiam martyrum cruciatus, ſeu per rigores, quos in ſe ipſum exercuit jugi mortificatione, ſeu per ea perſecutiones, quas invicta patientia ſuſtinuit; qua in re ſemper conatus eſt imitari Jeſum Chriſtum crucifixum, ac ſemet conformem reddere hunc Viro dolorum potius per expianonem ſuorum criminum, quæ non niſi leviſſima eſſe poterant, unde judicium ferri poteſt ad quem perfectionis gradum evaſerit. *Recens Auctor.*

Votorum ejus ad Religionis ſtatum, & auſteritas in Ordinem Carmeli.

Adeo fidelis extitit gratiæ, qua ipſum prævertebat Deus, ut in innocentia, & morum puritate permanſerit inter omnia adoleſcentiæ pericula, ſtque ſe ipſum tutus fuerit adverſus prava æqualium ſuorum exempla, & contra propri smoris delectationes. Annos unum ſupra vigeſimum natus ſtylum conquiſivit, ubi rutus eſſe poſſet contra ſalutis virtutiſque inimicos, & mundi inſidias evitare. Peculiaris ejus erga Beatam Virginem pietas, illi fidem aſtruit, fore ut perfugium hoc inveniret in domo aliqua Ordinis Carmelitarum, quos Deiparæ devotos eſſe noverat. Hac mente obtuit ſe Cœnobio Sanctæ Annæ, adiitque Ordinis Superiorem, s quo non ægre exceptus, Religionis veſtibus Induqs ſuit. Quod facere viſus ſuit in ipſo Religionis Tyrocinio, impulit in hanc mentem homines. ſiturura ut aliquando in magnum Aſceticæ vitæ magiſtrum evaderet. Poſt emiſſam vero profeſſionem, fervor quem primo tyrocinii ſui anno præſtetulerat, non ſolum non deferbuit, ut accidit plerumque; verum etiam recentia nactus eſt incrementa. Incepit vitæ genus adeo auſterum, ut omnes Religioſos perterruerit, qui de priſtina vivendi forma deſeiverant: & qui jampridem ab iis auſteritatibus defueverant. Sibi pro cellula dari petiit locum, ſordibus colligendis deſtinatum, ubi aperiendus fuit in tecto hiatus, per quem modicum lucis immitteretur. *Ex illius vita.*

Ad acquirendam Religioſi ſtatus perfectionem, interiorem ſumner ipſius partem regere incepit, juxta Sanctorum omnium conſilium ſubjiciens animi cupiditates rationi, corpus animæ, & ſpiritum Deo, ſtatim criſtianæ perfectionis menſuraa ſdimplena. Mox natoræ ſtudis jugulavit, quæ illum terræ adnectere poterant, & hoc pacto mundo mori cœpit. Namque ſecundum S. Auguſtini ſententiam, ſicuti animæ ſeparatio a corpore corporalem efficit mortem, ſimiliter ſepatatio animæ s mundo mortem gigmt ſpiritualem, & Dei ſervis omnem ſufert ſenſum rerum creatarum. Hoc pacto magnus iſte Vir prorſus ſanctam vitam ducere inchoavit, chriſtianas virtutes in editiori ſtatu perfectionis exercena. Fides ejus magis particeps erat beatificæ viſionis, quam obſcuritatis vitæ hujus, adeo perſpicue videbat veritstes æternas. Spes illius potius accedebat ad Dei perfruitionem, quam ad tanti boni expectationem; adeo illius certus erat. Puritas ejus illam potius cælestium beatarumque mentium, quam virginum in terria imitabatur; adeo aberat ab imaginibus, & ſenſibus corporis, ita ut Angelicam potius, quam humanam vitam duceret. Ejus humilitas quodammodo Filii Dei exinanitionem exprimebat, adeo ſemet in nihilo ſuo coram Creatoris ſui magnalibus deprimebst. Paupertas ejus erat conformis carentiæ bonorum temporalium, quæ propria eſt purorum ſpiritnum, & abſoluta privatio, quæ haberi poſſit in mundo; adeo illi perſuaſum erat Deum unum eſſe divitias pauperum: *Dominus eſt divitis pauperum*, ut S. Auguſtinus inquit. Ejus obedientia potius imitabatur obedientiam Angelorum, quam ſubmiſſionem hominum, adeo prompta erat, univerſalis, generoſa, ab omni cupiditate aliena, in omnibus rebus, atque occaſionibus tranquilla. Denique omnes virtutes ejus ita eminebant, ut videretur ſublatus ad altiſſimum Sanctitatis gradum, quamvis ille tunc ſolum inciperet ambulare in via perfectionis. unde facilis conjectura patet ad quem apicem ſub vitæ ſuæ finem pervenerit. *Ex Sermone typis edito.*

Honores quod con-

Non minus admirabilis erat ejus pietas, quam mortifica-

alius præbuit exemplum.

tificatio; amor, quo ſolitudinem diligebat, & ſilentium, efficiebant, ut de ſocietate, ac hominum conſuetudine ſubtraheret quidquid poterat, ut hoc interiori, pacatoque tribueret commercio, quod fovebat cum Deo. Hoc autem commercium poſitum erat præſertim in oratione, æternarumque veritatum contemplatione. Cum ex hoc ſtatu egrediebatur, ut ad clauſtralis diſciplinæ exercitia reverteretur, tantum aberat, quod abſtractus videretur, ut plerique contemplatores, ac myſtici, æque præſens erat ſpiritu, ac intentus iis, quæ peragebat, quaſi non alio munere faiſſet perfunctus. Ita ut licet eminenter poſſideret virtutes omnes, quæ convenire poterant profeſſionis ſuæ Sanctitati, videbatur illa, quam tunc temporis exercebat, eam eſſe, in qua maxime excellebat. Superiores illius cognito admirabili ejuſdem progreſſu in Religioſa perfectione, eum coegerunt, ut ſacro Presbyteratus ordine inſigniretur, quandoquidem ad requiſitam ætatem pervenerat. Cum autem minime conſueviſſent inter ſe videre charitatem adeo ardentem, & ſenſuum mortificationem æque generalem, perfectamque terrenis rebus omnibus abrenuntiationem, jure erediderant, ejus tenitentiam omni ea ejuſdem humilitate, ideoque non dubitaverunt omni ſua uti auctoritate, ut nolentem cogerent; ſed rati in ſummum Ordinis ſui decus ceſſuram vim adeo eximii promotionem ad Sacerdotale miniſterium, in cauſa fuerunt, ut præter opinionem, Ordo tanti viri paulo poſt jacturam ſubiret; ſi tamen dicere fas eſt, Ordinem feciſſe jacturam illius, qui non aliud egit, quam illum per felicem reformationem in meliorem formam redigere. Etenim cognitio, quam Sanctus Joannes adeptus eſt de Sacerdotum officiis, effecit, ut concupiſceret vitam magis ſolitariam, & minus abnormem ab ea, quæ tunc in Carmelitarum Ordine ducebatur. Cum diu conſuluiſſet Deum, quid ſibi hac in re optimum eſſet factu, inut conſilium in Carthuſianorum ordinem migrandi, ubi ſperabat ſe talem, qualem requirebat, ſolitudinem inventurum, & ubi videbat omnimodam a mundo ſeparationem, cujus amore tenebatur.

S. Thereſia hanc illi mentem auferre, eumque hortatur, ut Carmelitarum reformationi ſeſe totum ſuæque ipſius inſtituto ſacro tollat.

Cum ille in hoc totus eſſet, ut in hunc Ordinem admitteretur, in quem ſe evocari putabat, S. Thereſia, cujus auribus non vulgaris ejuſdem virtus acciderat, concupivit cum illo verba facere; & judicans hunc longe alium eſſe ab eo, quem fama prædicabat, credidit hunc eſſe poſſe miniſtrum, quem deſtinaverat Deus, ut ſibi ferret opem in ſublimi eo conſilio, quod inierat, pro Carmelitarum reformatione. Ubi Sanctus Joannes illi ſuam mentem aperuit ad Carthuſianos migrandi, ipſa eo vocis tono, atque ea auctoritate, quam ſibi ſanctitatis ſuæ celebritate pepererat; hoc nequaquam Deo placiturum reſpondit; qui cum ſemel evocaſſet illum in montis Carmeli Inſtitutum, ſi fidelis eſſe vellet ſuæ vocationi potius eo zelo, quem alio translaturus erat, uteretur in revocando eollapſam Carmeli diſciplinam in priſtinam lucem, ac obſervantiæ perfectionem. Obtulit illi cognoſcendas neceſſitas faeultates, quas ipſa receperat, ut magno huic operi manum admoveret, eumque cohortata eſt ut opus hoc aggrederetur, iis uſa verbis adeo efficacibus, ut ille primam abjecerit mentem, & pollicitus fuerit Sanctæ Virgini operam ſuam, & ſe nutibus ejuſdem obtemperaturum; quandoquidem illi perſuaſum erat, Dei Spiritu illam agi, & illius eſſe debere perfectiſſimum imitatorem. *Ex Sancti vita.*

Incidit in oculum, & ſuſpicionem contraxit eo Autem.

Confratres ejus mani zelo animati, & violento animi affectu exercati inſtituti ſui quod collapſum erat a prima, veterique diſciplina, reformationem ejus damnarunt tanquam ſingularitatem Religioni perniciofam, & tanquam facinus ſeveriſſimis ſupplicis coercendum. In tetrerimum igitur careerem conjecerunt illum; ubi novem tranſegit menſes omnibus ignotus, exceptis quibuſdam fratribus, qui illius exercebant patientiam auſteris jejuniis, & horrentibus corporis macerationibus, quas in ſemet illum exercere cogebant, quin aliquid hujuſmodi ſolatii permitterent, quod cum hominibus conſuetudo, vel lectura librorum captivo alicui poſſunt afferre: ita ut ſi illi reliquus eſſet ſenſuum uſus, iis tantum uteretur ad videnda ſuarum pœnarum inſtrumenta, & audienda convicia, & opprobria, ad guſtandam cibi ſui amaritudinem, ad ſuſtinendum carceris fœtorem, & duritiem terræ, ubi cubabat. *Ex Sancti vita.*

Cœnobia quibus affectus fuit illum Toleto ſimilem efficerunt.

Confratres ejus mani zelo animati, & violento animi affectu exercati inſtituti ſui quod collapſum erat a prima, veterique diſciplina, reformationem ejus damnarunt tanquam ſingularitatem Religioni perniciofam, & tanquam facinus ſeveriſſimis ſupplicis coercendum. In tetrerimum igitur careerem conjecerunt illum; ubi novem tranſegit menſes omnibus ignotus, exceptis quibuſdam fratribus, qui illius exercebant patientiam auſteris jejuniis, & horrentibus corporis macerationibus, quas in ſemet illum exercere cogebant, quin aliquid hujuſmodi ſolatii permitterent, quod cum hominibus conſuetudo, vel lectura librorum captivo alicui poſſunt afferre: ita ut ſi illi reliquus eſſet ſenſuum uſus, iis tantum uteretur ad videnda ſuarum pœnarum inſtrumenta, & audienda convicia, & opprobria, ad guſtandam cibi ſui amaritudinem, ad ſuſtinendum carceris fœtorem, & duritiem terræ, ubi cubabat. *Ex Sancti vita.*

Nec fatis. Deus enim, qui decreverat ea eo veram Jeſu Chriſti imaginem facere, voluit hanc eandem ſimilitudinem ducere inſtrum ab iiſdem opprobriis, quibus Filius ſuus ſaturatus fuit ante mortem, ideoque permittit, ut Sanctus ejuſdem imitator comprehenderetur, & violenter, & noctu, ut ille capeteretur; falſo, ut ille, accuſaretur, flagellis ad ſanguinem uſque, ut ille, cæderetur, toto corpore diſcerperetur, & ulceribus, ut ille, tegeretur ſeditioſus putaretur, Religionis antiquæ perturbator, & nequam ut ille, ab illis habitus cum contumelia, quorum perfectionem, atque ſalutem optabat, non ſecus ac Jeſus Chriſtus ab illis ſuſtinuit, de quibus optime meritus erat.

Interiores dolores, quos paſſus eſt ut ferret J. Chriſtum.

Hæ tribulationes ſatiſne magnæ ſunt ad perficiendam conformitatem Sancti Joannis cum divino illius Præceptore? Non ita fideles, accedunt, oportet, interiores pœnæ. Quapropter adeo graves expertus eſt, ut eaſdem exprimere non potuerit. Deus enim de corde illius gratias ſuas ſemovebat, ac tradebat illum violentia impreſſionibus, quas permittebat Deus a dæmonibus fieri in ſpiritum illius. Hæ illius affectiones excitabant, temperamentum inflammabant, imaginandi facultatem feracentis replebant phantaſmatibus, ſexcentaſque illi cogitationes contra Deum ingerebant. Voluntatem ejus omnibus rationibus oppugnabant, ut illam in Creatoris ſui odium, & ſalutis deſperationem impelleret. Non ſinebant ipſum in corpore, animaque ſua aliud videre, quam peccatum, quam gratiarum privationem, quam manifeſta extremæ deſtitutionis, conſummataeque reprobationis indicia. Cum nullum vel a Deo, vel ab hominibus ſolatium reciperet, ob quam gravi pœna afficiebatur! Quandoquidem ipſe etiam Jeſus Chriſtus apud Patrem ſuum conqueſtus eſt de hoc genere deſtitutionis, cui ultro ſemet ipſum ſubjecerat! O quam amaræ hujuſmodi cruces erant, quanta triſtitia conficiebant cor, quod non alios experiri motus voluiſſet, niſi amoris erga Deum optimum! Quot prælia in hac anima, quæ inceſſanter adhærere cupiebat unico ſuorum affectuum objecto, & quæ tantum vocis ſuis obicem nanciſcebatur?

Hæ tribulationes Joannis pondium fatis magna videntur.

Quid autem faciendum erit Joanni inter has pœnas? Numquid petet a Deo, quod olim S. Paulus, a toe ſuppliciis liberari? Non ita. Satis generoſum eſt cor illius: quin ullum flagitet ſolatium, nondum voti ſui compos eſt; & omnes Dei conatus, qui per ſe, ac juſtitiæ ſuæ miniſtros eum torquet, vota illius replere non poſſunt. Quamobrem cum Jeſus Chriſtus Cruci confixus ab eo petit quamnam pro omnibus laboribus ſuis vellet mercedem: *non aliam*, inquit ille, *non aliam*, o Divine Salvator, quam pati, & contemni pro te. O incomparabilem tribulationum amorem! S. Thomas Aquinas non aliam petiit mercedem, quam Jeſum Chriſtum cum ex eo hoc quæreretur. Sed hic perditus noſter Crucis Amator pœnas anteſen poſſeſſioni Dei ſui; quia amor patiens eum Jeſu Chriſto ſimilem efficit, cum ſola ejuſdem poſſeſſio illum dumtaxat efficeret beatiorem. Renuit beatitudinem, ut tormenta patiatur; deſerit gloriæ coronam ut coronam ſpinarum accipiat; mavult crucem, quæ dolorum magnitudine ſibi mortem infligat, quam Cælum, quod illum voluptatum cumulo inebriaret. *Ex manuſcripto Sermone.*

Sed undenam oritur hæc ineaplebilis patiendi ſitis? Inde oritur, quod cum Sancto Leone noverat Jeſu Chriſti erucem Sacramentum eſſe, & exemplum. Sacramentum quidem, quia divina potentia ibi operatur ſecundum omnem magnitudinem ſuam; exemplum vero ad excitandam inflammandamque hominum pietatem erga Creatorem, & Salvatorem ſuum: *Crux Chriſti, quæ ſalvandis impenſa eſt moralibus, & Sacramentum eſt, & exemplum, Sacramentum, quæ virtus impletur divina: exemplum, quo deverio imitatur humana.* Per has tribulationes S. Joannes a Cruce ad gloriæ poſſeſſionem pervenit.

S. Leo ſerm. 2. de Reſurrect. ſua Domin.

Non vacat mihi ultra ob oculos veſtros generatim, & ſingillatim omnes illius tribulationes objicere; quarum enumeratio horrorem vobis cieret, ac tædium erearet. Tandem enim quomodonam duplici hoc ſenſu afficeremini, ſi vobis in medium proferrem jejuniorum tpſorum ſeveritatem, quam nonniſi modici panis, & aquæ brevis uſu interpellabat? Si ferreas eahiberem catenas, flagella, cilicia, veſtem e junciis contextam, qua totum corpus operiebat, dolorem, quo pedes illius torquebantur, cum ſine ſandaliis, ſuper nivem, glaciemque incedebat? Quomodo vobis non incederet horror ſi cellulæ ipſius reicerem anguſtias, ubi permanere non poterat niſi flexis genibus, vel in ſolo decumbens? ſomnt inquietudinem, quem in ligneo ſtratus aſſerculo, vel humi capiebat? Mortificationem ſenſuum, & affectionum naturalium, quibus negabat quidquid illis placere poterat, & quas quacumque fieri poſſet ratione afflictabat? omnimodam extinctionem motuum, qui illum ad ea etiam, quæ naturæ ſunt maxime neceſſarii, impellebant? Quomodo vos ſtupor non caperet, ſi diſtinctius vobis narrarem ſævas perſecutiones, quas ſive domeſtici, ſive alieni intulerunt illi, ut requiem, valetudinem, honorem, & vitam eriperent, & ſi vobis omnia enarrarem certamina, quibus dæmones eonati ſunt, illum vel in ſcelus, pellicere, vel in illum collectam rablem evomere? Quid dicere non poſſem ſi ſuſius hoc argumentum perſe jui veliem? Quoties ille affectibus ſuis obluctatus eſt; quoties naturæ ſuæ impetus coercuit, quoties mentis cor potiſque dolori obſtitit atque timori amittendæ quietis, atque exiſtimationis ſuæ; & queſtibus, in quos natura ipſa conabatur erumpere? Quot heroicarum virtutum actus fidei ad illum ſuſtinendum intuitu æternarum veritatum; ſpei ad expectanda neceſſaria ſubſidia in laboribus ſuis, & juſtam paſſionum ſuarum mercedem; amoris, ut omnia ad Dei majorem gloriam referret; humilitatis, ut ſeſe ad centrum uſque ſui nihili, ſuorumque peccatorum ſubmitteret, ſe hujuſmodi calamitatibus dignum confitendo; patientiæ, obedientiæ, atque confidentiæ in paterna Creatoris ſui Providentia! Quot victoriæ de ſemet ipſo, de mundo, ac de dæmonis relatæ! *Ex Sermone typis edito.*

Omnes illius mortificationes generatim.

Alia ejus exercitorum & pœnarum genera hypotipoſis.

Quod peninet ad illius pœnitentias, dicere poſſumus poſt felicem illum diem, quo Dei Providentia illum in San-

in Sanctæ Theresiæ manu collocavit, futurus Ispis socialis sanctæ reformationis ad extremum usque vitæ spatium, ne unum quidem quietis momentum corpori suo permisisse.

Adeo breve spatium somno impendebat, ut ejus vigiliæ perennes essent; qui plures annos illum comitati fuerunt, interposita jurisjurandi fide testantur, ipsum passim noctes flexis genibus traduxisse coram Sanctissimo Sacramento. Vix duas, tres ad summum horas somno dabat; lectulus ejus in Monasteriis quidem erat fasciculus roris manni, vel sarmentorum in cratis formam contextus, in itineribus vero super lapides cubabat. Quod ad abstinentiam pertinet, licet illius principium hoc esset, accurate omne singularitatis genus esse evitandum, quod admirationem, & plausum posset conciliare; jejunia tamen illius adeo erant austera, ut in hujus virtutis praxi reliquos superaverit. Toto vitæ suæ tempore asperum gestavit cilicium ex nodosa quadam juncorum specie contextum, ac præterea ferrea catena succinctus erat quæ acutis præfixis erat in singulos annulos cuspidibus carnem altius penetrantibus. Præterea frequentia, cruentaque flagella: denique verum est toto vitæ suæ tempore corpus illius per jugem pœnitentiam cruci Jesu Christi adhæsisse: *Christo confixus sum cruci.* Ita est. Hic pœnitentiæ spiritus ita positus est corpore, & anima illius, ut omnem gustaverit amaritudinem. Omnem illi ademit usum sensuum exteriorum; & adeo corporis ejusdem membra exficcavit, ut scelctus videretur violentis morbis excruciatus. Verbo, hic amor pœnitentiæ talitera materia illum avulsit, ut de illo dicere possimus, quod de S. Paulo dicebat Chrysostomus: *Nudo erat anima*, vel quod Tertullianus de quodam ævi sui Christiano, *Anima sine moræ fugitiva.* Quod Apostolus vocat facere viventa sacrificium corporis, cujus nos fumus & Sacerdotes, & victimæ: *Obsecro vos, ut exhibeatis membra vestra hostiam viventem*; Hac autem in re potissimum inquio, Sanctum nostrum sese exhibuisse tanquam verum discipulum Eliæ, & S. Theresiæ, quia ad unguem illis erat similis, quandoquidem erat corpus mortificatum erga omnia objecta omni tempore, in locis omnibus, omnibusque excogitsbilibus modis, ita ut ad litteram adimpleret hæc S. Pauli verba: *Semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes.* Et profecto illam circumtulit in oculis suis, quibus, postquam mundo valedixit, nequaquam usus fuisse videtur, nisi ut ploraret, illos omnibus terrenis objectis clausos tenens: Dixisses ipsum cum illis pepigisse fœdus non secus ac olim S. Job, ne aliquod unquam intueretur objectum, quod cor suum posset polluere; sed tanta eum fidelitate, ac severitate, ut ad plurium Sanctorum imitationem nunquam illos fixerit in sexus alterius personam; & perinde ac semet voluntaria excitare percussisset, integros transegit annos quin aliquam agnoscret nisi ex voce, quia sicut oculi primi sunt innocentiæ latrones, eorum mortificatio eam ita tuetur contra objecta perniciosa, ut etiam claudat illos iis, quæ omni vacant suspicione criminis. Eandem etiam exercet severitatem in gustum; ubi voluptas quæ ab eo sejungi non potest, videtur diutius exercere mortificationem. Hoc ipsum in aliis sensibus præstat.

Dicamne indumentum, quod in plerisque argumentum est mollitiei, aut vanitatis, in ipso Joanne fieri mortificationis ipsius integumentum; ita ut quo magis suus multiplicat austeritates, illas confundat. Vestium suarum duritiem non sentit. Cur? Auser primum hoc vallum, quod ipsius oppositi mortificatio ad innocentiam propugnandam, ac ulterius pervade. Me miserum! quid sub hac veste intueor! cilicium cum aculeis, undequaque perfodientibus carnem, cilicium quod inceissanter gestat noctu, atque interdiu, quod non deponit, nisi ut locum faciat alteri supplicio, cum cruentis flagellis corpus suum lancinat. Immo juges efficit cruciatus suos hoc cilicio; quod ingeniosa illius mortificatio excogitavit, quia gradum proferre, nec ullo pacto moveri potest, neque statum; sitimque mutare, neque ullum tandem motum edere, quin instauret, atque easperet vulnera semper cruore manantia, & quin hoc sævitiæ instrumentum illi recentem afferat causam perseverendi doloris. Mihi sane, cum hoc sævitiæ apparatum intueor æque sanctum, ac crudele, subortur hibido exhibendi Prophetæ Eliæ, qui simili indutus est cilicio, vel S. Theresiæ, quæ sæpe eadem arte utebatur, eisque dicere, ut olim fratres Joseph dixerunt Patriarchæ Jacob, illi ostendentes filii ipsius tunicam: *Vide utrum tunica sit filii tui, an non.* Accipe, ac intuere, utrum hoc cilicium, quod totum illius tegit corpus, & quod recenti madet sanguine, tunica sit filii tui. Cognoscis ne ex hoc indumenti genere Crucis insignia? Satin' mortificatus est, ut illum filium esse tuum fateare. *Vide utrum tunica sit filii tui, an non?* Profecto non deest tibi, Sancte vir, causa temperandi nimium hanc severitatem, quam in corpus omni labe vacuum exerces. *Rectus Auditor.*

Cum admodum pauci in corpus suum gravius animadverterint, quam Joannes noster, pauci sunt etiam, quibus Deus se præbuerit indulgentiorem, & quos magis interioribus gratiis cumulaverit; quæ erat causa, ut dies noctesque nimis breves illis viderentur, ut cum Deo colloqueretur. Satis enim est, ipsum de illo verba fieri audire, ut ad duss, vel tres horas maneat immotus, in extasim raptus, & in omnium sensuum suspensione positus, quod illi sæpe accidebat, tunc cum ipse etiam prædicans de eodem loquebatur. Erat eloquens istis hic sermo videre Sanctum in Deo raptum, ubi os aperiebat de illius magnalibus verba facturus, & aliquando perinde ac Spiritus Sanctus illum obsideret, visus est in aerem cum S. Theresia sustolli, adesse coram admirabili Sacramento Eucharistico brachiis expansis, oculis in Cælum defixis, extra se, lacrymas cohibere non valens ad Crucifixi conspectum, quæ unica erat cubiculi ejusdem supellex. Hoc quippe objectum erat studiorum illius, hæc illius occupatio tanta cum consolatione, ut se ipsum continere non posset quominus erumperet in suspiria. Sicut igitur ille feacentas excogitabat aries, ut pateretur, ac se se mortificaret, Deus illum suis prosequebatur favoribus, quoniam probatæ, compertæque Sanctitatis viri restati sunt se vidisse non semel Dei Filium cum eo colloquentem. Adeo hilarem habebat faciem, mentemque ita votorum suorum compotem, ut prohibere minime posset, quo minus exteriorsecus etiam id innotesceret, & cum S. Paulo clamaret: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omnibus tribulationibus.* Nullum est, lectissimi Auditores, gaudium verius, solidius, & majus eo, quo Deus afficit eos, qui sibi sensuum voluptates interdicunt propter amorem ejus, & qui libenter crucem, & Salvatoris mortificationem amplectuntur. Hoc illud est manna absconditum, de quo in Scripturis sermo est, quod nonnisi a gustantibus illud cognoscitur. Qui corporibus suis obsequuntur, eisque omnia commoda atque delicias procurant, illud minime norunt. Delicatuli illi, qui Christianam mortificationem perhorrescunt, quasi Deum crucifixum non colerent, illi, inquam, concipere nequeunt, alias esse dulcedines præter eas, quas mundus offert; non secus ac illi, qui comessationibus, atque compotationibus deditti, vitam jucunde traducere quærunt, quos Crucis inimicos S. Paulus appellat, minime sentiunt unctionem, quæ comes accedit huic mortificationi, & quæ efficit, ut vir Religiosus sub cilicio inter jejunia, severaque austeritates plus habeat gaudii, & voluptatis hora una, quam illi toto vitæ suæ spatio percipiant. *Ex Manuscripto Sermone Auctoris.*

Status unionis, atque transmigrationis animæ in Deum, ad quem sublimis hic contemplator accesserat, eum fit altissimus perfectionis gradus in hac vita, attingebat quodammodo extremum finem glorioli Italus, quo Beati gaudent in cælo, & particeps erat qualitatum ejusdem. Testatur enim S. Thomas, eos, qui ad perfectum contemplationis studium evaserunt, ex hac vita ipsa frui mercede Beatorum. Hac de causa S. Joannes a Cruce, exaticus ille vir singulis fere diebus ad aras, in Sacello, ad mensam, in hominum consuetudine, omnibus in locis, qualibet in occasione raptebatur. S. Theresia testatum reliquit, ubi cum Patre Joanne a Cruce de Deo sermo haberetur, hunc transferri, ac rapi consuevisse. Passim se divino Spiritu conceptum sentiebat, corpus illius immotum permanebat; sensus omnes deficiebant perinde ac anima expedita esset a materia. Hæc in profunda contemplatione attollebatur, & nitentibus, infusisque radiis coruscans allurgebat, ut quidquid in Deo intime latet, intueretur. Modo naturæ divinæ contemplabatur unitatem, modo personarum Trinitatem, modo essentiæ simplicitatem, modo adorabilium attributorum majestatem. Hæc omnia intuebatur objecta, illa gustabat per operationes interiores, quas superemineuti modo in illo Deus operabatur: *Divinorum patiens* quemadmodum de alio contemplationi dedito dictum fuit. Mihi non vacat immorari circumstantiis raptuum horum admirabilium propter eorum innumerabilem copiam. *P. Texier Tomo 2. Panegyricorum.*

Scientiam quærimus in libris, ubi non est, non secus ac Israelitæ quærebant aquam in cisternis, ubi non erat. Quotidie admonemur, Jesum Christum possidete thesauros scientiæ & sapientiæ; cur igitur alibi pretiosa hæc dona conquirenda sunt? Hinc S. Joannes a Cruce omnem hausit scientiam; Jesus Christus ipse illi voluit esse pro libris: *Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum, & hunc crucifixum.* Illic didicit Incarnationis mysterium a sæculo absconditum; ibi didicit charitatis hujus dimensiones, quæ nullos habet fines; ibi edoctus fuit seipsum examinare videns examinatricem Jesu Christi. Ibi percepit amare; fieri quippe non potest, ut cum Deus suprema sit Charitas, anima ad illum accedens non inflammetur, & ignem corripiat. Ibi aperiuntur eidem libri æternitatis, & in Dei immensitate, atque suprema illius potestate videbat creaturas, quas produxerat. Ibi clarum obtinuit cognitionem Verbi quod factum est Caro, inexhaustarum divitiarum sapientiæ suæ, & admirabilium thesaurorum gratiæ; ibi diferimen consiliorum ejus, & impressionem, quam Divinus Spiritus efficit in animas illi subjectas. Præsta quæsumus Domine, ut veniamus ad te; sac ut omnem scientiam in tui cognitione, & amore collocemus, ut S. Joannes a Cruce, & ut ille scientiam quæramus in Jesu Filio tuo crucifi-

Gal. 2.

Rom. 12.

2. Cor. 4.

2. Cor. 7.

Illud vero admirabilius est, q od quidquid in aliis certat mortificatione ostendit altorum maximam in nostro Joanne.

Deus consulit quidem sanctum hunc, inter tervissimas tribulationes.

Deus a gratiis quibus a Deo auctus est.

Liber Sanctus hic ad unguem mysticam possiderat Theologiam, dicere potest cum S. Paulo se nescire aliquid præter J. C. crucifixum.

crucifixo. Hinc ille hausit omnem mysticam Theologiam, quam sapientissimus quisque, & in hac scientia doctissimus admiratur, & quæ procul dubio cum Sancti Dionysii Theologia potest comparari. Hæc enim omnia opera mystica sunt, cujus tituli: *Ars ascendendi in Carmelum*; *Nox anima obscura*; *Vivens amoris flamma*: *Divini amoris Canticum*. Videtur autem in operibus suis exprimere potius voluisse, quid intra se ipsum sentiret, quam aliis tradere documenta. Ibi fermo non est nisi de arctissima animæ cum Creatore suo conjunctione, de transformatione in Deum, quæ præclaro *Deificationis* vocabulo nuncupatur ab hujus scientiæ Doctoribus, qui Sanctum Joannem a Cruce recensent in albo eorum, qui altius, ac subtilius hoc Theologiæ genus pertractarunt. Si hujusmodi scripta minus apta sunt captui plurimorum, saltem efficere possunt, ut judicemus, quantum vita illius esset abscondita in Deo, qui fuerat requies, ac solatium animæ ipsius in tribulationibus ejus, & quousque evaserit abnegatio sui ipsius, & a sensibilibus rebus avulsio. *Ex Sancti Vita.*

Hic cum S. Theresia habiti fuerunt tanquam principes hujus scientiæ magistri.

Sciendum est igitur Sanctum nostrum perfectum Sanctæ Theresiæ discipulum illum esse, qui ex ejusdem Sanctæ luminibus proficiens fontes aperuit altissimæ contemplationis, & revelavit arcana adeo sublimis Theologiæ; eodemque tempore veritas alia supponenda est, illum nihil sublimibus scriptis suis inseruisse, quod in semet non fuerit expertus; Hic vulgo appellatur: *Mystica Theologia sublimis Doctor, & scriptor, devinorum patiens*, Joannes a Cruce fuit unus ex maximis, perfectissimisque contemplatoribus, quos novissimis hisce temporibus tulerit Ecclesia. Sanctitatis hujus doctores nobis tradunt, quinam illius sint effectus, cum dicunt animas ad eximiam hanc contemplationem sublatas: *liquefiere in Deo; deficere in Deo; perdere se in Deo*: qui status est Sancti nostri; cum solatio refertum videbatur ipsi cor suum liquescere, totumque sese effundere in Deo, ita ut dicere posset cum David: *Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei*. Deficiebat in Deo, cum divini amoris illecebris, & excessu gaudiorum suorum superantibus vires illius, omnesque spiritus ejus, incidebat in languores, & animi deliquia præ amore, quibus cogebatur clamare cum Sponsa Canticorum: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*.

Psal. 31.

Denique seipsum perdebat in Deo, non secus ac fluvii in mare; immersus enim in Oceanum gaudiorum Dei, non erat ultra sui compos, seipsum non possidebat; dicam melius, non vivebat amplius, sed illum replebat Deus, & Deus in illo vivebat: *Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus*. Ipse etiam cum aliquo ex amicis suis loquens confitebatur, se tot delicias, potissimum vero in Altari, percipere, ut sæpe cum metu Missam celebraret, quia cum illam incepisset, metuebat, ne eamdem perficere posset. Quoties cum integras transegisset noctes in oratione coram Sanctissimo Sacramento, cum Fratres illum hortarentur, peterentque, ut paulisper somno indulgeret; quoties inquam ebrius his prægustationibus Paradisi, finite me, fratres, ajebat: in hoc meum robur, meam requiem, meum gaudium invenio. Præsertim vero extremo vitæ suæ anno, cum omni superioritatis onere solutus esset, vitam potius cælestem, quam humanam degebat: in inviis, avitsque rupium, ac silvarum occultabat se, ibique in vasta ea solitudine totos fere dies jugi in raptu transigebat.

Alia dona & gratiæ quibuscumque coruscabatus sint.

Adde his, Deum illum in partem vocasse magis insignium perfectionum suarum, puta, sapientiæ, scientiæ, atque potentiæ suæ. Sapientiæ quidem; cum enim illum posuisset Deus in Ecclesia sua cum Sancta Theresia, tanquam publicum magistrum, ut doceret vias interioris sanctitatis, & contemplationis, voluit illum nobis in scriptis suis explicare altissima mysteriorum divinorum arcana.

Prophetiæ dono repletus erat.

Hinc etiam divina lumina sua Prophetiæ dono communicavit. Legebat enim in cordibus, cognoscebat quidquid in conscientia eorum, qui apud illum sua confitebantur peccata, latebat, eisque aperiebat peccata, quorum fuerant obliti. Divino afflatus lumine absentia, & valde remota videbat: vidit enim stans in cubiculo suo Religiosum, qui noctis concubiæ tenebris tectus scalas admovebat, ut e Monasterii septis aufugeret.

Futura præsentiebat, & ea portendebat, quæ erant eventura; veluti cum insigni cuidam Hispaniæ Matronæ, cui a confessionibus aderat, subitaque quod illi esset abeundum, & scisciranti, quandonam reverteretur, respondit se quidem non reversurum, sed illam ipsim in causa futuram ut reverteretur. Hoc responsum ænigmatis loco fuit nobili Matronæ; sed tunc illius explanatio innotuit, cum Sancto hoc vita functo, ipsa ad corpus ejusdem conquirendum misit; unde intellexit, non sine prophetico spiritu sibi a Joanne dictum, ipsum quidem non rediturum, sed illum effecturum, ut reverteretur. Jesus Christus illum infinita sua induit potentia, eum in partem vocans omnipotentiæ suæ dum viveret, & cum ex hac etiam vita migraret.

Illius potestas in elementa.

Admirabilem enim obtinuit potestatem in elementa. Cum ingens incendium jamjam esset absumpturum unum ex ipsius monasteriis, neque ulla adesset ratio tanti mali prohibendi, ipse confidens in Deo se se conjecit ante flammas, statimque flammæ licet contrario ventorum impetu agerentur, in aerem in pinnaculi speciem se se extulerunt, & mox viam eamdem relegentes extinctæ sunt.

In tempestates.

Potestas in tempestates. Cum furens, terribilisque procella urbi cuidam in Hispania minitaretur excidium, civesque omnes territi omnia sibi mala expavescerent, visus est Joannes noster Religionis suæ vestibus indutus in aere dissipans nubes, & procellam ejiciens.

In morbos.

Potestas in morbos. Dum viveret, ac post obitum ejus lintea, quibus ex vulneribus ejus absterta fuerat sanies, omni morborum generi certam afferebant medicinam. Puer novem mensium cum de sublimi loco decidisset, sibique caput confregisset, ad tactum lintei hujus convaluit, quin ne cicatrix quidem, ac vulnerum vestigium supereresset. Unus ex digitis illius post obitum impositus puellæ animam agenti, momento adeo perfectæ restituit valetudini, ut ex cubili ubi jamjam spiritum erat efflaturа in triclinium cum patentibus suis cœnatura transierit.

In dæmones.

Potestas in dæmones a quibus corpora obsidebantur. Cujus rei non aliud afferam testimonium, nisi defunctum ex Epistola Sanctæ Theresiæ scripta ad Priorissam Medinæ, ubi erat monialis quædam energumena: *Filia, ad te mitto Patrem Joannem a Cruce, cui contulit Deus potestatem dæmones ejiciendi, & qui superiore ex persona quadam tres dæmonum legiones ejecit.*

In eosdem animarum obsessores.

Potestas adhuc admirabilior in Dæmones animarum obsessores; quod testantur conversiones miraculosæ numero carentes. Unica objurgatio, qua die quadam corripuit mulierem æquo liberiorem, & quæ totius oppidi scandalum erat, adeo fuit efficax, ut perinde ac fulmine affiata esset, languens in terram ceciderit, ac tandem ita se reversa Confessarium poposcerit, & generalem illius confessionem austera, & jugis excepерit pœnitentia.

Gratiæ quibus cælitus cumulabatur, illius angebat humilitatem.

Gratiæ, dona, & lumina supernaturalia quin illum inflarent, ejus humilitatem augebant. Ita grati animi sensus fovebat, ut nihil tam metueret, quam ne esset ingratus; cumque nihil in se videret, quod mereretur, ut Deus illi tot beneficia conferret, pudore suffundebatur, ideoque se in nihilum suum magis magisque colligebat. Ita virtus, quæ fere scopulus est spiritualium, quia se se attollunt cum inter cæteros enitescunt, Joannem deprimebat. Itaque Sancti hujus exemplum secuti humilitati studemus propter ea, quæ nobis confert beneficia, ut mereamur recentia, ac identidem nobismet dicamus: *Quid habes, quod non acceperis?* Cur ergo gloriaris quasi tu illorum auctor esses, vel perinde ac essent in te merita, quæ oculos Domini in te convertissent? *Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sermo MS.*

1. Cor. 4.

Ibidem.

Ille semet ipsum contemnit, nec laudes suas patitur.

Cum anima videt se ad sublimem sanctitatem evasisse, sibi revelationes contingere, vel se ea fovere, quæ in semet sunt admirabilia; quia periculosum est ne illam lux ista perstringat, *Magna virtus est*, S. Bernardus ajebat, *ut licet magna operaris, magnum te esse nescias*. Hoc Sancti Joannis nostri secretum est; ille circumundique septus est luminibus, sed nunquam allucinatur, semper agnoscit nihilum suum, atque miseriam. Celat non suos tantum, verum etiam alienos oculos singularia dona, ea dumtaxat intuitus propter illum, a quo donantur. Humilitatis principium ex D. Thoma, profunda est reverentia, quam Deo debemus, & quæ ex magnitudine oritur cognitionis suæ; ita ut quo magis intellectus repletur intuitu divinarum perfectionum, voluntas coram illis prosternatur, & annihiletur. Ita profundus hic Contemplator cum semper immersus esset in cogitationibus magnalium Dei, continebat se in nihilo suo; fugiebat & suam, & mortalium æstimationem; sancti enim ardebat iracundia contra laudes, quibus cumulabatur. *F. Texier tome 2. Panegyricorum.*

Quomodo charitatem exerceret.

Sancto huic satis non erat humiles de se fovere sensus, atque se se in nihilum suum abscondere; extrinsecus etiam humilitatem exercebat, celans virtutes suas in oculis hominum. Hoc pacto Magnus hic Sanctus humilitatem volvit exercere, vitam ducens abscenditam ignotamque, se se non a mundo dumtaxat surripiens, verum etiam quodammodo a numero viventium eximens per spiritum annihilationis, quo Sancti aguntur ad imitandum illum, qui inter homines ignotus vivere voluit: *O mundus cum non cognovit*: & qui annos triginta exegit in vita abscondita, & exinanita consilio sapientiæ suæ, quod nostram confundit ambitionem, atque superbiam, & quod scrutari non potest mundi sapientia, quæ nitorem tantummodo lucemque requirit. Operosum non est imitari vitam nitentem Verbi Incarnati, cum inter homines versabatur, quos eloquentiæ suæ illicitis attrahebat, & quos miracula in illius sequelam, atque admirationem alliciebant. Rumor enim, quem actus nostri cient, & radii gloriæ, qui illos commendant, nescio quam habent in nosmet reflectionem, quæ difficultatem minuit, & quæ ad illos suscipiendos impellit. Sed ubi virtus nostra delitescit, ac tanquam sepulta manet, vel Dei unius oculis patet; tunc S. Hieronymus inquit, argumento est, hanc Deum unum respicere: *Secreta*

virtus

virtus solum Deum respicit. Hoc pacto Sanctus hic voluit servire Deo, traducens ipsos sensus suos in eadem virtutes, ut fugeret quidquid in his fulgoris inest, & quæreret id tantum quod est amaritudinis. Sin autem Sanctus noster in Jesu Christi schola eruditus, ac eodem spiritu imbutus, fallere non potest oculos eorum, cum quibus versari tenetur, saltem invenit modum celandi eos virtutum suarum magnitudinem, & prohibendi ne exterius sensus prodeant, nisi aliquot fugaces radii, quos cohibere, ac obruere minime potest.

Item sequitur argumentum.

Verum perinde ac id parum esset præ desiderio vivendi omnibus ignotum, & ab omnium contemptum, alterum sibi in eadem Religione quærit receptum profundis sensibus humilitatis, quo se se in nihili sui abyssum recipit, & nequit satisfacere humili huic de semet sensui, quilis erat se nequissimum peccatorum omnium putare, & semper se se ad sensus hujus normam componere. Etenim locum sibi deligit ad pedes fratrum suorum, cum eligitur, ut aliis præsit; & altissima honoris gradus ad quem aspirat est, pedes eorum abluere, & deosculari. Agitur de illo ad Sacerdotium promovendo, sed ministerium hoc, pro quo Seraphim non satis munda videntur, illi adeo videtur formidabile, ut nihil præter obedientiam illum impellere valeat; humilitate prodente hoc pacto thesaurum, quem celabat, & ingerente aliis sensus eo sublimiores virtutis suæ, quo ipse demissiores animo fovebat, mallens imitari abjectiones Dei, qui humiliatus, & exinanitus ad homines venit, quam ad eum characterem anhelare, per quem homo ascendit ad Deum, ita ut dum hujus dignitatis characterem cogitat, humilitas sua efficiat, ut cum Apostolorum Principe Dominum obtestetur, ut recedat ab ipso, quia insignis peccator est; *Luc. 5.* *Recede a me, quia homo peccator sum*: creditque gloriæ suæ interesse, semetipsum profundo humiliationis sensu jugiter jugulare, quam quotidie videre Deum suum in manibus suis consecratum.

Sanctus hic præferebat contemptui suum laudibus hominum.

Hic humilis corde non fugiebat solum hominum æstimationem, sed perhorrescebat; ita est, inquam, perhorrescebat; in vita enim ejus legimus, hominem hunc adeo modestum, patientem, ac semper sibi constantem, furere quodammodo consuevisse, & sanctæ iracundiæ flamma succendi adversus eos, a quibus laudabatur. Hoc plane testatur id, quod accidit Granatæ, cum audisset accersitum fuisse Pictorem, a quo in tabula exhiberetur coloribus eo in statu admirabili, in quo erat, cum in extasim rapiebatur. Tanta enim inde mœstitia, ac dolore affectus fuit, ut plures dies nullo refici posse solatio videretur. Hia addere mihi fas est, quemadmodum Spiritus Sanctus nos docet, humiliatem, vel potius humiliationem esse abominationis objectum superbis: *Abominatio est superbo humilitas*, e contra repulsas, ignominias, & probra objectum esse votorum ardentium Joannis nostri, & argumentum gaudiorum ejusdem.

Nisi satis graves causæ me compellerent silentio præterire pulcherrimum vitæ Sancti hujus locum, illum vobis ostenderem præ gaudio triumphantem, dum traditur in carcerem, dum noctu veluti fur abducitur, dum inobedientiæ, ac perduellionis reus agitur, dum veluti de criminoso quæstio habetur, dum Reformationis habitu exuitur, dum flagellis cæditur, & ut verbo me expediam, dum octo, vel novem mensium spatio gravissimis torquetur suppliciis, quibus in nequissimo Regularium soleat animadverti. Omnes hæ contumeliæ, hæ aurpes in hominum oculis perfectiones nondum explere valent desiderium, quo tenetur humiliationum. *P. Texier tomo 2. Panegyricorum.*

S. Joannes persecutionem pastus, ut institueret reformationem.

Pluribus indiciis spiritus vere humilis ab eo dignoscitur, qui in speciem tantum humilis est; sed contemptus illos facile fecernit; superbus absconditus illum ferre non potest: *Abominatio est superbo humilitas*. Erumpit suam prodens iracundiam. E contra qui vere humilis est, saturatur opprobriis; quod Sancti Joannis votum erat præcipuum.

Illius amor in Deum, & inflatum Deo accendendo.

Quemadmodum Deus cessare nequit, quin se cognoscat, amet, suis perfectionibus gaudeat: ita hæc anima a Deo divelli non poterat, neque abesse ab actuali contemplatione, a cognitione amoris Dei sui, neque a divinis voluptatibus, quibus fruebatur cum ab hominibus contumelia afficeretur, & diuturnis laboraret morbis, quibus corpus illius afflictabatur. Ipsius in Deum transmigratio, ut loquuntur Mystici, adeo jugis erat, ut illi utendum esset ferreis catenis, & acutis cuspidibus, vel aliis instrumentis corporis sensibilibus, ut vr doloris se idoneum præberet ad audienda, quæ sibi ab hominibus proponebantur negotia. Hæc uno inde erat admirabilior, quia rerum experientia docemur, quantum nobis stet operis, ac laboris, ad Deum cogitationes attollere, figere levitatem nostræ imaginationis, quæ inde nos avellit, cum maxime cogitamus; & quamam nobismet ipsis inferenda sit vis, at aliquantisper in solitudine, silentio, oratione versemur, quin ultro sequamur evagationes mentis nostræ, quæ nos tanquam domesticus dæmon in sexcentas rapit partes, loco longe dissitas, ubi corpus nostrum nos captivos, & immobiles tenet. Quodnam igitur prodigium est, immutasse, quod Sanctus noster obtinuit, naturam corruptam, quæ inimica est unionum spiritualium in natura prorsus angelica, prorsus seraphica, prorsus divina, quæ ne ad breve quidem momentum potest a Deo separari! Post hæc argumenta, cui persuasum non erit, ipsum intrinsecus possedisse gloriosam vitam Jesu Christi?

Sæpe visi sunt lumina cruciata & radiosa.

Sed singularis hæc gratia Deo satis non fuit; fecit etiam, ut sanctitas extrinsecus prodiret in corpore servi sui; non secus ac Jesus Christus effecit, ut enitesceret in sancta humanitate sua ipso transfigurationis suæ die. Visus enim sæpe fuit modo radiis nitidissimis septus foliis instar, modo cum hoc fulgore a terra sublatus, perinde ac illius corpus jam possideret claritatem, & agilitatem corporum gloriosorum. Modo replebat luce sacrum tribunal, ubi fidelium confessiones excipiebat; modo carcerem suum illustrabat, ibique nocte, tanquam in meridie videbat; ita ut plures qui & ipsi illuminabantur libi accensas lampades non deesse arbitrarentur. Sed quæso undenam proficiscebantur radii illi adeo nitentes, & adeo frequentes in aere elationes, nisi ab interiori gloria, quam huic animæ Magnæ Deus communicabat?

Pœnitentia & mortificationes extraordinarias ad fidandi contra plenissimam omnesque Christi gratias illi comparatas.

Sanctorum Pœnitentiæ habent sua pia, & sancta exercitia, non secus ac suas contemplationes. In hoc autem Viro proportionem servabant; quoniam Deus tantum gaudiorum largitur, quantum amaritudinis hauritur ex Calice suo: & ex quo Providentia Sanctum hunc virum S. Theresiæ regendum tradidit, ut insignis illa luciperetur reformatio usque ad extremum anhelitum, Joannes nullam ulsplam corpori suo requiem permisit. Juges erant ejus vigiliæ. Qui illum plures amor concomitati sunt, jurejurando affirmant, ipsum plerumque genibus flexis coram Sanctissimo Altarium Sacramento noctes traduxisse. Assiduitas mortificationum suarum illum transformabat in Jesum Christum crucifixum; non secus ac extases gloriosæ transformabant illum in Jesum Christum luminibus in Thabor coruscantem. Sed unde nam ipsi adeo parum illuminati sumus, ac haberes in divinis, ut opus esset nos de fide nostræ elementis erudiri; inde videlicet, quia pœnitentiam fugimus; quia nostris sensibus, cogitationibusque obsequimur; cupercmus sequi Jesum Christum in Thabor, & cum illo ad Calvariam pergere detrectamus. Animum igitur advertamus, donec rerum ordinem perturbabimus, gratiam nequaquam se nobis communicaturam. Si cælestibus solatiis frui volumus, ea esse promerenda, & ut ita dicam pretio comparanda: Neminem esse ad unguem spiritalem, nisi qui sibimet per odium implacabile abrenuntiaverit, & mortificans corpus suum in se ignem extinxerit concupiscentiæ. *P. Texier in Panegyricis.*

Zelus, qui præfertur in reformatione Ordinis Carmeli.

Deus, qui insignem hunc sanctitate Virum ideo per cruces, atque passiones ad tantum contemplationis apicem adduxerat, ut mox alios excitaret, & ad idem vitæ genus amplectendum impelleret, satis non duxit eum evocasse ad Religionem, quæ in ipsa instituti ratione, ac mente primotum Auctorum devota erat austeræ, ac pœnitenti vitæ ducendæ, vitiis convellendis, & hominibus ad altiorem sanctitatem promovendis: Deus inquam Sancto Joanni a Cruce infudit zelum Eliæ Prophetæ, qui reformavit populum Israel, & veri Dei cultum restituit.

Hic tem S. Theresia laboret ob Joannem a Cruce Ordine Carmelitarum reformato vocato.

Vix a Sancta Theresia in socium Reformationis ascitus, adlectusque fuit, cum præfetulit zelum, animumque invictum, ac nullis deterrendum difficultatibus, quæ divino huic operi sunt adversæ. Satis non est illum scire, Religiosos hac vacare culpa, nisi illos etiam perfectos videat, & nisi regula ad unguem, & litteræ apicem observetur, ubi aliquam obtinet potestatem; & per hanc fere generalem reformationem habetur tanquam secundus hujus Ordinis Initiator, qui in tot late Provincias, & Regna se extendit. Ad excitandum igitur ac inflammandum tantum hunc mortalium utriusque sexus numerum, eumque a laxiori ad fervidiorem vitam, atque constantem omnium consiliorum Evangelicorum praxim traducendum, credidit, sibi quoque instaurandum esse fervorem suum, preces, & mortificationes ingeminandas, atque omni cura, & vigilantia adlaborandum, ut illum in viam sublimioris perfectionis deduceret. Hanc discat quicumque alicui præest communitati, se iis, qui subjecti sunt, exemplum debere. Joannes a Cruce nihil prætermisit, quod fovere posset hunc fervoris, ac regularitatis spiritum in recentiores Professos; exemplis addidit virtutes præstantissimas, sapientiam ad persuadendum iduneam, energeticam simplicitatem, quæ inferiorum animos sibi conciliat, summam patientiam in alienis lapsibus ferendis, acres vividasque adhortationes ut alii facile, & enixe pœnitentiæ labores suscipiant. Quis dicere posset quanam vi hæc illis repeteret communis magistri verba? Qui quotidie non bajulat crucem suam non potest meus esse discipulus; si passi fuerimus cum Jesu Christo, cum eodem conglorificabimini: *Momentaneum, & leve tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Curramus in stadio, ita ut bravium assequamur. Hæc verba a Joanne prolata erant igniculi, qui ex illius corde tanquam ex ignita fornace egrediebantur, & afferebant lucem quidem menti, calorem autem animæ fratrum suorum.

Si ad peccatores convertendos Apostoli zelus requiri- Sanctus hic quidem

tur,

exercuit speciem Apostolatus in hujus Ordinis reformatione.

tus, ne mirum vobis videatur cum diaero ardentiorem, ferventioremque zelum requiri, ut boni viri, & jam converſi ad altiorem perfectionis gradum intendant animos; quippe viſi ſunt Apoſtolici viri paucis diebus, vel menſibus urbes convertere, quæ plurimorum annorum ſpatio animam ad perfectionem impellere non valuerunt. Atque hic, qui in ſpiritualibus eruditi ſunt, metiri debent fructum, & operam, quam Sanctus hic præſtitit Deo. Si enim Sanctus unus in majorem Dei gloriam cedit, quam ſeæcenti modicæ virtutis, atque vitæ communis mortales; quid exiſtimandum eſt, tercentas & ultra domos ædificare, ac totidem fere reformare repletas iis, qui per ſtatum, atque profeſſionem ampleſtuntur auſteriſſimum, quod in Eccleſia inveniatur, inſtitutum, & efficiunt, ut primus hujus Ordinis fervor reflorefcat, aliud eſſe, quam totidem Sanctitatis ſcholas aperire? Quid tot extruere Templa, ubi in ſingulos dies ſexcenta offerantur holocauſta, in quibus victima tota per integram perfectamque mortificationem abſumitur, tot aras ponere, ubi ſexcentis viventibus hoſtiis ſtatur; ut inquit Apoſtolus: *Obſecro vos, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem*. Si olim, S. Hieronymo teſte, prodigium fuit videre deſerta, atque ſolitudines oppletas Religioſis viris, vitam prorſus cæleſtem ducentibus, hoc majus adhuc eſt, videre Sanctum urbes, Provincias, ac Regna ipſa frequentaſſe? Heu! ſi alii nomen Apoſtolorum promeriti ſunt, qua prima attulerunt fidei lumina, ac Dei cognitionem: quo titulo appellandus erit hic Sanctus propter allatam Evangelii perfectionem? Si Dei ſpiritu agi opus eſt illum, qui alios a vitiis abſterret: quo igne, quibus luminibus opus eſt, ut alios ſanctitatis, & perfectionis abſolutiſſimæ inflammet amorem? Hunc editorem, & eminentiorem Apoſtolatum vocare poſſem, quam ſit ſimpliciter dare Chriſtianos Eccleſiæ; pro quo miniſterio majori fortitudine illi opus fuit,

Rom. 12.

Cura Providentiæ in hac reformatione a S. Thereſia, & S. Joanne inſtituta.

Cum S. Joannes a Cruce particeps fuerit gloriæ hujus reformationis, quærendum non eſt unde nactus fuerit immanem argenti vim ad tot domos ædificandas, atque tot Sanctos alendos. Satis enim eſt illos profeſſionem emiſiſſe rubil poſſidendi, ut fiat, quemadmodum Sanctus Chryſoſtomus inquit de Iſraelitis verba faciens, ſarcina divinæ Providentiæ, quæ hanc ſibi vindicat curam omnia ſuppeditandi, ſimulatque homines propter Dei amorem omnia relinquunt, niſi dicere mavis; quemadmodum olim hunc eidem populo pollicitus fuit, quidquid pedibus ſuis calcaverint, eorum dominationi acceſſurum: *omnis locus, quem pes veſter calcaverit, veſter erit*. Ita hunc ordinem pedibus calcantem bona, quæ mundus deperit, a Deo auctum, ac multiplicatum fuiſſe; & huic operi præfeciſſe Joannem a Cruce, ut tueretur, atque fervaret, quidquid Beati Elias, & Alberus primi inſtituerant. *Ex Vita ejus.*

Laborem, quos ſuſtinuit ut reformationi ſtaret.

Nemo ingentibus Dei conſiliis exequendis aptus eſt, niſi qui patì novit. Sicuti Jeſus Chriſtus ſuam inſtituit Eccleſiam in Idolorum ruina, Idololatrarum furorem & perſecutionem ſuſtinens; ita S. Joannes a Cruce ad ingens, de quo verba facimus, opus aſſumptus Ordinis ſui reformationem aggreditur; ſed Confratres illius fallaci zelo acti ſuam laxitatem tuentur, & cum Sanctus noſter collapſam ſtudet reſtituere diſciplinam, illum odioſæ inſimulant ſingularitatis, atque ſuſceptum ab illo conſilium crimen putant graviſſimis ſupplicis coercendum. Profecto moleſtiſſima ex omnibus, quas paſſus eſt, perſecutionibus, ea fuit, quam in eum excitarunt fratres ſui, & illi, quos jure filios ſuos poterat appellare: videlicet veteres Religioſi, quos reſtituerat, & quos in recenti inſtituto ipſe efformaverat. Primo reformationem illius tanquam rebellionem adverſus regulares Ordinis Superiores intuiti, cum eo ſe gerere voluerunt tanquam cum fugitivo, atque Apoſtata. Miſerunt in illum fagitariorum, & militum manum, qui perfracta Hoſpitii, ubi commorabatur, janua, comprehenderunt illum, ac magno cum tumultu in Cœnobii eorum carceres abduxerunt. Eorum vero perfecutio, qui ſemet ſpectare debebant tanquam illius filios, & qui Reformationem jam erant amplexi, longe illi gravior fuit, atque acerbior. Neque putetis hanc minori cum ſuavitate, patientia, humilitate ſuſtinuiſſe, vel recentem hanc perferendi occaſionem eidem minus jucundam fuiſſe; ſed hoc erat illi maximum mortificationis argumentum cognoſcenti, eos, quos arbitrabatur inflaurutos, & Jeſu Chriſto inductos, nondum veterem hominem exuiſſe. Etenim poſtquam per ſummam indignitatem varia in occaſionibus illum affecerunt contumelia, tandem in generalibus Comitiis omnem illi abrogarunt auctoritatem. Turpiter ejecerunt illum de cœtu tanquam peſtem publicam, & Religionis perturbatorem. Mox vero eum ablegarunt in miſerrimum conventum in agro, edicto vetantes, ne ab aliquo inviſeretur; ac tandem ut prorſus hoc malo liberarentur, ſtatuerunt illum ad Indos ſub aliqua miſſionis ſpecie mittendum. Hoc illorum adeo turpe conſilium plurimis contumeliis, & opprobriis comitti ſunt; ipſe vero tulit animo æquiſſimo, quo patum offendit, ſe meliur adhuc exercere, quam aliis tradere verum ipſum humiliationum.

Aſpectus Dei propter amorem ſuum morientis, immiſſ rat illi ardens Martyrii deſiderium, in quo jam ſpem omnem collocare incipiebat, & quod omnem illius lætitiam conſtituiſſet, niſi Deus perpeſſo morbo prohibuiſſet iter ad Indos, quo illum relegare meditabantur. Sed hic fruſtratus ſpe, ardenter cupit perfectam habere cum Jeſu Crucifixo ſimilitudinem, & hæc fuit locuples ac pretioſa portio Joanni reſervata prope finem vitæ ſuæ: graviſſimi enim corporis dolores, calumniæ, contumeliæ, interiora deliquia, ultima fuere tela, quibus Deus uſus eſt ut numeris omnibus hoc exemplar Crucifixi perficeret.

Tarentæ paſſiones vitæ ſuæ illam effecerunt ſimilem Jeſu crucifixo.

Ultimi ejus morbi.

Tribus noviſſimis vitæ ſuæ menſibus, velut Job, ulceribus uſquequaque contectus fuit, atque morbo affectus qui graviſſimos illi dolores gignebat, & propter quem caro illius membratim ſecabatur, ita ut ipſa medentium manus perhorreſceret modum, quo illum torquere cogebatur. Attamen omnia ille ſanta patientia ſuſtinebat, ut ne hiſcere quidem viſus fuerit, ut conqueretur. Ad extremum patientiæ ipſius experimentum ſuberit tunc cujuſdam Superioris regiminis, qui odio in illum ſuccenſus iniquo animo domi ſuæ ferebat, victum ei negabat, atque pharmaca, & valetudinarii præfectum, ne quidquam illi ſolati afferret, prohibebat. Immo etiam ſæpe in cubiculum ejus ingrediebatur, ut illum contumeliis laceſſeret verbis, exprobrans illa imperfectiones, & laxitates, quibus Ordinem evertebat.

Calumniæ ad illius exiſtimationem ſpectantes.

Permittit quoque Deus, ut ſub vitæ illius extrum nebulæ offunderentur virtutibus ipſius per obtrectationes, & calumnias, & poſtquam de moribus ejus quæſitum fuit, atque ſecundum jura teſtes audiri fuerunt, quaſi nocuna fuiſſet, rumor per Hiſpaniam evulgatus eſt Patrem Joannem a Cruce Religionis infignibus exuendum. Quapropter inter omnes perſecutiones, quas paſſus eſt ab amicis, fuit derelictus, ut olim J. C. a Diſcipulis ſuis, Paſſionis ejuſdem tempore. Tandem poſtremo vitæ ſuæ die, omnes interiores animæ ipſius facultates in Oceano amaritudinis ſubmerſæ fuerunt. & perinde ac corpus ejus in cruce confixum eſſet, ſpiritus ejus interiori Cruce angebatur, quæ millies erat acerbior.

Mortuus eſt in Cruce de J. C.

O Dei Providentia! quam admirabilis es in ſanctis tuis! Profecto, niſi vidiſſem, Hominum Deum in agone poſitum, in cruento ſudore immerſum, ſe ſe dolori tradentem, ac dicentem: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. Niſi jam jam in Cruce animam efflaturus cælum, terramque perterruiſſet triſtibus verbis: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* mirari non liceret intuitis quomodo Deus fidelem hunc famulum in hora mortis excipiat. Sed quoniam amor Jeſum Chriſtum impulit, ut hoc mortis genus ſubire vellet, millies beatus eſt ſervus ille, qui eodem mulctatur ſupplicio, qui Dominus. Vir Sanctus, qui noverat manum percutientem ſe, & ſpiritum, qui illam regebat, tandem pervenit ad terminum qui tot malis finem daturus erat, & placate Deo ſuo animam reddidit. *Ex illius vita.*

Miraculoſæ apparitiones reliquiarum ejus.

De mirculis ejus ruhil hoc in loco dicam, quandoquidem jam loquti ſumus. Hoc tamen in Sancto noſtro ſingulare eſt, neque aliis acciditſe legimus. Conſtat autem ex ingenti irreprehenſibilium teſtium numero, & inquiſitionibus ante plura Eccleſiaſtica Tribunalia peractis, cum pretioſa illius caro, & oſſa diſtributa ſuiſſent, ac variis thecis inſerta, in particulis his earnis, & oſſium viſas fuiſſe miraculoſas apparitiones; quæ referebant modo imaginem, quam *Ecce Homo* vocamus, non ſine cruento ſudore ad genas; modo Calvariam impoſitum rupi, in quo videbatur crux, & imago Joannis a Cruce in genua procumbentis; modo Crucifixi formam; volente Deo has figuras, & miraculoſas apparitiones eſſe tanquam teſtes ſanctitatis Beati Viri, & ardentiſſimi amoris, quo Crucem diligit. Illud vero miro modo Sancto noſtro gloriſus videtur quod Sanctus hic Patriarcha poſt ſe viventes reliquas reliquit, in quibus omnes ipſius virtutes expreſſas invenimus. In Sancta enim reformatione, cujus ipſe cum Sancta Thereſia auctor eſt, magnum reliquit filiorum numerum, qui induti, actique ſunt duplici Spiritu Eliæ primi parentis ſui; Spiritu zeli, ac fortitudinis, qui ſe ſe extrinſecus prodit, cum agitur de prædicanda fide, ruendique Religionis cauſa. Spiritu interiori, ſpiritu orationis, & ſolitudinis, qui efficit conſummatæ Sanctitatis contemplatores, actique exempli Concionatores, quales S. Thereſia cupiebat.

Tibi vero, Sancte Vir, ne præmium deeſſet zelo, qui te tot exercuit confecitque laboribus, ut in ingenti hoc Ordine primum excitares fervorem, quo pius Inſtitutor illum incenderat; Tibi, inquam; tradidit frequentem tot Sanctorum Religioſorum poſteritatem, qui tua ſectantur veſtigia, & quorum vita adeo frugi, & auſtera non nihil conſert ad gloriam tuam; quemdoquidem illorum uterie ope ad ea perficienda, quæ per te perficere non valuiſti. Unum dumtaxat erat tibi naturale corpus, quod neque in locis omnibus, neque omnibus temporibus adeſſe poterat, ut ubivis chriſtianæ mortificationis exemplar præberes: ſed huic neceſſitati ſatis ſuperque ſatisfactum eſt per myſticum tanti Ordinis corpus, cujus vocari potes inſtaurator, & ſecundus

Patri-

Patriarcha, quoniam illi primam reddidiſti vitam, primum ſervorem, ac ſpiritum, quod ipſum præſtant tot zeli tui ſucceſſores, & humilitatis tuæ, ruæque mortificationis imitatores. Quod ſi S. Gregorius Nazianzenus Regularium ſtatum Evangelii plenitudinem vocat, quia ibi omnia ejus præcepta, atque conſilia ad unguem obſervantur; id jure dicere poſſum de illis præcipue, quos tu exemplis tuis formaſti, quandoquidem in eorum vita præclara, ac difficillima ejuſdem placita elucescunt.

Quo in re imitari debeamus S. Joannem a Cruce ſinguli juxta conditionem ſuam.

Quod vero ad nos pertinet, quibus Eccleſia inſignis Sancti hujus proponit exemplum, ut nos ad virtutum illius imitationem impellat, ubi cogito rigorem, auſteritates, & admirabilem mortificationem illius, noſtriſne, quid ſit animadvertendum? Cælum, auditores, nobis dabitur gratis? ſine vi rapiemus illud? Nunquid ad illud via nobis roſis ſtrata erit, alia vero ſpinis, & crucibus? Haud ita ſane, ſed Joannes noverat, quanti ſtet, & quomodo ſit acquirendum.

Horrario ad tribulationes ſuſtinendas.

Vobis autem, qui Cruces effugitis, & qui in hoc omnes curas veſtras impenditis, ut minima evitetis incommoda, quæ vobis deſtinat Providentia, ut vos ſanctificet, quid aliud dicere poſſum, quam terribilia S. Pauli verba, videlicet, voſmet probare actionibus veſtris inimicos Crucis Jeſu Chriſti: *Et nunc flens dico, inimicos Crucis Chriſti.* Nunquid fallitur Deus ea in ratione, qua Sanctos excipit? Nunquid non amat, quos corrigit, & vexat? Nunquid majorem teſtatus eſt amorem S. Joannis a Cruce deliciis, quibus inebriavit illum, quam opprobriis, quibus ille ſaturatus fuit? Nonne S. omnes per eandem viam deducti ſunt? Nonne omnes Jeſu Chriſto dixerunt, ut ſanctus ille, quem colimus; *Domine pari pro te, atque contemni.* Domine nihil a te petimus, niſi ut in partem accedamus paſſionum tuarum, & contumeliarum Crucis tuæ. Chriſtiani voluptarum veſtrarum idololatræ, qui vitæ mollis fautores voſmet jactitatis, nunquam ſane hanc morum doctrinam percepiſtis: ignoratis ergo voluptates partem eſſe, & reproborum ſortem, tribulationes autem beatam eſſe partem prædeſtinatorum? Nondum aſſecuti eſtis vim eorum verborum. *Plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: ſed triſtitia veſtra convertetur in gaudium.* Petite a Deo perſpicaces oculos, quorum ope videre, guſtare, & has divinas veritates diligere valeatis.

A vobis non quæritur, ut ad hunc eminentem mortificationis, contemplationis, atque catalum gradum aſcendatis; ſinguli habent donum Dei vocationi ſuæ congruum: *Alius ſic, alius vero ſic, unuſquiſque proprium donum habet ex Deo.* Verum nonne a vobis quæri poteſt ne animi veſtri cupiditates excitetis mundanorum ſpectaculorum incitu? Nonne jure prohiberi poteſt lectio librorum periculo non carentium, & frequentia illorum cœtuum, ubi pudor in naufragii diſcrimen adducitur? Nonne merito vobis dicimus, reſcindendum eſſe veſtium luxum, & magnificam ſupellectilem, quam nonniſi alienis ſumptibus alitis? Exercipite igitur ex Sancti hujus vita, quid imitari veſtrum eſt, relinquentes omnes criminoſos habitus & frequentius vacantes orationi, ac meditationi magnalium Dei; & quandoquidem pares non eſtis ut perfecte magnum hunc Sanctum imitemini, voſmet ſaltem humilitate, & admiramini in eo, quidquid caprum veſtrum excedit, neque ceſſetis laudare Deum excolentes donum, quod ab eo recepiſtis: *Unuſquiſque proprium donum habet ex Deo.*

Philipp. 3.

1. Cor. 7.

TABU-